




BIBLIOTECA NAZIONALE
6
40 A
30
VITTORIO EMANUELE



EXPOSITIO EVANGELIORVM QVADRAGESIMALIVM

REVERENDI F. GVILLELMI PEPINI PARISIENSIS,

Doctoris Theologi, ordinis prædicatorum.

Nunc accuratius recognita, diligentiusq; impressa.





VENETIIS.

Apud Gratiosum Perchacinum. M.D.LXXVIII.

EXPOSITIO EVANGELIORVM QVADRAGESIMALIVM

REVERENDI P.

GVILLELMI PEPINI

PARISIENSIS

Doctoris Theologi, ordinis praedicatorum.

Nunc accuratius recognita, diligentiusq; impressa.



VENETIIS.

Apud Gratiosum Perchacinum. M.D.LXXVII.

PRAEFATIO.



SI nefas in foro causas dicentibus uideatur esse nullam præfatione præmissa Iudici rem exponere: quãto magis interpretationem promittentibus indecẽs erit, omissis initijs atque origine non repetita, illotis quoque, vt ita dixerim, manibus, protinus materiam aggredi interpretandam? Ita enim sentiunt Imperialia iura, vt notatur. ff. de ori. iur. ciuil. l. facturus. Nempè (ni fallor) ipsæ præfationes libentius nos ad lectionem propositę materię perducunt. Ad quam cùm venerimus, eius euidentiorem prę stant intellectum. Breui itaque pręfatione ad sequentia vtendum opuscula censui. Enimuerò cum post editionem opusculi nostri De secretis secretorum, aliàs De aduentu Dominicę incarnationis, insuper & tractatuli, quem nonnulli sanxerunt speculum super septem Psal. pœni. intitulandum, iudicarer à plerisque torpori vacare, quieti operam dare, iners existere: stimulatus sum nũc gratiosis hortaminibus, nunc charitatiuis increpationibus, nunc varijs epistolis, & rescriptionibus, à confratribus pariter, & alterius professionis, & generis viris otium procul pellere, vires excitare, vigilijs operam dare, denique labori

laborem addere; allegantes fideli quidem narratione sponsionem vltro per me prius factam in prologo super septem Psal.pœnit.de edendis nonnullis tractatulis. Horum itaque tam crebras, importunas, piasque ex hortationes vltra subterfugere non valens, sub almi ductoris Celici directione, qui docet de omnibus attentaui, in primis pro modulo meo singulorum Euangeliorum Quadragesimalium expositionem sub forma, & arte prædicabili perstringere, præmittens cuilibet Euangelio legem vnam ciuilem, per quam viam aperio intrandi in materiam Euangelij currentis pro die. Non quidem vt doctus videar, testis est is, qui nihil ignorat, maxime cùm nihil sim, sed potius vt animos nonnullorum virorum alliciam ad sacræ scripturæ amorem, cui subseruiunt pariter, & adminiculantur leges humanæ, tanquam ancillæ Dominæ suæ: ideo autem rubricas seu titulos dictarum legum contra morem peritorum ad longum posui vt redimerem vexationes inexpertorum, & inusitatorum Prædicatorum nouellorum, ne crebro oporteret eos ad volumina legum recurrere. Notum tamen facio vniuersis, nullam legem annotasse, quam in cortice non viderim. Propter quod fides indubia adhibenda est allegationi. Itidem assero de nonnullis allegationibus variorum dictorum, quas suis in locis inserui, prout potui, & materia dedit: Biennio enim & vltra operam dedi in reuisitandis sacris doctoribus, atq; nonnullis alijs. Et quod præcipuum in eis reperi, adnotaui in quodam tractatulo, quem intitulaui

Com-

Compendium Doctorum, in quo processi secundum ordinem Alphabeti. Vtinam ergo illis annumerari valeam, de quibus Diuus ille Hieronymus tertia parte epistolarum suarum, epistola septima loquitur, dicens. Senectus eorum, qui adolescentiam suam honestis actibus instruxerunt, & in lege Domini meditati sunt die ac nocte, ætate fit doctior, vsu instructior, processu temporis sapientior, & veterum studiorum dulcissimos metit fructus: vnde & sapiens ille vir Græcus Themistocles cùm expletis annis septem supra centum, se mori cerneret, dixisse fertur se dolere, quòd tunc egrederetur de vita, quando sapere cœpisset. Cæterum diuinus ille Plato octuaginta, & vno anno scribens, mortem obijt. Et Socrates nonaginta, & nouem annos in docendi & scribendi labore compleuit. Taceo cæteros Philosophos, Pythagoram, Democritum, Xenocratem, Xenonem, Cleantem, qui iam ætate longæua in sapientiæ studijs floruere. Refert & Homerus, quòd de lingua Nestoris iam vetuli & penè decrepiti dulcior melle oratio fluxerit. Hæc igitur, & his similia tacitus apud me considerãs, currente peregrinationis meæ anno circiter tertio, uersari cœpi circa editionem sequentium opusculorum ad hoc conferentibus causis præallegatis. Huius denique gratia, quòd raro apud cæteros dictatores reperitur, qui ipsa Euangelia quadragesimalia, minus quoque epistolas ad longum fuerit prosecutus: sed vnus sic, alius sic: Ego igitur

tur cæterorum minimus, sicut & postremus labores verbum Dei declamantium, in postillis, & glosis reuoluendis redigere satagens, sensum literalem in dictis Euangelijs & Epistolis prosecutus, nihil intactum mea sententia, in quo hæsitari possit, reliqui. Demum ad sensum moralem quantum sub domino valui, me contuli, sciens inde ædificationem in auditorio sequi. Interdum etiam ad sensum allegoricum me transtuli, vt inde auidiores fierent diuinæ gratiæ, & veritatis auditores. Sed insurget forsan aliquis, & dicet. Tu quis es, qui tentas siluis ligna addere? aut redundanti mari vndam instillare? Nonne bibliothecas cernis varijs, ac penè infinitis sacrorum Euangeliorum ac Epistolarum expositionibus refertas? Quid igitur noui afferre conaris? Sed aduersus hunc mordacem communis vtilitatis aduersarium, adsit mihi defensatrix Plinij sententia, qui in Epistola ad Vespasianum loquitur, dicens; Neminem apud Græcos, qui vnus omnia tractauerit inueniri posse. Alius quoque dicturus est. Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? At verò affectum in his (ni fallor) magis, quàm verba pensitauit amicus, & beniuolus. Præsertim, quia non ostentationis, sed ædificationis causa hanc ædere paginã cogitauerim. Potest insuper omnipotens Deus in me soluere imperitiæ impedimenta, qui in asina Balaam soluit naturæ rudimenta. Cæterum fortè non deerit, qui conabitur nostras, more canino mordere ineptiolas, maxime cum nonnulli literatissimi viri nil scripto reliquerit.

Nem

Nempe diuus ille Augustinus de consensu euangel. liber primus; reddens rationem, cur Saluator noster Christus in propria non scripserit Euangelia, seu qualiacunque salubria documenta. De hoc non esse nouum, maxime cum & ipse Pythagor. (quo in illa virtute contemplatiua nil habuit Græcia clarius,) non tantum non de se, verum etiam de nulla re aliquid scripsisse perhibetur. Socrates similiter, quem rursus in actiua, qua mores informantur omnibus prætulerunt Esopi fabulas pauculis versibus est prosecutus. In quo quidem opere maluit alienas, quàm suas exornare sententias. Sed si his, aut similibus quilibet se accommodare tua sententia debet, damnas Prophetas, damnas Euangelistas, damnas Apostolos scriptores, damnas Ecclesiæ Doctores, & quotquot hodie habet Ecclesia splendentia luminaria. Caue ergo quisquis huiusmodi es, ne ita loquaris, ne inuidiæ veneno infectus iudiceris, sed magis attende, iuxta diui Augustini, Aurelij sententias 1. de Trinitate capite tertio. Vtile esse plures à pluribus fieri diuerso stilo libros, non diuersa fide, vt ad plurimos res ipsa perueniat, ad alios quidem sic, ad alios autem sic. Porrò si licuit Catoni illi, quem maiorem vocant, dixisse, teste Vegetio de re milit. in proœ. plus se reipublicæ profuturum si rem militarem conferret in literis, eo quòd æterna sunt, quæ pro vtilitate reipublicæ scribuntur; quanto magis hi laudandi sunt, qui pro communi Christi fidelium vtilitate, die ac nocte insudare noscuntur? Sed quoniam diu prœmiare

apud viros graues, & sapientes non solum superfluum censetur, verumetiam molestum, vtpote qui rem, non verba desiderant, ideo finem facio orationi proœmiali.

EXPOSITIO EVANGELIORVM

totius Quadragesimæ, cum decretalibus aliquot moralizatis, applicatis ad eadem Euangelia.

IN DIE CINERVM



VM ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c. Mat. 6.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. de pęnis. l. sanctio legũ. allegãs Iuriscon. Papinianũ, dicit, ꝙ aliquis nõ dẽt duplici pęna ꝓ eodẽ delicto puniri. Casus est talis, Dñs Iudex huius ciuitatis facit apphẽdi aliquẽ malefactorẽ, quo apprehẽso, & conuicto, seu confesso, facit eũ flagellari per vicos huius ciuitatis, & eũ punit scd̃m casus exigẽtiã. Quo facto ꝑmittit eũ liberè abire. Si ergo postmodũ, & sine noua culpa vellet ipsum iterato punire, qd iuris? Certè respõdet lex Imperialis, ꝙ hoc nõ dẽt attẽtare, eo ꝙ aliqs nõ dẽt duplici pœna ꝓ eodẽ delicto puniri. Ista lex ciuilis est cõformis legis diuinæ, q̃ dicit Naum 1. Nõ cõsurget duplex tribulatio.

Moraliter, quicunque peccat mortaliter, obligat se ipso facto æternę pęnæ. Nihilominus Deus ex immẽsa bonitate sua, & misericordia ponit in optione taliter peccãtis eligere pęnã p̃sentis seculi, aut inferni. Quid ergo debet facere? Certè si prudens fuerit, eliget pœnam huius seculi. Nam sic eligendo, & seipsum in præsenti puniẽdo, euadet pœnam æternam, & horribilem inferni. Vt enim scribitur de pœn dist. 3. Sũt plures. §.

autho-

authoritas. Illi non puniũtur bis in idipsum, qui in flagellis pęnitentiam egerunt. Secus autem de illi, qui sub flagellis nō emendantur, sicut patet de pharaone; item de Antiocho, & Herode, ac similibus. Propterea D. Aug. super psalterium exponens illud verbum, Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, dicit sic. Puniendum est peccatum, si non vis vt ipsum puniat Deus. præueni ergo eum, & punias ipsum delictum. Ideo enim adhuc ipse dominus parcit, differt, manum tenet, arcum intendit, hoc est minas. Differt ergo manum à peccatis tuis, sed tu noli differre. Et post pauca subdit, dicens. Conuerte te ad puniendū peccata tua, quia impunita esse non possunt. Punientur ergo aut à te, aut à Deo: tu ergo illa agnosce, vt ille ignoscat. Hæc ille. Item idem super eundem lib. exponens illud verbum. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, dicit sic. Omnis iniquitas parua magna sit, puniatur necesse est, aut ab ipso homine pœnitente, aut à Deo vindicante. Nam, & quem pœnitet punit seipsum. Ergo fratres puniamus nostra peccata, si quęrimus misericordiam Dei. Prorsus punis, aut punit Deus. Vis non puniat, puni tu. Hæc ille, Patet ergo quod quicunque post cōmissum delictum vult euadere ęternum supplicium, & districtum Dei iudicium, debet in præsenti punire seipsum. Ad quod etiam facit exemplum, quod ponit Amb. in Hexamerō. lib. 5. c. 21. de apibus, dicens, q̄ inter apes si nō obtēperauerint legibus regis sui, pęnitēdi se mulctant condemnatione, vt inde moriãtur aculei sui vulneratione. Et hoc ętiam inquit, hodie Persarū populi seruare dicuntur, vt pro cōmissi precio, ipsi in se propriæ mortis exequantur sentētiã. Hæc ille. Ne ergo pauperes peccatores superentur ab apibus, aut paganis, & infidelibus populis, debēt merito seipsos punire in præsenti, tum cordis contritione, tum oculorum lamentatione, tum totius corporis flagellatione, & carnis maceratione, quod permaxime fit per salubre ieiunium, de quo loquitur Christus in præsenti euang. dicens. Cū ieiunatis nolite fieri, &c.

Secunda

SECVNDA INTRODVCTIO.

Cum ieiunas vnge caput tuum. Matth.6.] Scribitur extra de obseruatione ieiuniorum. c.ex parte, quòd si festum alicuius Sancti habentis ieiunium euenerit in secunda fer. tunc ieiunandum est sabbato præced. Casus est talis. Festum assumptionis beatæ Virginis propter sui celebritatem habet vigiliam, in qua de præcepto Ecclesiæ est ieiunandum, vt patet vbi supra. Accidit autem interdum dictum festū occurrere feria 2. Quid ergo iuris de die, in qua ieiunandnm est? Nunquid in die dominico præced. Certe non. Quia vt dicitur de consec. dist. 3. Placuit. Itē c. ieiunium. In die dominico propter reuerentiam dominicæ resurrectionis non est ieiunandum: hoc tamen sanè intelligendum est. Non quidem sic, quòd qui ieiunat in die Dominico, male agat, quia licet omni tempore macerare carnem suā. Sed sensus est, quòd Ecclesia neminem intendit astringere ad ieiunādum in die Dominico propter causam prædictam. Et ad hunc sensum debet intelligi illud decretum. dist. 30. si quis, vbi dicitur, quòd si quis tanquā hoc continentiæ iudicans conuenire, ieiunauerit Dominico die in eiusdē diei contemptum, anathema sit.

Moraliter possumus exponere prædictam decretalē dupliciter. Primo quidē de vita præsenti, respectu futuræ. Nam vita præsens est quasi quędam vigilia respectu futuræ, in qua agetur dies solennis, & lætitiæ perpetuæ. In præsenti ergo vita debemns ieiunare, & carnē nostrā domare, vt possimus ad cœleste festū fęliciter peruenire. Tunc enim tristitia contritorū, & verè pęnitentiū verteretur in gaudiū, Ioan. 15. Item Mat. 5. Beati qui esuritis, qa saturabimini. Similiter Act. 14. dicit Pau. quòd per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū Dei. Vnde in figurā huius legitur Exod. 24. quòd Moyses primo ieiunauit quadraginta diebus. & consequenter vidit Dominum facie ad faciem. Sed proh dolor multi à diabolo seducti volūt peruertere Dei ordinem. Hi sunt qui in præsenti volunt gaudere, lætari, & abunde epulari, quasi facientes festum an-

te

te vigiliã,quia necesse est tales in futuro velint nolint flagellari.De quibus Iob 21.Ducũt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt .Quibus etiam loquitur Dominus Esa.65.dicens . Serui mei comedent, & vos esurietis. Item Luc.6.Veh vobis , qui saturati estis,quia esurietis De numero autem talium, qui faciunt festum ante vigiliã fuit diues Epulo,de quo legitur Luc.16.quòd epulabatur quotidie splendide. Tandem autem ad tantam deuenit penuriam , vt guttam aquæ habere non potuerit . Si igitur sapientes fuerimus,faciemus vigiliam ante festum,

Secũdo possumus exponere prędictam decretalẽ magis ad propositum de tempore quadragesimali,respectu diei Paschæ . Nã tota Quadragesima est quasi vna totalis vigilia respectu prædictæ diei Paschalis.In qua quidẽ die conuenit omnibus Christi fidelibus gaudere,& lætari in dño; iuxta illud psal. Hæc dies quã fecit Dñs exultemus,& lætemur in ea. In cuius figuram legitur Luc.19.ꝙ pater dixit filio suo seniori. Gaudere,& lætari oportebat,quia frater tuus,i.Christus mortuus erat,& reuixit.In prædicta ergo vigilia,scilicet tẽporis quadragesimalis ieiunandum est. Si enim nobis præcipitur in decretis dist.76.statuimus,vbi dicitur,ꝙ ieiunium quadragesimale, quod est pro decima temporis anni,est diligenter seruandum.Item habetur de cõsecratione distinctione prima,solent. Idẽ in eodẽ lib. dist.5.quadragesima.Itẽ ibidem c.ieiunium.Vnde etiã ad proprositum dicitur Eccle.3quòd est tempus flẽdi , & tẽpus ridẽdi.Primum tempus refertur ad tẽpus quadragesimale.Secuudum autem ad tempus paschale.Ecce quomodo ieiunium debet pręcedere festum.Et hoc innuitur in Euãgelio præsentis feriæ,quæ est caput ieiunij quadragesimalis.In quo quidem euangelio Christus summus doctor dat nobis debitam formam,& modũ ieiunandi,cùm ait.Cum ieiunas vnge caput tuũ.In quo quidẽ Euangelio de tribus principaliter fit mentio.videlicet De ieiunio obseruãdo,ĩ principio euãgelij.De pmio cõsequẽdo.ibi[Et pater tuus,q̃ videt &c.]

De

De merito cōgregando.ibi.[Thesaurizate vobis &c.]

Primo igitur in præsenti Euangelio fit mētio de ieiunio obseruando,cum dicitur. [Cum ieiunatis &c.] Et est notandū, ꝙ Christus in prima parte Euangelij, primo dissuadet indebitum modum ieiunādi, vt patet ex verbis prædictis. Deinde suadet debitum ieiunandi modum.ibi.[Tu autem cum ieiunas vnge &c.] Sed antequam intremus in expositionem præsentis Euangelij,aliqua dubia sunt primò discutienda.

Primum igitur dubium est. Quid est magis satisfactorium,ieiunium,oratio,aut eleemosyna? Et videtur, quòd ieiunium.Nam, vt D. Aug ad fratres in eremo. ser.23.qui intitulatur de ieiunio.Per ieiunium prosternuntur vitia,augmentantur virtutes,humiliatur caro, diabolicæ deuincuntur virtutes. Modo oratio talia non operatur,nec similiter eleemosyna.Igitur.Respondeo simpliciter,& absolutè,atque à toto genere,ieiunium est minus satisfactorium,quàm oratio,aut eleemosyna Et de eleemosyna quidem B.Tho.4.sent.dis. 15.q.2.art.2.quæstiuncula 2.probat,quòd excedit ieiunium in ratione meriti, seu satisfactionis;quia eleemosyna includit in se virtutem ieiunij,similiter & orationis.Qui enim recipit eleemosynam ab aliquo,constituitur ipso facto debitor ad ieiunandum,& orandū, atque alia bona opera faciendum pro eo, qui dedit. Item de oratione idem probat ibidē,dicēs,quòd oratio virtutem continet ieiunij; eo quòd extensio intellectus ad Deum,quæ fit per orationem, parit debilitatē corporis. Ex quibus omnibus infert,ꝙ eleemosyna cōpletius habet vim satisfactionis, quàm oratio; & oratio q̄ ieiunium. Et ideo notanter dicitur 1. Tim. 4. ꝙ corporalis exercitatio ad modicum vtilis est.

Circa hoc tamen est magnus abusus in multis, qui dicunt,ꝙ minimum bonum,quod possunt facere,est ieiunare;& iō p̄eligunt dare eleemosynā,aut aliqua suffragia dicere,q̄ ieiunare,credentes ꝑ hoc se liberare à debito ieiunij. Sed nouerint,ꝙ multa milia auri,& argenti,aut similiter totius psalterij decantatio ꝑ singu

los dies, quibus ieiunandum est, nõ possent eos in diẽ ieiunij, quod est de præcepto, liberare à peccato mortali. Nullus enim absoluitur ab opere præcepti per hoc ꝙ facit opus consilium. Sic aũt est in proposito. Ideo, &c. Itẽ si Sortes sit obligatus Platoni in cẽtũ libris, & velit illi satisfacere in blado; aut vino: Plato non cogetur acceptare huiusmodi solutionem, nisi propria sponte. Sed si velit Sortem per viam iuris compellere, tunc ille cogetur ad satisfaciendum eidem pecunialiter. Ita & in proposito. Et hæc omnia intelliguntur de valentibus ieiunãre; sed nolentibus fortè propter ingluuiam, aut carnis delitias. Qui autem ieiunare non possunt, adhuc secundum cõem doctrinã doctorũ tam iuristarum, quàm theologorum, tenentur petere dispensationem, seu relaxationem à suo superiore, maxime ab Episcopo, si de facili possit illius haberi copia: aliàs petant huiusmodi licentiã à suis curatis, aut eorũ vicarijs. Notat tñ D. Ant. in sum. sua, par. 2. tit. 6. c. 2. § 5. duplicem necessitatem circa hoc. Prima est, quæ tollit omnem possibilitatem ieiunandi. Et tunc qui patitur talẽ necessitatem, non tenetur petere dispensationem de non ieiunando, eo ꝙ est impossibilitatus ad ieiunandum. Secunda autẽ necessitas est, quæ non tollit simpliciter oẽm possibilitatẽ circa ieiuniũ; sed tñ inducit magnã difficultatẽ: puta quia talis ieiunando caderet in capitis, vel corporis debilitatẽ. Et tunc qui pateretur talẽ debilitatẽ potest redimere ieiuniũ debitũ per eleemosynã, auctoritate tñ superioris. Et breuiter ieiuniũ quadragesimale non est à quoqam soluendũ, nisi necessitas infirmitatis cogat, vt habetur de cõs. dist. 5. quadragesima. Secundũ dubium est de illo, q̃ nõ ieiunat per totam quadrag. nisi fortè in die Cinerũ, eo ꝙ habet adhuc stomachũ repletũ, & grauatũ escis prioribus. Et ĩ die parasce. An. s. talis toties peccet nouo peccato, quot sunt dies, in q̃bus non ieiunat, cũ possit. Ad hoc dubiũ respõdetur, ꝙ sic. Nã sub generali p̃cepto de quadrag. ieiunãda cõtinentur virtualiter quadraginta particularia p̃cepta, scd̃m numerũ dierũ ieiunabiliũ.

Ex

Ex quo patet, ꝙ infractio ieiunij quadra. pro qualibet die est nouum, & distinctum peccatum mortale: & hoc est contra multos rusticos, & grossos Christianos, quibus videtur postquàm semel violauerunt ieiuniũ quadrag. per vnum diem, non vlterius obligari ad ieiunandũ ꝓ reliquos dies. Da exemplum de obligato ad perpetuam continentiam, quam, si semel violauerit, adhuc tenetur in posterum continenter viuere, & de priori transgressione pœnitere. Ita in proposito, quinimo quod plus est, multi docto. theologi tenent probabiliter, quod obligatus ad ieiunium vnius diei, totiens peccat mortaliter, quotiens vltra semel comedit. Hanc.n. partem tenet magist. Io. de Neap. in quoli. eo ꝙ istud præceptũ reducitur ad præcepta negatiua, quæ obligant ad semper, & pro semper. Nihilominus Durã. in 4. dist. 15. dicit ibi esse tm̃ vnũ mortale pc̃tm̃, sed tãto grauius, quanto pluribus vicibus talis comedit in die. Et ista opinio cõiter tenetur, veruntñ vbi quis obligatus ad ieiuniũ, pluries ĩ die comederet ex cõtẽptu ieiunij vel præcepti; tunc totiens peccaret, quotiẽs vltra semel comederet. Et ad hunc sensum põt sustineri opi. Io. de Neap. Dñs aũt Pe. de Pal. 4 sent dist. 14. q. 4. ar. 5. sustinet vtrãq; partẽ ꝓbabilẽ. Ex quo ergo scd̃m famosos doct. vtranque pars est ꝓbabilis, sequitur, ꝙ materia de se est dubia: & cũ in dubijs securior pars sit tenẽda, cõsequens est multo securius formare sibi conscietiã de nõpluriẽs comedẽdo in die ieiunj, q̃ de pluries comedẽdo, & de hoc cõfiteri tẽpore suo: sed ad cuitãdũ oẽm scrupulũ, summũ remediũ, & salubrẽ est obseruare ieiunium, quod cadit sub præcepto, cuiusmodi est ieiuniũ quadrag. Tertiũ dub. est, vtrũ aliquis possit ieiunare pro alio. Responsio. Circa hoc distinguendum est tam ex parte oligati ad ieiunium, quàm ex parte suscipientis in se onus ieiunij. Primo quidem ex parte obligati considerandum est si possit commodè ieiunare, necnon. Si primo modo, tunc non liberatur, nec excusatur à mortali peccato faciendo aliũ ieiunare pro se: & præsertim loquendo de ieiunio, quod est

de præcepto Ecclesiæ. Secus autem de alio ieiunio, ꝙ imponitur in pœnitentia cum conditione, ꝙ quis per se, aut per alium ieiunet. In tali enim casu habet veritatem illa maxima, quæ dicit, quòd qui per alterum facit, per se ipsum facere videtur. Si secundo modo, tūc liberatur ab obligatione præcepti cum sequenti modificatione. Secundo ex parte suscipientis in se onus ieiunij similiter distinguendum est. Aut.n. talis tenetur ieiunare, aut non. Si tenetur tūc non pōt pro alio promittere, & sic pro eo ieiunare, aliàs duæ ablōnes transirēt pro vna simplici. Si verò non tenetur ieiunare, tunc potest pro alio se obligare ad ieiunandum, & eo ieiunante soluitur obligatio ex parte alterius in tali casu. Cum omnibus his stat, quòd diues non potens competenter ieiunare, & hoc qñ est ieiunandum pactionando cum paupere, aliàs non valente ieiunare, siue sufficientia alimēta illi ministrando, siue pecuniā, aut hmōdi dando, quibus medijs possit habere vitæ necessaria ad ieiunandum, tunc in illo casu videtur, ꝙ pauper possit pro diuite ieiunare. In quo quidem casu verū erit dicere, ꝙ simul in vnum erunt diues, & pauper, videlicet mutuo sibi bona sua cōicātes. Diues quidem pauperi substantiam temporalem. Pauper verò diuiti sui corporis laborem, & fatigationem.

Quartum dubium est vtrum omnes, & singuli obligētur ad ieiunium quadragesimale, & signanter si sint adulti. Respondetur, quòd non, sed tantū illi, qui illud commode obseruare possunt. Vnde secūdum doctores, multi excusantur ab obligatione huiusmodi ieiunij. Primo quidē pueri, de quibus dicit B. Tho. 2. 2. q. 147. arti. 4. in solu. ad scd̄m. Item. 4. sent. dist. 15. q. 3. art. 2. quæstiuncula 3. ꝙ quia tales indigent multo cibo ad hoc quod perueniant ad debitū augmentum: quē quidem multum cibum nō possunt totū simul capere ne grauetur corpus, ideo indigent frequēti refectione, & ita in eis est euidens causa non ieiunandi quousque ꝑuenerint ad debitū terminū augmenti, qui est in fine tertij septennij, hoc est anno 21. & hoc vt in pluribus.

Vnde

Vnde ante hoc tẽpus non arctãtur pueri ad omnia ieiunia Ecclesiæ seruanda. Sed quia quanto plus ad prædictum terminum appropinquant, tanto magis virtus naturalis in eis roboratur, ideo secundum quod magis appropinquant ad prædictum terminum, sunt eis ieiunia magis cõmensuranda. Et ideo conueniens est, ut etiã hoc tempore se ad ieiuniũ exerceant plus, vel minus secundum modum suæ ætatis. Secundo à ieiunio excusantur viatores, ut sunt peregrini, mercatores, cursores, & huiusmodi. Et hoc intelligitur quando non possunt commode ieiunare cum labore viarũ, nec similiter commode possunt differre post tempus ieiunij vias suas, seu discursus. Secus si absque notabili detrimento hoc possent, aut etiam taliter temperando laborem viarum, ꝙ cum tali temperamento ieiunare valerent, Et istud magis concernit diuites, quâm pauperes. Qui ergo necesse habent peregrinari, nec simul ieiunare possunt, tunc cũ dispensatione sui superioris, siue Episcopi, siue curati, vbi episcopus de facili adiri nõ potest, licite possunt intermittere ieiunium, cũ dolore tamen, ꝙ ipsum obseruare non possunt. Dicit tamen dominus Ant. 2. parte summæ suæ, ti. 6. c. 2. §. 5. quòd talis recursus ad superiorem pro dispensatione habenda, non est necessarius vbi non est consuetum sic fieri, quia ex hoc ipso, ꝙ prælati sciunt & dissimulant, uidẽtur annuere. Tertio à ieiunio excusantur operarij, & signanter, qui non possunt commode operari cũ ieiunio, nec possunt prætermittere opus suum absque notabili detrimento sustentationis vitę suæ, & familiæ domus suæ, eo quod forte aliud non habent, vnde sustententur, præter opus manuum suarum. Qui autem possunt sine tali labore uiuere, aut laborẽ suum diminuere sine notabili detrimento sui, & suorum, tenentur ieiunare: alias peccant. Et nota, ꝙ vbi vtrunque non possunt, tunc tenentur dispensationem petere à superiore de non ieiunãdo, nisi forte obstet cõtraria cõsuetudo, sicut prius dictũ est. Et idem iudiciũ est de seruis & ancillis, item de militibus, itẽ de prægnan-

tibus mulieribus, & nutricibus, & huiusmodi. Quarto à ieiunio excusantur pauperes, & præcipue illi, qui ostiatim mendicant, & qui non possunt simul habere, quod eis ad victum sufficiat. Illi aūt pauperes, qui possunt sufficienter habere, quod illis sufficiat ad unam commestionem, non excusantur propter paupertatem à ieiunijs Ecclesiæ, secundum B. Tho. 1. 2. vbi supra, in sol. ad 4. Similiter infirmi, debiles, & senes, qui non possunt commode vnica comestione refici in die, excusantur à ieiunio. Super hoc tamen petant dispensationē à superioribus suis, vt dictū est, & maxime ubi est consuetudo sic fieri. Qui tamē grauissime ægrotāt, non videntur egere dispensatione, eo potissimū, quòd pręceptum Ecclesię non obligat nisi potētes illud obseruare. Sed profecto pauci expectāt grauem ęgritudinem, aut debilitatem notabilē ad hoc, ꝙ frangant ieiunium, sed quamprimū sentiunt se quantuncunque parum ægrotare, mox soluunt ieiunium. Alij autē sine ægritudine, aut notabili debilitate illud soluunt, dicē tes se non posse ieiunare. Vnde vnumquēque talē reprehendens Psal. ait. Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis. i. magna malitia, qui fingis laborem in præcepto? Ille autē fingit laborem in præcepto ieiunij, qui cum sit sanus, & validus, dicit se non posse ieiunare ꝓꝑ Deum, & animæ suæ salutem. Et tamen si esset quęstio de salute corporis sui, quā non posset haberi nisi per ieiunium, paratus esset ieiunare. Talis ergo peccat mortaliter soluens ieiuniū quadrag. His ergo præmissis intrandū est in expositionem præsentis Euāgelij, in cuius prima parte primo dissuadet Christus indebitum modū ieiunandi, cū ait. [Cum ieiunatis] qđ supple est necessitatis in quadrag. & similiter aliis diebus ab Ecclesia institutis, vt patet de cōs. dis. 5. quadragesima. Et similiter extra de obseruatione ieiuniorū, c. cōsiliū. Et simile iudicium est de ieiunio, quod cadit sub uoto, aut quod imponitur in remissionē peccatorum in sacramentali cōfessione. Sunt & alia ieiunia voluntariè assumpta. Alia ēt regularis obseruantiæ.

Cum

Cum ergo sic ieiunatis[Nolite, inquit Christus, fieri si cut hypocrite tristes] Et nota, quòd non dicit non sitis tristes in ieiunando, quia cōe est ieiunantibus quādam tristitiam exterius habere propter carnis afflictionem, sed dicit nolite fieri &c. i. nolite ipsa vultus tristitia vestrū ostentare ieiuniū, ut dicit interl. sed quid faciunt hypocrite ? Certe [exterminant] i. extra cōes terminos ponunt[facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.]In quibus uerbis notat Christus hypocritas de appetitu humanæ laudis . Quæ quidem uerba pertractans Chrys. super Mat. Hom. 21. dicit sic. Si pctm est propter inanem gloriam pallidum quemquā apparere , quid dicendum est de fucis atq; picturis corrumpentibus facies fœminarum in perditionem iuuenum lasciuorum ? Qui ergo ieiunant propter humanam laudem, non expectant aliam mercedem à Deo, & hoc est, qđ ait Christus[Amen dico uobis, receperunt mercedem suam.]Nam ut dicit Greg. in suo pastora. c. 59. cū consummato opere laus transitoria quæritur, æterna retributione res digna vili precio venundatur. Secundo in hac prima parte Euangelij Christus suadet debitū ieiunandi modum, cum subdit di. [Tu autem cum ieiunas &c]Sed quæri potest, cur primo loquitur in plurali, di. Cum ieiunatis. Deinde singulariter, cum ait. Tu autem cum ieiunas. Respon . Hoc facit ad insinuandum, quòd etsi plures in quadrag. ieiunent, pauci tamen obseruant debitum ieiunandi modum. Nam aliqui præueniunt notabiliter tempus comestionis in die ieiunij , vt golosi : alij delicate & abundanter pasci volunt , cum ieiunant . Nisi enim habeant multitudinem ferculorum , etiam exquisitorum , non contentantur. Et quanto ieiunium fuerit sanctius, aut strictius, tanto lautius epulari volunt hora prandij. Hinc inoleuit commune prouer. quo dicitur. Duplicato ieiunio, duplicetur morsellus . Cum tamen scribatur in decreto, di. 4. Deniq;, ꝙ piscium vsus ita Christiano relinquitur, vt hoc ei infirmitatis solatium, non luxuriæ pariat incendium. Denique qui à carne abstinent, ne-

quaquam sumptuosiora marinarū beluarum cōuiuia preparent. Vinū quoq; ita bibere permittitur, vt ebrietatem omnino fugiamus. Alioquin restat, vt omnia, qui corporibus libent, similiter faciamus. Hæc ibi in forma. Et quia pauci ita ieiunant, consequens est dicere, q recte ieiunantium paucus est numerus. Et hoc, vt dictum est insinuauit Christus in præcedentibus, cum de plurali ad singularem trāsiuit numerum, di. [Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum] Sed quod est caput nostrum, quod nobis præcipitur in die ieiunij nostri vngendum? Nunquid caput nostrum naturale est, quod est pars humani corporis? Certe non, quia ut dicit gl. or. ridiculosum esset in die ieiunij ungere caput suū, quod est pars corporis. In proposito ergo per caput intelligitur Christus, qui est caput Ecclesię, & omniū fidelium, vt habetur Ephe. 1. hoc igitur dignissimū caput tunc vngimus quandoquidem pauperes ob illius amorem reficimus. Hanc autem unctionem permaxime facere debemus diebus quadragesimalibus. vnde de cons di. 1. solent, dicitur q in quadrag. primo cōcurrēdum est ad vesperas, & missas, quibus auditis & eleemosynis largitis, ad cibum accedendum est. Nam ut dicit Aug. sabba. post cine. ser. 1. Ieiunium sine eleemosyna nullum bonum est, nisi forte sit aliquis ita pauper, ut non habeat omnino quod tribuat, cui sufficit tunc voluntas bona. Quemadmodum ergo terra sterilis fimo, uel aliquo simili superfunditur, ut pinguescat, ita in proposito de ieiu. & eleemo. Amb. ser. 33. Cū, inquit, ieiunamus, prandia nostra pauperibus prærogemus. Hæc enim est uera iustitia, si te esuriente de cibo tuo alius satietur, qui pro te roget, utrunque enim tibi proficiet, & tua fames & mendicorum saturitas. Itē Greg. hom. 16. Illud ieiunium Deus approbat, quod ad eius oculos manus eleemosynarum leuat, quod cum proximi dilectione agitur, quod cum pietate conditur. Hoc ergo quot tibi substrahis, alteri largire, vt vnde caro tua affligitur, tamen egentis proximi caro reparetur. Patet ergo quid sit in die ieiunij caput suum ungere.

Sequitur

Sequitur. [Et faciem tuã laua] .i.conſcientia tua à mortali peccato munda, & hoc cũ aqua contritionis, & lachrimarũ, qa vt dicit hic gl. ord. nõ ſufficit opus miſericordię abſq; mũda cõſcientia. Et de iſta lotione ſcribitur Hiere 4 Laua à malitia cor tuũ Hieruſalẽ, vt ſalua fias. vel [hoc tuã laua].i. hilarẽ te demonſtra in die ieiunij tui:& [hoc ne videaris hoĩbus ieiunãs, ſed patri tuo:].ſ.p creationẽ, adoptionẽ, glorificationẽ, q eſt in abſcondito: ſup. maieſtatis, aut ęternalis remunerationis. Eſa. 45. Vere tu es Deus abſconditus. Qui vult ergo ſalubriter ieiunare p hanc quadrageſimã, aut alias, & demum cęleſtẽ mercedem percipere, debet primum faciẽ cõſcientiæ ſuæ lauare. Sed proh dolor pauci curãt de lotione huius faciei, maxime aũt de lotione faciei corporalis. Si n. aliquis percipiat faciẽ ſuã luto, aut aliqua immunditia corporali, quantũcunque parũ pollutã, mox eã tergit & lauat, ne turpis corã hominibus appareat. Et ecce nõ ueretur miſer turpis peccator corã Deo & Sãctis eius cũ macula peccati in faci e conſcientiæ apparere. Tergat ergo primũ ſordes mentis q̃ corporis, quãto anima eſt pluſquam corpus.

Secundo principaliter in præſenti Euangelio fit mẽtio de præmio conſequendo, ſiue conferendo debitè ieiunanti, cum ſubditur. [Et pater tuus ſup. cęleſtis qui videt in abſcõdito] videlicet cordis tui, vbi legit & videt rectam intentionem tuam [reddet tibi] ſup. mercedem æternam pro tuo temporali ieiunio. Sap. 10. Reddidit Deus iuſtis mercedem laborum ſuorum. Et hoc quidem iuſtè: quia vt dicit lex imperial. C. de ſtatu. l. fi. Virtutum præmia merentibus tribui conuenit. Duæ ei partes ſatisfactionis poſſunt habere aliquam mercedem temporalem in præſenti, videlicet eleemoſyna, & oratio. Non autem ieiuniũ, ſed tantum in futuro. Eleemoſyna n. poteſt habere aliquam remunerationem in præſenti, videlicet orationes eorum & beneuolentiam, quibus datur. ſimiliter oratio poteſt habere aliquã remunerationem temporalẽ ſicut cum datur ſex albi promiſſa, aut aliquid ſimile. Ieiuniũ au-


tem non recipit remunerationem in præsenti, quin potius pęnam, sed tñ in futuro, & ideo bñ dictum est supra. Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi, supple mercedē ieiunij tui, in cœlo. Propterea in præfatione missæ de ieiunio bñ cantatur, cū dicitur ad dominum. Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mētē eleuas, virtutem largiris & præmia, supp. cęlestia. Et in huius rei signū dicit Aug. ad fratres in eremo ser. 25. q intitulatur de ieiunio, quod Moyses post ieiunium cum Deo facie ad faciem locutus est, qui ante ieiuniū Deum nec videre, nec ad eū accedere ausus fuerat. Ecce quō Dñs remunerat debite ieiunātes in cęlo. Tertio principaliter in præsenti Euangelio fit mentio de merito congregando cū dicitur [Thesau. uo. &c.] In hac tñ parte Xp̄s duo principaliter facit. Primo quidem retrahit homines ab immoderato amore terrenorum, cum ait. [Nolite thes. uo. the. in ter. vbi eru. de. & su. &c.] In quibus verbis ostendit Christus quàm stulti sunt homines auari in congregandis in immensum & superflue diuitijs huius seculi. Et tales longe sunt ab illo philosopho Crates dicto, de quo refert Hiere. 1. parte epistolarum suarū, epistola. 6. c. 37. q̄ cū congregasset oēs diuitias suas, quæ consistebāt in magno pondere auri & argenti, proiecit eas in mare, dicens, malo vos mergere, q̄ mergi à vobis. Non tñ hic prohibet Christus quin aliquis ex causa rationabili possit moderatè thesaurizare siue pecuniam, siue triticū, aut vinum, seu quamcunque aliam substantiam tēporalē, immo istud ꝑtinet ad humanā prouidentiā: & ꝑsertim qñ fit debito fine, vtpote vt succurratur tēpore & loco necessitatibus reip. aut ne taliter moderate cōgregans necessitatem in futurum patiatur vnà cū familia sua. Scđo idē Christus inducit hoīes ad amorem cęlestiū, cū subdit dicēs. Thesaurizate vobis. i. ad utilitatem vestrā thesauros in cœlo. i. præmia æterna, dādo in præsenti vestra temporalia. Nullibi. n. potestis securius cōgregare thesauros: q̄a ibi neq; erugo, neq; tinea demoliūtur, supp. dictos thesauros cęlestes, cū ibi nulla sit

nulla sit vetustas: aut corruptio, neque fures effodiunt aut furantur, cum ibi nulla sit fraus, aut violentia. Diuites ergo huius seculi dent ex verbis Christi vehemẽter inflammari ad dãdum pauperibus tẽporalia & caduca, vt in futuro percipere valeant ęterna & cęlestia, vñ de B. Laurentio legitur, ꝙ cum distribuisset thesauros Ecclesię quos sibi cõmiserat B. Sixtus Papa in vsus pauperũ, & ꝓꝑ hoc ab Imperatore Decio crudelissimo tyranno torqueretur, qui dictos thesauros ab eo requirebat tanquam auarus & sacrilegus, dixit ei. Facultates Ecclesię quas requiris, in cęlestes thesauros manus pauperum deportauerunt, & ideo salubre consilium super hoc dat Chris. super Mat. in opere imperfecto, homil. 16. ita dicens. illic congrega substantiam tuã, vbi patriam tuã habes. Quæ. n. stultitia illic relinquere vnde exiturus es, & illuc non præmittere quo iturus es?

Notandum ergo, ꝙ ad congregandum thesauros in cœlo, i. præmia cœlestia per eleemosynarum largitionem præter Christi sententiam nos debent tria exempla inducere. Primum est, quod ponit Augu. super psal. exponẽs illud verbum. Non dabit Deo placationẽ suã, vbi sic ait. Si amicus tuus intraret in domum tuam, & inueniret te posuisse frumenta tua in loco humido, qui forte sciret naturam corruptionis frumentorum, quam tu nescires, & daret tibi huiusmodi consilium. Frater perdis quod cũ magno labore collegisti. in loco humido frumenta tua posuisti, paucis diebus ista sic reposita putrescunt: leua ergo ea in superiore. Nõne talẽ amicũ audires suggerẽtẽ, & frumenta leuares de inferioribus ad superiora? Et non audis Xp̃m monẽtẽ, vt thesaurum tuũ leues de terra ad cœlum? Scd̃m exemplum est, quod ponit Valerius Max. lib. 2. c. 1. de Gallis, dicens, ꝙ olim apud eos talis erat consuetudo vt indigentibus mutuarent pecunias illis in alio seculo restituẽdas, eo inquit Valerius, quòd persuasum habebant aĩas hoĩum immortales esse: Dicebat. n. egens ad diuitem. Tu mihi tantum vel tm̃ mutuare digneris, & cum apud aliud seculũ ambo fuerimus, totidẽ

tibi refundam. Applicatio est facilis: Tertiũ exẽplum est de bancharijs, apud quos solent nummi deponi, vt alibi recipiantur, sicut patet de bancharijs Romanis, Parisius, aut alibi existentibus, penes quos romipetę deponunt pecuniam suam quã sunt Romæ recepturi sub certo tributo. Et hoc mediante breui chartula, quã super huiusmodi expositione scribit bancharius Parisius degens, ad alium Romæ, aut Florentiæ commorãte. Ita in proposito, diuites huius seculi cupientes ire in cœlum, necesse habent tradere pecuniam suam, & substantiam temporalẽ, saltem pro parte pauperibus Christi, tanquam bancharijs regni cęlestis, quod vbi fecerint: tunc virtute literarũ sacri Euangelij hodiernæ diei recipiẽt in alio seculo plus in centuplo quàm dederint, ꝙ tamen est contra morẽ cæterorũ banchariorũ huius mundi. Postremo in præsenti Euangelio concludit Christus propositionẽ duas facies habentẽ, cũ ait [Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuũ.] Hæc.n. propositio debet terrere auaros ponentes cor suum & omne studiũ in temporalibus, qui per phas & nephas thesaurizant, & ignorant cui congregant. Nota exemplũ de illo auaro diuite, cuius cũ cadauer post mortem aperiretur, forte vt balsamaretur, sicut nobilibus interdum fieri solet, nec à chirugicis cor eius inueniretur, ait quidam vir grauis & doctus ibi astans. Ite ad arcã, in qua reconditi sunt thesauri eius, & forte inuenietis iuxta dñi sententiã cor eius. Quod cũ factũ fuisset, ibi realiter inuentũ est, diuino nutu, cor eius in signum damnationis suę nulli dubium. Itẽ prędicta propositio debet consolari bonos & spirituales viros, quorũ conuersatio in cęlis est. Et sicut ibi habent thesaurũ suum per æternam prædestinationẽ, ita & cor, & desiderium & affectionẽ. Propter quod dicebat psal. Cor meũ dereliquit me. Quasi diceret. Et si cor meũ sit semꝑ mecum secundũm effectũ, tamen dereliquit me secundũ affectum, & volauit vsque ad cęlum, vbi est thesaurus meus. Quem quidem cęlestẽ thesaurum nobis tribuat qui in Trinitate perfecta &c.

Fer.v.



VM introisset Iesus Capharnaum accessit ad eum Centurio. *Mat.8.*

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. si dñs. allegans iurisconsult. Vlpianum dicit, quòd iustè deprecãtibus nihil debet denegari. Casus est talis. Aliquis miles, aut dux belli strenue se gessit in bello aduersus hostes, nihilominus grauiter vulneratus ẽ, & mutilatus manu aut brachio: quod videns rogat principem vt sibi dignetur misereri & prouidere pro futuro, eo forte, ꝙ præter stipendia nihil habet. Qualiter ergo in tali casu dẽt princeps circa talẽ sic supplicantem se habere? Certe respondet lex Imperialis præallegata, ꝙ non debet illi denegare petitionẽ suam, maxime cum sit rationabilis & iusta.

Moraliter. Dominus habet multos deprecantes, sed non omnibus tribuit qui petunt, quinimmo frequenter illis denegat quæ petunt. Pro quo notandum, quòd deprecantium dominum tria sunt genera. Primi sunt qui iniusta petunt, vtpote illa quæ saluti petentium aduersantur, & quæ non decet Deum dare. Cuiusmodi sunt illi qui malo zelo petunt vindictam & vltionem de inimicis suis, cum tamen potius deberent pro eis orare, iuxta illud Mat. 5. Orate pro persequentibus &c. Sic. n. faciebat Regius Proph. Dauid, tã ꝓ Saulo, quàm pro alijs aduersarijs suis, iuxta quod in psal. ait Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam, supp. pro eorum salute. Secundi sunt qui iusta quidem petunt, sed iniuste. Et huius generis sunt multi peccatores, qui quotiens dicunt orationem dominicam, petunt regnum Dei, dicentes. Adueniat regnum tuum. Sed tamen eorum opera obsistunt, vt non exaudiantur. Psal. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Propterea supp. inquit iustus, quia iniquitatem nõ aspexi

in corde meo exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ. Benedictus Deus qui non amouit orõnem meã.i.non spreuit eã, nec misericordiã suã à me, supp. longe fecit. Bñ ergo de peccatoribus quãuis iusta petentibus scribitur Iac.4. Petitis, & nõ accipitis, eo ꝙ male petatis. Et nota ꝙ dicit male & nõ malũ. Qui.n. ad malum finem orat, malum petit, vt prius dictũ est. Ille aũt qui ad bonum finem orat, bonum quidẽ petit, sed si fuerit in mortali peccato perseueranter, male petit, quia indignus est exaudiri à dño. psa. Clamabo ꝑ diẽ, & non exaudies. Tertij sunt qui iusta petunt & iuste, & huiusmodi sunt iusti qui confidentes de Dei misericordia potius, q̃ de propria iustitia petũt salutaria in præsenti, & demum vitã æternam in futuro. Et de talibus loquitur Saluator Io.16. dic. Petite & acc. &c. Petite inquam peccatorum vestrorum remissionẽ, gratiæ Dei infussionem, pęnitenti opportunitatem, in bono perseuerantiã, cęlestis gloriæ adhæsionem. Quia vbi hęc pio affectu petieritis, credite quia accipietis & fiet vobis, vt supple petitis, quia vt dicit lex præall. Iuste deprecantibus nihil debet denegari: quinimmo vt dicit Aug. de verbis domini ser.29. quantum ad prędicta bona salutaria plus vult Deus dare, quàm nos accipere: & quia à Cẽturione iuste deprecatus est Christum pro seruo suo ægrotante, quia ex charitate quam ad ipsum habuit, ideo axaudiuit eum Christus, dicens. Vade & sicut credidisti fiat tibi, & sanatus est puer ex illa hora, vt concluditur in præsenti euang.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Homo sum sub potestate constitutus. Mat.8. Scribitur extra de censib. c. omnis, ꝙ census solutio est subiectionis probatio. Casus est talis. Homo peregre cõstitutus venit ad aliquod hospitium, interrogatq; dñm domus cui populus terræ illius solet soluere tributum. Cui respõdet forsan, ꝙ regi Franciæ. Quo audito merito alter potest inferre locum illum esse de dominio Regis Francię. Quia si dictus hospes hoc neget, ille poterit probare per dictam decretalẽ, dicentẽ, ꝙ cẽsus solutio

est

est subiectionis probatio. Nã vt dicitur 11.q.1.magnũ. Tributa non sunt à Christianis deneganda potestatibus sublimioribus. Et loquitur dictum decretum contra illos qui dicebant ꝙ ex quo erãt Xpiani, ipso facto erant liberi, nec tenebãtur ad soluẽda tributa siue cẽsum Principibus, siue Regibus. Cũ tñ scriptũ sit Ro. 13. Cui tributum, tributum: & cui vectigal, vectigal.

Moraliter. Sicut duplex est genus dominorũ, ita ẽt duplex est genus subditorum, quorum quilibet soluit censum domino suo in recognitionẽ dominij & superioritatis. Primus igitur Dominus est Xp̃s, cuius dominiũ est tantum ac tale, ꝙ dominatur à mari vsque ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum. Qui etiam de seipso loquẽs Mat. 28. ait. Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Secundus dñs est diabolus, qui est rex super omnes filios superbiæ, quẽ ẽt imitantur q̃ sunt de parte illius, vt Iob 41. Dominium tñ eius est vsurpatiuum & tyrannicum. Cuius ambitio tanta est, vt velit omnes subdere dominio suo. In hoc pręfiguratus per Alex. Macedonem, qui voluit omnẽ terram suo subiugare imperio, vt habetur 1. Mach. 1. Et quia scriptum est Matt. 6. ꝙ nemo potest duobus dñis seruire, ideo ne cesse vt seruiamus domino in sanctitate & iustitia coram ipso oĩbus diebus nostris, aut diabolo per vitæ immunditiam: Cuius quidẽ seruitutis stipendia erit mors æterna, vt dicitur Rom. 6. Dicit ergo decretalis præallegata, ꝙ cẽsus solutio est subiectionis probatio. Modo videat vnusquisq; apud seipsum cui cẽsum soluat, Deo, an diabolo: & tunc apertè cognoscet de cuius dñio sit, Dei. s. an diaboli. Si interrogentur Normani cui Regi soluũt tributũ, Regi. s. Frãcię, an Angliæ, statim respõdebũt ꝙ Regi Franciæ. Cõcludẽdũ est ergo, ꝙ subdũtur dñio Regis Franciæ. Ita à simili vsurarij, symoniaci, adulteri, & similes qui soluũt cẽsum diabolo, ostẽdũt ope & facto se esse subiectos diabolo. Heu ad hanc deuenit multitudo Xp̃ianorum miseriam & nequitiã, vt fermè omnes, paucis deuotis catholicis exceptis, cẽsum impietatis soluãt diabolo.

bolo. Qđ præuidēs in spiritu prophetico ipse S. Hieremias pie lamentabatur, dicens. Princeps prouinciarū facta est sub tributo. Thren. 1. Et qđ maxime ingemiscendum est, non solum laici soluunt tributū diabolo, male viuendo: verumetiā pleriq; clerici & religiosi, cū tñ deberēt esse lux mūdi per sanctæ vitæ exemplaritatē. Legitur. n. Gen, 42 ꝙ tota terra Aegypti fuit per industriā Ioseph tributaria regi Pharaoni, excepta terra sacerdotali, q̄ fuit semper à tributo libera. Sed profecto hodie multi clerici & religiosi grauius tributū soluūt diabolo, q̄ pleriq; laici. Merito ergo qlibet hō tā iustus, q̄ peccator potest dicere cū Centurione verbū, quod præmisimus [Hō sum sub potestate constit.]

In hoc igitur euang. de tribus fit mentio, videlicet De Centurione pro seruo apud Christum supplicante in principio euangelij. De Christo Centurionem valde commendante. ibi [Non inueni tantam fidem in Israel.] De seruo ab ęgritudine Dei gratia resurgente ibi. [Et sanatus est puer.

Primo igitur in hodierno euāg. fit mentio de Centur. Refert. n. euang. Matthęus qualiter Xp̄o ingresso Capharnarum, q̄ est ciuitas Metropolis Galileæ, mox accessit ad eum Centurio. Et nota. ꝙ Centurio non est nomen personæ, sed officij: vtpote qui præest centum militibus. Iste ergo homo dictus est Centurio à centū, eo ꝙ fuerat ab Imper. Rom. in Galileam destinatus, adiunctis sibi centum militibus, quorum capitaneus erat, vt sic iugiter Galilea Romano subiugaretur imperio: quamuis ergo iste homo Gentilis esset natione: iam tamen in Christum credebat, super hoc edoctus à doctore intrinseco. Vnde glo. ordin. super illo verbo accessit ad eum Centurio, allegans originem dicit sic. Accessit ad Christum alienigena generatione, sed domesticus corde: alienus natione, sed proximus fide princeps militum, sed socius Angelorū. Sed videtur esse dissonantia inter Matth. & Lucā, de accessu ipsius Centurionis ad Christū. Nam Luc. 7. c. dicit expresse, ꝙ ipse Centurio miserit seruum suum ad Christū, qui signifi-

significaret ei alterum seruũ suũ ægrotare. Matthæus autem dicit in pñti euang.ꝙ accessit ad Christum, Sed hanc vocalem dissonantiã dissoluit Aug. de cõcordia euangelistarum lib.2.c.20.dicens,ꝙ Cent. nõ accessit ad Christum in propria, nec hoc dicit Matth. Accessit aut ꝑ seruũ, & similiter rogauit per seruum. Modo ꝗ facit per alium est perinde ac si faciat per seipsum.de reg.iu.lib.6.Vel dic, ꝙ accessit, non quidem corpore sed spiritu,siue mente,fide,deuotione,& charitate.Sic & nos oĩ die ad Xp̃m accedere debemus, non quidem passibus corporeis, sed affectus mentis, dicente psal. Accedite ad eum,& illuminamini. Quasi dicat. Si accesseritis ad Dominum modis pręictis,indefectibiliter illuminabimini, in præsenti quidẽ per fidẽ & gratiam, & in futuro per gloriam Ergo accedite ad eum.

Notandum est autem, ꝙ ipse Centurio cum esset princeps militum, voluit cum notabili comitatu ad Regem Christum accedere, non quidem militum, sed honestarum mulierum. Vnde scd̃m ꝙ possumus elicere ex præsenti euangelio, adduxit secum quatuor generosas dominas Christo dilectissimas.

Primo quidem dominam Charitatem primam & prædilectam filiam Regis ęterni. Hanc ergo dominã ostendit Centurio in effectu in suo comitatu habere, cum seruum suum vocat filium suum, dicens ad Christum:Domine,puer meus &c.Et nota,ꝙ iste Centurio more boni oratoris incipit à laude Christi, quasi captiuans eius beneuolentiam, cum ait, Domine: domine ergo in cuius potestate sunt omnia posita,etiam mors & vita.1.Reg.2.Dominus mortificat,& viuificat. Dñs.n.vno modo ethimologizatur quasi dans manus. Propterea ergo te dum voco, vt des mihi manum & auxilium contra instantem tribulationem serui mei, ita vt eo sanato merito dicere possim de te illud psal. Secundum nomen tuum domine, sic & laus tua in fines terræ,quasi diceret. Si hunc seruum meum sanaueris, de hoc laudaberis in euangelio vbicunq; illud fuerit prędicatum,etiam vsq; in finem seculi. Deinde

nisi

insinuat suam charitatem, dicens. Puer meus. glos. interli. i. seruus quē vnice diligo. Non ergo contempsit Centurio seruū suū, quē puerū suū vocabat, quia vt dicit Chrysost. super Matt. in opere imperfecto. vbi prolixè exponit præsens euangelium, iste Centurio nullā differentiam ęstimabat inter seruum, & dn̄m, inter magnum & paruū, inter diuitem & pauperem, quia velint nolint dn̄i sunt similes seruis suis quo ad quatuor. Primo quidem quantum ad natiuitatem, quia vtrique nudi nascuntur & cruore perfusi. Sap. 7. Nemo ex regibus aliud habuit natiuitatis initiū. Vnus introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. Vnde Boetius de cōsol. lib. 3. metro. 6. Omne hominum genus in terris simili surgit ab ortu. Secundò verò quantum ad vitā, quia vtriq: subijciuntur multis miserijs in præsenti, & interdum plus domini, quàm serui. Iob 13. Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Tertio verò quantum ad finem, quia vtrique subijciuntur morti. Psal. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? Quasi dicat. Nullus. Et reuera sic est, Hebr. 9. Statutum est hominibus semel mori. Item poeta. Est commune mori, mors nulli parcit honori. Diues & fortis, veniunt ad funera mortis. Quarto & postremo quantum ad Dei iudiciū, à quo non eximētur domini plusquam serui, quia vt dicit Apost. 2. ad Corinth. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal &c. Istam ergo quadruplicem paritatem inter dominos & seruos considerans regius profeta Dauid, ait. Simul in vnum, idest in eandem sententiam quantum ad prædicta, diues & pauper. Et certe si multi nobiles potentes & diuites prædicta diligenter considerarent, non sic se supra se extollerent, nec pauperes & simplices tam turpiter despicerent. Rursum idem Centurio ostendit suam charitatem ad seruum suum, cum ait de eo loquens. Iacet in domo. Non ergo eum ægrotantem quantumcunque diu, quia paralyticus erat, eiecit de domo sua, sed curam illius tanquam filij proprij habuit. Et istud est contra mul-

tos

tos diuites & potentes, qui seruos suos pariter & ancillas quāprimū incipiunt ægrotare, à se expellunt, & ad domos parentum siue interdum ad hospitale trāsmittunt: cum tamen quandoque contingat tales ægrotare ex custodia & obsequio præstito dñis suis, aut eorum filijs in ægritudine sua. in quo apparet dictorum dominorum inhumanitas. Genus autem morbi exprimitur, cum subditur. [paralyticus] qualitas vero cū additur [& male torquetur.

Secundo Centurio adducit secum dominam Humilitatem, sciens illam esse Christo acceptissimam. Hanc ergo dominam se habere in suo comitatu ostendit. Cu Christo dicenti: Ego veniam & curabo eum, ait [Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum.] Qđ quidē verbum pertractans Aug. de verbis dñi ser. 6. dicit, ꝙ iste Centurio dicendo Christo, Dñe non sum dignus vt intres sub tectum meum, factus est dignus non in cuius parietes sed in cuius cor Christus intraret. Neque enim hoc verbum diceret cum tanta humilitate & fide, nisi iam illum quem timebat intrare domum suam gestaret in corde. Hæc ille. Dicit autem magister histo. super prædicto verbo domine non sum dignus &c. ꝙ taliter loquutus est Centurio, quia forte idola habebat in domo sua, cum gētilis esset, ex quorum aspectu fuisset Christus offensus, quem, teste Hiero. verum Deum esse credebat. Et nota ꝙ Centurio nō dixit, vt intres in palatium meum, aut domum insignem, sed sub tectum meum. Nā & si magnus esset in seculo, non tamen inhabitabat domum multum solennem, sed humilem. In quo facto reprobatur superbia & pompa principum Christianorum ædificantium sibi regalia palatia intus circumamicta varietate picturarum, tapetorum, vasorum aureorum, & argenteorum. Desuper autem hincinde deaurata, ita vt de talibus ædificijs dicere possimus, qđ scriptū legimus de templo Salomonis. 3. Reg. 6. Nihil erat in templo quod auro non tegetur. Et talis curiositas, seu abusus est occasio retrahendi infideles ne conuertātur ad

fidem

fidem, prout pulchre declarat Chryſ. ſuper Matthęum hom. 12. Gentiles inquit cum videns à nobis ſplendidas domos ædificari, atque amęnitates parari, nolunt credere ꝙ alterius vrbis nobis perfectionem paremus. Si enim, inquiunt, verum eſſet iſtud quod dicũt Christiani de futura vita, profecto videntes cuncta q̃ poſſident, prorſus illuc præmitterent. Hæc ille. Tectũ itaq; Centurionis gentilis condemnat ſumptuoſa ædificia nobilium & potentum, & ſignanter regiorũ officiariorum. Erat ſiquidem hic Cẽturio officiarius Imperatoris Romani quantum ad artem militarem, q tñ tecto. i. paruo & humili habitaculo erat cõtentus. Cur hoc? Certe quia contẽtus erat ſtipendijs ſuis, nec faciebat exactiones in populo, nec ſimiliter fraudem committebat in ærario principis ſui. Cuius contrariũ faciunt multi officiarij & reipublicæ rectores. & ideo nõ mirũ ſi in immenſum ditentur, fabricent ſibi domos exquiſitas & palatia quaſi regia. Quis ſi hic abuſus reprehenſibilis ſit in laicis, quanto magis in clericis & Eccleſiæ prælatis? qui interdum excedunt in talibus mundialibus fatuitatibus magnos principes, quinimmo & reges, Eccleſias ſuas ruinam minari cernentes & pauperes egeſtatem patientes vix in modico ſuſtentantes. Sed de hoc hactenus. Tertio Centurio adduxit ſecum dominam Fidem, quam in ſuo comitatu eſſe præſentem oſtendit, cum Chriſto ait. Tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus. Vbi glo. interli. Ecce recta fides quæ credidit Dei dicere eſſe facere. Neſcio vbi legerat iſte Gentilis, quoniam ipſe dixit & facta ſunt, niſi forte quia diuinitus erat iam intra illuminatus. Chryſo. autẽ ſuper Mat. in opere imperfecto. hom. 25. valde magnificat & extollit fidem huius Centurionis, ita vt dicat, ꝙ ad fidei huius comparationem omnium fides infidelitas eſt inuenta. Et ideo merito dicere poterat illud pſ. Credidi, ſup. Chriſtum omnia potentẽ, propter qđ loquutus ſum, dicens illi. Dñe puer meus iacet &c. Qui cũ reſpõdiſſet mihi. Ego veniã, nõ quidem præſentia corporali, ſed potẽtia ſanandi, vt dicit

rit magister historiarum in historia scolastica, & curabo eum. Ego ad eius verba stupens humiliatus sum nimis, i. valde, cum . s. respondi ei, dicens. Dñe non sum dignus vt intres sub tectum meum. Quartò Centurio secum adduxit dominam Prudentiā, quæ est aurigo aliarum virtutum. Et hāc dominam in suo comitatu se habere ostēdit, cum ad Christum vtitur tali persuasione, di. Nam & ego homo sum. Tu autem Deus & hō. Sub potestate cōstitutus, videlicet Imperatoris Romani, tu vero rex regum es, & dominus dominantium. Habēs sub me milites, i. homines paucos mortales. Tu autem habes sub iurisdictione tua omnia vniuersaliter, & dico huic vade, & vadit: & alio veni, antiqua grammatica est. Et venit, & seruo meo fac hoc, & facit. Quasi diceret Christo. Si mihi qui sum mortalis & exiguus homo tāta præstatur obedientia à subditis meis, quanto magis tibi obedient milites cęlestes, si illos miseris ad sanandum filium meum, vel etiam infirmitas & sanitas? Nam si dixeris paralysi inuadenti seruum meum, vade ab eo, mox ibit. Item si dixeris sanitati veni, statim veniet. Vel forte prædicta verba referebat ad apostolos, volēs Christo persuadere, vt vnum de illis mitteret in domum suam ad curandum filium eius. Ecce prudens eius persuasio ad Christum. Allegorice, accessus Centurionis ad Christum, qui quidem Centurio gentilis erat, præfigurabat quòd ad Christum, & ad eius sanctam fidem suscipiendam accessuri essent Gentiles: filij regni, id est iudæis longe fugientibus ab eo. Et de hoc longe ante prophetauerat Psal. in persona domini di. Populus sup. Gentile, quem non cognoui. i. quē me non cognoscere ostendi, quasi de illo non curans, vel quem non cognoui i cuius mores olim non approbaui, seruiuit mihi. s. tempore legis gratię, in auditu auris obediuit mihi, qa Gentiles audiētes apostolos, & prædicatores legis gratiæ, statim relictis idolis suis, & erroribus crediderunt in Xp̄m Ecce accessus populis Gētilis ad fidē Xp̄i. Deinde econuerso de iudęis subdit, di. Filij alieni, idest iudæi qui

olim erant populus peculiaris Dei, & electus præ cæteris nationibus, nec autem alieni per infidelitatem, mentiti sunt mihi: inqt Christus. Sed qūo aut in quo mentiti sunt illi. Certe in hoc quòd non tenuerunt promissum. Olim. n. dixerant Moysi. Cuncta quæ præceperit dominus, libenter facimus. Et tñ noluerunt credere Christo quamuis hoc præciperet Deus pater. Vel mentiti sunt mihi, i. mentiti sunt contra me turpiter blasphemantes & dicentes illud Io. 8. Nūc cognouimus, quia dæmonium habes, filij alieni, qui, vt supra inueterati sunt in peccatis suis, & signanter in infidelitate sua, & claudicauerunt à semitis suis, quia vetus testamentum se gloriantur obseruare quantum ad literam, quod tamen minime obseruant quantum ad sensum spiritualem, quem prætendit Spiritus sanctus, eo quod non credunt in Christum, qui in eo continetur. Ecce quomodo claudicant, vel dicuntur iudęi claudicare pro quanto recipiunt vetus testamentum, & minime nouum testamentum, & ita claudicant pro quanto in nouitate vitæ non ambulant. Moraliter, solicitudo tam diligens Centurionis de vnico seruo ægrotante, & pro cuius salute tam affectuose rogat summum medicum corporum & animarum Iesum Christum: merito arguit & condemnat desidiā & negligentiam prælatorum Ecclesiæ, qui quamuis plures communiter habeant spiritualiter & periculose ægrotantes, de eorum tñ salute parum, aut nullo modo sollicitantur, præferentes salutem animaliū suorū saluti animarum subditorum suorū. Nam si canis eorū claudicet, equus, aut asinus, statim iubent famulo vt videat vnde hoc procedat, quinimmo plerūque in propria dicta animalia claudicantia reuisitant, & curare satagunt. Idem etiam facientes circa falconem iacentem in pertica, si viderint ipsum cibū recusantem, & salutem animarum sibi cōmissarum postponūt & negligunt. Nonne ergo talis abusus valde reprehēsibilis est? Certe vtiq;. Moraliter, Iste puer paraliticus est spiritus humanus subiacens mortali peccato, de quo dicuntur

cuntur

cuntur hic quatuor. Primum est, q vocatur puer, & hoc pp ignorantiam, quia omnis malus ignorans, videlicet per defectũ rectæ electionis circa agẽda. Scđm est, q iacet in domo, i. intra corpus. Iacet inquam per adhæsionem boni commutabilis. Tertiũ est, q est paralyticus per defectum bonæ operationis. Quartum est, q male torquetur per remorsum synteresis, vñ Augu. lib. 1. confes. Iussisti Domine, & sic est vt pęna sibi sit omnis inordinatus animus. Qui aũt cupit eius salutẽ, debet ad Christum accedere, habens in suo comitatu quatuor prædictas dominas, quas habuit Cẽturio, videlicet dilectionẽ ad dominũ, vt scilicet petat remissionem peccatorum suorum à domino non pp pœnam quam incurrit, sed pp illius amorem, quem turpiter offendit. Item debet habere secum humilitatem. psal. Priusquam humiliarer ego deliqui. Et alibi. Cor contritum & hum. Deus non d. Item alibi. Humiles spiritu saluabit sup. Deus á pctõ. Itẽ debet habere fidẽ, quia accedẽtem ad Deum, sup. pro remissione peccatorum suorum, oportet credere. Si n. vt ait psal. omnia opera eius, videlicet Dei in fide, sup. fundantur, cõsequens est, q nullus potest ab eo impetrare peccatorum suorum remissionem qui in ipsum non crediderit. Item & postremo debet secum habere prudentiam, vt sciat quid petere debeat, & qualiter. Secundo principaliter in presenti euangelio fit mentio de Christo Centurionem mirabiliter commendante, cum sequentibus se de eo ait. Amen dico vobis, idest in veritate, non inueni tantam fidem in Israel. Contra. Fides Beatæ virginis similiter & apostolorum maior fuit. Respondeo. Per hæc verba Christus non intendebat excludere illos, quibus loquebatur, inter quos forte aderat Beata virgo, similiter & apostoli. Da exemplum cum dicimus, nemo est in hac domo, excludendo illos, quibus loquimur. Vel nemo est in Ecclesia aut in sermone. Sed iterum replicatur. Nã fides Abrahæ qui credidit Deo dicenti illi. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Ge 12. fuit maior

fide huius Centurionis. Ad hoc respondet Hier. super Mat. dicēs, ꝙ Christus de præsentibus loquebatur, non de omnibus retro patriarchis & prophetis. Vel inquit in Cētutione fides gentiū præponitur fidei Israelitici populi. Vel non inueni tantā fidē in Israel. i. tantum fidei signū, vel tātā fidei facilitatē in credendo. Multi ei tracti sunt ad fidē ꝑ euidētia miracula, iuxta illud Xp̄i verbū Io. 4. Nisi signa & prodigia videritis nō credetis. Alij aūt per doctrinā Christi & apostolorū atque sequaciū. Iste autē Centurio nec signa viderat fieri à domino, nec eius prędicationi aliquando interfuerat, sed tantum à doctore intrinseco instructus fuerat, & illuminatus. Et propterea dicitur primitiæ gentium, eo ꝙ primus crediderit de populo Gētili sine doctore extrinseco. Et in signum talium primitiarum Christus subdit, di. Dico autem vobis, quia multi veniēt ab oriēte & occidente, & recumbent cum Abraham &c. Vbi per orientem secundum gl. or. omnes partes mundi designantur, ex quibus gentes vocandæ erant ad fidem. Et notanter dicit multi, & non omnes, quia quamuis omnes sufficienter vocentur ad fidem, & consequenter ad cęlestem gloriam, non tamen omnes saluabuntur, quamuis multi. Sed contra hoc verbum, multi, potest instari per illa Christi verba Mat. 7. Arcta, inquit, est via & angusta, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui ingrediuntur per illam: lata autem & spaciosa q̄ ducit ad perditionem, & multi &c. Paucum autem & multum videntur inter se repugnare: igitur alterum est falsum. Ad hanc instantiam sub paucis respondet Aug. de verbis domini ser. 32. dicens, ꝙ pauci sunt qui saluantur in comparationem multorum periturorum, quamuis in se sint multi, secundum illud Apoc. 7. post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus &c. Isti tamen pauci magnam massam facturi sunt. Estote ergo fratres inter multos multi, sed in comparatione quorundam multorum pauci, hæc ille. De prædictæ autem comparatione possunt dari multa exēpla, inter quæ vnū est mul-
tum

cum familiare: videlicet de multitudine canonicorum vocatorum & citatorum ad electionem futuri Pontificis celebrandā, nec tamen nisi vnus in pontificem eligitur. Ita in proposito. Moraliter illi veniunt ab oriēte ad dominū siue ad cęlū, qui moriuntur in tenera ætate, vt paruuli, de qbus Saluator Mat. 11. ait. Sinite paruulos venire ad me; talium est regum Dei. Illi autem veniunt ab occidente, qui emendantur in senectute, & qui moriuntur decrepiti & senio confecti. Tales. n. plerunque reuertuntur infantiam & multos languores patiuntur, qui cedunt eis in satisfactionē pro delictis in iuuentute commissis, supposito semper, quòd tunc sint in gratia & patienter talia ferant. Et de talibus potest intelligi illud psal. Cum occideret eos, supple Deus qui occidit & viuere facit, quærebant eum, & reuertebātur. Quis autem subditur, & diluculo veniebant ad eum, intelligitur de paruulis, in quibus incipit illucescere dies naturalis vitæ, qui tunc morientes supposita gratia baptismali veniunt ad dominum in cęlis regnantem. Non autē dicit hic Christus, quòd multi venient ad regnum cœlorum à meridie & aquilone, quia non multi, sed tantum pauci inde venientes saluantur. Pro quo notandū quòd meridies, in qua feruescit Sol, designat illos qui moriuntur in feruore caloris naturalis, vt sunt iuuenes & fortes. Pauci ergo talium morientes veniunt ad cœlum, eo quod plerunque inuitè & impœnitentes rapiuntur. Et de talibus videtur loqui Iob 21. vbi ait. Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto. i. inseparate ad inferna descendunt. Aquilo autem vnde procedit & flat ventus borealis summe frigidus significat auaros pariter & inuidos, qui sunt valde frigidi, & hoc propter defectū ignis charitatis. Et similiter ex hac parte pauci veniūt ad cęlū, eo quod tales raro veraciter pœnitent. vnde de diuitijs tēporalibus quo ad propositum videtur posse intelligi illud psal. Fallax equus ad salutē, vbi per equum intelliguntur bona temporalia, quia sicut equus

est bellicosus, rixosus, mordeas & percutiens, ita & occasione diuitiarũ huius seculi efficiuntur hoĩes bellicosi & rixosi per infinitos processus, qui inde oriũtur. Itẽ mordentes & se mutuo percutientes ꝑꝑ infinitas lites inde sequentes, etiam vsq; ad verbera. Sequitur, in abundantia aũt virtutis suæ. i. tẽporalis substantiæ nõ saluabitur, sup. diues, sed potius dãnabitur, quia sicut dicitur 1. Tim 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tẽtationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, q̃ mergunt hominem in interitũ & perditionem. Ex his ergo omnibus patet, ꝙ maxima pars saluandorum venit ab oriente & occidente modo prius exposito. Sequitur. Filij autem regni. &c. Prius Christus descripsit vocationem gentim ad fidem & regnum cęleste. Hic consequenter describit & insinuat iudæorum reprobationem, cum inquit. Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. nam vt dicit hic gl. interli. Filij regni sunt iudæi, in quibus antiquitus regnabat dominus per fidem. Vel vt dicit Gorram ordinis prædicatorum, dicuntur filij regni, vocatione, non electione: promissione, non assecutione, seu reputatione, non re aut opere. Vel secundum Aug. de verbis domini. serm. 6. Iudæi dicuntur filij regni, eo scilicet ꝙ legem acceperunt, & ad ipsos solos prophetí missi sunt. Item quia apud eos erat templum & sacerdotium. Et iste sensus videtur esse literalis, vtpote quẽ prima fronte prætendit litera sane intellecta. Moraliter ista possumus exponere de pc̃tõribus & de iustis scd̃m præsentem iustitiam. Multi. n. nunc subiacẽt diuersis & grauibus peccatis, quos multi existimãt quasi à Deo reprobatos & futuræ perditionis filios, q tñ tandem recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob i. cum multitudine electorũ in regno Dei. Et qui prius reputabantur propter vitæ sanctitatẽ filij regni, id est, prædestinati ad cœlestem gloriã, occulto Dei iudicio finaliter casuri sunt in aliquod mortale pc̃m̃, cum quo morituri sunt, & consequenter descensuri in tenebras exteriores. Nã de tenebris interioribus culpæ de-

scendent omnes reprobi in tenebras exteriores gehẽnæ. Et quamuis sit ibi ignis horribilis, nullo tñ pacto lucebit nisi forte ad maius tormentum damnatorum. Tum quia ille ignis est in propria natura, & per cõsequens non flammat. Tum quia tenebrosus est,& obscurus propter loci conditionem, eo quòd euaporari nõ potest propter loci inclusionem . Tum quia sic est voluntas Dei secundum illud psal. Vox domini intercidentis flammam ignis,videlicet in inferno . Et ad hoc propositum multum pertinenter loquitur Augu st.lib. Soliloquiorum.c.29.ita dicens. Vidimus multos dñe Deus,& audiuimus à patribus nostris,quod vtique sine magno tremore nõ recolo,ascendisse,i.primitus vsque ad cęlos , & quodammodo inter sydera nidum suum collocasse : postmodum autem cecidisse vsq; ad abyssos,& animas eorum in multis obstupuisse. Vidimus stellas de cęlo cecidisse ab impetu ferientis caudæ draconis,& eos qui iacebant in puluere terræ,à facie subleuantis manus tuæ mirabiliter ascendisse. Vidimus eos qui inter filios Dei ambulabant in medio lapidum ignitorum , quasi lutum ad nihilum defluxisse. Vidimus lucem obtenebrasse,& de tenebris lucem procedisse;quia publicani & meretrices pręcedũt incolas in regno cœlorum.Filij autem regni eiiciuntur in tenebras exteriores Quare autem omnia ista,nisi , quia in montẽ illũ ascenderunt,in quem ascendit Angelus & descendit diabolus? Hæc ille . Hæc autem omnia paucis verbis complectitur . psal.dicens hunc humiliat & hunc exaltat.hunc inquam,idest illum qui videbatur iam esse filius regni , humiliat per finalem reprobationem.Et hunc, i.illum qui à multis iudicabatur filius perditionis exaltat per finalem electionẽ & beatitudinem cęlestem.Ecce quomodo abyssus reprobationis abyssum inuocat æternalis electionis & prædestinationis.Nam vt dicit Aug.do.1 post.octa. Paschæ,ser 1 .Sæpe de quo desperauimus, subito conuertitur & fit optimus. Et sępe de quo multum præsumpsimus,subito deficit & fit pessimus.Hæc ille.

Mystice prędicta verba possunt exponi de electione hominū sanctorū ad regnū cœlorum, & improbatione malignorum spirituū inde electorum. Multi ergo venientes ab Oriente, & Occidente, sunt homines electi, qui ex omni parte mundi à Deo eliguntur, & assumuntur ad regnum cœlorum, eo quod apud eum non est distinctio iudæi, & Græci, sed quot quot bene operari volunt, saluare vult. Filij autem regni iā de cœlo eiecti sunt spiritus maligni, qui hic appellātur filij regni. Tum quia in cęlo Empyreo creati, tum quia primitus in gratia constituti, tū quia regnū cœlorum perpetuo possedissent, si peccando non obstitissent. Causa aūt eiectionis eorū inde fuit eorum superbia. Propter quam dixit dominus illud psal. Nō habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Quod aūt subditur in Euāgelio. Ibi erit fletus & stridor dentiū, s. in inferno, non ad malignos spiritus refertur, sed ad hoīes dānandos, qui post iudiciū gñale dānabūtur in corpore & aīa. Et tunc flebunt eorū oculi præ fętore, & horrore fumi infernalis, qui in præsenti per concupiscentias uagati sunt plurimū. Similiter stridebunt dētibus suis præ ardore ignis uehementis, qui in præsenti de edacitate gaudebant. Et, ut dicit Hieron. super Matt. ex duobus prædictis, videlicet ex fletu, & stridore dentium ipsorum damnatorum concluditur euidenter resurrectio corporum in die iudicij.

Tertio principaliter in præsenti Euangelio fit mētio de seruo Centurionis ab ægritudine Dei gratia resurgente, cū subditur in Euangelio. Et dixit Iesus Cēturioni, i. seruis ab eo missis. Vade, i. secure, & læte reuertere, & sicut credidisti fiat tibi. Ecce quantū profuit fides sua. vnde gl. or. Christus fidei merito ostendit Centurionē impetrasse seruo salutem. Et sanatus est puer, i. seruus ex illa hora, qua. s. Christus dixit Cēturioni. Sicut credidisti fiat tibi, sup quo dicit Chry. ꝙ inopinate, & in momento temporis curare seruum Centurionis virtutē ostēdit diuinitatis. Circa hoc aūt notandum, ꝙ Christus sanauit hūc puerū trib. modis.

Primo

Primo quidem liberaliter, quia nihil exigendo, nisi fidei meritum, ideo ait Centurioni. Sicut credidisti fiat tibi. Non dicit, quia aliquid temporale dedisti.

Secundo verò integraliter, quia sanatus est puer. Nō dicit sanatus est pes, uel oculus, aut aliqd simile, sed puer. Nec immerito, quia Dei perfecta sunt opera.

Tertio aũt velociter, quia ex illa hora. Non sic aũt curant ægrotos cęteri Medici pract. per singula.

Moraliter. Sicut Christus tribus prędictis modis sanauit corporaliter prædictum seruum Cēturionis, sic etiam sanat quotidie quēlibet peccatorē ad eum reuerti volentem spiritualiter. Primo quidem liberaliter, quia inde salarium non petit, sed gratis hoc facit, Esa. 43. Ego sum qui deleo iniqtates tuas ꝑ ꝑ me. Secundo verò integraliter. Vnde Aug. lib. 83. qōnum, q. 11. Deus cum liberat, non partē liberat, sed totũ liberat. Ad idem facit. c. sunt plures, de pœ. dist. 3. In cuius ēt rei signum Christus totum hominem sanum fecit in sabbato. Io. 5. Tertio aũt velociter. psal. Misericordia eius pręueniet me. Et alibi. Cito anticipēt nos misericordiæ tuæ. In cuius ēt rei signũ legitur Lucæ 15. ꝙ pater filij prodigi occurrit ei reuertēti domũ. Cōmendemus ergo nos misericordiæ tanti medici, ut qđ egit in hoc seruo corporaliter, dignetur in nobis agere spiritualiter, hic largiendo suã gratiã, & in futuro gloriam æternam. Quã nobis cōcedat Iesus, &c.


FERIA SEXTA post Cineres.



VDISTIS, quia dictum est antiquis. Diliges amicũ tuũ, & odio, &c. Matth. 5.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de bonis libertorum. l. si liberti, dicit quòd ficta ignorātia neminem excusat. Casus est talis. Occurret certo die festũ alicuius Scti, in cuius vigil. est ieiunandũ de ꝓcepto Ecclesiæ



ecclesię, sicut de multis habetur extra de obser. ieiu. c. cō sulult. Est aūt aliquis gallandus, qui tali die non ieiunat. Cum super hoc increpatur, dicit se ignorasse, q̄ esset ieiunandum, quia fortè non interfuit missæ parochiali quando hoc fuit in pronunciatum, cui quidem missę potuit, & debuit interesse. Vtrum ergo talis in illo casu excusetur à mortali peccato p̄p ignorantiam suam? Et similis casus potest poni de eo, qui comederet carnes absq; necessitate in die ieiunij. Ad hoc respondet Imperator per legē prædictā, quòd non, eo quod ficta ignorantia neminem excusat. Cuius modi est in proposito. Moraliter. Notandū secundū doctores tā Theologos, quàm iuristas, quod triplex est ignorantia. Prima dicitur inuincibilis siue ignorantia facti. Et dicitur inuincibilis, siue quia vinci non potest, siue quia habens eam, non tenetur ipsam vincere. Et talis ignorantia omnino excusat à peccato. Propter quod Iacob excusatur omnino â peccato, qui cognouit Lyā, credens inuincibiliter eam esse Rachel, Gen. 29. Nam vt dicit Aug. epist. 28. Et similiter recitatur in decret. 1. q. 10. nullius. Nullius crimen maculat nescientē. Et de hac ignorantia uidetur loqui Arist. 3. Ethic. cum dicit, quòd ignorantia excusat pc̄m. Secunda ignorantia dicitur vincibilis, & quam habens tenetur vincere, sed ad hoc non laborat efficaciter, & de hac ignorātia possunt dari multa exēpla secundū quod est multiplex ignorantia, uidelicet sperandorum hoc est æternorum bonorum & cœlestium. Item credendorum, videlicet articulorum fidei. De quibus dicit B. Th 2. 2 q. 2. art. 5. quòd quilibet adultus tenetur explicite eos scire. Val de ergo grauiter peccant multi Christiani, qui iam grā deui facti adhuc ignorant huiusmodi articulos, pariter & decalogi mandata, cum tamē dicat Arist. 2. Ethi. q̄ turpe est ignorare, q̄ omnibus scire conuenit. Item est ignorantia agendorum à nobis, ut sunt vniuersalia iuris præcepta, vt qđ nemini est malū faciendum. Itē dicit B Th. 2. 2. q. 76. ar. 2, q̄ quilibet tenetur explicitè scire ea, quæ ad suum officium spectant. Da exemplum

de

de præclaris, item de iudicibus & iuriſconſ. Item de medicis,& chirurgicis,ac cæteris huiuſmodi. Item eſt ignorantia fugiendorum,videlicet vitiorum,& tormẽ torum infernaliũ.Qui ergo circa prædicta ſunt ignorantes, & pręſertim circa ea, quæ tenentur ſcire non ſunt immunes à peccato,teſte Bern. epi.77.ubi ſic ait. Multa ſcienda neſciuntur,aut ſciendi incuria, aut diſcendi deſidia,aut inquirendi verecundia. Et quidem huiuſmodi ignorantia excuſationem non habet. Hæc ille. Adde quòd talis ignorantia dummodo non ſit affectata,excuſationem nõ habet à toto,licet bene â tanto,ut patet 32.q.7.quemadmodum.Tertia eſt ignorantia affectata, vt cum quis deſiderat,ſeu uult non ſcire ea quæ tenetur ſcire, verbi gratia. Aliquis magnus vſurarius non vult ire ad prędicationem ne audiat veritatem ne capiatur laqueis docti prædicatoris. Alius non uult confiteri docto, & timorato confeſſori ne oſtendat ſibi peccatorum ſuorum grauitatẽ, & ſui ſtatus periculum. Et de quolibet tali poteſt intelligi illud Io.3.Oĩs qui male agit,odit lucẽ, & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Item Iſid.de ſummo bono lib.2.c.17. Sunt,inquit, qui pro ignorantiæ excuſatione ſcire nolunt,vt minus culpabiles habeantur,qui ſeipſos decipiũt.Neſcire.n.ſimpliciter ad ignorantiam nolle verò ſcire ad cõtumacẽ ſuperbiã ſpectat: voluntatẽ quippe domini ſui uelle neſcire quid aliud eſt,quàm velle dominum ſuum ſuperbiendo contẽnere? Hæc ille. Hæc autem ignorantia pertinax aggrauat peccatum ſecundum B.Th.2.2 q.76.art.4. Ad propoſitum ergo euang. hodierni notandum,quòd iudæi ante Chriſti aduentum laborabant ignorantia ſecũda, quæ eſt eorum, quæ quis tenetur ſcire, ſed neſcit, nec laborat ſcire.Quam quidẽ ignorantiã lex præall.ficta appellat,& quæ neminẽ excuſat ſaltem à toto,ut dictũ eſt.Sed quomodo laborabant dicta ignorantia Iudæi? Certe in hoc,ꝙ credebant ſe tantum teneri, & obligari ad diligendum benefactores ſuos & amicos,& poſſe licitè odire inimicos. Quã quidẽ ignorantiã reprobat

& condemnat Christus,cũ ait in principio euangelij. Audistis quia dictum est antiquis. Diliges amicu tuũ, & odio habebis inimicũ tuum.Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros,&c.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Diligite inimicos vestros,benefacite his qui &c. Math. 5.

Scribitur extra de regularibus.c. porrectum.ꝙ habitus nõ facit monachum,sed professio regularis. Casus est talis. Est aliquis immemor suæ salutis,qui vt cautius operetur malum,assumit habitum alicuius monachi,in quo fore facit. Sed Deo volente deprehenditur per iustitiæ ministros in actuali perpetiatione mali. Propter quod trahitur ad iudicium seculare, vt condignas luat pęnas.

Quod videns & forum seculare euitare volens,quia fortè timet supplicium mortis,asserit se religiosum esse.Hoc autem probat per facti euidẽtiam, in hoc,s. qđ defert habitum monachalem. Cui respondet peritus iudex, ꝙ illa probatio non est sufficiens,maxime,cum scriptũ sit,ubi supra,quòd habitus non facit monachũ &c.Ad hoc propositum est quod scribitur 20.q.3.præsens,vbi dicitur,quòd nullus tenetur ad religionẽ, ad cuius introitum nunquam consensit, licet etiam diu portauerit habitum dictæ religionis.

Moraliter.Omnes Christiani sunt quodammodo religiosi, ꝗa iterum ligati ratione susceptæ fidei in baptismo,quãuis.n.obligentur Gentiles & Pagani ad obseruantiã pceptorũ legis naturalis, & similiter Iudæi ad obseruentiã pceptorũ legis Mosaicę, & maxime q̃ moralia sunt,soli tamen Christiani obligantur obseruare pcepta legis euang. ad q̃ se obligauerunt ꝑ actualẽ susceptionẽ baptismi. Sed profecto inter profitẽtes huiusmodi religionẽ disparitas est. Nam quidam solo nomine sunt Christiani,vt mali & peccatores. Contra quos loquitur Amb.& recitatur 22.q.5.cauete, dicẽs. Mendacium est se Christianũ dicere, & opera Christi non facere:dicit etiam Aug.in lib.de fide ad Petrum, quòd non oẽs, qui baptizantur intra ecclesiam Cath.

acce-

acceptantur ad vitam æternam,sed tm̃ qui percepto sacro baptismate recte viuũt.Quis.n.diceret adulterum, periurum,aut mendacem,vsurariũ,simoniacũ, aut furem,gulosum, crapulosum, aut vinolentum,deuotum Christianum existere ? Certe insanæ mentis reputaretur qui ita iudicaret. Quia si tales vellent tueri partem suam allegantes illud Marc. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit,posset vtique illis dici, ꝙ illa Christi promissio intelligitur rebus stantibus vt tunc.Nam qui post baptismũ moritur, euolat directè ad cęlos,maximè cum baptismus tollat culpam, & pęnam,vt patet extra de baptismo. c.gaudemus.Item de consecr.dist.4.per baptismum . Qui ergo post gratiam baptismalem redeunt ad peccata , tales impediunt ne prędicta Christi promissio sortiatur in eis suũ effectũ , quia & si interius gerant habitum characteris baptismalis,qui indelebiliter adhæret animæ,non tamen habent opera Christianæ religionis.Vnde tales rectè prępfigurantur per Gabaonitas, de quibus legitur Iosue 9. ꝙ venerunt ad Iosue cũ vestibus laceratis, calceis fractis,& vtribus veteribus.Patet ergo,ꝙ illi qui solo nomine sunt Xp̃iani,nõ saluantur,quãuis habeant habitũ Christianorum.i.characterem baptismalem.Sunt autẽ alij Christiani,re & nomine Christiani,& qui regulariter viuunt.i. conformiter ad regulas à Christo datas, inter quas tres specialiter inserũtur in pręsenti euãg. Prima est de charitate & dilectione inimicorum. Secũda de subuẽtione ęgenorũ.Tertia de forma orõnis deuotum catholicorum . Ista tria patent in deductione eiusdem euangelij.Bene ergo dictum est à Christo profitentibus religionem Christianam. Diligite inimicos vestros &c.

In p̃senti ergo euang.de tribus principaliter fit mẽtio, videlicet, de dilectione dilatanda, ibi. Ego autem dico vobis.De intentione sinistra cauenda. ibi. Attendite ne iustitiam vestram. De forma in oratione seruãda,ibi. Et cum oratis &c. Primo igitur fit mentio de dilectione & charitate dilatanda. Circa quam partem

Christus

Christus duo principaliter facit. Primo .n. allegat errorē antiquæ traditionis, ibi. Audistis quia &c. Secundo tangit explanationē euangelicæ perfectionis, ibi. Ego autem dico vobis &c. Quantum ad primum dicit sic. Audistis quia dictum est antiquis, videlicet, Leuit. 13. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Hic .n. textus legis antiquæ. Ad quem quidem textum addebant iudæi ex traditione seniorum, & odio habebis inimicū tuū. Sed vnde processerat in antiquis iudæorum tantus error & tanta legis corruptio? Certe quia legerāt Exod. 17. dominū præcepisse filijs Israel, vt delerent Amalechitas de sub cęlo, ideo ex hoc præcepto concludebant inimicos iustè persequendos & odiendos. Item processerat huiusmodi error ex forma & verbis legis male intellectæ. Lex .n. tantum dicebat. Diliges amicum tuum, vt patuit, nullam mentionē faciens de inimico. Propter quod concludebāt posse licitè inimicos odio habere. Sed iste error reprobatur per translationē septuaginta interpretum, qui vt dicit hic gl. interli. posuerunt in sua trāslatione. Diliges proximū tuū, & nō inimicum tuum. Vbi nomine proximi intelligitur oīs homo viator. Et quando obijciebatur contra eos hæc translatio, dicebant, quòd nomine proximi intelligitur ille, qui est proximus cultu, aut religione, seu beneficij alicuius collatione, & non proximus natura. Quinimmo dicebant aliquem proximum natura licite odiendum. s. inimicum. Si tamen istud referatur ad malignū spiritum, qui est verus inimicus noster, sic potest licite odio haberi. Et tunc erit sensus. Diliges proximum tuum, id est quemlibet hominem uiatorem: & odio habebis inimicum tuum, scilicet diabolum. Et nota quòd hodie aliqui prædicatores sunt similes antiquis doctoribus iudæorum, sicut qui uolunt exponere sacram scripturam ad fantasiam suam, & quandoque multum tortuose. Cum tamen dicat Chrys. in opere imperfe. hom. 23. quòd omnis doctor seruus est legis, quia neque supra legem aliquid addere potest de sensu, neque subtrahere. dicente Salom. sup. Pro-

uer.30.Ne addas verbis Dei, nec detrahas iu. Qui autem; ausus est hoc facere, se sapientiorem putat esse, quâm Deum. Hæc ille.

Recitata ergo traditione damnabili seniorum popu li iudæorum circa odium inimicorum, consequenter ponit & subiungit Christus explanationem euangelicæ perfectionis, cum ait. Ego autem qui sum, sup. legislator & errorum corrector, dico vobis omnibus, s. hominibus, diligite inimicos vestros, videlicet quantũ ad naturã, sed non in eo quòd mali sunt, quia vt dicit interli. vitia odio, non dilectioni est habenda. Præcipit itaq; Christus in præsenti euange. vt diligamus inimicos nostros tripliciter. Primo quidẽ corde, cũ dicit. Diligite. Est enim diligere actus interior cordis. Et istud est contra illos fictos homines, qui diligunt ꝓximos suos lingua seu verbo, sed hoc est totum, sicut pa tet de illis, qui amplexantur homines dicentes. Ecce vnus homo ad vestrum mandatum. Sed cum recurritur ad eos in necessitate, solent se excusare cũ quadã palliata & simulata tristitia, contra quos loquitur Io. in sua 1. cano. c. 3. di. Filioli mei non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate Secundo vero opere, cum subiungit dicens. Benefacitę his q &c. Nam probatio dilectionis exhibitio est operis, vt ait Greg. in ho mil. diei Penteco. Debemus itaque benefacere his qui oderunt nos, & hoc pro loco & tẽpore, cum .s. sunt in necessitate constituti, alias est consilij, & hoc tenemur facere propter multa. Tum propter naturæ conformitatem, quia homines sunt nobis similes. Propterea bene loquitur scriptura. Esa. 58. dicens. Carnem tuam ne despexeris. Tum propter Dei amorẽ. Commune enim prouerbium est, quòd qui diligit me, diligit & canem meum. Si ergo vere diligimus Deum, diligimus & inimicos nostros, cum sint creaturæ eius. Non quidem canes, sed creaturæ rationabiles, & ad imagi nem Dei factæ. Tum propter diuinam imitationem. Deus enim ostendit se diligere malos, tribuendo eis temporalia. Nam vt dicitur in præsenti euang. ipse

solem

solem suum facit oriri super bonos,& malos, & pluit super iustos,& iniustos. Vt ergo ipsum imitemur,debemus tempore suo benefacere inimicis nostris. Tertio autem ore, cum subiungit ipse Christus,dic. Et orate pro persequentibus,per manifestam iniuriam, & calũniantibus uos,per apparentem iustitiam,vel pro persequentibus facto,& calumniantibus vos verbo.Pro talibus ergo orare debemus exemplo sanctæ matris nostræ Ecclesiæ,quę signanter in die Parasce. pro omnibus inimicis suis orat, etiam pro hæreticis, iudęis,& sarracenis.Sic ergo & vos debetis facere, vt sitis filij, s.per imitationem patris uestri , qui in cœlis est , qui solem suũ &c.Deinde probat Christus,ꝙ tantũ diligere diligẽtes se,non facit hominẽ dignũ uita æterna , nec talis dilectio est meritoria,nisi aliud ponatur, cũ hoc etiam faciant infideles,ideo subiũgit,di. Si enim diligitis eos,qui vos diligunt,quã mercedẽ habebitis, supp.in alio seculo? Nonne & publicani hoc faciũt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum , quid amplius facietis? Nonne & ethnici hoc faciunt? nam,ut dicit hic interl.amare amantem se, naturæ est,amare vero odientem se, charitatis & gratiæ est. Tu uero cũ his duobus adde alia duo , uidelicet , ꝙ non amare non amantem se,imperfectionis est humanæ. Non amare autem amantẽ se,peruersitatis est maximę. Tandem ergo concludit dominus hanc materiam de dilectione proximi,di.Estote ergo perfecti,videlicet inimicos corde diligendo,opere illis benefaciendo , & ore pro eisdem orando, sicut pater uester cœlestis perfectus est:ubi nota, ꝙ ly sicut,notat imitationem, & nõ æqualitatem,quia ad æqualitatẽ perfectionis diuinæ peruenire est nobis impossibile . Debemus tamen conari ad illius imitationem pro posse nostro.Notandũ ergo iuxta hãc materiam,ꝙ præterea, quæ dicta sunt, propter multa debemus conari ad diligendum inimicos nostros,etiam quantumcunque nobis graues , & molesti extiterunt seu existant.

Primo quidem propter Dei pręceptum implendũ, sicut

sicut patet in præsenti euang. Si enim præcepta homi nū obseruantur, quanto magis præceptū Dei obseruandū est? Ipse.n.clamat ad nos, di. Psal. Attendite popule meus legem meam, inclinate aurem vestram, &c. supp. dicentis. Diligite inimicos vestros. Scđo propter meritum augendum. Nam quāto difficilius est diligere inimicū quàm amicū, tanto magis meritorium est. Luc. 1. Salutē, supple habemus ex inimicis nostris, id est ex dilectione inimicorum nostrorū, & de manu omnium qui oderunt nos. Scđm enim communē doctrinā theologorum difficultas, & arduitas humani actus, procedens ex parte operis, seu obiecti, reddit actum magis meritorium. Cuiusmodi est in proposito. non sic autem semper est de difficultate prouenientе ex parte operantis, sicut patet de habituato in malis, & volente ab illis se retrahere, quod sibi difficilimū est. Sed nō propterea magis meretur quàm habituatus in bonis, cui delectabile est bene operari, immo minus meretur cæteris paribus. Tertio propter præmium consequendum. Vnde Aug. ser. 5 de B. Stepha. Grandis, inquit, labor est inimicos diligere, & pro persecutoribus supplicare. Sed attende, quia grande erit præmium in futuro. Quarto propter supplicium vitandum. Qui enim non vult inimico parcere, tandem retrudetur in carcerem inferni. Et de hoc extat parabola Mat. 18. de debitore, qui noluit remittere conseruo suo, quem postea dominus eius iussit in carcerem recludi. Deinde ibi concludit Christus, di. Sic faciet vobis pater meus cęlestis si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris, Psal. Si reddidi retribuentibus mihi mala, idest si cum odio volui me vindicare de inimicis meis, decidam merito ab inimicis meis inanis, idest perdam omne meritum, quod primò acquisieram, & per consequens incurrā supplicium æternū. Quinto propter facilem actum, vt ei dicit Aug. hom. 5. quæ est homilia huius diei. Potes mihi dicerę. non habeo qđ tribuam indigenti, non possum frequenter ieiunare, non possum á carnibus & vino abstinere. Nunquid po-

test mihi dicere, non possum charitatẽ habere? q. d. nõ. Item August. serm. 4. huius diei dicit sic. Dicit forsan aliquis Nulla ratione possum inimicos diligere. sed audi quia in oĩbus scripturis dicit tibi Deus, quia potes. Tu vero econtrario respondes non posse. Considera nunc verũ tibi, an Deus debeat credi. Et ideo quia veritas æterna mentiri non potest, ideo vacuas excusationes relinque, & dic cũ psal. Non declines cor meũ in verba malitiæ ad excusandas excusationes in pc̃tis. Sexto propter multiplex exemplum. Nam ad diligendũ pariter & orandum pro inimicis nobis dedit exemplum Saluator noster Christus, cũ in cruce pro inimicis suis orauit, dicẽs, Pater dimitte eis, quia &c. Luc. 23 Sed vt dicit August. ser. 2. dominicæ. 19 post Trinit. ad hoc respondent nonnulli, dicẽtes. Potuit hoc facere Christus, non aũt ego. Ille. n. Deus & homo, ego verò homo solũ. Sed ecce inquit ipse Aug. tibi loquor ò homo. Si enim multum est tibi imitari dominum tuũ, attende & imitare Stephanum conseruum tuum. Stephanus enim homo erat sicut & tu. Sed quod fecit, non fecit nisi rogante illo quem rogas & tu Hæc ille. Item ad diligendũ inimicos exemplum habemus in Ioseph, qui fratres suos descendentes in Aegyptum cum fletu magno osculatus est, di. Nolite timere, ꝙ sup. nunc vlciscar de vobis, qui me vẽdidistis Pro salute. n. vestra misit me dominus ante vos in Aegyptum Genesi. 45. Item in Moyse quẽ & si populus frequenter contempsisset, atque lapidare voluisset, nihilominus tam ardenter pro illis orabat qđ dicebat ad dominum. Si non dimiseris peccatum populi tui, dele me de libro quem scripsisti Exod. 32. Item in Dauid erga Saul quærentem eum occidere, cui tamen ille, semper pepercit, quamuis frequenter ipsum occidere potuisset, si voluisset. Itẽ de eodem erga Semei iniuriantem illi, & vocantem ipsum filium Belial. Cui tamen pepercit quinimmo militẽ eius volẽtẽ Semei occidere, districte prohibuit 2. Reg. 16. Nonne ẽt Paulus cupiebat anathema esse pro persecutoribus suis? Rom. 9. Quantum ergo

pla-

placeat Deo remittere offensam inimico,& eũ diligere,sequens declarat exemplum. Legitur. n. in specu. exemplorum, dist.1. de quodam iuuene, qui indulsit mortem patris sui illi qui ipsum occiderat, eo,s. quòd ab eo cũ vellet ipsum occidere petierat veniam ob reuerentiam passionis Christi. Cum itaque postmodum ad Ecclesiam orandi gratia se contulisset:& sibi peccata sua dimitti orasset,sicut & ipse alteri dimiserat,imago crucifixi visa est ter caput inclinasse, quasi illi regratians,& eum exaudiens.Propterea de pę.dist.5. falsas dicitur quòd nemo potest veram præsentiam agere nisi rancorem deposuerit de corde. Patent ergo sex rationes,quæ merito debent nos mouere ad dilectionem inimicorum. Notandum est autem, quòd circa hanc materiã de dilectione inimicorum magnus contingit abusus,& error visitatus fermè apud omnes.Dicit enim quisque. Talis mihi nocuit,aut mihi iniuriatus est. Ego quidem parco sibi, sed nunquam loquar cum eo, nisi fuerit mihi primo locutus. Ipse enim incepit litem, & ideo iustum est vt incipiat reconciliationem. Ediuerso aũt alter fortè tantundem aut plus dicit, vel forte quòd non est inferioris conditionis. ex quo fit vt multo tẽpore nec sibi mutuo loquantur, nec similiter mutuo se salutent.Sed nouerint quòd si vterq; iniuriatus fuerit alteri,seu in aliquo nocuerit, vterque tenetur alteri reconciliari Quis si vnus tm̃,tunc tenetur solus placare offensum, & offensus sine discrepatione aut improperio offendẽti remittere.Quis si offensus videat offendẽtẽ de reconciliatione nõ curare,aut forte quia erubescit se humiliare, tũc si ab offenso pueniatur,& ab eo incipiatur recõciliatio, grãde meritũ acq̃rit apud Deũ,quãuis ad hoc nõ obligetur,nisi forte in præparatione aĩ. Et ad hoc propositũ multũ bene loquitur Chrys.sup.Mat. in opere imperfecto homil.12. Non inquit dicas.Ille mihi nocuit,nõ ego illi.ille mihi satisfacere debet,non ego illi. Si pro gloria salutis tuæ iubet te dñs amicitiam facere, magis nocitus debet rogare, vt duplicem gloriam seu coronam con-

fieri, eō quod habēt inuolutā malitiā inseparabiliter annexam, sicut est odium Dei,& similiter mendacium. Alij vero sunt indifferentes ad bonum & malū, cuiusmodi sunt ieiunium, eleemosyna, oratio,peregrinatio,& similia. Vbi.n.tales actus fiunt principaliter propter Deū summe dilectum,tunc sunt boni. Vbi autem fiunt propter laudem hominum, aut alium finem malum,tunc sunt mali. Vnde gl.super decretalem.Scripta extra de collusione detegēda, dicit Io. And.ꝙ Deus nō est remunerator nominum,sed aduerbiorum.& hoc est dicere quòd Deus non remunerat bonum quod fit, nisi bene fiat,& propter debitum finem. Mors.n. Christi fuit nobis maximū bonū,& tñ occisores Christi grauiter peccauerunt.Nō.n.tm̄ cōsiderat Deus quid fiat,sed quo animo fiat,vt habetur.15.q.6.Si quandoq;. Secundo ostendit Christus sinistram intentionem cauendam in humanis operibus in speciali, cum subdit, di.Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante, sicut hypocritæ faciunt,nolli velle hoc innotescere ad gloriā tuam,vt dicit interli. dicit enim magister.Nico. de Lyra super hoc passu,quòd iudæi olim vtebātur tubis, sicut modo Christiani cāpanis. Et ideò sicut modo videmus ꝙ in aliquibus abbatijs bene regulatis pulsatur cāpana post prandiū religiosorum ad conuocandū pauperes ad eleemosynam, ita & iudæi utebantur tubis ad conuocandum pariter pauperes ad dandum eis eleemosynam, sed quia plerique eorum hoc faciebant ad ostentationem & humanam laudem,ideo talem modum hic reprobat dominus saltem quātū ad finē prædictum:debet.n. diuitibus daturis eleemosynā sufficere quod illā videat Deus cum multitudine Angelorū cęlestiū.Chry.in hodier.homil. Si bonorū quæ facis vis inspectores habere, ecce non solum habes Angelos & Archangelos,verumetiam Deū vniuersorum. Fatuum ergo est valde velle facere eleemosynam ꝑ gloriam seculi, quia sic merces æterna cōuertitur in temporalē.Et hoc insinuat Christus cum subdit,di. Amen dico vobis,receperunt mercedē suam.gl.interli.Merces sua

est laus humana quàm in præsenti acceperunt sicut pe tebant & optabant, ecce certè parua & breuis merces. Iterum autem prohibet dominus prędictam sinistram intentionem, vt non se immisceat operibus de genere bonorũ, cũ ait. Te autem faciẽte eleemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. glo. interli. Non se immisceat appetitus humanę laudis, vel aliquod vitiũ, vt sit eleemosyna tua in abscondito, idest secundum re ctam rationẽ facta. August. autem in 1. sermo. huius feriæ dicit, quòd per dexterã intelligitur amor Dei: per sinistrã vero amor huius seculi: si ergo inquit propter humanam laudem eleemosynam dederis totum est à sinistra. Si verò pro repromissione peccatorum, totum dextera facit. Quid est ergo dicere, nesciat sinistra tua quid &c. nisi quod id quod facit Dei amor, non corrumpat inanitas, vel cupiditas mundi? Patet ergo quod ex bono opere nostro siue eleemosyna sit, siue quodcunque aliud, tantum Dei gloriam petere debemus & non nostram, dicentes illud psal. Non nobis domine, nõ no. sed nõi &c. Aug. li. soliloquiorũ. c. 15. Tuũ domine est bonum quod in nobis est. Qui ergo de bono tuo gloriam sibi quærit & non tibi, hic fur est & latro, atque similis est diabolo, qui voluit furari gloriam tuam, hæc ille. Qui autem facit eleemosynam suam in abscondito, idest propter Dei gloriam, & non seculi, talis non perdet mercedem suam, quia remunerabitur tandem à domino. Et hoc est quod subdit. Et pater tuus qui videt in abscõdito, i. qui approbat opus factũ propter eũ, reddet tibi. Tertio principaliter in pręsenti euangelio fit mentio de forma in oratione seruãda. Circa tñ reliquum textum Christus duo principaliter facit: primo enim reprobat, & dissuadet modũ orandi indebitũ. secundo suadet & docet modũ debitum, ibi. Tu autem cum oraueris, &c. Quantũ igitur ad primũ dicit sic. Et cum oratis non eritis sicut hypocritæ q amant in synagogis, & in angulis platearum, in quibus .s. locis est communiter concursus populi, stantes orare vt videantur ab hoĩbus. glo ord. Non est malũ videri

deri in oratione,sed malum est appetere videri. Amen dico vobis,receperunt mercedem suam,videlicet hominum laudem quam petebant, sed tandem recipiēt mercedem meam,scilicet pœnam ęternam in alio seculo. Notandum est autem iuxta prædictum verbum,stantes orate,ꝙ iudæi stantes,& non sedentes,aut genu flectentes orant,eo scilicet quod stantes legem acceperunt,vt patet Exod.19.hos itaque volunt multi Christiani imitari,vt sunt aliqui presbyteri inuerecundi & quęstuarij,q interdum stant in valuis Ecclesiarum, in quibus est concursus populi,legentes officium suum & expectantes solidum: itē vt sunt multi laici, qui vagantur per Ecclesiam soluentes saltem superficialiter horas suas & orationes priuatas, item vt sunt illi rustici,qui assistunt missæ corpore erecti, nec flectunt genua quousque viderint sacram hostiam eleuari à sacerdote, & in hoc videntur imitari non solum iudæos, verumetiā bruta animalia,& præcipue elephantos,de quibus dicit Amb.in hexameron lib.6. c. 5. quòd nunquam inclināt corpus in terram , quia cum non habeant iuncturas in genibus, non possent iterū surgere , cumque pausare volunt , tunc erecti appodiant se ad truncum alicuius arboris ne cadant.sic & multi postquàm vagati sunt per Ecclesiam, tandem pausare volētes , siue vt audiant diuina,aut sermonem, solent se appodiare super altaria, super quibus celebrantur diuina,ecce eorū irreuerentia ad diuina & sacra . Secundo Christus circa hanc partem suadet orandi modum debitum , cum ait.Tu aūt cū oraueris,intra in cubiculum tuū & clauso ostio ora patrem tuū:super quo dicit glo.ord. quòd cubiculum est cordis secretum,cuius ostiū est carnalis sensus, per quē improbè se ingerunt hęc exteriora, sicut manifeste patet de sensu visus . Istud ergo ostium est claudendum cum accedimus ad orationē, vt sic repulsis omnibus quæ impedire possent, aut saltē retardare hominis spiritum à contemplatione cœlestium , deuotius & feruentius oretur Deus, qui intuetur cor : ideo subdit . Et pater tuus , qui videt in abscondito

f.intentionis, reddet tibi, supple fructum orationis. Patet ꝙ cum silentio, & non clamore orare debemus dominum, hoc autem persuadet Amb. de sacramētis, lib.6.c.10.tali exemplo. Si, inquit, aliquem rogas, qui cito audit, non opus est clamare, sed ipsum rogas uoce moderata. Si aūt surdum aliquē rogas, tūc incipis clamare, ut te possit audire. Qui ergo in oratione clamat, putat quia aliter non possit Deus, nisi clamantē audire, & cū ipsum sic rogat, eius potestati derogat, q autem in silētio orat, fidē defert, & confitetur, quòd Deus sit scrutator cordis & reniū: Hæc ille. Itē ad idē propositū loquitur Chry. super Mat. in opere imperfe. homil.9. ubi exponens prędictū verbū, videlicet, Intra in cubiculū tuū, dicit, ꝙ non clamosa voce orare debemus dominū, sed tacito corde, eo ꝙ ex clamosa oratione multa mala nascuntur. Primū est, quia qui clamose orat dn̄m non credit ipsum ubiq; esse. Secundū malum est, quia mysteria secretarum petitionum tuarum, quas forte non oportebat alterū scire, sed tantū te & Deum, in auribus tam bonorum, quàm malorū hoīum coniicis, & sic interdū ab hominibus derideris, quibus indiscretè orando absconsa tua manifestasti. Da exemplū de illa iuuencula, quæ orabat dn̄m, ut daret sibi pulchrū maritū, itē de altera, quę orabat dominū, vt cito moreretur eius maritus, eo ꝙ sæpe eam verberabat, ut allegabat. Tertiū malū est, quia clamose orans alterū iuxta te orare non permittis. Vocibus .n. tuis rapis sensū illius ad tuos sermones, & sic pc̄tm̄ colligis, dum alios orare non permittis. Sic ergo ora sicut Anna, de qua 1. Reg. 1. legitur, quod labia quidē eius mouebantur, sed uox illius non audiebatur. Hæc Chrysost. Patet ergo, ꝙ silenter orandus est dominus, & præsertim ab imperfectis, qui si publice orarēt Dominū, de facili possent tentari de inani gloria. Propterea legitur, quod cū quidam de discipulis B. Ber. cū interrogasset cur præcepisset dominus clauso ostio orare, maxime cū scriptum sit. Luc 5. Sic luceat lux uestra corā hominibus, ut uideant &c. Respondit illi beatus

tus pater Ber.di.Qui habet parum lumen religionis, & modicum ignem charitatis de nouo accensum, ad modum candelæ est occultandum à uento, eo quod cito extinguitur à modico uēto, si aeri exponatur: qui autem habet maximam charitatis fornacem, & bene succensam, cum exponitur uento, tunc magis succenditur, nec extinguitur, uel austro ꝓsperitatis seu adulationis, nec similiter aquilone aduersitatis. Patet ergo, quod aliud est de perfectis, & imperfectis, quo ad orationem formandam in publico. Et quia, ut cōmuniter sumus imperfecti, ideo tutius est nobis in secreto orare, ne in publico orantes tentemur, & pulsemur vento humanæ laudis Sic ergo oremus patrem cœlestem in præsenti, quatenus tandem ad eum possimus peruenire, qui in Trinitate perfecta viuit, &c.

SABBATO
post Cineres.



VM sero factum esset erat nauis in medio mari. *Mar. 6.*

PRIMA INTRODVCTIO. LEX IMPERIALIS. C. de naufragiis, l. si qñ, dicit, ꝙ vbi aliqua nauis periclitatur, nullus debet quicquam rapere de bonis illius. Casus est talis. Est aliqua nauis de Flandria veniens de Hispania, aut Portugallis onusta vino prætioso, & speciebus multis, quæ transiens ante Depam in Normandia crassante tempestate maris pellitur ad portum dicti oppidi, & ibi casu fortuito illuditur atque frangitur. Quo uiso astantes, & piratæ occurrunt, & rapiūt de bonis illius quicquid possunt tanquam super Turcum. Vel admiraldus, seu locum tenens illius ponit manum super hmōi bonis naufragiū passis, di. iure illa sibi ꝑtinere.

Quæritur vtrum hoc sibi liceat facere? certe rñdet lex præallegata, quòd nō. Textus. n. est clarus. Ista lex est conformis legi Ecclesiast. de qua scribitur de reg. iu. li. 6. ꝙ nullus debet locupletari cum alterius iniu

ria

sta, vel iactura. Item afflictio non est danda afflicto.
Moraliter Sic est omnis homo in hoc mundo, sicut nauis in medio mari. Nā sicut nauis transiens nullū vestigium relinquit post se, ita neque homo post mortem. Psal. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum, sicut cedros libani, supple in vita sua, sed non multo post transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius Item Sap. 5. Transierunt oīa tanquam nauis, quę transijt fluctuantē aquam. Periclitatur aūt ista nauis, & frangitur in morte. Quo viso mox accurrunt piratæ infernales, ut rapiant bona illius, & signanter animā, Thren. 1. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius. Sunt. n. ipsi dæmones velut piratæ, qui permanent die, ac nocte super mare cōtemplantes si qua nauis transeat. Quia vbi aliquam quantūcunq; à longe viderint, mox accurrunt, & festinant eam depredari. Ita in proposito de transitu hominum per passagium mortis, quibus occurrunt dæmones &c. Et hoc est qđ loquitur Psal. di. Insidiatur sup. diabolus in articulo mortis cuiuslibet hominis, quasi leo sup. absconditus in spelunca sua. Insidiatur, vt rapiat pauperem, sup. hominē, siue spiritum eius. Sic. n. insidiatus est trāsitus B. Martini. Quē uidens ipse sanctus, ait. Quid huic astas cruenta bestia? Nihil in me &c. O quis in passagio mortis poterit dicere similia verba illi cruentæ bestiæ? Sic ēt venerunt dæmones ad obitū Dagoberti quondā Regis Franciæ. De eo. n. historiæ referunt, quod cū venisset ad extremū uitæ, & affuissent dæmones animā eius rapere volentes, subito affuerunt tres venerabiles viri, ob quorū reuerētiam tres insignes ecclesias cōstrui fecerat dum uiueret. Hi fuerūt gloriosi Dei amici, Dionysius, Martinus, Mauricius. Venit itaq; Dionysius cū securi qua fuerat capite truncatus, Martinus cum baculo pastorali, Mauricius cū ense, & sic cū talibus instrumentis visi sunt fugasse totā illam caterua demonum volentiū rapere animam dicti Dagoberti. Ecce qūo piratæ infernales nituntur in morte cuiuslibet hominis rape-

re

re aīam illius. Sed non obstante hmōi piratarū infes nalium crudelitate, & auiditate in rapiendis aīabus hominum, non tamen permittet piissimus Deus, ut prǫualeant contra hmōi naues, aut ut aliquid inde ra piant, & signanter secum deferant scutum regis æter ni, in quo sunt tria lilia, quæ sunt fides, spes, & charitas. psal. Custodit dn̄s animas sanctorū suorū de manu peccatoris, i. dǫmonis, qui antonomaticè dicitur peccator, liberauit. i. liberabit eos. Item Sap. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt. i. in saluaguardia, & sub protectione illius. Et iō non tāget eos tormentū mortis, sup. æternæ. Et similiter Io. 10. dicit Christus de animabus electorū. Non rapiet eas q̄squā de manu mea. Quinimmo ipse Christus ueniet, & apparebit electis in mari, i. in amaritudine mortis laborantibus, eos consolans & confortans. Et hoc innuitur in præsenti Euang. vbi legitur affuisse discipulis suis in periculo maris cōstitutis, di. illis. Cōfidite, ego sū, nolite timere

SECVNDA INTRODVCTIO.

Circa quartam vigiliam noctis venit Iesus ad disci. Matth. 6.
Scribitur extra de homicidio. c. ad audientiā, quod in dubijs tutior via est eligenda. Casus est talis, qui etiā inscritur vbi supra. Quidam presbyter percussit clericum suum cum cingulo suo. Hoc autem cum faceret, contingit, quod cultellus elapsus de uagina, quæ cingulo adhærebat eum in dorso aliquantulum vulnerauit. Successu tamen temporis conualuit. Sed non multo post graui infirmitate percussus, mortuus est. Et quia dubitabatur si decessisset ex primo vulnere, siue ex aliquibus reliquiis dictis uulneris, necne; ideo percussor consulit peritum iuristam. Ille autem rn̄det conformiter ad Clementem III. vbi supra, quòd interdicitur dicto presbytero ne in sacris ordinibus ministret, eo quod in dubiis tutior via est eligenda. Ad idem est, quod scribitur de cōsec. dist 1. c. Ecclesiæ, vbi dicitur, quòd Ecclesiæ, vel altaria de quorum consecratione ambiguitas est, debent iterum consecrari. Ecce quomodo in dubiis tutior via est eligenda.

Mora.

Moraliter valde dubium est, quis saluabitur, & quis non. Nam vt dicitur. 11. q. 1. sacerdotibus. Adhuc nescimus quis ĩ terribili Dei iudicio, qualis sit futurus. Itẽ Eccl 9. dicitur, quòd nescit hõ an odio, vel amore dignus sit, quod quidẽ verbũ doctores cõiter exponũt de odio reprobationis, & amore diuinæ electionis. Itẽ vbi supra dicitur, quòd nescit homo finem suũ. Ecce quõ finis hominis est dubius. Nihilominus est duplex via, qua itur ad cœlum. Prima est iuuentutis. Secũda autem senect. & præsertim cũ quis est proximus morti. Prima autem tutior est, & non eligenda. Vnde Sap. 8. dicit Dñs. Qui mane uigilauerint ad me, inuenient me. Secunda uerò est valde dubia, prout testatur Aug. & recitatur de pen. dist. 7. Si quis, ita dicẽs. Si quis positus in ultima necessitate voluerit pęnitẽtiam accipere, non illi negamus. quod petit, sed non præsumimus quod bene hinc exit. Si securus hinc exierit, ego nescio. Pœnitentiam dare possumus, securitatẽ uerò minime. Tene ergo certum, & dimitte incertum. Si. n. pęnitentiam eis agere quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Hæc ille. Difficile est ergo in extremis pœnitere, & Deum misericordẽ inuenire. Hoc autẽ maxime prouenit propter insultus dęmonum, & uehementiam passionum, atque dolorũ. Quæ omnia figurantur per illam nauem, de qua legitur in præsenti euang. quod erat in medio mari. Ecce multitudo passionum. Et erat uentus contrarius illi. Ecce insultus, & tentationes dæmonum.

In præsenti ergo euang. de tribus principaliter fit mẽtio, uidelicet, De discipulorũ Christi trepidatione in principio euangelij. De ipsius Christi pia subuẽtione, ibi. Circa quartam uigil. noctis uenit, &c. De infirmãtiũ gñali curatione, ibi. Et percurrẽtes uniuer. &c.

Primo igitur &c. Vt. n. refert Mar. postquã Christus fecit miraculum de quinq; panibus, abiit in montem orare. Discipuli aũt eius ascenderunt nauim gratia piscandi ad reuelandam eorum necessitatẽ. His ergo cõpletis cum sero factũ esset, erat nauis in medio mari.

Iesus

Iesus autem solus in terra. Et vidit eos laborantes in remigando, erat.n.ventus illis contrarius. Erant ergo tunc temporis discipuli Christi in maxima trepidatione & anxietate, vt perpēdere possumus ex prędictis verbis. Tū rōne temporis, quia sero factum erat, & per cōsequens minus poterant se iuuare. Ioan. 11. Venit nox qñ nemo potest operari. Tū rōne loci, quia nauis erat ī medio mari. Secus si fuisset prope littus. Tū rōne absentiæ peritissimi naucleri, videlicet Christi, quia Iesus erat in terra. Secus si fuisset cum eis intra nauem, quia tunc minus timuissent, sicut postmodū rei probauit euentus. Tū rōne diuturnæ fatigationis, quia vidit eos laborantes in remigando. Ex quo quidem labore minus fortes reddebantur ad resistendum tempestati. Tū rōne venti aduersantis, quia erat ventus contrarius illis. Patet ergo quòd discipuli Christi tunc habuerunt multiplicem occasionē iustè trepidandi. Credo.n. ꝙ nullus nostrum est qui non trepidaret si se videret in tali periculo constitutum,

Quæritur circa hoc, quare Christus permisit discipulos tanto tēpore laborare, & in angustia remanere quo vsque ad quartam vigiliam noctis, vt postea subditur, id est vsque mane.

Responsio. Hoc ideo fecit, vt instrueret illos, qui aduersa patiuntur, debere patienter ferre si cito ab eo nō exaudiuntur ad nutum. Nec propterea debere diffidere de diuino auxilio, si ad votum statim non sentiant adesse dominū. Nam cum res desperata creditur, tunc maximè solet succurrere, & insperate adesse dñs. Et iō vt dicit Ambr. in hexameron. li. 5. c. 17. Tunc maximè sperādum est de diuina misericordia cū defecerint humana præsidia. Sed profecto vt ibidem præmittit idem Amb. In grauissimis passionibus spē deponimus, fractiq; animo resoluimur, cū tñ dicat Psal. Dñe virtutum beatus homo, qui sperat in te. Allegoricè, Ista nauis designat Ecclesiam militātē, quæ vt dicit interli. inter fluctus, & aduersitates huius seculi tendit ad littus patriæ cęlestis. Sero autem significat tempus post ascen-

ſionem dñi vſq; ad finem ſeculi ; in quo dicta nauis multas patitur concuſſiones,& ſignanter à quatuor vẽtis. Primus eſt impugnatio hæreticorum. Secundus oppreſſio tyrannorum. Tertius deceptio falſorum fratrũ. id eſt hypocritarum. Quartus malitia ſiue tentatio dæmonũ. Primus ventus frangit fidem. Secundus carnẽ. Tertius mores. Quartus animas in abyſſum ſatagit ꝓſternere. Iſti igitur ſunt quatuor illi venti, qui pugnãt in medio mari huius ſeculi, vt habetur Daniel 7. De quorum impugnatione pie conqueritur Eccleſia, dicẽs illud verſũ pſal. Sæpe quia nõ tantũ ſemel, ſed frequẽter expugnauerunt me, ſupple dicti quatuor aduerſarij mei à iuuentute mea, ideſt ab exordio meo. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. i. multis modis. Etenĩ non potuerunt mihi, ſupple tantum nocere, quantum optabant domino ſ. me protegẽte, & pro me pugnãte: Vnde alibi idem pſal. in perſona eiuſdem Eccleſiæ admiratiue loquitur, di. Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me? Multi inſurgunt aduerſum me. Et ſignanter quatuor prædicti aduerſarij. Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus ipſi in Deo eius. Quaſi dicant hæretici & tyranni, falſi fratres & dæmones. Non poterit Deus protegere Eccleſiam ſuam cõtra nos vel ab inſidijs noſtris. Sed ipſi aperte mentiuntur. Ideo ſubdit Eccleſia ad diuinum auxilium recurrens. Tu autẽ Domine ſuſceptor meus es &c. Specialiter autem eccleſia conqueritur ad dominum in illo pſal. Sæpe &c. de impugnatione grauiſſima & diuturna tyrannorum, quam paſſa eſt ab eis quales fuerunt Nero, Decius, Domitianus, Iulianus, Dacianus, & ſimiles dicens. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores. Vbi nota, quòd dorſum Eccleſiæ fuerunt apoſtoli, & primi Eccleſiæ ſummi Pontifices, cæteriq; paſtores, qui fuerunt primi in ſuſtinenda perſecutione pro nomine Chriſti. Et hoc à peccatoribus, id eſt à tyrannis Imperatoribus, regibus, & principibus. Nec quidem paruo tempore durauit hæc perſecutio, quinimmo illi prolongauerunt iniquitatem ſuam; quia vſque ad tempora

pora Constantini Imperatoris vix anno vno habuit pacem Ecclesia. Sed nunquid prædicti impugnatores Ecclesiæ euaserunt iustum iudicium Dei? Profecto nequaquam, quinimmo alioqui eorum seipsos necauerunt videntes, ꝙ nō poterant superare dorsa Ecclesię. Alij igne de cęlo misso interierunt. Alij à dęmonibus possessi inaudita morte perierunt. Et de hoc lōge ante prophetauerat psal. vbi supra di. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum, id est superbiam, & arrogantiam dictorum tyrranorum; pęnas prædictas illis infligendo. Nec hoc solum quinimmo in extremo Dei iudicio confundētur, & cōuertuntur retrorsum, id est in infernum in corpore, & anima, omnes, qui oderunt Siō, i omnes tyranni qui persecuti sunt Christi sponsam Ecclesiam. Ista summe notare deberent multi nobiles & potentes huius seculi, qui interdum nituntur auferre ab Ecclesijs & monasterijs decimas, iura, libertates, & redditus quos illis vltro donauerunt prædecessores eorum Et quia volunt spoliare Christi sponsam tunica sua, cum. s. nituntur possessiones suas temporales auferre ab ea, ideo iusto Dei iudicio frequenter puniuntur in tēporalibus suis, siue gelu, aut grandine, siue aliter. Et hoc est, quod subdit psal. vbi supra di. Fiant sicut fęnū tectorū. i. quod supra tecta crescit, quod priusquam euelatur, exaruit. De quo non impleuit manum suam qui metet, & sinum suum, qui manipulos colliget, Textus est clarus ex antedictis. Sed ne videar tortuose hūc psalmum exponere, adest mihi defensor August. super psalterium in expositione dicti psalmi, Sæpe &c. dicens, ꝙ hæc est vox Ecclesiæ conquerentis de illis, qui ei aduersantur

Moraliter nauis est corpus humanum, in quo secundū platonicos, aīa est sicut nauta in naui, s. ad ipsum regendum & rationi subiugandum. Hæc igitur nauis humani corporis frequenter impellitur fluctibus passionum iræ & concupiscentiæ, quæ sunt in organis corporalibus, adeo etiā vehementer, ꝙ interdū periclitatur, quod fit quādo corpus siue pars sensitiua trahitur

ad

ad illicita ab ipsa passione. Nā motus & impulsus passionis plerunque impedit,& subuertit iudicium rationis. Sed per aduentum gratiæ Dei cessat predicta tempestas, saltem ad tempus, siue â tanto, vt .s.non notabiliter insurgat. Cessabit aūt perpetuo, & ex toto in generaliter omniū resurrectione, & præsertim quo ad electos. Labor autē discipulorum Christi in remigādo in medio mari, designat tribulationes, & aduersitates multas, quas habet homo pati in præsenti, antequā per ueniat ad portū salutis æternæ. Act. 14 Per multas tribulationes oportet nos. &c. Præcipuè aūt hæc nauis humani corporis cum sero factum fuerit, i. cū finis vitæ nostræ venerit, erit in medio mari. i. in medio maximę amaritudinis & incredibilis doloris. Psal Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Heu quam stupens erit nauta, & director huius nauis. i. anima, cū viderit nauim suam sic terribiliter dissolui. Sed quale remedium poterit tunc haberi? Certe hoc optimum. s. implorare diuinum auxiliū & suffragia Sanctorū, vt si nauis periclitetur per mortem, saltem nauta, i. humanus spiritus non pereat, sed habeat vitam æternam. Et propter hanc causam solent proagonizantibus legi Lætaniæ Sanctorum, dicendo. Pater de cœlis Deus miserere ei. Filij redemptor mundi Deus miserere ei. Spiritus Sancte Deus miserere ei. Sācta Maria ora pro eo. Sancte Petre ora pro eo Sancte Paule ora pro eo. Sancte Andrea ora pro eo. Sancte Iacobe ora pro eo. Sancte Ioannes, ora pro eo, & sic de alijs.

Moraliter & aliter nauis est anima humana, in qua reponere debemus merces gratiarū, & virtutū. Est aūt hęc nauis in medio mari, i. intra corpus terrestre plenū amaritudine, & feditate. Vētus uero illi cōtrarius est tētatio triplex, videlicet carnis, dæmonis, & mundi. Vel dic, ꝙ est quadruplex uentus huic naui contrarius. Primus venit ab Oriente, & significat tentationem de superbia prouenīēte de natalibus suis, seu parentibus. Et iste ventus pellebat iudæos, cū dicebāt Christo. Semen Abrahæ sumus. Io. 8. Cum tamen dicat Chrysost. super Matt.

Matt. in opere imperfecto hom. 4. Ipse vacuū ab omnib. actib. bonis se ostendit, qui gloriatur in patribus. Secundus ventus venit ab occidente, & significat tentationē laborantium in extremis, prouenientem ex desperatione diuinæ misericordiæ. Et iste ventus præcipue pellit illos, qui multo tempore perseuerauerunt in peccatis suis, quibus facit diabolus apparere Dei misericordiam, tanquam impossibilem adipisci. Tertius vētus venit à meridie, & significat tentationē de luxuria, quæ prouenit ex feruore caloris naturalis. Et hunc vētum vocat Psal. dæmonū meridianum. Quartus ventus venit ab Aquilone, & vocatur vētus borealis, qui est de natura sua frigidus, & ideo recte significat tentationē de inuidia fraterna, quæ oritur ex defectu charitatis ad proximū. Et de istis quatuor ventis recte potest intelligi illud Eze. 37. A quatuor ventis celi venit spiritus. i. humana tentatio. Vel dic, ꝙ hæc nauis quādoq; impellitur à parte anteriori. Et hoc quantū ad eos, qui peccant scienter, & qui clare vidēt malum quod operātur. Qńq; impellitur à parte posteriori, & hoc quātum ad eos, qui peccant ignoranter, siue etiam ex fragilitate humana. Quandoq; impellitur à parte dextra, & hoc quantum ad eos qui peccant inter prospera. Quādoq; etiā impellitur dicta nauis à parte sinistra. Et hoc quātum ad eos, qui peccant inter aduersa. Et quamuis isti sint mali in se & absolute, sunt tamen valde pauci respectu illorū, qui impelluntur à parte dextra per ventū prosperitatis mundanæ. Et hoc voluit innuere Psal. cum ait. Cadent à latere tuo, supp. sinistro, mille, & decem millia à dextris tuis. Quasi dicat, ꝙ pro mille, qui impellūtur à vento aduersitatis, & sic trahūtur ad peccatum, decem millia impelluntur à vento prosperitatis, siue bonorum temporalium, siue corporalium, vt sunt sanitas, fortitudo, pulchritudo, & huismodi. Et per talem ventum trahuntur ad peccatum. Ex quo euidenter concludi potest, quòd status prosperitatis est periculosior statu aduersitatis. Secundo principaliter in pręsenti euangelio fit mentio de Chri

sti pia subuentione respectu dispulorum suorum labo rantium in remigando, cum subditur. Et circa quartā vigiliam noctis venit Iesus ad eos, s. discipulos, ambulansque supra mare. Pro intellectu aūt quartæ vigiliæ notandum ꝙ præliatores solent diuidere noctē, in quatuor partes, quas vocant quatuor vigilias, eo ꝙ tunc statuuntur certi milites, qui habent vigilare alijs dormiētibus, propter timores nocturnos. Et harū quatuor vigiliarum duæ fiunt ante mediam noctem, & duæ post. Et ita quarta vigilia est illa, quæ est proxima diei. Circa ergo istam vigiliam noctis venit Christus ad discipulos laborantes in mari. Sed quomodo venit? Certe ambulans supra mare, vt dicit euangelista. Et in hoc ostendit se esse dominum aquarum, quæ calcabiles se præbuerunt pedibus eius. Psal. In mari via tua, & semitæ tuę in aquis multis. Nam etsi ipse Christus à principio assumpserit corpus graue & ponderosum, nihilominus ex diuina dispēsatione apparuit agile quando ambulauit super aquas, vt sic ostenderetur virtus suæ diuinitatis, sicut & in transfiguratione apparuit clarum. Vnde ex tunc dicere poterat ipse Christus illud Eccle. 24. Ego in fluctibus maris ambulaui. Possumus itaque merito de Christo dicere illud Psal. Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuū eius tu mitigas. Sequitur. Et volebat præterire eos, i. admodum volentis se habebat, eo modo sicut post resurrectionē suam ambulās cum duobus discipulis eūtibus in Emaus, finxit se longius ire. Luc. 24. Vel dic, ꝙ ideo volebat præterire eos ad insinuandū, ꝙ sæpe diuina pietas videtur fideles in tribulatione positos deserere. Propter qđ Psal. pie de dño conqueritur in persona taliū, dicens. Quare me dereliquisti, & quare cōtristatus incedo dū affligit me inimicus. Et tñ à parte rei magis, & intimius est cū eis sic tribulatis, q̄ cū sunt extra tribulationē, vnde de vnoquoque tribulato ait in Psal. Cū ipso sum in tribulatione. In cuius figurā legitur Daniel 4. quòd cū tres pueri proiecti fuissent in fornacē ignis ardentis, tandem apparuit quartus

tus inter illos, ita vt de hoc admirans rex Nabuchodo. diceret. Nonne tres viros misimus in medio ignis cōpeditos? & ecce video quatuor viros solutos & ambulātes in medio ignis, & nihil corruptionis est in eis, & spēs quarti similis est filio Dei. Applicatio est facilis.

Allegoricè quatuor vigiliæ noctis designant quatuor mundi status. Prima nempe vigilia significat statum innocentiæ. Et in hac vigilia non venit filius Dei in hunc mundum, eo ꝙ non egent medico, qui sani sunt, sed qui male habēt. Luc. 5. Scd'a vigilia significat statū præuaricationis, & culpæ, siue statū legis naturæ. Et tunc similiter nō venit filius Dei, eo quòd oportuit prius hominem humiliari, & suam culpam pariter, & miseriam recognoscereꝗ, quàm liberatorem habere. Tertia vigilia significat statum legis antiquæ. Et tunc similiter non venit filius Dei, eo ꝙ vmbra debuit pręcedere lucē & significare veritatē. 1. Cor. 15. Prius quod animale est, deinde qđ spirituale. Quarta autem vigilia significat statum legis gratiæ, quæ vocatur plenitudo temporis apud Apostolum Paulum. In qua quidem vigilia misit Deus pater filium suum in hunc mūdum, vt eos qui sub lege erant redimeret. In hac ergo vigilia quarta noctis venit benignissimus Dei filius in forma serui, ambulans supra mare redemptionis nostræ. Vel dic, quòd mare quod amarum est, & salsum, designat mortem quæ amarissima est morientibus. Nihilominus supra hoc mare ambulauit Christus, in hoc, s. ꝙ voluntariè passus est, & quo ad tp̄s, & quo ad mortis genus. Esa. 53. Oblatus est, q̄a ipse voluit. Item Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animā meā, & iterum sumēdi eam, s. à mortuis resurgendo. Et quo modo ambulauit Christus supra mare?

Moraliter. Prima vigilia noctis significat timorē gehennæ, quo interdum concutitur peccator, sed tunc tamē non venit Christus in animam peccatricem. Nam vt dicit Augu. de verbis Apostoli ser. 18. Cum adulter esse non cœperis, quia times ardere in igne sempiterno, nondū laudandus es. Scd'a vigilia noctis significat

pudorem,& verecundiam mundanam.Et qui ſic abſti-
net à peccato, nondum habet lucē gratiæ, nec adhuc
ad ipſum venit Chriſtus. Tertia vigilia ſignificat timo
rem corporalis infirmitatis,aut temporalis aduerſita-
tis. Et ſimiliter qui ſic abſtinet à peccato, nondū ha-
bet Chriſtum in conſcientia. Quarta vigilia ſignificat
contritionem,& verum dolorē de peccatis,qui eſt pro
pter Deum offenſum. Et in hac quarta vigilia venit
Chriſtus ad diſcipulos laborantes in mari. Hoc eſt ad
veros pœnitētes, q laborāt die ac nocte ſatisfaciēdo.
Et ſimiliter q ſunt in mari,i.in amaritudine contritio
nis,& doloris de peccatis ſuis.Sequitur in textu. At il
li vt viderunt eum ambulantem ſupra mare, putaue-
runt fantaſma eſſe.Nam vt dicit interl.Diſcipuli Chri
ſti non putabant verum corpus ſuper aquas poſſe ince
dere.Item vt dicit glo ordi.Adhuc hæretici putāt fan-
taſma eſſe Chriſti corpus. Non enim credunt ipſum
veram carnem de virgine aſſumpſiſſe. Sed ſi fataſma
fuit Chriſti caro,ergo fantaſma fuit eius paſſio,reſur-
rectio,pariter & in cęlum aſcēſio,quæ omnia abſurda
ſunt, ergo & primum ex quo illa inferuntur per bo-
nam conſequentiam.Propterea iſte error cum multis
alijs reprobatur in decre.vt patet expreſſe.24.q.3.Qui
dam autem hæretici.

Moraliter multi hodie ſunt ſimiles prædictis Chri-
ſti diſcipulis,vt ſunt illi qui non credunt Chriſtum ve
raciter exiſtere in ſacramēto altaris, ſed potius credūt
hanc veritatē eſſe vnum fantaſma, ſed vt dicit beatus
Tho.in officio de eodē ſantiſſimo ſacramēto,ſi ſenſus
deficit,ad firmādum cor ſynceru ſola fides ſufficit.Alij
aūt cū audiūt pdicari de pœnis horribilibus inferni,
credunt hoc eſſe fantaſma,dicentes cum Tullio. Vt eſ
ſet formido male agendi apud improbos, conſtituta
ſunt à maioribus noſtris ſupplicia.Sed nūc bene nouit
diues ille epulo ſi hoc ſit fantaſma,necne apud īferos.
Alij etiam cum audiunt loqui de aliquibus viſionibus,
aut apparitionibus animarum defunctorum, credunt
fantaſma eſſe deridentes eos, qui talia referunt. Non
enim

enim credunt animas defunctorum redire ad viuos, allegantes illud Pſal. Spiritus vadens, & nõ rediens. Qđ quidem fundamentum valde debile eſt. Nam verus ſenſus illius authoritatis eſt talis. Spiritus vadens ex ſe ad peccatũ [& non rediens] ex ſe ad gratiã. Vel ſpiritus vadens à corpore per mortem naturalẽ, ſed nõ rediens iter ad corpus ſaltem informatiue ex propria virtute, ſed tantum per virtutem diuinam, quæ ſola operatur veram corporum reſurrectionem. Inſuper tales maniſeſte contradicunt B. Greg. quæ in ſuo dialogo. li. 4. c. 40. refert de anima Paſchaſij, qui fuerat Cardinalis Eccleſiæ Romanæ, quòd apparuit in thermis angularibus Germano Capueñ. Eccleſię epiſcopo, qui illic acceſſerat balneandi ſe gratia. Alij denique ſunt, qui dũ mouentur ſiue à Deo ſiue ab Angelo in ſomnis varijs ex cauſis, credunt hoc fantaſma eſſe, vel forte ita illis reſpondent hi, quos ſuper huiſcemodi conſulunt, dicentes forte, Somnia ne cures. Cũ tamen legamus de Ioſeph filio Iacob, quod per ſomnia præuidit ſe præferẽdũ fratribus ſuis, Gen. 37. Similiter de Ioſeph viro virginis Mariæ, legimus Mat. 1. quòd fuerit admonitus in ſomnis per Angelum, vt fugeret in Aegyptum cum puero Ieſu, & matre ipſius.

Sequitur in textu. Ieſus ergo dixit eis, ſ. diſcipulis ſuis. Confidite, ego ſum, nolite timere. Non ſubiunxit quis eſſet, eo quod ex nota voce poterant eũ cognoſcere. Pſal. Dabit voci ſuę vocẽ virtutis. Legitur aũt Mat. 14. quòd poſtquam Chriſtus dixit. Confidite, ego ſum, &c mox dixit ei Petrus, Domine ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas. At ipſe ait, Veni. Et deſcẽdens Petrus de nauicula ambulabat ſuper aquas, vt veniret ad Ieſum. Videns ergo ventũ validũ timuit. Et cũ cœpiſſet mergi, clamauit dicens, Domine ſaluũ me fac. Et continuo Ieſus apprehendẽs manum eius, ait illi. Modicæ fidei. quare dubitaſti? Hæc Mat. Sequitur in Mar. Et aſcẽdit Ieſus ad illos in nauim, & ceſſauit ventus. Et ex hoc tam euidenti miraculo diſcipuli plus intra ſe magis ſtupebãt, videlicet ex ĩſolito effectu pote-

ſtatis,& virtutis Chriſti. Non.n. intellexerant de quinque panibus, q̄ ſ.virtute diuina illos cōuertiſſet. Hoc aūt fuit quando ex quinque panibus hordeaceis pauit quinque millia hominum in deſerto. Ioa.6. Erat.n. cor eorum obcœcatum, i. nondum per fidem virtutis Chriſti illuminatum. Cūq; egreſſi eſſent de naui, continuo cognouerunt eum. Per quod ſignificatur myſticè, quòd in præſenti, & quādiu animæ noſtræ ſunt intra nauim humani corporis, non poſſumus Deum in ſe cognoſcere, ſed ſolum poſtquam fuerint corporibus exutæ, & ad cœleſte gaudium introductæ. Et hoc eſt qđ loquitur Apoſt.1.Cor.13.dicens. Videmus nunc per ſpeculū & in enigmate, tunc aūt facie ad faciem. Tertio principaliter in hodierno euang. fit mentio de infirmantium à Chriſto generali curatione, cum ſubditur. Et percurrētes ſupp. Chriſti diſcipuli de naui egreſſi, vniuerſam regionem illā, videlicet Genezareth, cœperūt in grabatis eos, qui ſe male habebant, circunferre, vbi audiebant eū eſſe. In hoc autē facto, vt dicit glo. interli. notatur mira fides, & charitas diſcipulorum Chriſti, qui non tantum ſalute pręſentium contenti ſunt, verūetiā mittunt ad alios per circuitum vt currāt omnes ad medicum. Et per hoc moraliter inſtruuntur Prælati, & Prædicatores, hincinde diſcurrere, & infirmos quoſq; ad Chriſtū adducere, iuxta quod eos admonet ſcriptura. Prouer.6.dicens. Diſcurre feſtina, ſuſcita amicū tuū. Sequitur. Et quocunq; introibāt in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebāt infirmos & deprecabantur eū, vt vel fimbriā veſtimēti eius tangerent. Et quotquot tangebant eū, ſalui fiebant. Ex iſto textu apparet maxime iudæorū malitia, & inuidia aduerſus Chriſtū, quem etſi meſſiam in lege promiſſū credere nolebant: ipſum tñ tanq̃ medicū peritiſſimū, & oēs morbos curantē recipere, atque benigne tractare debebant. Ex his verbis apparet, q̃ reprehenſibiles ſint multi Prīcipes, & iudices, medici, & cæterę pſonę cōes quæ re vera cōes ſunt, ſed hoc tm̄ potētibus, & diuitibus, nō aūt egenis aut pauperibus. Diuitibus.n. patent

eorum

eorũ ianuæ, q̃ clausę manent pauperibus, ẽt viduis, & orphanis. Ad Christum autem vltro accedere, & ipsum tangere permittuntur cœci, & claudi, surdi, & muti, paralytici, & dæmoniaci, leprosi, & quocũque vilissimo, atque horrendo gñe morbi infecti. Tangamus igitur charissimi Christum dominum nostrum in pręsenti p̱ fidem, & amplexemur eũ per charitatem, vt tandem in futuro valeamus ei coniungi per æternam societatem & beatitudinem. Quam nobis concedat, &c.

DOMINICA PRIMA

QVADRAGESIMAE.



VCTVS est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Mat. 4.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS .ff. de ui & ui armata. l. prętor ait. allegans iuriscõsultũ Vlpianũ, dicit, q̃ arma armis repellere licet. Casus est talis. Est aliquis clericus, qui transiens gratiosè viam suã inuaditur â prædonibus, qui impetũ in ipsum faciunt, vt eũ occidant, & eius pecuniã rapiãt. Quod ille attendẽtes arrepto gladio suo tuetur vitam suã melius quo põt, & tandem malefactores cõpellit ad fugam. Quid iuris in hoc facto? Nonne efficitur irregularis. Certè respõdet lex imperialis, q̃ in hoc nõ est culpãdus, nisi aliud ponatur, eo quod vim ui repellere licet. Subintelligẽdo tamen semper, cum moderamine inculpatę tutelę. Ista lex ciuilis est conformis legi Ecclesiasticę, de qua habetur extra de sent. exc. c. si vero alicuius, vbi dicitur, q̃ si q̱s clericum vim sibi inferentẽ repellat, vel lędat, nõ debet propter hoc ad sedẽ Apostolicam transmitti, si incontinenti uim ui repellat, maximè cũ vim vi repellere omnes leges, omniaque iura permittãt. Ad idem propositum facit c. significasti nobis,

ext. de hom. Patet ergo; q̄ arma armis repellere licet.
Moraliter. Considerare debemus, q̄ sumus à dño cō-stituti in hoc mundo, tanquam in loco certaminis. Nam ut habetur Iob 8. Militia est vita hominis super terram. Habemus enim militare contra carnem, mundum, & diabolū. Et de ista tertia militia loquēs Apos. Eph. 6. dicit, q̄ non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, supple tantum, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harū, contra spiritualia nequitiæ in cęlestibus. Vt autem aduersarius noster diabolus in dicto certamine euadat victoriosus, armat se plerunq; armis sacræ scripturæ, ut cautius prosternat hominem: interdū etiam armat se dictis sacrorum doctorum, vt illi facilius credatur, v.g. cum tentat aliquem de superbia, allegat illud Eccl. 41. Curam habe de bono nomine. Itē cum tē tat de auaritia, allegat illud verbum. Amb. de officiis. lib. 1. c. 30. dicentis, quòd nihil stultius, quàm effundere opes, nihilq; prudentius, quàm congregare, & thesaurizare propter futuros euentus. Similiter cum tentat de luxuria, allegat illud domini pręceptū factum Ozeę Proph. Vade, sume tibi vxorem fornicariā, & fac filios fornicationum. Ozeæ 1. Item cum tentat de gula, allegat illam domini generalē licentiā factā Adæ, & posteris eius. Ecce dedi vobis oēm herbā, & vniuersa ligna, vt sint vobis in escam. Gene. 1. Et sic de aliis peccatis de facili allegari potest. Hunc ēt modum obseruauit ipse diabolus Christum tentando, prout legitur in hodierno euang. Cum. n. ipsum tentasset de inani gloria, dicens. Si filius Dei es, mitte te deorsum: mox allegauit sacrā scrip. vbi ait. Angelis suis Deus mādauit &c. Sed quid facere debemus, vt possimus nos tueri contra tentationes, & arma inimici? Certè opus est arma armis repellere, & clauum clauo retundere: hoc est per sacrā scrip. illi respondere, & resistere. V.g. Cū tentat de superbia, respondendum est sibi per illud Ecclesi. 5. Quid superbis terra, & cinis? Itē per illud Prou. 29. Superbum sequitur humilitas. Itē cum ten-
tat

tat de auaritia respondendum est sibi per illud verbũ Apost. 1. Tim. 6. Nihil intulimus in hunc mundũ, nihilque pariter nobiscum auferemus. Item per illud Eccl. 10. Sicut egressus est homo nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. Itẽ cũ tentat de luxuria, respondendum est sibi per illud Ephe. 5. Omnis fornicator aũt immundus non habet partẽ in hæreditate Dei, & Christi: similiter cũ tentat de gula, respondendum est sibi per illud quod legitur Num. 11. de filijs Israel, qui propter gulam mirabiliter puniti sunt à domino. De quibus etiam in Psal. Adhuc escæ erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit sup eos, Et similiter ad cætera vitia, de quibus tentat diabolus, suo modo respondendum est per sacram scriptu. Sic enim nos facere docuit ipse Christus in euang. hodierno, qui tanquàm peritissimus Theologus ad singulas tentationes diaboli respondit allegando textum sacræ script. & signãter ex lib. Deut. 6. & 8. capax. vt patet intuenti textum. Patet ergo quomodo, & quàm prudenter ipse Christus arma armis repulit, cum esset in campo certaminis constitutus. De quo quidẽ loco loquitur præsens euang. cum dicit, quod ductus est Iesus in desertum vt tentaretur à diabolo.

SECVNDA INTRODVCTIO EX EPIST.

Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. 2. Corin. 6.

Scribitur extra de supplenda negligentia prælatorũ. c. dilecto filio. quod electio, quæ fit trãsacto tẽpore ordinario electionis, non valet. Casus decretalis est talis. Canonici cuiusdã Ecclesiæ cathedralis neglexerũt eligere decanũ infra tempus sex mensiũ, qđ est tempus à iure præfixum. vt dicitur ibidẽ. Trãsactis igitur sex mensibus volũt dicti canonici procedere ad electionẽ. & de facto eligunt aliquem in decanum. Quid iuris in hoc facto? Profecto Innocen. III. super hoc consultus respondet per dictã decretalẽ quòd electio nulla est. Quinimmo in tali casu auctoritas prouidendi de decano deuoluitur ad Archiepiscopum.

Moraliter. Tempus electionis est totũ tempus vitæ præsentis

pñtis, sũmus Põt. est Christus, de quo loquitur Apost. Hebr. 9. di. Christus assistens Pontifex futurorum &c. Iste igitur Pontifex dedit nobis potestates eligẽdi bonum, & viam, quæ ducit ad uitam æternam. Eccl. 19. Deus ab initio cõstituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. In cuius figuram legitur, Gene. 13. quòd Abraham dixit Loth fratri suo, vt eligeret partẽ dextram, vel sinistram quamcunq; vellet: hmõi autem electio debet fieri statuto tempore, i. quãdiu durat vita præsens, quia si anima semel descenderit in infernũ, nunquam poterit eligere bonũ. Iõ sálubriter consulit sapiẽs, Eccl. 9. dicens, Quodcunq; põt manus tua instanter operare, quia nec opus, nec rõ, nec sapientia est apud inferos, quo tu properas. O igitur pauperes pctõres, nolite obdurare corda vestra, sed quiescite ꝑuersè agere. Nolite vlterius procrastinare, nolite de die in diem differre morũ, & uitæ emẽdationem, quia ut dicitur extra de electione, & electi potestate, c. cum inter uniuersas; vbicunque mora affert periculũ, nullatenus est differendum. Dicitur etiam de reg. iu. li. 6. quòd mora regulariter est dãnosa. Hoc igitur diligẽter attendant illi, qui dicunt, quòd oportet relinquere iuuentutem facere cursum suum, & postquã senuerint intendunt emendare uitam suam. Nam tales deberent frequenter ad memoriam reducere illud Christi uerbũ. Mat. 24. Vigilate, quia nescitis diẽ, neq; horam. Item dicunt philosophi, quòd de tempore nõ habemus nisi nunc. Ad præteritum enim nulla est potentia. Tempus autem futurũ nobis est incertum. Et sic de toto tempore non habemus, nisi nunc, i. tempus præsens. De quo loquitur Apost. in præsenti epistola, cum ait. Ecce nunc tempus acceptabile, &c.

PRO EADEM DOMINICA EX EVANG.

Ductus est Iesus in desertum. Matth. 4.

Scribitur extra de supplenda negligẽtia prælatorũ. c. sicut nobis, quòd exempti à Diocesano puniri non debẽt. Casus ẽ talis. Aliquis religiosus exẽptus à iurisdictione ordinarij in aliquo notabiliter deliqt, ꝑpter

quod

quod trahitur ad iudicium Ecclesiasticũ. Quo audito prælatus eius ordinarius repetit eum. Quia si sibi denegetur & consulat sedem Apostolicam, obtinebit sententiam pro se, quia vt dicit decretalis præallegata, exempti à Diocesano puniri non debent. Ista decretalis est conformis cõmuni dispositioni iuris, vt patet. 16. q. 1. frater noster: vbi dicitur, quòd exemptus non debet iudicari nisi à solo Papa.

Moraliter, postquam quis peccauit mortaliter, ipso facto efficitur de foro, & iurisdictione diaboli. Sed interdum ex speciali priuilegio, quod non omnibus conceditur, eximitur ipse peccator à iurisdictione prędicta, & incipit esse de foro misericordiæ Dei. Hoc autem maxime fit per pęnitentiam. Nam sicut principes Catholici dederunt speciale priuilegiũ Ecclesijs, vt malefactores in certis casibus in eis defendi, & tueri possent, ita scilicet, quod non possent per officiarios regios inde extrahi, vt patet expresse extra de immunitate. c. inter alia. Ita & ille qui est rex regum, & dominus dominãtium, dedit pauperibus peccatoribus immunitatem contra potestatem, & brachiũ forte diaboli, dũmodo velint intrare in franchisiam, & libertatem pęnitentiæ. In cuius figuram legitur Deuteronomii 4. & 9. capitulis, quod Moyses de mandato domini assignauit tres ciuitates refugij, ad quas poterant refugere malefactores in certis casibus. Vbi ad propositũ per tres ciuitates intelliguntur tres partes pęnitentię, quæ sunt cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio. Has igitur tres ciuitates tenet continue apertas pijssimus Deus quandiu, scilicet durat dies vitæ præsentis. Nihilominus eas ex toto claudit quàm primum venit nox mortis naturalis. Ioã. 11. Venit nox quando nemo potest operari. Et ideo si sapientes fuerimus, & potissimum quandiu signatum est super nos lumen vultus misericordiæ Dei, ad has ciuitates recurremus, postquam, scilicet mortaliter peccauimus, si modo iram ipsius Dei, & seueritatem iustitiæ illius euitare velimus. Sed proh dolor multi peccatores

& pec-

& peccatrices abutuntur hmōi priuilegio, & libertate. Vnde de peccatore scriptū est Iob 24. Dedit enim dominus locū pœnitentię, & ipse abutitur eo in superbiam. Non sic igitur charissimi, non sic agamus, sed quamprimū peccauimus, studeamus intrare desertum pœnitentiæ, quod est quasi locus refugij, & exemptionis. Quod ubi fecerimus, indubiè à domino post hanc vitam non puniemur, saltem æternaliter, quia vt dicit Decretalis præallegata, Exēpti à diœcesano puniri nō debent. Taliter autē intrare prædictum locum nos in effectu docuit dominus ī præsenti Euāgelio, in hoc.s. quòd ductus est in desertum, in quo ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus &c.

In præsenti igitur Euangelio fit mentio de quoddā duello habito inter duos milites, valde tamē dispares vita & moribus, q̃ sunt Christus & diabolus, & de hoc duello tria principaliter tanguntur in p̃senti Euang.

Primo enim describitur militis Christi in locū certaminis ingressus, quia ductus est Iesus in desertum.

Secūdo uerò subiungitur astutus, & callidus aduersarij aggressus, ibi. Et accedens tentator.

Tertio autem concluditur gloriosus duelli triumphus, ibi. Vade sathana. &c.

Primo igitur &c. Quæri potest quando ductus fuerit Iesus in desertum. Ad quod respondetur, quòd statim post baptismum suum. Vnde Matth. 3. dicitur quòd baptizatus Christus confestim ascēdit de aqua, & consequenter in capite sequentis capituli subiungitur ingressus eius in desertum: & per hoc datur intelligi, quod diabolus acrius insurgit in illos quos videt sanctiores, iuxta illud Eccl. 2. Filij accedens ad seruitutē Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animā tuā ad tentationē. Vnde 7. q. 1 nulli dicitur, quòd diabolus maxime illos tentat, qui sunt Deo familiariores, & in eius seruitio feruentiores. Vnde Hier. 3. parte epistolarum suarum, epistola 85. dicit, quòd qui sanctior est, & sapientior, plus habet timere insidias diaboli, eo quod talis esca eius electa est.

De

De malis non curat,quia sui sunt.Propterea idē Hier. 2.parte epistolarū suarū,epist.51.dicit,ꝙ nemo debet de sanctitate confidere,cum etiam ille tentetur,quem nulla tentamenta superare possunt, & post pauca . Si dominum tētare ausus est versipellis ille,& nequam, quanto magis nos decipere non timebit? Circa hanc ergo materiam,quæ de tentatione tractat notabo aliquas veritates. Prima veritas,non est locus super terram habitabilem, in quo non tentet diabolus hominem. Patet ergo hęc veritas:per hoc ꝙ tentauit Christum in deserto . Similiter,& B.Antonium, hanc etiā veritatem probare possumus ex uerbis Greg. qui lib. 23.mor.23.dicit sic . Homo in hac uita adhuc positus in cuiuslibet ordinis loco, in cuiuslibet secreti secessu viuere sine tentationibus non potest. Hæc ille. Nā cum ipse diabolus sit spiritus,& per consequens subtilissimæ naturæ,de facili potest penetrare antra deserti,& similiter loca sacra,& non sacra,murata sicut nō murata,clausa sicut aperta,& hmōi. Secunda veritas. Non est tempus in quo non tentet diabolus . Tentat siquidem nos dum vigilamus, ut satis constat . Tentat etiam nos frequenter dum dominus immitando , & procurando turpissimas fantasias & somnia , ut sic saltem polluatur corpus. Propterea Ambr.super Psal. Beati immaculati, exponens illud versum.Media nocte surgebam ad confitendum tibi, dicit ꝙ nō satis est dies ad deprecandum dominum, sed ad hoc idem agē dum media nocte est surgendum , quia illo tempore multa peccata proserpunt . Tunc enim feruet carnis illecebra, tunc in somnis illudit tentator:animus aūt occupatus est somnolentia. Tunc igitur tentator assistit,tunc rhetia iacit,quibus mentem improuidā turbare possit. Hæc ille. Similiter ad idem propositum loquens Isido.de summo bono.lib.3.c.6.dicit,ꝙ nonnūquam electorū mentes horrendis imaginibus somniorum spiritus immundi terrificare conantur , & quos vigilantes vitiis tentant , nec superant , acriter dormientes impugnant. Sancti autem,& si ad momentum huius-

huiusmodi visionibus commoueantur, mox tamē euigilantes illusionum vanitates descipiunt, intentionēque suam protinus ad Deum conuertunt. Hæc ille. Ne ergo illudamur ab hoste maligno in somnijs, debemus nos præmunire virtute orationis quotiens imus ad locum quietis, dicentes. Precamur sancte domine defende nos in hac nocte, sit nobis ī te requies, quietam noctem tribue. Ne.s. grauis somnus irruat, nec hostis nos subripiat, ne caro illi cōsentiens, nos tibi reos statuat. Tertia veritas, non est status tam perfectus, quem sæpe non perturbet diabolus Satis.n. constat, ꝙ nunquam fuit aut erit in hac mortali vita status tam perfectus, sicut status & collegium Apostolorum, & tamen hunc perturbauit diabolus, tā in generali, quàm in particulari. In generali quidem, quādo percusso pastore Christo in passione sua, dispersæ sunt oues, i. Apostoli. Zach.13. Nam vt habetur Matth.26. Relicto eo omnes discipuli fu.&c. In particulari vero quoad Iudā, in cuius cor posuit satanas, vt traderet magistrum suum inter manus iudæorum, vt habetur Ioan.13. Et breuiter, vt dicit August. & recitatur in decre. dist.47. quantumlibet, non est congregatio tam perfecta, in qua non sit aliquis diabolus. Nullū ergo statū reueretur diabolus, nulliusq; personæ dignitatem. Non enim reueretur baculum, aut mitram pastoralem, non tonsuram clericalem, non habitum monachalem, non diadema regium, non purpureum, aut præciosum vestimentum, nō mundialem sapientiam, nō humanam eloquentiā, non corporis fortitudinem, non vultus decorem, non iuuenilem ætatem, non decrepitam senectutem, non sexus conditionem aut fragilitatem; & si qua sunt similia, ita vt merito de eo dicere possimus illud Psal. Non est, qui se abscondat à calore eius.

Quarta veritas, pęnitere volentes specialiter oppugnat, & tentat diabolus. Ista veritas probatur ex dictis B. Hieron. qui 2. partē epistolarū suarum, epistola 51. exponendo illud verbum præsentis Euangelij. Si filius Dei es, dic vt lapides &c. dicit sic. Quia diabolus scit

nos

nos velle fieri filios Dei, propterea expugnare nititur, & quasi serpens lubricos nostros inuoluere pedes sata git ne cęlū ascendere valeamus. Itē idem Hiero. ibidem paulo ante dicit, quod statim vt diabolus viderit oues suas velle recedere de proprio grege, fremit, irascitur, furit, & totis viribus aduersus eas commouetur perire sibi existimans quicquid Christo saluatur, & mori synagogæ suę quicquid Ecclesiæ Christi viuificatur. Similiter Amb. super Lucā lib. 3. exponens illud verbū Luc. 4. Iesus plenus Spiritu sancto agebatur in desertum, dicit, quòd ideo voluit Christus in deserto tentari, vt ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere, & ideo tunc nobis magis esse cauendum. Da exemplum de custodę carceris, qui tunc secure dormit quandiu incarcerati sunt in compedibus, & manicis ferreis. Sed quamprimum sentit aliquem captiuum clandestine recedere, mox vęlocissimo cursu currit post eum clamans existentibus in via vt arrestent eum. Da etiam exemplum de cane velociter currente post prædam, & de cato post murem. Vnde in figuram huius legitur Exod. 1 .quòd Pharao cum toto suo exercitu insecutus est filios Israel de dominio & terra sua recedtes. Applica. est fa. Quinta veritas. Laborantes in extremis fortissimè, & specialissimè impugnat diabolus. Tunc enim, vt ait Psal. Insidiatur absconditus quasi leo in spelunca sua insidiatur, vt rapiat pauperem. Et Abacuh 3. Ibi abscondita est fortitudo eius. Sed quomodo abscondita? Nunquid aperte videtur diabolus à morientibus? Respondeo. In primis dico, q̄ nō est articulus fidei, quòd omnibus morientibus appareat diabolus etiam adultis. Nec ex quocunque passu sacræ scripturæ trahi potest. Et hoc maximè patet de subito morientibus, aut capite truncatis. Communiter tamen ita sit, & cum ita fit, tunc absconditur diabolus ab oculis circunstantium ægrotum seu morientem, quem tamen oculo mentis ibi pręsentem videt. Vel forte in aliqua specie imaginaria, aut sensibus quo ad se, quamuis cæteri

teri talẽ speciem non videant, hoc agente diuina dispẽsatione. Vegetius.n.de re militari lib.3.c.10.instruẽns ducem belli, quomodo, s.possit opugnare aduersarios suos, & capere, dicit quòd debet collocare armatos suos ad transitus fluuiorum, ad præcipitia montium, ad angustias syluarum, ad difficultates paludum, & ad cęteros quosque difficiles exitus. Sic & diabolus in extremis hominis collocat milites suos circũquaque, vt non pateat pauperi animæ exitus ad cęlum quo nõ minus raptatur ab exercitu dęmonum illic astantiũm. O quâm igitur tunc angustæ erunt vię impiorum. Sed quale tunc remedium? Certe aliud non video nisi Dei & sanctorum eius. Refert enim Plinius in naturali historia lib.7.c. 2. Item post eum August.[de ci. Dei. lib. 16.c.9.quòd in India sunt homunculi, qui pigmei dicuntur, in antris & cauernis terræ latitãtes, propter aues quas timent, & signanter grues; ne scilicet eos rapiant pariter, & deuorent. Valde enim illis insidiantur huiusmodi grues, & ideo quando volunt exire de cauernis suis, incedunt per turmas, vt sint fortiores ad se defendẽndum. Ita in proposito cũ hõ respectu potestatis dęmonũ sit tanquam pigmeus, id est hõ vnius cubitu, cuius etiã exitum de cauerna huius mundi valde obseruant ipsi dæmones, valde timere debet hmõi passagium. Summum igitur remedium est ipsis morientibus habere in comitatu suo consortium Dei, & Sanctorũ eius propter quod solemus pro laborantibus in extremis implorare auxiliũ de cœlo, ne, s. tunc pręualeat contra eos insidiator malignus, qui tunc plus solito ipso tentare satagit, siue de infidelitate, siue de desperatione diuinæ misericordiæ, aut huiusmodi.

Sexta, & vltima veritas. Tẽtatio quæ est à dæmone quãtucunq; magna, & horrẽda cui nõ consentitur nullũ peccatũ censetur, quin potius meritoria reputatur. Hãc veritatẽ ponit B.Th.3 par.q.11. arti. 1. in sol. ad prin. Similiter & magister sent.dist. 21. scd'i libri senten. Probari ẽt põt ex dictis D.Ber.qui ser.5. quadragesimæ dicit sic. Potest inquit inimicus excitare tẽtatio-

nis

nis motum,sed in te est si volueris dare,seu negare cõsensum: in facultate tua est si volueris inimicum tuũ facere seruum tuũ. Ecce.n. inflãmat inimicus desideriũ sibi vanitatis,aut impatientiæ cogitationes immittit,aut similiter excitat libidinis motũ, tu ne consenseris,& quotiens restiteris , totiens coronaberis. Hæc ille.Vnde Psal.Si mei non fuerint dominati. sup.dæmones trahentes me vsque ad plenum consensum peccati,tunc immaculatus ero, eo q̃ tentatio cui non cõsentitur non est peccatũ, sed materia exercendæ virtutis,secundum August. & emundabor à delicto maximo,i.à mortali peccato,quod nõ commisero. Et quod dictum est de tentatione , quæ fit à demone,idem dicendum est de illa quæ fit à mundo siue ab homine,verbi gr.Aliquis lubricus solicitat aliquam puellam aut mulierem coniugatam de incontinentia forte verbo,signo,aut facto . Illa autem viriliter resistit . Nunquid de huiusmodi tentatio habet necessario confiteri ? Certe non, maxime cum in hoc opus laude dignum gesserit. Et simile iudicium de omni alio actu malo, ad quem quis nititur proximum suum trahere, sed ille non assentit.Quemadmodum ergo capitaneus alicuius castri viriliter dimicans, & resistens,ne hostes subintrent castrum, quod à Rege recepit fide præstita custodiendum,est laude,& præmio dignus : ita & quicunq; viriliter decertat cõtra diabolũ,carnẽ, aut mundũ,fideliter custodiens cor suum, aut corpus immaculatũ talis tãdẽ non confundetur,quia tentatus fuerit , quinimmo gloriosè tandẽ in cœlis coronabitur.Alias non resistens aduersarijs regis sui Iesu Christi nõ solum prẽmio carebit cœlesti,verumetiã perpetuo carceri infernali detrudetur,q̃a vt dicit Apost.2. Tim.2.Nõ coronabitur,nisi qui legitimè certauerit . Simus ergo charissimi de numero talium virtuosè decertãtiũ,vt tãdem possimus esse de numero laureatorũ, & coronatorũ in regno cęlorum . Et sic patent sex veritates circa materiam tentationis, quę fit à dæmone cõtra militẽ Christi pium Christianũ.Dicit ergo Euangelista quod

ductus est Iesus in desertum, quod.s.est inter Hierusalem,& Hierico, de quo Luc. 10 dicitur, ꝙ ibi incidit hō in latrones, à Spiritu sup. sancto. De societate aūt quā ibi habuit, legitur Mar. 1. ꝙ erat ibi cū bestijs, vt tentaretur à diabolo. Et nota, ꝙ ly, vt, tenetur hic consecutiue,& nō causaliter. Et per hoc significatur, quod nullus tentatur à diabolo, nisi qui ad desertū exierit, i. ad bonum opus se dedicare voluerit, vt dicit gl.ord. Qui aūt in malis perseuerant, potius peccant ex mala habituatione, quàm ex dæmonis tentatione. Da exemplum de meretricibus. Nā vt dicit Greg. in moral. lib. 22.c.12. Hostis noster quanto magis nos sibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit. Eos autem pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Da exēplū de rege, qui non impugnat suos subditos,& sibi in omnibus parere volentes, sed tantum aduersarios,& rebelles dn̄io suo. Quare aūt Christus tētari voluerit, habes in B.Th.3.par.q.11. per totum. Et cum ieiunasset 40.diebus,& 40.noctibus, postea esurijt. Quis aūt Christus tanto tempore ieiunauerit, argumentū est suæ diuinitatis, vt dicit gl.interl. Additur autē noctibus, ne de nocte comedisse credatur, ut dicit eadem glo. Sed qđ postea esurierit argm̄ est suæ humanitatis; & sic vtranq; naturā se habuisse manifeste ostendit Chrys. hom. 43. Mirum inquit negotium ille, qui antea populum Hebraicum esurientem in solitudine per 40.annos refecit cibo cęlesti, nūc esurit. Adde ꝙ ille, qui dat iumentis escam ipsorum,& pullis coruorum inuocantibus eum, per quē ēt nec alens esurit, nunc esurit. Sed quid esurit? certe plus nostrā salutem, quàm corporis refectionem. Demus ergo charissimi illi mādurare in illum credendo, & mādata eius seruando. Mysticè, tunc Christus ductus est in desertū à spiritu cum ex voluntate Dei patris venit in hūc mūdum miserum, pauperem,& caducum. Nā sicut desertum est locus bestijs plenus, hominibus vacuus, deficiēs bonis omnib. terribilis transeuntibus, sic ēt est de mundo isto. Nam in eo sunt multi leones, i. superbi,
multi

multi equi.i.luxuriosi,multi porci.i.gulosi,& hmōi; de hoc uide Boet.li.10.ꝓ Sap.3.ibi euenit,vt qūo,&c.

Itē in hoc mundo sunt pauci hoīes,i.rōne vtentes, sed fermè oēs uolunt insequi suas passiones: cū tamē homo sit aīal rationale,secundū Porph.Itē est mūdus nō producit uerba bona,nec in eo crescūt, sed potius veniunt de cęlo,secundū illud Iac.1.Oē datū optimū, & oē donū perfectū de sursum est &c.item iste mundus est terribilis transeuntibus de hoc seculo ad aliud per mortem, & hoc ꝑꝑ crudeles bestias, i. dæmones insidiantes tunc hominibus; patet ergo, quàm bene mundus iste significatur per desertum. Quis aūt Christus esset in deserto cum bestijs secundum Mar. designat,ꝙ homo in deserto huius mundi velit nolit semper habitat īter bestias,i.motus sensuales,& carnales, & hoc ad exercitium uirtutis, vt,s.semper habeat materiā merendi.Secūdo principaliter in pręsenti Euāg. agitur de aggressu antiqui hostis contra pugilē fortissimum Christum in loco certaminis, i.in deserto, cū dicitur.Et accedens tentator, ut enim dicit de Lyra post gl.ord.diabolus nouerat filiū Dei uenisse in mūdum multipliciter. Tum propter trāslationē regni iudęorum ad Herodem alienigenam, quod erat signum dicti aduentus, prout longè ante prædixerat Patriar. Iacob qui in morte sua benedicens filijs, ait ad Iudā. Non auferetur septrum de Iuda,& dux de femore eius donec veniat qui &c. Tum propter expressam reuelationem factam Proph.Danieli per Gabrielem Archā. dicētem ad eū.Septuaginta hebdomades(sup.annorū) & non dierum abbreuiatæ sunt, & tunc finē accipiet peccatū.Et post 70. hebdomades occidetur Christus. Tum propter Ioan. demonstrationem ad sensum, cū ait de Christo. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,Io.1.Propter hæc ergo testimonia verisimiliter credebat diabolus Dei filium uenisse in terris, sed cum uidisset Christum post ieiunium suū esurire, cœpit de eius diuinitate dubitare. Et ita vacillabat inter duas partes. Volens ergo certior fieri, accessit ad

eum fortè in specie alicuius sancti viri vtpote in habitu eremitæ, vt sic magis occultaret suam malitiam, dicens forte intra se hæc, vel similia. Iste si homo primo est, similis est Adæ. Et ideo sicut tentaui Adam primò de gula, & eũ faciliter superaui, sic agam circa istum. Cumque vidisset quòd non potuisset eum superare per gulam, tentauit eum de inani gloria, forte ita dicens, hic homo videtur esse sanctus, Sancti autem homines, & si non de facili tententur de gula, frequenter tamẽ tentantur de inani gloria. Et ideo istum tentabo de inani gloria. Hoc autẽ factum est cum assumpsit Christum in sanctam ciuitatem, & statuit eũ supra pinnaculum tẽpli. Cumq; similiter vidisset diabolus, ꝙ nõ potuisset Christum hoc modo supare, tunc forsan dixit intra seipsum. Sępe ꝗ euaserunt retia gulæ, & vanę gloriæ nõ euaserunt rete auaritiæ. Quamuis ergo iste homo euaserit duo prima retia, forte non euadet tertiũ. Et ideo tentabo eũ de auaritia. Hoc autem factum est quando duxit eum in montẽ excelsum, & ostendit illi omnia regna mundi, & gloriã eorum, dicens Hæc omnia tibi dabo si &c. Sed Christus sic in omnibus temperauit responsa sua, ꝙ diabolus in fine pręlij æque dubius fuit de eius diuinitate sicut in principio. Voluit aũt sic illi occultare suã diuinitatẽ ne ea certitudinaliter agnita, ex inuidia impediret eius passionem. Nam vt dicit Apost. 1. Corint. 2. Si cognouissent nunquã dominum gloriæ crucifixissent, i. crucifigi procurassent. Notandum ergo iuxta seriem præsentis euãgelij, quòd aduersarius Christi diabolus cõtra eũ dimicaturus in triplici loco est eum aggressus credens ipsum vincere. Sed ipse turpiter superatus est à Christo, & de loco certaminis confusibiliter eiectus, quando scilicet dixit ei Christus, Vade satana.

Primo igitur hostis antiquus bellare cępit cõtra inuĩcibilẽ Xpm in deserto, ĩ quo ieiunauerat. 40. diebus & totidem noctibus, dicens illi. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. q. d. Si verũ est, quod sis filius Dei, certe ad tuum verbum isti lapides durissimi fiẽt

panes delicatissimi, maximè cum Deo dicat Psal. Dixit, & facta sunt. Ecce primus ictus lanceæ diabolicæ tentationis aduersus Christū, nihilominus in nullo nocuit Christo: eo quod ipsum euasit, & diuertit cū clypeo sacræ scripturæ, dicens, Scriptum est, scilicet Deut. 8. Non in solo pane &c. ac si aperte diceret. cum cibus animæ sit pferendus cibo corporis, & mihi loquaris de cibo corporis tantū, manifestè apparet quòd persuasio tua sit tentatio mera. Mystice non in solo pane supple sacramentali viuit homo, s. interior, sed in omni verbo quod &c. i. in verbo prædicationis. Vterq; .n. panis est homini necessarius ad salutē, videlicet Christi corpus, & verbum salutis, ille dignior panis est, iste autem vtilior, vt patet per August. & recitatur in decretis. 1. quæst. 1. interrogo.

Moraliter iuxta illud diaboli verbum ad Christum, Dic vt lapides &c. Notandū quod hodie multi ita dicunt. Primi sunt simoniaci & grossi vsurarij, quibus cū discretus confessor imponit condignam pœnitentiam, & satisfactionem, interdum ipsum rogant, ꝙ mitius cum eis agat, aliàs forte oporteret eos mēdicare. Quia si ille tāquam virtuosus nolit eorū friuolas excusationes audire, vadunt forte ad alium confessorem minus peritum, & qui faciet eis bonum forum. Et idem iudicium est de omnibus obligatis ad restitutionem. Secūdi qui dicunt, dic ut lapides &c. sunt illi, qui se scienter obligauerunt ad vota religionis per solennem professionem, & diu habitum religionis portauerūt faciētes bonum vultum. Sed cum vident, quòd est quæstio de reformatione sui monasterij, vadunt ad curiam Romanam, & pulsant aures summi Pontificis importunè petentes exemptionem ab obedientia sui ordinis, aut forte quod possint sibi assumere habitum alterius ordinis laxioris, siue etiam habitū sacerdotis secularis, dantes forte intelligere, quòd fecerunt professionem inuitè, aut quia nesciebant quid tunc agebant, addētes, quòd non possent ferre onera vitæ regularis, & huiusmodi. Contra quos aduersatur illud. Psal. Non

declines cor meũ in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Tertij dicentes. Dic vt lapides iſti panes fiãt &c. ſunt ĩfirmitoſi, & aduerſa ĩuitè patiẽtes, qui frequenter orant dñum, vt pręſtet eis refrigeriũ contra hmõi aduerſa, neſcientes quid petant, quia plerunque homines ſunt melioris conditionis, & vitæ inter aduerſa, quàm inter proſpera. Nam proſpera ſæpe extollũt hominem, vbi aduerſa ipſum humiliãt, & ad pęnitẽtiã pertrahũt, ſecundũ illud Pſal. Afflictus ſum, humiliatus ſum nimis. Ecce primũ. Rugiebam à gemitu cordis mei. Ecce ſecundum. Vel dic, quòd illi lapides in delicatos, & ſuaues panes conuertunt, qui opprobria, contumelias, conuitia ſibi illata patienter ferunt, in omnibus benedicentes dominum, quinimmo pro talibus quandoq; orant in ſpeciali ex abundantia charitatis ſuæ ad eos Pſal. Pro eo, ut me diligerent detrahebãt mihi, ego aũt orabam, ſupple pro eis.

Secũdo hoſtis antiquus pugnare, & duellare ſtuduit contra inſuperbialẽ Chriſtum ſupra pinnaculũ tẽpli. Et de hac pugna loquitur Euangeliſta, di. Tunc aſſumpſit eum diabolus, fortè in brachijs, aut humeris ipſum portando. Vel ad manum ducendo. Nec mirum, vt inquit Greg. hom. 16. ſi ſe permiſit Chriſtus à diabolo circunferri, qui à membris ſuis permiſit ſe crucifigi. Tu uero adde, & qui hodie in altari permittit ſe à manibus pollutis impudicorũ Eccleſiaſticorũ tractari, in ſanctam ciuitatem, i. in Hieruſalẽ, quæ olim dicebatur ſancta, tum propter tẽplum, tũ propter vnius veri Dei cultũ, qui ibi ſpecialiter colebatur. Tũ quia ſanctus ſanctorum in ea paſſurus erat. Et ſtatuit eum. ſcilicet Chriſtum ſupra pinnaculũ templi, i. ſupra ſummitatem illius. Nã in partibus illis tecta domorũ deſuper ſunt plana. Et ſic erat diſpoſita ſummitas tẽpli, quæ hic vocatur pinnaculum, & dixit ei. Si filius Dei es, mitte te deorſum. Ecce ſecundus ictus lanceæ diabolicæ tentationis aduerſus Chriſtum, quo uoluit eum uibrare per inanem gloriam. Vt autem magis occultaret ſuam tentationem, allegat ſacram ſcripturam,

ram, dicens. Scriptum est, supple in lib. Psal. Quia angelis suis Deus mandauit, &c. Ac si diceret. Non timeas mittere te deorsum, quia per hoc nihil mali patieris, si uerum sit, quòd sis Dei filius, quia Angeli, qui sunt serui tui, si sis talis, custodient te. Nota & practica quomodo boni Angeli ex diuina ordinatione custodiunt nos in quadruplici statu. Primo in vtero ne à diabolo suffocemur. Secundo in uita ne ad peccatum ab eodem trahamur. Tertio in morte ne ab eodem in desperationem ducamur. Quarto post mortē ne ab eodem ab ingressu cœli impediamur. Ecce audistis charissimi maligni spiritus pugnā aduersus Christum, qui etiam se armauit auctoritate sacrę scripturæ, superest audire Christi defensionem. Quia ergo armauerat se diabolus armis sacræ scripturæ, ideo Christus eisdem se armauit, vt eius tentationem superaret, dicens. Scriptum est, videlicet Deut. 6. Non tentabis dominum Deum tuum. Ille autem tentat dominum, qui exponit se periculo mortis, committēs se Deo, cum habeat ex humana ratione, siue rationabili consilio quid faciat, ut habetur 22.q.2. quæritur. Cum ergo Christus tunc posset descendere de pinnaculo templi magis, quâm per iactantiam, & inanem gloriam se præcipitare, non debuit voci diaboli obedire. Illi ergo videntur tentare Deum, qui cum possint aliter se iustificare super obiectis, solent dicere. Ego me do in corpore, & anima diabolo si sit ita, uel si nō sit ita &c. Et similiter qui dicunt. Ego uolo mala morte interire, uel iste morsellus sit mihi vltimus finis &c. Oēs. n. tales, & similes tentant Deum, ut patet in decretis, 2.q.5. consuluisti.

Moraliter notandum iuxta illud uerbum prædictū. Statuit eū supra pinnaculū tēpli &c. ꝙ diabolus semꝑ alta petit, & ad alta ducit eleuando homines per iactantiam, ut tādem eos, præcipitare possit in abyssum inferni per æternam damnationem, ut dicit hic gl. or. Facit. n. sicut fortis miles, qui cum lancea aduersariū eleuat sursum, ut grauius corruat. Itē facit, sicut cor-

nix, de qua refert Plinius in naturali historia lib. 10. c. 13. quod postquã apprehendit nucẽ rostro, postmodum sursum volans eã de alto deijcit pluries supra saxa, donec quassetur, vt sic nucleum habeat ad edendũ. Sic & diabolus interdum procurat, quod aliquis clericus sublimetur ad prælaturam, vel Ecclesiasticam dignitatẽ forte per simoniam aut aliam viam obliquam, vt sic sublimatus tandem grauius cadat in præsenti per culpam, & in futuro per pœnam æternam. Nam quanto status altior, tanto casus grauior. Et vt dicit Senec. de verborũ copia. Eccelsis multo facilius casu nocet. Da exemplum de altis arboribus. Item de ædificijs sursum eminentibus. Item de Symone mago. Idem practica de illis ambitiosis, q elevãtur super alios quo ad officia ciuilia, & publica. Tales ergo sic promoti, & sublimati arte, & procuratione dęmonis, cito corruũt per mortem, & damnationem æternam. Ita vt de ipso diabolo possit in proposito verificari illud verbum Psal. Deiecisti eos dum eleuarentur. Ecce supple quomodo facti sunt in desolationem, videlicet quo ad amicos suos, qui multum confidebant de eorum auxilio in futuro. Sed subito defecerunt, & perierunt propter iniquitatem suam. Horum autem iniquitas propter quam perierunt potuit esse triplex, aut quia male ad officia intrauerunt, aut quia male postea vixerunt, aut quia male subditos rexerunt. Item ad idem propositũ de talibus loquitur idem Psal. di. Inimici domini, i. peccatores, & mundani homines mox vt honorificati fuerint, & exaltati, videlicet honoribus, & gloria, deficient quemadmodum fumus deficit. Fumus enim quanto magis ascendit, tanto plus euanescit, ita & tales indebite promoti quãto altius extolluntur in hoc mũdo, tanto profundius, & interdum velocius per mortẽ demerguntur in inferno. Nullus ergo appetat extolli supra pinaculũ tẽpli, idest assumi ad Ecclesiasticas dignitates. Insuper qui ibi quantuncunq; debitè, & canonice sublimatus fuerit, sũmopere caueat ne ĩde glorietur quasi potẽs in põtẽtia sua, aut quasi sapiẽs ĩ sapiẽ-
tia

tia sua. Sed sic viuat vt possit dicere illud Psal. Dñe nõ est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus sup me.

Tertio hostis antiquus prçliaturus contra Christũ, duxit illum in montem excelsum valde, vt dicit Euangelista. Et nota, quòd diabolus quamuis prius fuerit à Christo victus, tamen adhuc ipsum aggredi, & contra ipsum præliari præsumit, per quod significatur maxima eius auiditas quam habet in tentando homines, vt eos ad peccatum pertrahat, & tandem ad infernum. Sed quid est, quòd diabolus tentaturus Christum de auaritia, duxit illum in montem excelsum? nisi ꝙ omnis auarus aut diues stat, & moràtur super altum montem superbiæ, vt dicit glo. interli. Sequitur, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. Forte cum digito, vtpote talia verba dicendo. In tali regno sunt tales diuitiæ, & in tali tales, & ait illi. Hęc omnia tibi dabo si cadens, tanquam inferior. Adoraueris me, tanquam superiorem. Lucæ autem quarto dicitur, ꝙ cũ diabolus duxisset Christum in montem excelsum, ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, & ait illi. Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam eorum, quia tradita sunt mihi, & cui volo do illa, Si cadens, &c. Et vt dicit Chrysost. homil. 43. Regna mundi diabolus promittit ei qui regno cęlorum credentibus præparauit. Et gloriam seculi huius ei pollicetur, qui est dominus gloriæ cęlestis. Item spondet se vniuersa dare qui nihil habet, ei qui omnia possidet. Insuper ab eo se vult adorari in terra, quẽ angeli, & archangeli adorant in cęlo, & ante cuius conspectumcontremiscnnt. Hæc ille.

Moraliter ex prædictis possumus euidenter perpendere astutiam serpentis antiqui in tentando homines, qui à leuibus peccatis incipit, consequẽter nisi illi resistatur, ducit ad grauia, postremo ad grauiora, quinimmo quandoq; grauissima. Sic. n. egit erga Xp̃m, quem primo tentauit de gula, qui leuis culpa est respectu sequentium, quamuis in se, & absolute multũ grauis sit.

Hoc

Hoc autem fuit quando dixit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides isti, &c. Secundo de auaritia. Tertio de idolatria, quæ est grauissimum peccatū. Et ista duo simul tāguntur ibi. Hęc oīa tibi dabo, si cadens adoraueris me. Et hoc est quod ait Isid. de summo bono. lib. 3. c. 5. Tentationum, inquit, diabolicarum initia fragilia sunt, quæ si non caueantur, sed per vsum in consuetudinem transeāt, in nouissimis fortiter conualescunt, ita vt nunquam, aut cum difficultate vincantur. Hæc ille. Patet ergo tertius ictus lanceæ diabolicæ tentationis aduersus inuicibilem Christum. Et hæc triplex tentatio præfigurata fuit in tribus lânceis, quibus aggressus est Ioab Absalon filium Dauid. 2. Reg. 18. Super est ergo ostendere quomodo Christus se defendit ab isto tertio ictu. Istud ergo ostenditur in sequenti puncto principali. Tertio principaliter in præsenti euāg. concluditur gloriosius duelli inter Christum, & diabolum triumphus, cum subditur. Tunc dixit ei Iesus, Vade satana, sup. in ignem æternum, vt dicit interli. Recede ergo à me satana, quia aduersarius es omni homini bene facere volenti. Hoc autem verbum dicit Christus satanæ cum indignatione, quod non fecit in alijs duabus tentationibus, vt discamus illius exemplo iniurias nostras æquanimiter sustinere: Dei aūt iniurias nec vsq; ad auditū sufferre, qm̄ in proprijs iniurijs esse quēpiā patiētem laudabile est: iniurias aūt Dei dissimulare nimis impiū est. Hæc Chry. super Mat. in opere imperfecto hom. 6. Vt ergo ipse Christus gloriosius triūpharet de aduersario suo diabolo, armauit se scuto sacræ scrip. adducens illud Deut. 6. Dn̄m Deū tuū adorabis, sup. de iure, quāuis non de facto. Voluit ergo Christus ostendere p sacrā scrip. q' ipse diabolus debebat de iure eum adorare, & non econuerso, vt dicit glo. interl. Dixit ergo Christus tria. Primo dn̄m, cui timor. Secundo Deū, cui honor. Tertio tuū, cui amor: adorabis, sup. de iure, vt dictū est: & illi soli seruies, similiter de iure. Audita ergo tā terrifica Christi rn̄sione, & tā potenti repulsa, reliquit eū diabolus. s. ad tē-

pus,

pus, vt habetur Luc.4. Postea tamen contra eũ pugnaturus per iudæos, imimnẽte, s. passionis suæ tẽpore. Et ecce angeli, sup boni accesserunt, non quidẽ in adiutorium Christi, sed in eius ministerium: ideo sequitur, & ministrabant ei, sup. cibũ materialẽ ipsum fortè, & de nouo formãdo, aut de aliquo loco eis noto ipsum transportando. Nam talem cibum leguntur ministrasse Heliæ ipsi sancti Angeli, vt patet 3. Reg. 17.

Moraliter. In hoc quod satanas reliquit Christũ, qñ vidit, quod eum superare non potuit, quo facto ad ipsum accesserunt sancti Angeli, insinuatur sicut rei veritas est, ꝙ ipse diabolus cum sit superbissimus, relinquit hominem tentare, qui illi resistit. vnde Chrysost. homil. 24. Diabolus, inquit, cum viderit se nihil expedientem, mox absistit, veritus ne nobis causa maiorũ coronarum fiat. Facit ergo diabolus sicut dux belli, qui videns post longam obsidionem ciuitatis, aut castri, quòd non potest præualere: quinimmo intus existentes non cessant die ac nocte iacere machinas, & similia, totus confusus discedere solet: ita in proposito. Iac. 4. Resistit diabolo, & fugiet à vobis. Quo recedente ad nos accedũt boni angeli, qui aliquantulum à nobis recesserant, quasi locum dantes diabolo ad nos tentandum: tamen ab bonum nostrum, vt. s. illis resistẽtes coronari per amplius mereamur in cœlis. Et ad hoc propositũ loquitur idem Chrys. super Mat. in opere imperfecto, homil. 6. exponens hunc textum. Tũc accesserunt Angeli, ita dicens. Angeli Dei semper ad ministerium Christi parati erant. Nihilominus cũ voluit à diabolo tentari, ipso præcipiente, recesserunt ab eo, vt locus daretur diabolo aduersus eum, ne forte vidẽs sanctos Dei angelos non auderet ad Christũ appropinquare. Et similiter sic fit omni homini Xpiano cũ tentationis tẽpus occurit, Nam quamdiu circa nos est angelus bonus, nunquam ad tentationem potest nos impellere angelus malus. Scd̃m autem dispositionẽ Dei recedit angelus bonus aliquantulũ, & abscondit se, inuisibilẽ se reddens ante diabolũ, qm̃ nisi voluerit Angelus bo-

nus, ab Angelo malo nõ videtur. Subtrahit ergo se videlicet etiã diabolo tentandi nos, & stans expectat tentationis euentum. Qñ ergo aliqua concupiscentia in malæ rei ascendit super cor tuum, & pulsant aliqđ genus peccati, nõ est circa te angelus bonus, sed malus, ꝗ cordi tuo loqtur, & ad pctm̃ impellit. Si aũt illi restiteris, recedet à te, & accedet angelus bonus. Hæc Chys. vbi supra. Patet ergo, ꝗ̃ bene disponit oĩa oṗs Deus. Quem deprecemur, vt det nobis victoriam contra tela inimici nostri diaboli, vt tandem coronari mereamur in cœlis per æternam gloriã. Quã nobis concedat ꝗ in, &c.

FERIA II. POST PRIMAM DOMInicam Quadragesimæ.



Vm venerit filius hominis in maiestate sua & omnes angeli, &c. Matt. 25.

PRIMA INTRODVCTIO. LEX IMPERIALIS. ff. de offi. præsi. l. congruit. allegans iurisconsultum Vlpianum dicit, ꝙ Præses prouinciæ debet purgare prouinciam malis hominib. Casus est talis. Est quæstio, ꝙ incerto loco vel passagio publico latitant prædones transeuntibus insidiantes, super quo facto deponitur quærimonia psidi siue iudici ciuitatis proximæ. Hoc igitur audito, quid agere debet talis præses? Certe debet facere omnimodam diligentiam, vt tales apprehendantur. Quibus apprehensis debet illos punire iuxta exigentiam suorum delictorum, quia vt dicit lex præal. præses prouinciæ debet, &c. Ista lex est cõformis legi diuinę, quæ dicit, Maleficos non patieris viuere. Exod. 22.

Moraliter sciendum, quòd sunt tres ꝓuincię gñales seu in generali. Prima superior, quæ est cœlũ. Secũda inferior, quæ est infernus. Tertia media quæ est pręsens mundus. In prima sunt tantũ boni. In scđa tm̃ mali. In tertia vero boni, & mali sunt simul permixti. Primam prouinciam semel tantum purgauit præses loci illius

ci illius, s ops Deus, & hoc cū deiecit ab altitudine cœli in abyssum inferni luciferū cū cōplicibus suis, di. illud psalmistæ. Non habitabit in medio domus meæ q facit superbiā. Nec ex tūc aliquis malefactor potuit in dicta ciuitate haberi. Apoc. 21. Non intrabit in illā aliquid coinquinatum, & faciens abominationem. Secunda prouincia totaliter opposita præcedēti nunquā purgatur neque euacuatur malefactoribus. Nam in ea habitant homicidæ, sacrilegi, fures, adulteri, blasphemi, luxuriosi inuidi, gulosi, superbi, iracundi, & similes Psal. Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatē expulsi sunt sup. de prouincia huius mundi in minoris articulo. [Nec potuerunt stare] sup. semper in præsenti vita, sicut vtique bene voluissent. Inter autē istas duas prouincias magnu chaos firmatum est, vt qui velint transire de vna in aliam, nō possint, vt habetur Luc. 26. Tertia aūt cōiter & indifferenter recipit bonos, & malos, iustos & iniustos. Hoc autem facit diuina dispensatio vt mali prouocentur ad bonum, videntes religiosam conuersationem iustorum. Et similiter vt boni in præsenti puniantur de leuibus suis culpis per tyrannidem malorum. Quādiu ergo mundus iste durabit, semper erit granum cum palca. Et hoc patet inductiuè de multis communitatibus & congregationibus. Ecce.n. in domo Adæ erant tamen quatuor personæ, inter quas Caim malus inuentus est, vtpote fratricida, & inuidus. Item in domo Noe erant tantū octo animę, inter quas Cham fuit à patre maledictus. Itē in domo Abrahæ Hismael fuit reprobatus. Itē in domo Isaac, Esau similiter reprobatus fuit. Itē in domo Iacob fratres conspirauerunt malū in fratrem suum Ioseph. Item in domo Dauid Absalon fuit pessimus, vtpote inuasor regni patris sui. Similiter in domo & collegio Christi vnius fuit diabolus per malitiam, vt Iudas. Et hoc est q loquitur Aug. & recitatur in decr. dist. 47. quantumlibet. Quātumlibet inquit, inuigilet disciplina domus meę, homo sum & inter homines viuo, nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit arca Noe. vbi &c. Hoc autem

autem voluit Christus inuenire in illa parabola de zizania in medio tritici Matt.13. quã peterfamilias ꝓhibuit totaliter extirpari ante tẽpus messis, ne forte simul extirparetur triticum. Vbi per tẽpus messis finis seculi designatur. In illo ergo tempore paterfamilias Christus iubebit messoribus suis, i. sanctis angelis, vt colligant diligenter zizania, i. reprobos ad partẽ, qui postmodum mittentur in ignem inextinguibilem. Triticum aũt, i. congregationẽ, & multitudinem saluandorum congregabunt in horreum cęli. Hoc autem apertè insinuatur in præsenti Euang. Nam in fine sæculi præses prouinciæ Christus, qui est iudex viuorum, & mortuorum, purgabit prouinciam huius mundi malis hominibus, quos primo statuet coram se in valle Iosaphat, vt faciat de ipsis iudicium, & iustitiam, prout pulchrè declaratur in presenti Euang. cũ dicitur, Cũ venerit filius hominis in sede &c. In hoc igitur Euang. de tribus principaliter fit mentio, videlicet de iudicandorum congregatione in principio euang. de congregatorũ discussione, ibi. Tunc dicet his qui, &c. De discussorum summatione. ibi. Ibunt hi in supplicium, &c.

SECVNDA INTRODVCTIO

Congregabuntur ante eum omnes gentes, *Matth.* 25.

Scribitur extra de translatione Episcopi. c. cum ex illo, ꝙ maiores causæ sunt ad sedẽ Apost. mittendæ. Casus decr. est talis. Est aliquis archieṗs, qui vult permutare cum aliquo Episcopo suffraganeo eius habito, itaq; mutuo consensu inter eos statim adeunt suum Patriarcham, vt de eius consensu, & authoritate fiat talis ꝑmutatio. Quod si attentauerit, nihil facit, quia vt dicit Innoc. III. in dicta decretali, maiores causæ sunt ad sedem Apost. mittendæ. Ad idem etiam est quod scribitur in maiori volumine, dist. n. 17. multis, vbi in fine dicitur quòd maiores, & difficiliores quęstiones, vt sancta synodus statuit, ad Apost. sędem semper deferendæ sunt. Similiter idem habetur. 16. q. 1. frater.

Moraliter. Sedes Apost. est finale, & supremum Dei iudicium, in quo iudicabuntur viui & mortui. Sũmus

Pontifex

Pontifex est Christus, de quo Hebr. 9. Christus assistẽs Pontifex futurorum bonorũ. Cardinales qui tunc assistent huic summo Pontifici, erunt 12. Apostoli. Sic. n. illis promisit ipse Christus Mat. 19. di. Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes 12. tribus Israel. Magnæ vero causæ sunt illa peccata mortalia, quæ in p̃senti non puniuntur. Paruæ aũt causæ sunt peccata venialia, quæ de facili remitti possunt. Vel magnæ causæ sunt peccata principum ac magnatum, quos in præsenti nemo reprehendere audet, eo quod habent manũ fortẽ, & ideo reseruãtur huiusmodi causæ magnæ magno iudicio Dei. Eccles. 12. Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium. Et de hoc figuram habemus Num. 11. vbi legitur, ꝙ Moyses ad mandatũ domini constituit 70. seniores iudices super populum Israel, sic tñ ꝙ in causis dubijs & arduis recurrebatur ad eũ. Applicatio est facilis. Ista deberent merito notare reges, & principes, iudices, & prælati huius mundi, qui iudicãt & puniunt interdũ rigidè sibi subditos, cum tamen sępe sint deteriores. Sed quia non habent, qui iudicet eos, aut puniat in præsenti, ideo relinquuntur iudicio Dei, vt dictũ est. Idem etiam practica de illis, qui peccant occultè, aut quæ reseruant iram in sinu, & qui ad remittendũ offensas sunt implacabiles. Similiter adulterium, blasphemia, detractio, & similia sunt de numero magnarum causarum. Et quia talia peccata raro puniuntur in præsenti, ideo cõsequens est dicere, ad Apostolicam sedem remittantur, id est ad finalẽ Dei iudicium, de quo agitur in præsenti Euãgelio. Vel dic ꝙ maiores causæ sunt quatuor genera peccatorum vociferantium in cęlum. Primũ est, oppressio pauperum viduarum atque orphanorum. Et de isto clamore scribitur Exod. 3. Clamor, inquit dominus, filiorum Israel venit ad me. Secundum est odium fraternum. Vnde de Abel dixit dominus ad Cain, Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Gen. 4. Et sub isto clamore continetur impedimentum generationis, procuratio aborsus, extinctio paruulorũ scienter procura-

ta.

eā. Tertium est peccatum cōtra naturā. Vnde Gen. 18. dixit Dñs ad Moysen. Ecce clamor Sodomorū & Gomorreorum multiplicatus est, & peccatū eorū aggrauatū est nimis. Descendam, & videbo vtrū clamorē opere cōpleuerint. Quartū est retentio mercedis pauperum artificū, & operariorū, vt plerunq; facere solēt diuites & potentes huius seculi. Vnde Iac. 4. dicitur, Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, & clamor eorū introuit in aures dñi sabaoth. Istæ ergo sunt magnæ causæ, quæ ad sedē Apost. 1. ante Christū præsidente in valle Iosaphat deferentur, & ibi omnino iudicabūtur. Vnde Iohe. 3. loquitur Dñs dicens, Congregabo omnes gentes, & deducā eas in vallē Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi. Et de hoc etiam loquitur Euang. præsens, vt patet in verbis præmissis cum dicitur, ꝙ congregabuntur ante Christum in die iudicij omnes gentes.

Primo igitur Euang. Matt. loquēs de finali, & tremēdo angelis, & hominibus iudicio, dicit, ꝙ cū venerit filius hominis, &c. Sed ad maiorem euidentiam dicendorum mouentur aliquæ quæstionis per ordinem.

Prima igitur quæstio est. Quando celebrabitur huiusmodi generale iudicium. Ad hanc qōnem rńdetur conformiter ad B. Tho. 4. sent. dist. 43. q. 1. art. 3. quæstiuncula 2. ꝙ determinatus numerus futuri temporis sciri non potest nisi per naturalem rationē, vel per reuelationem. Dies aūt iudicij determinate sciri nō pōt per naturalem rationem, eo ꝙ hoc trāscendit humanā inuestigationem. Est. n. vnum futurum contingens a voluntate diuina solum dependens. Similiter neq; per diuinam reuelationem. Nam si Deus illud reuelare voluisset aliquibus, maximè hoc fecisset Patriarchis, aut Prophetis, seu Apostolis. Et tamen nulli eorū istud fuit reuelatum. Quinimmo Apostolis de hoc Christo quærētibus, ait illius Act. 1. Non est vestrum nosse tēpora, & momenta, quæ pater posuit in sua potestate. In qua rńsione, vt dicit Aug. lib. 18. de ciui. Dei omnium de hac re calculantiū digitos resoluit, & quiescere

fcere iubet. Quod.n. apostolis quærẽtibus indicare noluit, nec alijs reuelabit. Vnde oẽs illi, qui voluerũt prę dictum tempus numerare, hactenus false loqui inuẽti sunt. Quidam.n. vt dicit idem Aug. vbi supra dixerunt ab ascensione Dñi vsque ad vlt. eius aduẽtum quadringentos ann. posse compleri. Alij quingentos. Alij mille, quorũ falsitas luce clarius patet. Propterea illud, qđ ignorant angeli, multo magis ignorant homines. Sed angeli ignorant seu verius nesciunt tẽpus, & horã iudicij scđm illud Mat. 24. De die illa & hora nemo scit, neque angeli, qui sunt in cęlo. Ergo huiusmodi tempus est hominibus ignotum, & occultum. Nec hoc solum verum est de iudicio generali, verumetiam de iudicio particulari, quod fiet in morte cuiuslibet. Vtrius que ergo iudicij annum, mensem, hebdomadam, diẽ & horam, rationabiliter voluit supremus iudex Christus à nobis occultari, & incognita esse. Tum, vt viuamus purius. Mat. 24. Estote parati, quia nescitis diem neque horam. Tum vt operemur iucundius. Qui.n. sciret certitudinaliter cras se moriturum, aut in fine anni huius iudicium fore, nimis tristaretur. Tum vt conuersetur amicabilius. Sunt.n. multi potentes, qui vltra modum opprimerent pauperes, & subditos si essent certi tanto vel tanto tempore se victuros, & sic nimium multiplicarentur mala super terram. Dicerent n. multi mundani homines, Ducam in bonis dies meos vsque ad vltimum annum vel mensem vitæ meæ, & tunc emendabo uitam meam, & hoc sufficiet ad salutem. Patet ergo &c. Secunda quæstio. Qua hora celebrabitur huiusmodi generale iudicium. Ad hanc quæstionem respondetur, quòd sicut annus, mẽsis, & dies iudicij generalis sunt nobis incerta, ita & hora illius, istud patet per allegatam auctoritatẽ Mat. 24. vbi ait Christus. De die autem illa, & hora nemo scit, neq; Angeli cœlorum, nisi solus pater. Dicunt tamen aliqui probabiliter, ꝙ fiet hora mediæ noctis, innitẽtes illi auctoritati Mat. 24. Media nocte clamor factus ẽ, ecce spõsus venit, exite obuiam ei. Quod ad literã exponitur de die iudicij.

Sed illis rñderi potest,ꝙ pro tanto iudiciũ dicitur fiendũ media nocte,eo ꝙ incertũ est, & obscurum qñ fiet. Alij aũt dicunt similiter probabiliter,ꝙ fiet circa ortũ solis,innitentes illi auctoritati Psal. In matutinis interficiebã oẽs peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate dñi,i.mũdo isto, quẽ creauit dñs; vel de ciuitate dñi,i.de medio iustorum oẽs operantes iniquitatem. Hoc aũt fiet,qñ dicet Christus reprobis cũ ira, & furore mirabili illud verbum præsentis euãg. Ite maledicti,&c. Et hanc partem tenet do. Petrus de Palu. in 4. distin.47. Vnde in signũ huius legitur Exo. 14. ꝙ dñs deleuit Aegyptios in mari rubro hora matutina.Item de hoc alia fig.legitur,videlicet 1.Reg.11. vbi dicitur, ꝙ Saul præliaturus contra Amon, constituit populum in tres partes, & ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit Amon. Ad propositum, Saul est Christus, qui in die iudicij diuidet bonos à malis. Tunc autem ingredietur media castra in vigilia matutina qñ veniet ad iudicium cum potestate magna, & maiestate,hora matutina. Tunc etiam percutiet Amõ. Amon.n.qui interpretatur populus iniquus,vel populus mœroris,recte designat populum reprobum, & iniquum, q tunc erit in maximo mœrore.Nam, vt habetur Mat.24.Tunc mali plangent se. Nec quidem immerito,quia amissuri sunt summum bonum, & incursuri summum malum.Hunc ergo Amon,i.populũ iniquũ ꝑcutiet dñs gladio oris sui,qñ dicet.Ite male.&c.

Tertia qõ. Vtrũ huiusmodi generale iudicium fiet vocaliter,aut mentaliter solum? Ad hoc rñdet B.Tho. 4.sent.dist.47.dicens,ꝙ probabile est,ꝙ fiet solũ mentaliter, siue quo ad discussionem meritorũ,siue quo ad accusationem malorum, & commẽdationem bonorũ, siue quo ad sententiam vtrorunque.Si.n. inquit,facta singulorum vocaliter narrarentur, profecto inæstimabilis magnitudo tẽporis exigeretur,sicut dicit Aug.20. lib.de ci.Dei c.1. Propter ꝙ dicit idem Aug.eodẽ lib. c.14. Diuina virtute fiet, vt cuiq; opera sua vel bona vel mala,cuncta in memoriã reuocẽtur,& mẽtis intui-

tu mira celeritate cernātur, vt accuset vel excuset suā conscientiam, atque ita insimul, & omnes & singuli iudicetur. Quæ nimirum vis diuina libri nomē accepit. De quo Apoc. 20. Alius, inquit Ioan. liber apertus est. Hæc ibi. Petrus autem de Pal. dist 47. quarti sent. dicit, quòd prolatio sententiarum vtrarumq; , videlicet Ite & venite, fiet vocaliter, cætera autem mentaliter.

Quarta quæstio est talis. Quare opus est celebrare iudicium generale, maxime cū quilibet in morte sua judicetur à Deo irreuocabiliter, & perpetuò. Respondeo. Ad hoc possunt adduci tres rationes. Prima est, vt boni à malis vniuersaliter separentur. Nam pro statu isto vsque ad finem seculi, boni, & mali adinuicem per miscentur, vt dictum est, atque simul est granum cum palea. Sed tunc granum congregabitur in horreum domini, & palea comburet igne inextinguibili, vt dicit Aug. lib. de fide ad Petrum. c. 40. circa finem. Secunda ratio est, vt facta singulorum denudentur. Nam pro præsenti multi apparerent boni, qui à parte rei sunt grauissimi peccatores. Econtra autem multos ęstimamus, & iudicamus interdum malos, qui tamen à parte rei, & in conspectu domini sunt boni, & virtuosi, eo quod sæpe humanum fallitur iudicium. Et, vt habetur 11. q. 1, sacerdotibus. Forsitan quæ nos laudamus, Deus reprobat, & quæ nos reprobamus, ipse approbat, & laudat. Ideo vt appareat rei veritas, opus est generale iudicium celebrari. Tertia ratio est, vt totus homo præmietur, aut puniatur. Ante enim iudicij diem sola anima præmiatur in cęlo, aut punitur in inferno. Sicut ergo corpus cooperatum est animæ, siue in bono siue in malo, saltem quo ad multa opera, quorum instrumentum extitit corpus, vt posset faciliter exēplari, ita iustum est vt simul cum ea perpetuo pręmietur, aut puniatur, vt sic reddat Deus vnicuique corpori iuxta opera sua. His itaque quæstionibus expeditis, quæ faciunt ad maiorem declarationem præsentis mysterij, & Euangelij, intrandum est in expositionem ipsius Euangelij. Dicit ergo Euangelista, quòd cum venerit

filius hominis. Sed quare non dicit filius Dei, ficut filius hominis? Respondeo, eo quod Christus iudicabit in forma humana, & non diuina, vt sic possit à bonis, & malis videri. Mali enim eius diuinitatem nequaquam intueri possunt. Et propter hoc dicitur Ioan. 5. ꝙ pater non iudicat quenquam, sed omne iudiciū dedit filio. Et in psal. Deus, sup. pater, iudicium tuum regi da. i. Christo, qui est Rex regū, & Dominus do. &c. in maiestate sua, idest cum inæstimabili gloria, & honore, & triumpho, qui tamen venit cū mirabili humilitate, & paupertate in primo eius aduentu. Nec quidem tunc solus veniet, verumetiam omnes Angeli eius cum eo, sicut principes cum rege, subditi cum domino, ministri iustitiæ cū æquissimo iudice. Tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, i. super Ecclesiā, in qua apparebit cum omnipotentia sua. Habens etiam secum signū victoriæ suæ, s. clauos, lanceam, coronam, & crucem. Quo sedente congregabuntur ante eū omnes gentes interl. omnis ætatis, omnis temporis, omnis status, omnis sexus. Sed contra videtur esse illud psal. Non resurgent impij in iudicio. Respondeo. Non resurgent impij in iudicio, vt iudicent cū Christo, sicut ꝑfecti, quibus promittit dominus Mat. 19 dicens. Sedebitis super sedes duodecim iudicantes, &c. Nihilominus resurgēt vt iudicentur, & damnētur. Vel dic, ꝙ tunc impij non resurgent spiritualiter per gratiam à peccato, eo quod tunc non erit tempus miserendi, sed potius iustitiā faciendi, resurgēt tamen corporaliter, sed hoc erit ad eorum malum. Sequitur. Et separabit eos (loco, & merito) sicut pastor segregat oues ab hędis. Vbi nota, quòd congruè vtitur Christus tali comparatione, eo qđ electi rectè designantur per oues, propter simplicitatem, obedientiā, & mansuetudinē. Reprobi autē rectè significantur per hędos, & hoc propter salacitatē quo ad luxuriosos, sterilitatē quo ad auaros, impetuositatē quo ad superbos. Homo enim peccando perdit quodammodo similitudinem diuinam saltem quo ad gratuita, & induitur similitudine brutorū animaliū, secundum illud

illud Psal. Mutauerunt gloriam suam in similitudinē ui tuli &c. Et alibi dicitur. Homo cū in honore esset, non intellixit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis fa. &c. Vnde Boetius de consol lib. 4. prosa. 3. Euenit, nquit, vt quē transformatū vitijs videas, hominē æstimare non possis. Propter quod ibi comparat auaros lupo, detractatores cani, proditores vulpi, iracundos leoni, pigros asino, luxuriosos porco, & huiusmodi. Bene ergo peccatores designantur per hędos, & iusti per oues, de quibus ambobus subditur. Et statuet oues quidem à dextris, confirmando electos in beatitudine, vt dicit interli. hœdos autem à sinistris, deputando eos æternæ damnationi. Modo n. boni sunt à sinistris per aduersorū tolerantiā, quia vt habetur 2. Tim. 3. Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur. Mali vero sunt à dextris per prosperitatem multiplicem. Psal In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum &c. In futuro autē fiet totum oppositum. Nā tunc boni erunt à dextris gloriæ, mali vero à sinistris pęnę perpetuæ. In cuius figuram legitur Gen. 48. ꝙ Iacob benedixit filios filijs sui Ioseph, videlicet Ephraym, & Manassem cancellatis manibus, vtpote ponēs manū dextrā sup̱ caput Ephraym qui erat ad eius sinistram. Manum autem sinistram posuit super caput Manasse, qui erat ad ipsius dextram. Applicatio est facilis. Propterea dicit Paulus 1. Cor. 14. ꝙ omnia in figuris contingebant illis, s. Patriarchis & patribus sanctis.

Patet ergo qūo Euangelista, seu potius Christus describit iudicandorum congregationē, quam etiā lōge ante prophetando descripserat Regius proph. Dauid psal. 49. ita dicens, Deus deorum dn̄s, i. factor sanctorū locutus est, i. loquetur sup. in fine seculi imperans generalem omnium resurrectionem, & vocauit, i. vocabit [terram]. i. habitatores terræ. Sed de quibus locis eos vocabit? Certe à solis ortu vsq; ad occasum, i. ab oriēte, vsque ad occidentē. Sed vnde processit iste Deus deorum quantum ad humanitatem? Certe ex Iudæis,

Ideo subditur. Ex sion spes decoris eius, i. humanitatis quæ nunc est decora valde in cęlo. Sequitur. Deus manifeste veniet, videlicet ad iudicium. In primo enim aduētu Deus occulte venit, secundū quod prophetatū fuerat Esa. 45 Verè tu es Deus absconditus, qu a sub nube nostrę carnis venit, & latuit. In secundo autem aduentu manifeste veniet Luc. 21. Tūc videbunt filiū hominis venientem in nubibus cęli cū potestate magna & maiestate. Sed quis Deus veniet? an. s. Deus pater, an Deus filius, ac Deus Spiritussanctus? Quamuis tñ non sint tres dij, sed vnus Deus: Certe dicit Psal. quod erit Deus noster, i. filius, qui specialiter dicitur Deus noster, qa se nascens dedit socium, conuescens in edulium, se moriens &c. Non sic autem dicitur Deus pater, Deus noster, nec similiter Deus Spiritussanctus. Sed qd facturus est tunc iste Deus noster? Certe non silebit. In primo. n. aduentu siluit corā Pilato, & Herode, prout prophetatum fuerat Esa. 53. Quasi agnus corā tondēte se obmutescet, & non aperuit os suum. Silet etiam modo quo ad malos, quos permittit currere post peccata, & ad infernum. Sed in extremo & destricto iudicio nō silebit, sed terribiliter loquitur ad malos. Psal. Loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Propterea ipse dicit illud Esa. 42. Tacui, semper silui, patiens fui, sicut partueriens loquar, sup. in iudicio extremo. Sed quod erit signū propinqui aduentus eius ad iudicium? Certe illud quod sequitur, Ignis in conspectu eius exardescet. Nā secundū doct. theologos ignis materialis, qui vocatur ignis cōflagrationis, præcedet diem iudicij, & cōburet superficiem terræ, & aera quantū ascēderūt peccata hoium, & fumus idololatriæ, iste aūt ignis malos inuoluet, & bonos purgabit. Et de operatione quidē eius quo ad malos scribitur in Psal. Ignis ante ipsum pręcedet, & inflāmabit in circuitu inimicos eius. Sequitur, & in circuitu eius tēpestas valida. Ista tempestas valida erit hora iudicij, qd insperatè veniet ad modū tempestatis validæ. Mat. 24. Sicut fulgur exit ab oriēte & apparet. His ergo expletis, iudex

dex Christus, q ē Deus deorū[aduocauit].i. aduocabit [cęlum de sursum].i.cęlestes angelos[& terram] i.homines, quia tam angeli, quàm homines comparebunt in dicto iudicio. Vel.i.p cœlū designantur oēs boni,& p terram oēs mali . In iudicio ergo generali aduocabit Christus tam cęlū, quàm terram .i. tā bonos quàm malos, quia vt habetur Roman.13. Omnes astabimus ante tribunal Christi. Sed ad quid aduocabit eos Christus? Certe[discernere].i.vt discernat populum suum, segregando sup.malos de medio iustorū,& constituendo bonos à dextris suis: malos aūt à sinistris, vt habetur in præsenti euāgelio,& sic patet de primo. Secundo principaliter in pręsenti Euang. fit mentio de cōgregatorum discussione, cum subditur. Tūc dicet his qui à dextris eius erunt &c. Vbi notandum quod iudex Christus in illo districto iudicio prius discutiet causas & merita electorū, deinde reproborum, ibi. Tunc dicet &c. Et hoc iō, vt hæc audiētes reprobi crucientur in cordibus suis, vt strideant dentibus suis. Psal. Peccator videbit,& irascetur dentibus suis fremet & tabescet.

Primo igitur Christus ī die iudicij discutiet causas & merita electorū. Et hoc notatur cū dicitur. Tunc dicet &c. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnū à constitutione mundi, i.per æternā prædestinationē. Eph. 1. elegit nos ante mundi cōstitutionē. O dulcis inuitatio, quia venite. O specialis Dei donatio, qa benedicti. O immēsa filiatio, quia patris mei. O stabilis merces, quia possidete. O grāde pręmiū, quia paratū vobis regnū. O lōga Dei prouidētia, quia à cōstitutione mundi Dicet ergo rex Xp̄s oībus electis. Venite, scilicet de labore temporali ad quietem sempiternam. De tenebris ad lucem inaccessibilem . De tremēdo periculo ad irrefragabilem securitatem. De seruitute ad maximā libertatem. De miseria ad fęlicitatē. De corruptione ad incorruptionē . De abysso mundi, ad cacumen cœli, de loco horroris ad locum ingentis honoris . De morte ad vitam perpetuam . Ad hanc ergo tam gratiosam,& mellifluam inuitationē Christi

poterit qlibet electus rńdere,& dicere illud Cāt. 2. Sonet vox tua ī auribus meis,qa vox tua dulcis, & facies tua decora. Quis si forsan dicāt electi dño. Heu dñe vñ nobis tanta merces,& tm̄ præmiū? Nunquā.n. aliquid dignū tanto pręmio egimus? Respōdebit illi rex Christus,& dicet, Esuriui & dedistis mihi manducare.

Vbi notandū, ꝙ hæc clausula potest multipliciter exponi secundū ꝙ multiplex est panis, videlicet doctrinę iustitiæ, eucharistiæ, materialis substantiæ. Primum panē dant Christo prædicatores diuini uerbi. Secundum veri & recti iusticiarij. Tertiū boni prælati & clerici. Quartū diuites operibus pietatis dediti. Christus ergo in die iudicij quasi regratians synceris & zelosis prædicatoribus, dicet illis, Esuriui sup. in mēbris meis panem doctrinæ, & dedistis mihi manducare illos reficiendo prædicto pane. Item dicet ministris vtriusq; iustitiæ,& qui rectè se habuerunt in officijs suis. Esuriui, s. in membris meis oppressis panem iustitiæ, & æqtatis,& dedistis mihi manducare, faciendo iudiciū, & iustitiam, subueniendo oppresso, iudicando pupillo, & cām viduæ suscipiēdo. Itē dicet curatis, & bonis prelatis. Esuriui, videlicet ī mēbris meis,& deuotis Christianis panem Eucharistiæ, & dedistis mihi manducare in propria communicando subditos vestros. Item dicet diuitibus, qui libenter refecerunt pauperes. Esuriui, vt prius,& dedistis mihi manducare, videlicet pauperes propter amorem mei reficiendo.

Sequitur. Sitiui,& dedistis mihi bibere. Hæc etiam clausula pōt multipliciter exponi, secūdū quod multiplex est potus, videlicet lachrymarū, salutis animarū, aquarum materialiū. Primū potū dāt Xpi veri pœnitētes. Secundum rectè credentes. Tertium sitibundos potātes. Dicet ergo Christus in die iudicij veris pęnitētibus. Sitiui, s. in vobis aquam lachrymarū, & dedistis mihi bibere, quotiens sup. fleuistis peccata vestra, propter me offensum. Item dicet recte credentibus. Sitiui. sup. in vobis rectam fidem, & vestram salutē, & dedistis mihi bibere, rectè credēdo,& saluti vestræ coope

rando

rando. Item dicet his, qui potum materialem dederunt sitibundis propter eum. Sitiui, videlicet in membris meis potum naturalem, & dedistis mihi bibere, pauperes ob amorem mei potando. Vnde Matth. 9. & Marc. 10. dicit Christus, ꝙ quicunque dederit alicui potum aquæ frigidæ propter eum, non perdet mercedem suam.

Sequitur. Hospes erã, & collegistis me. Hęc clausula pręter sensum literalem potest exponi moraliter de illis, qui iniuste spoliantur hæreditate sua, quos boni iudices, & pręsides reponuntur in priorem possessionem. Idem dic de bonis officialibus, & ecclesiasticis iudicibus, qui per rectam sententiam reponunt iniustè spoliatos beneficio, aut officio in veram possessionem. Talibus itaq; bonis iudicibus, quasi regratians dicet Christus in iudicio. [Hospes eram, &c.]

Sequitur. Nudus erã, & cooperuistis me. Similiter ista clausula sicut & præcedẽs, præter sensum literalẽ, põt moraliter exponi de omnibus illis, qui studiosè cooperantur saluti animarum proximorum suorum, siue charitatiue, & fraternaliter eos corrigendo, & ad bona opera prouocãdo, siue pœnas adhibendo, & hoc quo ad iudices, & prælatos zelantes salutẽ subditorũ, quos operire satagunt uestim entis gratiæ, & uirtutis, quantum in ipsis est. Esa 58. Cũ videris nudum, id est peccatorem omni uirtute, & gratia destitutum, operi eum, sup. quantum in te est. Nam vt habetur Eccl. 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo.

Sequitur. Infirmus, & visitastis me Ista clausula sicut & præcedens præter sensum literalẽ põt exponi moraliter de quolibet infirmo spiritualiter, siue quo ad credenda, ut sunt articuli fidei, siue quo ad agenda, vt sunt præcepta decalogi, & hmõi. Bonus ergo pastor debet uisitare gregem suum, & si quem uiderit infirmum, & debilem in fide, aut moribus, debet ipsum cõsolidare. Sic enim præcipit fiendum Apo. Ro. 14. dicens. Infirmum in fide assumite. Talib. ergo bonis pastoribus, qui visitauerunt in propria diœceses, abbatias,

tias,archidiaconias,& patrochias,quasi illis regratiãs dicturus est Christus in iudicio. Infirmus eram, supp. in mēbris meis,& hoc modo prædicto,& venistis,&c.

Sequitur. In carcere,& venistis ad me. Similiter hęc clausula,sicut & præcedentes præter sensum literalē, potest moraliter exponi de illis, qui sunt in carcere peccati, seu qui sunt in pctīs suis vinculati per prauã consuetudinē, Ps. Funes pctōrum circūplexi sunt me. Et de isto carcere petebat liberari Ps. cum dicebat ad dñm post commissum adulteriū. Educ de carcere animam meã. Taliter ergo incarceratos debent visitare oēs illi, qui sperãt inde aliquē fructū sequi, iuxta illud Christi pręceptū. Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eū. Sic.n. facientes audiũt dominum in die iudicij, quasi ille regratiantē, & dicentem. In carcere eram,& venistis ad me. Et sic patent sex opera misericordię, de quib. laudabit Christus electos in die iudicij, eo quòd illa adimpleuerunt circa mēbra sua, quæ reputat tanquã sibi facta. Septimum aũt opus misericordiæ, quod est sepelire mortuos, ponitur Th. 4. ꝙ potest reduci ad illud, infirmus, & venistis ad me. Sed dicet forsan aliquis prædictos sensus saltē pro parte non continere veritatē, vtpote de illis Christianis, qui sunt in mortali pctō, de quibus constat, quòd non sunt mēbra Christi,& per consequens, quòd circa eos fit, non debet Christus reputare tanquam sibi factū, & hoc propter defectum vnionis talium cum eo. Sed huic obiectioni respondetur cōformiter ad doctrinã B. Th. qui in 3. par. sum. suæ. q. 8 ar. 3. in fol. ad secundū dicit, ꝙ fidelis existēs in mortali pctō, & si nō sit actualiter mēbrū Christi, est tñ bene potentialiter,& secundū quid. Tales ergo Christus ex superabundanti charitate sua reputat tanquà mēbra sua, non quidē perfecta, sed perficienda per gratiã,& charitatem ad quam præordinati sunt. Quis si præsciti sunt ad pœnã æternã, sicut patet de malis Christianis damnandis, adhuc nihilominus sunt mēbra illius saltē secundum quid. Et sic patet solutio ad prædicta.

Mora-

Moraliter possumus elicere ex prædictis Christi uerbis, q valde salubre est hominibus vacare pietatis, & misericordiæ operibus. Insuper hoc genus pietatis est valde Deo acceptum, quod patet multiplici rõne. Primo quidẽ, quia fecit misericordiã apud Deũ inuenire in vita. Prouer. 3. Misericordia non te deserat, & inuenies misericordiam apud Deũ. Exẽplum habes de Cornelio, de quo legitur Act. 10. q propter eleemosynas, quas faciebat, adhuc gentilis existens, vocatus est à Deo per angelum ad baptismum, & ad notitiam veritatis fidei catholicæ. Secundo uero, quia facit bene mori. Aug. ad fratres in eremo, ser. 6. in fine. Amate, inquit, fratres misericordiam, quia nũquam uidi piũ hominem mala morte finiri. Eandem sententiã repetit idẽ Aug. in eodẽ lib. ser. 44. adiungens, q homo deditus operibus misericordiæ habet multos intercessores apud Deum: impossibile est aũt, ut preces multorum non exaudiãtur. Hæc ille. Intercessores aũt eius apud Deum sunt, non tm̃ illi, quibus fit eleemosyna, verũetiam Sancti, ob quorum honorem petitur, & datur, sicut patet de illis qui petunt ob honorẽ beatæ Virg. vel B. Michaelis, aut S. Nicolai, & hmõi. Tertio aũt, quia facit inuenire misericordiã post mortẽ apud Deum: nã ipsa misericordia exhibita pauperi in præsenti propter Deum præibit in iudicio, & aduocabit pro suo actore coram Christo, ut fiat misericordia. Ps. Coronat te in misericordia, & miserationibus. Qui replet in bonis sup. gloriꝫ desiderium tuum, & hoc propter bona temporalia, quæ ob honorem illius dedisti pauperibus. Quarto denique & postremo, quia credens dare eleemosynam vero pauperi, interdũ dat eam Christo. Vnde refert Greg. hom. 33. de quodam patrefamilias, qui omni die suscipere consueuerat pauperes peregrinos ad mensam suam. Quadam igitur die cum inter multos unus affuisset, & dictus paterfamilias, ex consuetudine quam habebat, vellet manibus eius aquam infundere, mox ille disparuit. Quo uiso paterfamilias intellexit illum fuisse Christum

in

in ſpecie pauperis. Propterea Auguſt. ad fratres in Eremo, ſer.46. admonẽs vnumquemq; ad pietatis opera, dicit ſic. Tu neſcis an Chriſtus dignetur te viſitare, licet ipſe ſemper ſit in hoſpite, & ideo pateat cunctis pauperibus domus tua. Suſcipe eos alacriter, ablue eorum pedes humiliter. Purga eorũ immunditias, & noli auertere manũ tuã ab ullo paupere. Et ſi cunctis ſubuenire non vales, ſaltẽ voluntas bona ſit circa eos. Hæc ille. Ecce quantum placent Deo pietatis opera. Quia autem ſubditur in euangelio, quòd tunc reſpondebunt iuſti, dicentes regi. Domine quando te vidimus &c. tex. planus eſt. Nam talis reſponſio procedet non quidem ex diffidentia verborum domini, ſed potius ex vehementi admiratione magnitudinis præmij, quod tunc dabitur electis. Nam parum tunc videbitur illis omne bonum, quòd fecerunt reſpectu dicti præmij, iuxta illud Rom. 8. Nõ ſunt condignæ paſſiones huius &c. Recte ad hoc propoſitum loquitur Pſa. dicens. Iocundus homo qui miſeretur, i. q lęto animo & hilari vultu ſubuenit pauperi, [& commodat] quia re uera cũ damus eleemoſynam pauperi, commodamus quoddamodo Deo in perſona pauperis. Talis autem, qui ſic miſeretur, [diſponit ſermones ſuos in iudicio]. i. quid reſpõdebit in iudicio, qñ dicetur ei illud Luc. 16. Redde rationem vilicationis tuæ, i. qualiter temporalia bona diſpenſaſti. Tunc. n. dicere poterit. Dñe tu ſcis, quia temporalia mea non cõſumpſi ſolus, ſed partem dedi pauperibus propter te, Sequitur, quia in æternũ non commouebitur, videlicet cum illis immiſericordibus ad pauperes, quibus dicetur, ite maledicti &c, Secundo iuxta iſtud ſecundum principale fit mentio de diſcuſsione cauſæ dãnationis reproborũ, cum ſubditur Tunc dicet rex his, qui à ſiniſtris eius erunt, i. reprobis. Diſcedite à me maledicti &c. O durum uerbum. O ſtupenda ſententia. O lamentabilis diſceſsio, quia diſcedit à me fonte vitæ indeficientis: à me lumine gloriæ beatificantis: à me torrente voluptatis inundãtis: à me plenitudine vbertatis inebrian-

brian-

briantis. De duobus primis in Psa. Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. De duobus vero alijs similiter in Psal. Inebriantur ab vbertate domus tuæ, & torrẽte voluptatis tuę potabis eos. Ab istis ergo quatuor maximis bonis, qui dabuntur electis, separabuntur reprobi cum dicetur eis á Christo. Discedite à me &c. O quàm differentes erunt sententiæ electorum, & reproborum in die iudicij. Nam electis dicet Venite: reprobis aũt Discedite à me. Item electis dicet benedicti, reprobis aũt maledicti. Subiicientur enim tunc reprobi duplici maledictioni. Primo quidem maledictioni culpę, quàm contraxerunt in præsenti, iuxta illud Psal. Maledicti qui declinant à mãdatis tuis. Secundo vero maledictioni pęnæ æternæ, quam substinebũt in futuro, de qua subditur, in ignẽ ęternũ. Et de isto igne notare possumus quatuor, q̃ breuissime. Primum est ardor. Deu. 42. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq; &c. Secundo fętor. Psal. Ignis, sulphur, & spiritus procellarũ, pars calicis eorũ. Et nota, ꝙ dicit pars, & non totum, quia habebunt reprobi alios cruciatus, præter prædictos. Tertium obscuritas. Psal. Vox domini intercidentis flammam ignis. Quartum perpetuitas, quia in ignem æternum. Item electis dicet. Percipite regnum, reprobis autem dicet. Ite in ignem ęternum. item electis dicet, quod vobis paratum est à constitutione mundi: reprobis autem dicet, qui paratus est à diabolo, & angelis eius. Ecce consortium horribile ad imaginem, horribilius ad videndum, horribilissimũ ad cohabitãdum. Sed ne lata sententia iniusta videatur, sequitur de meritorum exprobratio, cum subditur. Esuriui, & non dedistis &c. Quia ergo reprobi non impleuerunt opera misericordiæ, ideo iustũ est vt tunc non fiat eis misericordia, quia ut habetur Iac. 2. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui nõ fe. Textus est clarus ex dictis prius. Super hoc autem passu notanda sunt verba diui Aug. ad fratres in eremo. ser. 31. dicẽtis. O fratres mei si in ignẽ mittẽtur, qui sua pauperib. nõ sunt largiti,
quid

quid dicetur illis, qui aliena rapere non timuerunt? Si cũ diabolo ardebunt, qui nudum non induerũt, vbi putamus arsuros, qui viduas, & orphanos spoliauerũt? Itẽ idem Aug. lib. de doctr. Christiana. Prudẽs, inquit, recognoscat homo, quàm spẽ illi habere possunt qui versantur in malis, qñ ẽt illis vita æterna negatur, qui mali nihil fecerunt, nisi quia non aliquid boni gesserunt. Neq; enim tantũ quęrit à nobis Deus, ut mali non simus, sed vt efficiamur boni. Hæc ille Quod aũt subditur in Euang. Tunc respondebunt ei, & ipsi dicẽtes. Domine quando te &c. pertinet ad vanã, & falsã reproborum excusationẽ, qui ex maxima arrógantia, atq; superbia videbuntur quasi reprehendere iustum judicem de æquissima sententia, di centes, Tu nos dãnas, eo ꝙ tibi denegauimus opera misericordiæ? Hoc autem falsum est, quia nunquam te vidimus esurientẽ, nunquã sitientẽ, & hmõi. Sed eos tunc confundet iustus iudex Christus, di. Amen dico vobis, quamdiu non fecistis vni de minorib. his &c. Textus est planus. Et sic patet de secundo principali. Tertio principaliter in præsenti Euangelio fit mentio de discussorum, & exanimatorũ sententiatione, & cõclusione, cũ subditur Ibunt hi in supplicium æternũ, s. mali. Iusti autẽ siue per innocentiã, siue per uerã pœnitẽtiã, ibunt in vitam ęternam. Et nota, ꝙ ex istis verbis manifeste confunditur, & condemnatur error Origenis, qui omnes damnatos, tam dæmones, quàm homines asserit aliquando à pœnis liberandos, & beatis sociandos, prout refert Aug. de ciu. Dei, lib. 21. c. 17. Item idẽ Aug. vbi sup. c. 18. dicit, ꝙ sunt nonnulli, qui Deo tribuunt maiorem misericordiam erga genus humanũ, quàm deceat. Dicunt. n. de infidelibus hominibus, quod misericordiã consequentur in judicio, & quòd saluabit eos dominus præcibus Sanctorum suorum. Item c. sequenti dicit aliquos esse, qui dicunt nullos Christianos debere in die iudicij damnari, & signanter, qui fuerunt pij, & misericordes ad pauperes. Sed dictos errores sigillatim reprobat idem August.

valde diffuse, vbi supra, & similiter c. 22. eiusdem lib. 21. Insuper sufficienter reprobantur in præsenti Euangelio, cum concluditur, ꝙ mali ibunt in supplicium æternum. Item per id, quod canit Ecclesia, videlicet, quòd in inferno nulla est redēptio. Insuper vt dicit Greg. 34. lib. mora. c. 11. si quandoque finieda sunt supplicia reproborum; quandoque finienda sunt gaudia beatorū. Per semetipsam nāque veritas dicit. Ibunt hi in suppliciū ęternum, iusti sunt in vitam ęternam. Deinde post pauca ita concludit, di. Ad districti ergo iudicij iustitiam pertinet, vt nunquā careant supplicio, quorum mens nunquam in hac vita voluit carere peccato. Hæc ille. Quale ergo remediū miseris peccatoribus adhuc in corpore vitam agentibus, vt valeant tandem euadere prædictam terribilem sententiam, & id quod sequitur sententiam? Certe optimū remedium dat Aug. in lib. de decem chordis, ita dicēs. Modo licet tibi ò homo tuam causam componere. Ante vltimum ergo iudicium eam compone. Da exemplum de aduocato, qui consulit illi cuius causam gerit cum videt eam desperatam pro eo, uel saltem subiacere periculo, vt faciat apunctuamentum cum aduersario suo. Quis si nolit, sed dicat se velle expectare sententiam iudicis, fortè tunc perdet totum, & turpiter cadet de causa sua, ita in proposito. Modo ergo charissimi componamus causam nostram cum Christo per pœnitentiam, vt tandem possimus stare ad eius dextram, cum. s. venerit iudicare seculum per ignem, & mereamur ab eo inuitari ad cęlestem gloriam, cum dicet, Venite benedicti &c. Quam nobis concedat, qui in Trinitate perfecta uiuit, &c.

Feria



VM intrasset Iesus Hierosolymam commota est vniuersa ciuitas. Mat.21.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff de ori. iur. necessarium. §. post originem, allegans iurisconsultum Pomponium, dicit, quòd parū est ius esse in ciuitate, nisi essent qui iura tuerentur. Casus est talis. Rex aut aliquis princeps facit tale statutū contra blasphemos, quod quicunque blasphemauerit nomē Domini, pro prima vice ponatur in emenda, pro secunda flagelletur per vicos, pro tertia perforetur sibi lingua, aut aliquid simile, vt cæteri timeant. Tale ius pulchrum est, & rationabile. Sed hoc non est satis nisi sint, qui tempore, & loco ipsum exequantur, vt dicit prædicta lex.

Moraliter, multiplex est ciuitas, & quælibet habet iura sua specialia, quæ tueri debent. Prima ciuitas est status religionis. Huius autem ciuitatis iura sunt in communi viuere, castitatem seruare, obedientiam superioribus suis præbere. Insuper quælibet religio habet iura sua particularia, vtpote religio monachorum, abstinentiam à carnibus, vt patet de cons. dist. 5. carnem. Item extra de statu monachorum. c. cum ad monasterium. interdicitur omnibns monachis vitium proprietatis similiter vsus lineorum ad carnem. Similiter religio fratrum prædicatorum vtitur prædictis iuribus. Item religio fratrum minorum habet hoc ius singulare, vt nullus frater illius ordinis possit aut valeat siue per se, siue per alium tractare pecuniam, vt patet in extrauaganti. Exiui de paradiso. Et breuiter non est religio quæ non habeat aliquam specialem restrictionem. Sed vt dicit lex prædicta frustra statuuntur talia iura, nisi sint, qui ea custodiant, & tueantur, atque ab alij obseruari faciant, vt sunt plati religionum, & huiusmodi. Sed vtinam non sint primi

trans-

transgressores huiusmodi statutorum. Secunda ciuitas est status clericorū, & Ecclesiasticorū, quæ habet multos habitatores nomine, paucos tñ re & opere, vt notatur in decretis, dist. 40. Huius aūt ciuitatis iura sunt vt illic habitantes, & signanter in maioribus ordinibus cōstituti, caste, & honeste viuant. Nec in domibus suis habeant mulieres, de quibus possit sinistra suspicio oriri.

Quia si secus fecerint debēt p superiores suos excōmunicari, vt patet extra de cohabitatione clericorū, & mulierum. c. si quisquā, & c. sequē. Itē in maiori volumine idē habetur, vt notatur dist. 27. presbyteris. Item dist. 28. decernimus. Itē dist. 81. clericus. Sed profecto parū est talia iura esse scripta, & multiplicata, nisi superiores prælati faciant ea à subditis inuiolabiliter obseruari, mulctantes transgressores huiusmodi iuriū pęna debita. Quia si neglexerint, nouerint se vna cum talibus damnationē æternam incursuros, quia agentes scientes &c. Nam vt dicit regula iuris lib. 6. Qui tacet, cōsentire videtur. Itē dic suo modo de ciuitate, seu politia ciuili quo ad iura sua. &c.

Tertia ciuitas est Ecclesia materialis, quæ est ciuitas Dei, eo qđ ad illius honorē dedicata est: de qua q dem ciuitate potest intelligi illud Psal. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Huiusmodi aūt gloriosa q̄ de ea dicuntur, sunt, quod est sancta per dedicationē Psal. Domū tuā dñe decet sanctitudo. Itē quod ibi requiescit venerabile Sacramentū altaris. Psal. Dominus in loco sancto suo. Itē quod ibi celebrantur diuina, & decantantur Deo laudes, Psal. In tēplo eius oēs dicēt gloria. Et multa alia quę ptranseo. Iura aūt huius ciuitatis sunt vt solū vsibus diuinis & salutaribus deputetur & nullo modo vsibus secularibus. Præcipue aūt prohibetur ne in ea aliqua negotiatio fiat, vt notatur in decre. di. 42. nulli, & duobus capitulis sequentibus. Item 16. q. 7. & hoc diximus. Et huius ꝓhibitionis ratio assignatur C. de his q ad Ecclesiā confugiunt. l. denunciamus. vbi dicit Imperator, ꝙ Ecclesia nō est locus

cōuenticulorum, seu coadunationum hominū, siue tumultus cōclamationis atq; seditionis. Et propter hæc Christus prout legitur in præsenti Euangelio, eiecit vendentes, & ementes de templo, dicens. Auferte ista hinc, & nolite facere domū patris mei domū nego. &c.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Auferte ista hinc, & nolite facere domū patris &c. Mat. 21.

Scribitur extra de præscriptionibus. c. qm̄ oē, ꝙ cōsuetudo, quę absq; peccato obseruari nō potest, non valet. Casus ē talis. In aliquib. parochialibus Ecclesijs campestribus solent interdum celebrari confraternitates in honorē patronorum dictarum Ecclesiarum. Insuper post missarum solennia solent confratres interdum celebrare conuiuium magnum in nauibus dictarum Ecclesiasticarum propter locorum spatiositatem. Super quo si reprehendantur, allegant pro se cōsuetudinē ab antiquo obseruatam. Quid iuris in hoc casu? Certe talis consuetudo quantumcunque diu tolerata, aut obseruata est omnino reprobanda & vitāda, quia vt dicit Innocen. III. in prædicta decretali, consuetudo quæ absq; peccato obseruari nō pōt, non valet. Ad idē est quod scribitur in maiori vol. 14. q. 1. schism. vbi dicitur, ꝙ consuetudo peruersa non leuigat, i. non diminuit peccatum.

Moraliter penè infinitę sūt cōsuetudines, q̄ vix aut nuuquā obseruari possunt absq; peccato. Cumq; super his reprehēduntur male agentes, respōdere solēt, quod non credunt in his habere culpam, ex quo consuetū est ita facere, & ꝙ alias infiniti hoies dānarētur qui ita agūt. Nā si domicellæ, aut aliæ mulieres vanæ reprehendūtur de superfluo, & vano ornatu vestiū, statim respondebūt, & dicent, hanc esse consuetudinē, & formā cæterarū mulierum sui status, & quòd si aliter facerent, reputarentur bigoræ hypocritæ, aut partiales. Itē in certis regionibus si velit latrare bonus p̄dicator cōtra illos, q̄ bibunt ad æquales potus, & vsque ad hæbreos, statim dicetur ei, ꝙ est cōsuetudo patrię, & quòd ita fecerunt patres eorū. Itē si reprehēdantur

pleriq;

plerique mercatores super fallacijs,deceptionibus,cæteris,subtilitatis, mēdacijs,iuramentis,periurijs, fraudibus,dolis,& penè infinitis abusibus,quibus vti solet inter uendendum & emendum,statim dicent hanc esse consuetudinem operis, & artis illius.Idem practica de braxatoribus vinorum ac aliorum potuum. Similiter si q̄s velit reprobare illos excessus mirabiles, & similiter dissolutiones innumerabiles , quæ solent fieri penè vbiq; ante dies quadragesimales,mox à mūdanis illi respondebitur, quòd priusquā nasceretur talia fiebant,& quòd etiam post eius mortē similia fiēt. Idem practica de multis alijs cōsuetudinibus.Sed profecto non valet in materia vitiosa allegare consuetudinem,quia vt dicitur extra de consuetudine.c.ad nostram audientiam.Item c.quanto. consuetudo iuri cōtraria non valet.Item dist.8.c.mala.dicit Nicolaus Papa quòd mala & vitiosa consuetudo non minus quàm perniciosa corruptela est uitanda,quæ nisi citius radicitus euelatur , in priuilegiorum ius ab impijs assumitur,& incipiunt præuaricationes & variæ præsumptiones celerrime non compressæ pro legibus venerari,& priuilegiorū more perpetuo celebrari. Hæc ibi , patet ergo quod mala cōsuetudo est refrenāda,& omnino vitanda. Hoc autē aperte docuit Christus in hodierno Euangelio, in quo legitur quòd eiecit vendētes,& ementes de templo,qui consueuerant ibi negotiari.In præsenti ergo Euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet De ingressu Iesu in Hierusalē.In principio Euāgelij . De progressu eius ī templū, Et intrauit Iesus in templū.De egressu eiusdem versus Bethaniam,ibi & relictis illis abijt &c.

Primo igitur in hoc euangelio fit mentio de ingressu Iesu in ciuitatē Hierusalē,cum dicitur.Cum intrasset Iesus Hierosolymam.Vbi nota,quòd iste ingressus factus est pauloante ipsius Christi passionem , videlicet in die palmarum,vt notatur Matt 2 . Voluit autē tunc Christus intrare Hierusalem , tum vt voluntariè se pati ostenderet , tum vt populum illic inuentū vir-

tate suæ prædicationis conuerteret. Tum vt eundē populū à periculo æternæ damnationis liberaret. Tum vt eundem populū tandem in patriam æternæ exultationis deduceret. Non ergo absq; causa illic intrauit. Quo ingresso, commota est vniuersa ciuitas. Nec quidē immerito, quia illic intrauerat rex regū, & dominus dominantiū, redemptor & liberator captiuorū. Similiter & legatus à latere Dei patris, in hunc mundū missus cū plenitudine potestatis, prout ipsemet testatus est, di. Matt 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Et de isto legato longe ante prophetatū fuerat abdie vnico. c. Auditū audiuimus, ad dominū, legatū ad Gentes misit. dicit tamen de lyra super illo verbo prædicto. Commota est vniuersa ciuitas, quòd istud referendū est ad maioris ciuitatis, eo quòd factū maiorū dicitur esse factū totius ciuitatis. Vnde & dicebant. Quis est hic? Indignabantur. n. principes sacerdotum & maiores populi de reuerentia Christo exhibita à turbis & pueris in egressu ciuitatis Hierusalē. Dicebant ergo. Quis est hic? Acsi aperte dicerent dicti principes. Hic homo non est tantus, aut talis, quòd talia debeant sibi exhiberi. Populi aūt, i. simplices illis contradicentes dicebant. Hic est Iesus propheta à Nazaret. Et ideo merito debet reuerenter à nobis recipi, super quo dicit gl. interl. quòd à minoribus incipit confessio, vt ad maiores perueniat. Adde quòd totum oppositū debebat fieri, si maiores fuissēt boni. Ex quo patet non esse nouum simplices, & idiotas esse deuotiores magis, & literatis viris atque sapientibus huius seculi. vnde August. lib. 8. confessionū. Surgunt indocti, & cœlum rapiunt, & nos cum doctrinis nostris sine corde volutamur in carne & sanguine. Quod autē communiter additur. Et nos cū scientijs demergimur in infernum, non est de textu.

Et nota ꝙ ad quæstionē maiorū ciuitatis Hierusalē interrogātiū, & de Xp̄o dicentiū. Quis est hic, poterat responderi, ꝙ hic est rex pacificus, ergo suscipiendus: potētissimus, ergo reuerēdus: sapiētissimus, ergo audiēdus

dus: iustissimus, ergo metuendus: clementissimus, ergo diligendus. Practica si vis, vel aliter. Quis est hic? Certè hic est, qui à patriarchis in figuris & signis est præuisus. A prophetis pręnunciatus. A sanctis patribus diu desideratus, ab Angelo annũciatus, à pastoribus ac Magis suppliciter visitatus & adoratus, ab Apostolis secutus, à dæmonibus in obsessis corporibus cõfessus. Vel aliter. Quis est hic? Certè hic est filius fabri. Nõ quidem illius fabri quem Iudæi putabant, sed fabricatoris omnium, qui fabricatus est auroram, & solem, vt dicit Chrysost. sup illud Mat. 13. Nonne hic est filius fabri? Hic est ergo, qui olim cum patre & Spiritusſancto creauit cœlũ & terrã. Hic est qui luciferum ꝓpter suam superbiã de summo cęli fastigio proicit in abyssum inferni. Hic est qui homo factus, mortuos suscitauit, leprosos mundauit, paralyticos curauit, dæmoniacos liberauit, claudos recte ire fecit, cęcis visum, surdis auditum, mutis linguæ vsum restituit, panes multiplicauit, ventis, & mari imperauit, & penè infinita his similia signa fecit. O igitur perfidi Iudæi nolite amodo obdurare corda vestra contra Christi fidẽ, nec quasi ignorantiã prætendentes malitiose interrogare & dicere. Quis est hic? quia vt ipse vobis testatus est. Io. 5. & 10 capitulis, opera, quæ fecit ipsa testimonium perhibent de eo ꝙ sit verus filius Dei. O nequissimi iudæi interrogate virum illum probum de gente uestra, Nicodemum nomine, quid de Christo sentiat. Nonne ipse eidẽ loquens Ioan. 3. ait Rabbi scimus qa à Deo venisti magister? Sed quomodo? Certe quia nemo potest hæc signa facere q̃ tu facis, nisi &c. O gens incredula etiã vltra dæmones audite qd illi maligni spiritus de eo sentiãt. Vt. n. legitur Lu. 14. Exibãt supple ad Christi imperiũ de obsessis corporibus dæmonia à multis clamantia, & dicẽtia, quia tu es Christus filius Dei viui. Item interrogate simplices & idiotas mulieres quales fuerunt Martha, & soror eius Maria Magdalena, quæ hoc idem confessæ sunt. Ioã. 11. Hoc idem etiã confessus est Petrus Matt. 16. Quis si tot te-

stibus credere non vultis, saltem Deo patri credite, q̃ falle re non potest, sicut nec falli. Nonne eidẽ Christo filio suo ĩ hora trãsfigurationis suæ testimoniũ perhibuit, di. Hic est filius meus dilectus ĩ quo &c. Mat. 17. Et similiter idem de eodem testatus est in baptismo, vt patet Luc. 3. Nunc ergo ò perfidi iudæi excusatiõnẽ nõ habetis de peccato vestro si credere non vultis.

Mystice, cum Christus iudex viuorum, & mortuorũ ingressus fuerit mundum istum in fine seculi celebraturus tremendum iudiciu, tũc commouebitur vniuersa ciuitas huius mundi, secundum illud Psal Commoueatur à facie eius vniuersa terra. Itẽ præ admiratiõne dicent multi. Quis est hic? Sed signa stupenda, & maiestas uenientis, vna cũ concomitiua sanctorũ Angelorum aperte insinuabunt vniuersis, quia hic est Iesus propheta à Nazaret. Et tunc maiores iudæorũ manifestè cognoscent illum, quẽ hic ignorare voluerãt, & de quo despectiue dixerat Quis est hic?

Moraliter, cum una dierum venerimus per mortẽ ad portam paradisi pulsantes, & dicentes illud Matt. 25. Dñe dñe aperi nobis, forte quęret à nobis dñs. Quis est hic? qui supp. tam fortiter ad ianuã domus meæ pulsat. Cui forte respondebimus, dñe amicus est. Ipse autẽ respondebit illud Ioan. 15. Vos amici mei estis si feceristis, quæ præcepi uobis. Alius forte dicet, Christianus est. At ille respondere poterit, & dicere, præsertim si talis fuerit malus, ꝙ mendacium est se Christianum dicere, & opera Christi non facere, vt notatur 22. q. 5. cauete. Idem practica de religiosis, clericis, regibus, iudicib. mercatoribus, & hmõi. Secũdo principaliter in præsenti Euangelio fit mentio de progressu Christi in templum, cum subditur. Et intrauit Iesus in templum. Super quod dicit glo. ord. post Chrys. super Matt. in opere imperfecto homil. 25. ꝙ Christus ingressus urbem, primo templum adijt, dans formam religionis, vt quoquo imus, primò domũ orationis, si ibi est, adeamus, & per orationem Deo commendati sic ad agẽda negotia secedamus. Sed reuera,

vt dicit Augu.ad fratres in eremo.ser.32. gulosi prius tabernā visitāt, quàm tēplū dñi.Prius corpus reficiūt, quàm animam. Prius sequuntur dęmonē, quàm Deū. Eo igitur tēplū ingresso, eiiciebat oēs vendentes, & ementes de templo. Et hoc ardore spiritus cōcitatus, vt dicit interli.Nota secundū gl.or. quō dñs præcepe rat filijs Israel certis tēporibus ascendere in tēplum, & offerre oblationē suā domino. Nā diuites iubeban tur offerre bouē, mediocres ouē, pauperes pullos columbarum. Et quia aliqui de longe veniebant, quibus graue fuisset talia secū adducere, iō sacerdotes tēpli non zelo legis, sed potius auaritia ducti, statuerūt illic mercatores, qui talia aduentitijs venderent. Cæterū, quia aliqui nō habebant pecuniā promptam ad emendum prædicta, ideo statuerunt dicti sacerdotes, vt ibi essent bâcharij, qui pecuniā mutuarent. Et quia prohibetur eis mutuare fratribus suis ad vsuram, ut patet Deuter.23 ideo mutuabant sub nomine collybiorum. Et dicuntur collybia parua munuscula fructuum, vt poma, pyra, nuces, vuæ, & hmōi, quæ recipiebant ratione mutui. Et sic credentes uitare scyllam, cadebant in charybdim, vt enim dicit Aug.super Psal. exponens illum versum. Tota die miseretur, & commoda, si expectes accipere plusquam dedisti s, non solum pecuniam, sed aliquid plusquam dedisti, siue illud sit triticum, siue vinum, siue oleum, siue quodlibet aliud, si plusquā dedisti expectas accipere fœnerator es, & in hoc improbandus, nō laudandus. Hæc ille. Et istud vltimum militat contra illos vsurarios, qui dicunt, quòd non mutarent certis personis, nisi crederent illis facere gratiā. Sed certè mentita est iniquitas sibi. Cōformiter ad beatum Aug. loquitur decret. vt patet 14. q. 3. putant. Similiter, & Ambro. lib. de Thobia.c.14.ita inquiens. Esca vsura est, & vestis vsura est, & quodcunque sorti accesserit, vsura est. Quod velis ei nomen imponas, vsura est. Hæc ille. Et nota quòd Christus bis legitur eiecisse vendētes, & emētes de templo. De prima eiectione habes Io.2. De secūda

vero hic sequitur in textu. Et mensas nummulariorũ, i.nummos habentium ad mensam, & cathedras vẽdentium columbas euertit. Super quo Aug. super Io. tractatu decimo dicit hic. Non magnum peccatũ, si iudęi hoc vendebant in templo quod emebatur vt offerretur Deo, & tñ eiecit inde illos. Quid, si ebriosos illic inuenisset, fecisset? Practica hic de crapula, & ebrietate nonnullorum clericorum. Item de conuiuijs, quę interdum fiunt intra Ecclesias, sicut in quibusdã regionibus fieri solet. Sed cur illi non restiterunt prædicti mercatores? Respondeo: quia secundum gl. or. aliquid igneum, & sydereũ radiabat ex oculis Christi. Consequenter assignat causam prædictæ eiectionis, di. illis. Scriptum est. sup. Eze. 16. Domus mea, id est nomini meo vel cultui dedicata. Domus orationis vocabitur, idest ad talẽ vsum applicabitur, & non prophanabitur bestijs, aut auibus cœli, &c. Vos aũt auari, & cupidi fecistis illam speluncam latronum. Circa aũt hæc vltima verba textus Euangelij duo sunt notanda.

Primum, quod est notandum, est circa illud verbũ, Domus mea domus orationis vocabitur. Vbi insinuatur, quòd orationes fructuosius funduntur in Ecclesia, aut in loco sacro, quàm alibi, prout perpulchre declarat magister Humbertus de Romanis quondam generalis ordinis fratrum prædicatorum in expositione regulæ diui Aug. c. 62. & hoc propter multa. Primo quidem, quia, pie credendum est, quòd dominus facilis exaudit orationes, quæ sibi fiunt in loco ad hoc per eum deputato. Ipse enim ita promisit se facturum. 2. Paralip. 7. dicens. Oculi mei erunt aperti, & aures meæ intentæ ad orationem eius, qui in loco isto orauerit. Secundo, quia pie credendum est, ꝙ sancti Angeli tandem locum magis frequentant, qui est domus, & palatiũ Dei. Psal. Præuenerunt principes, id est sancti Angeli, eos sup. qui ad Ecclesiã vadũt orationis aut officij diuini decantandi causa, coniuncti psallẽtibus. Nam quamprimũ homines incipiunt in Ecclesia deuote psallere Deo, vt sunt clerici, mox se illis con-

iungunt

iungūt sancti Angeli. Insuper reperiunt se dicti princi pes in medio iuuencularum tympanistriarū, idest in medio personarum deuotarum orātiū dñm intra Ecclesiam. Huiusmodi autem deuotæ personæ hic vocantur iuuenculę propter nitorem conscientiæ, & tympanistrię propter austeritatem vitæ. Tympanum.n.est instrumentum musicum, quòd fit ex pellibus animaliū, prius tamen desiccatis, & ideo recte significat personas carnem suā ieiunijs, vigilijs, disciplinis, & abstinentijs domantes. Quo fit vt organa, corda, & ora talium magis, & dulcius resonent in auribus Dei, cum ad Ecclesiam accedunt orandi gratia. Et ideo in medio talium iuuencularum tympanistriarum orātium dominum libenter se inueniunt sancti angeli, & potissimè quando tales personæ in Ecclesia orant cum alijs quantumcunque silenter. Ideo notanter dicitur in medio, &c. Tertio quia probabile est, quòd dęmones qui frequenter, & libenter impediunt orationis, non audent ita accedere ad huiusmodi locum sanctū sicut ad alia, & hoc præ timore quem illis incutit. Idō canit Ecclesia in introitu missæ pro die dedicationis Terribilis est locus iste, scilicet malignis spiritibus: vnde refert Greg. in suo dialogo lib. 3. ꝙ cum ipse in propria accessisset ad dedicandum quādā Ecclesiam, quidam ex illis, qui extra sacrarium stabant, porcum subito intra suos pedes huc illucque discurrere senserunt, qui videbatur ianuam Ecclesiæ petere ad exeūdū Hoc autē inquit idem Greg. idcirco Diuina pietas ostēdit, vt cunctis patesceret quod de eodē loco exiret immūdus habitator. Quarto quia omnis Ecclesia dedicata est & consecrata in honorē alicuius Sancti vel Sctæ. Piū est autē credere, ꝙ ille Sāctus, qui est patronus alicuius Ecclesiæ, habeat specialem curā de illis, q conueniūt ad locū sui patronatus, sicut prīceps terrenus de illis, q coueniūt ad loca sui dominij. vnde etiā frequēter videmus, quòd illi, qui visitāt certa loca sacra, impetrant, quę postulant, sicut patet de illis, q peregrināture ad sanctum Iacobum, siue ad sanctum Nicolaū, & hu-

& huiusmodi. Sunt aliç rõnes, quas pertranseo breuitatis causa. Patet ergo quòd multo melius est orare in Ecçlesia, quàm alibi. Secundum, quòd est notandum, est circa illud uerbum. Vos autem fecistis illam, i. domum dñi, speluncam latronum. Vbi aduertendum, ꝙ aliqui faciunt de Ecclesia quasi proprium domum, quales sunt multi prælati, quibus non sufficit male præfuisse, & bona Ecclesiarum sibi creditarum dilapidasse, atq; prodige expẽdisse, verumetiã cum senescũt frequenter resignant episcopatus suos, abbatias, prioratus, & similia suis nepotulis, aut consanguineis, ut sic ad posteros suos trãseat hæreditas dñi. Hi sunt de quibus loquitur Ps. di. Omnes principes eorum, i. maiores prælati Christianorũ, & signanter qui dixerunt Hæreditate possideamus sanctuarium Dei, i. Ecclesiastica beneficia. Deus meus pone illos, i. poni permittes, vt rotam. Cum ei rota mouetur, vna pars succedit alteri, vtpote posterior priori. Ita ĩ proposito quo ad Ecclesiastica beneficia frequenter nepos succedit auunculo, sed qñq; iusto Dei iudicio, tã resignans, q̃ ille, cui fit resignatio, postmodum tollũtur de medio per mortẽ. Ideo subditur. Et sicut stipulam ante faciẽ venti, supple Deus meus pone illos. Nam sicut stipula vento agitata cito euanescit, ita & tales cito per mortem quandoq; pereunt, nec postmodũ est sermo de talibus. Psal. Periit memoria eorum cum sonitu. Item de talibus alibi loquitu idem Psal. satis ad propositum, di. Tabernacula eorum, i. Ecclesiastica beneficia in ꝓgenie, & progenie. Sed quare hoc? Certe, quia vocauerunt nomina sua in terris suis. Quasi diceret, quòd tales faciunt hmõi resignationes cõsanguineis suis, vt sic semper honoretur genus suum & domus ex qua prodierunt. Sed vtinam tales diligenter attenderent illud decretum, quod habetur 7.q.1. Moyses. vbi legitur, quòd Moyses in fine dierum suorum non reliquit suum principatum filijs suis, aut consanguineis, siue illis, qui erant de tribu sua, sed Iosue de tribu aliena. Nã vt dicit ibi glo. Moyses fuit de tribu Leui. Iosue autem

autem

autem de tribu Ephraym. Similiter Christus non fecit Ioannem germanum suum in secundo gradu vicariũ super terram, aut similiter Iacobum maiorem, sed Petrum, qui non attingebat sibi in consanguinitate, immo paucos consanguineos fecit Apostolos. Ad hoc etiam propositum refert Polycratius lib. 4. de Adriano Imperatore, ꝙ cum Senatus eum morti propinquũ rogaret, vt filium quem habebat Augustum faceret, respondit, di. Sufficere mihi debet, ꝙ regnauerim, cum non merear. Principatus enim non sanguini, sed meritis dandus est. Alij vero de Ecclesia faciunt quasi paruum prostibulum, quales sunt illi, qui in locis religiosis, aut presbyteris Ecclesiarum parrochialium introducunt, & interdum multo tempore fouent, quæ non licet homini loqui, ita vt non videantur differre ab his, qui iuncti sunt matrimonio. Et de talibus conqueritur Psal. di. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, idest in Ecclesiam quæ est hæreditatis domini. Et benedicit gẽtes. Gens enim dicitur à gigno gignis. Merito ergo Ecclesiastici, & religiosi luxuriæ dediti gentes hi vocantur. Sed quid fecerunt? Certe pollucrunt templum sanctum tuum, i. loca religiosa, & clericis pie deputata, vitam nephariam illic ducẽtes. Alij autem de Ecclesia faciunt spelũcam latronũ, vt hic dicit dominus de Principibus, & Pontificibus iudæorum. Hos autem imitantur multi moderni clerici, & canonici, qui quærunt quæ sua sunt, & non quæ Iesu Christi. Magni.n. latrones in spelũcis, & cauernis terræ latitant. Qui cum vident aliquos parũ habentes transire, non dignantur propter eos spoliandos exire de cauernis suis, sed ad tales depredandos mittũt famulos suos. Cum vero sentiunt viros locupletes, & pecuniosos transire, statim ad eos in propria currũt. Sic & multi diuites canonici qñ sciũt paruas distributiones dandas siue pro obitu decantãdo, siue alias, nõ dignantur ire in propria ad Ecclesiã, sed forte illic mittũt capellanos suos. Ipsi autẽ remanẽt domi, vacantes forte ludis chartarum, & deciorum, aut quieti corporali,

porali, seu alias. Cum autem audiũt grossas cãpanas, pulsari pro hmõi obitibus, tunc intelligunt distributiones dandas magnas, propter quòd illicito in propria currunt. Ecce quõ tales clerici sunt similes latronibus habitantibus in speluncis terræ. Insuper sunt similes noctuę siue uespertilioni, ꝙ idem est. Nam quẽadmodum dicta auis non ingreditur Ecclesiam, nisi gratia oleum hauriẽdi de lampade, ita nec multi prębendati, aut beneficiati Ecclesiã intrarent, saltem ita frequenter, nisi propter distributiones, aut tẽporale lucrum. Alij deniq; de Ecclesia faciũt domum orationis, vt sunt deuoti Christiani clerici, & religiosi, qui illic non ob aliud accedunt, nisi ut seruiant dño, deuotas orationes, & pręces soluentes. Aug in regula, In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factũ est, vnde, & nomen accepit, s. oratorium ab orando.

Mystice ꝑ hoc ꝙ Christus eiecit vẽdẽtes, & emẽtes de templo, designatur, ꝙ illi, qui vacant arti mercatu rę solum ex auaritia, & cupiditate lucrandi, tales eijciẽtur de tẽplo cœlesti in die iudicij, ne. s. illic intrẽt. Quod animaduertens regius propheta Dauid dicebat cum confidentia. Quoniam non cognoui negociationem (secundum vnam literam) introibo in potẽtias domini. Propter quòd Chrẏ. super Matt. in opere imperfecto, hom. 35. exponens illud prędictũ. Eiiciebat vendentes &c. dicit sic. Eiecit Christus vendentes, & ementes de templo significans, quia homo mercator nunquam potest placere Deo. Et ideo nullus Christianus debet esse mercator, aut si voluerit esse, proijciatur de Ecclesia Dei. De quo aũt mercatore loquẽdo ipse Chryso. insinuat ibidem post pauca. ita dicẽs. Qui comparat rem aliquam, ut ipsam immutatam, & non integram dãdo lucretur ille est mercator, qui de templo dñi eijcitur. Hæc ille. Da exemplum de illo, qui emeret omnes merces vnius fori, & vinũ, & triticum, & cætera hmõi, ut postmodum alijs uendat ad nutũ. Potest tñ aliquis licitè rẽ aliquã vendere, quàm ipse emerit, in multis casibus, secũdũ B. Th. 2. 2. q. 77. art. 4.

ar.4.in sol.ad secundū, utpote si rē emit nō vt vendat, sed vt eam teneat, vel cum eā charā habet. Itē cū rem meliorauit. Item si precium rei mutatum sit, ut sæpe contingit. Item si exposuit se periculo, aut si fuerint factæ expensę transferendo rem de loco ad locum, & huiusmodi. In talibus enim casibus, & similibus pōt res aliqua plus uendi, quàm empta fuerit.

Moraliter. Per prædictam eiectionē vendentium, & ementium de templo significatur secundum gl. or. ꝙ illi, qui vendunt Ecclesiastica beneficia, uel officiamere spiritualia, debent expelli de Ecclesia militante, tā quā veri simoniaci, eo ꝙ Ecclesia sic vendentes reos vnius criminis habet. Vnde. 1.q.1. placuit, dicitur de tali lucro, quòd est anathema danti, & recipienti. Ad idem est. c. consulere, extra de simonia. Propterea Augusti. ad fratres in eremo, ser. 37. qui intitulatur de sacerdotibus, ad propositum sic loquitur, dicens. Qui sacrum emit, vel Ecclesiam, vel præbendā, vel Ecclesiarum introitus, vel seculari potentia hęc pro se procurauit, sciat quòd cum Giezi, & Iuda iā damnatus est, iam leprosus factus est, iam de templo domini expellendus est. Hæc ille. Alia expositio ad propositū dictæ eiectionis ponitur in sequentibus, uidelicet feria 2. post quartam dñicā, quæ vsq; ad locū suū reseruatur.

Sequitur in textu. Et accesserūt ad eū cęci, & claudi ī tēplo, & sanauit eos. Sed ex corporali horū sanatione incurrerunt principes iudæorū, & scribæ ægritudinem mētis, in hoc, s. ꝙ talia uidentes inuiderunt ei. Et hoc est, quòd sequitur. Videntes aūt principes sacerdotum, & scribæ mirabilia, quæ fecit Iesus, s. in cœcorum, & clauorū sanatione, & pueros clamantes in tēplo, & dicētes Osanna filio Dauid: indignati sunt, cū tñ potius debuissent inde gaudere, & cū eis ipsum laudare. Dicit aūt gl. interl. ꝙ nō fuerunt ausi mittere manum in ipsum. Et dixerūt ei, Audis quid isti dicūt? Ac si dicerent. Si uerè humilis esses, & iustus, talē laudem, & gloriam vtique declinares. Iesus aūt dixit eis. Vtiq; supp. audio. Sed nunquā legistis, in Psal. supple,

quia

FERIA IIII. POST DOMINICAM PRIMAM QVADRAGESIMAE.



Ccesserunt ad Iesum scribæ, & pharisei, dicentes, Magister. Mat. 12.

PRIMA INTRODVCTIO. LEX IMPERIALIS C. de mandatis principum. l. vnica, quæ incipit. Si qs asserat. dicit, qp nō debet credi alicui dicenti se esse Legatū, aut à principe missum, nisi ostēdat, & exhibeat in effectu literas suæ legationis aut missionis. Casus est talis. Aliquis triumphator, & illusor venit ad hanc ciuitatem, dicens se esse missum à rege, & hoc vt bene festiuetur, & honorifice recipiatur. Pone idem de aliquo clerico dicente esse missum à summo Pontifice, forte ad aliquem regem vel principem. Quid iuris in his casibus? Certe ad hoc respondet lex Imperialis, vbi supra, dicens, quod talibus non est credendum, nisi ostendant literas speciales de hoc mentionem specialem facientes. Ista lex ciuilis est conformis legi Ecclesiasticæ, de qua habetur in decr. distinctione 97. nobilissimus, vbi dicitur, qp Legatus siue sedis Apost. siue cuiuscunque, debet secum portare literas legationis suæ.

Moraliter. Sicut non debet credi legato Papæ, siue nūcio principis, nisi habeat literas suæ legationis, aut missionis, ita neque credēdum est alicui dicēti se esse missum à Deo, nisi probet illud, & hoc propter abusum, & periculū erroris vitandū. Nam vt dicit Christus Mat. 24. Multi pseudo prophetæ venient, & seducent multos. Et similiter Apost. 1. Tim. 4. dicit, quòd in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attēdentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorū in hypocrisi loquentiū mendaciū. Propter qp salubriter nos admonet Ioan. dicens. Charissime, nolite oi spiritui credere, sed probare spiritus si ex Deo sint, qm̄ multi pseudoprophetæ exierūt i mundū. 1. Io 4. Patet ergo, quòd non de facili credendū est alicui dicenti se esse à

Deo

Deo missum, nisi probet illud. Modus aût hoc probandi est duplex, vt habetur extra de hæreticis, c. cu. ex iniuncto, expressè dicitur, q̄ dicens se esse à Deo missū debet hoc probare per alterum istorum modorum, videlicet per miraculosam operationem, aut per sacræ scrip. attestationem. Per primum modum Moyses probauit se fuisse missum à Deo coram Pharaone, quando in testimonium huius, uirga eius subito fuit in serpentem conuersa : & iterū de forma serpentis in pristinā naturam virgæ. Exo. 7. Et similiter per multa alia signa, quæ per eum fecit Dn̄s in terra Aegypti. Secundo autē modo B Ioannes Bapt. probauit se esse missum à Deo, qn̄, s. iudæis eū interrogantib. & dicentibus. Tu qui es? Respondit dicens. Ego uox clamantis in deserto, parate viam Dn̄i, sicut dicit Esa propheta eiusdem quadr. Ad propositum ergo descendentes, Christus venit in hunc mundum, tanquā Dei patris nuncius. Suā autem legationem seu missionē probauit coram iudæis duplici medio prædicto. Primo quidē per sacræ scrip. attestationem, dicens illis. Scrutamini scripturas, illæ sunt qui testimonium peribent de me, Io. 5. Secundo verò modo per miraculorum operationem. Vnde Ioan. 5. dicebat. Opera quæ ego facio, ipsa testimonium &c. vnde & ipsi iudæi uoluerunt, quòd hoc modo probaret suam legationem, quasi prius nō probasset, quòd falsum erat, quando dixerat ei Volumus à te signum videre, vt legitur in hodierno euang Qui bus dedit signum, dicēs. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctib. sic erit filius ho. &c.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Generatio mala & adultera] *Math.* 12.

Scribitur extra de eo, qui ducit in matrimoniū, quā polluit p̄ adulteriū. c. veniēs, q̄ fides data adultero de cōtrahēdo post mortē. viri, īpedit matrimoniū contrahēdū, & dirimit cōtractū. Casus est talis. Sortes vxoratus cū Berta adulteratur cū Maria vxore Platonis, promittens fide media cōtrahere cū ea post mortem parētiū utriusq; . Vt aût accelereturi negotiū, ipse Sortes

intoxicat

intoxicat vxorem suam,& similiter Maria virum suũ. Quibus mortuis superstites contrahunt inter se matrimonium. Quæritur in hoc casu an vltimum matrimonium sit ratum & validum. Respondet ad hoc Innoc. III. per prædictam decretalem, quòd non,& hoc propter duplex impedimentum quod impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum. Primum est adulterium præcedens cum promissione de contrahendo. Secundum est machinatio mortis, siue mors procurata prioris vxoris,& similiter viri alterius. Ad idē est quod scribitur in maiori vol. 3 .q.1.c. primo, vbi dicitur, quòd nullus debet deducere in matrimonium quam prius polluit adulterio. Idem habetur vbi supra, c. illud vero. Nihilominus in fine eiusdem capituli dicitur, quòd talis peracta pęnitentia potest cum adultera sua contrahere post mortem vxoris suæ, dummodo non præcesserit machinatio mortis mariti defuncti. Vel nisi dederit sibi fidem adhuc proprio viro viuente, quia in istis duobus casibus impeditur matrimonium contrahendum, & dirimitur iam contractum, vt dictum est.

Moraliter, multæ mulieres tam nobiles, quàm aliæ reputant se castas & pudicas, quæ tamen à parte rei sunt adulteræ. Pro quo notandum, ꝙ duplex est adulterium, primum corporale, secundum spirituale. Primū perpetratur cū hoīe. Secūdum cū dæmone. Cū.n. Christus desponsauerit animas nostras in baptismo ꝑ fidem, secundum illud Oseę 2. Desponsabo te mihi in fide, consequēs est dicere, ꝙ quotiēs mortaliter peccamus, totiens adulteramur. Item quemadmodum fides data adultero de contrahendo cum eo impedit matrimonium contrahendum,& dirimit iam contractū, vt dictum est, ita illi qui confitētur in paschate siue alio tempore cum intentione & proposito redeundi ad vomitum, non veraciter contrahunt per gratiam cum Christo. Et tales proh dolor sunt in magno numero. Ad quos non immerito potest dirigi illlud verbum Christi in præsenti Euāgelio, quod direxerit ad

I   Iudæos,

iudæos; vocāt eos generationē malam & adulteram.

In præsenti ergo Euangelio, de tribus principaliter fit mentio, videlicet de Iudæorum petitione. ibi: Magister volumus &c. De Christo responsione. ibi Generatio mala &c. De dæmonis malignatione. ibi; Cum immundus spiritus &c.

Primo igitur fit mentio &c. Vt. n. refert Euangelista Matthęus, accesserunt ad Iesum duo genera, seu differentiæ iudæorum, videlicet [scribę] quę videbantur cæteros pręcellere in sapientia [& pharisei] qui etiam videbantur præcellere alios in vitæ sanctitate, dicentes. Magister, volumus à te signum videre. In quorum iniqua petitione tria reprehensibilia tanguntur, quæ fuerunt in eis. Primū est adulatio, quia magister. Christum. n. magistrum vocabāt, cuius discipuli esse nolebant. Istis iudæis multi Christiani sunt similes in culpa adulationis, De quibus in Psal. Linguis suis dolose agebant, eo, s. ꝙ blandè loquuntur ad proximos suos, sed interdum in cordibus suis mala contra eos meditantur, ideo subditur. Venenum aspidū sub labijs eorum. Similiter de vnoquoque eorum sigillatim potest dici illud Psal. Molliti sunt sermones eius, i. molliter & suauiter pronunciati, & tamē ipsi sunt iacula, supp. aduersus proximū, cui optant nocere, & tandē ipsum in fama vulnerare. Secundum reprehensibile malum, quod fuit in scribis & pharisæis, fuit temeraria & irreuerēs locutio, quia volumus à te. Quasi. n. imperatiue loquuntur ei, cui omne genu flectitur, & ante cuius conspectum tremunt Angeli in cęlis. Si. n. signum à Christo videre volebant, saltem humiliter eum rogare debebāt, & non solum voluntatem pro omni ratione allegare. Tertium reprehensibile malum fuit eorundem curiositas, quia signum videre, videlicet de cęlo, vt dicit interl. Forte. n. volebant, ꝙ Christus faceret subito descendere ignem de cœlo, sicut factum est tempore Heliæ 3. Reg. 18. Vel forte quærebant, quòd faceret descendere de cœlo grandes lapides cum pluuia, sicut August. lib. 3. de ci. Dei. c. 31. refert accidisse.

se. Similiter idem refert Titus Liuius lib. 1. de secūdo bello punj. Item lib. 5. refert idem Titus Liuius duob. dieb. cōtinuis lapides pluisse mēte Albano. Similiter Paulus Orosius lib. 5. refert ꝙ anno ab vrbe condita 659. grando lapidum immixtis etiam testatum fragmentis per septem dies continuos terram latissime verberauit. Similiter refert Plinius lib. 2. naturalis historiæ. c. 57. & consequenter per multa alia capitula, multa signa in cęlo apparuisse, vtpote ꝙ cęlum visum fuerit quasi totum sanguinolentum. Item quòd incēdium descendit de cęlo ad terras tempore Philippi Imp. Itē quòd apparuerit circulus rubri coloris in cęlo tempore Iulij Cæsaris. Itē ꝙ apparuerit clypei argentei in aere, & multa similia. Scribæ ergo & pharisęi signum aliquod de prædictis, vel simile querebāt forte à Christo fieri corā eis. Vel dic, ꝙ forte quęrebant aliquod signum similes signis quæ olim fecit dominus in Aegyptū. Verbi gratia, mutationē aquarum in sanguinem, aut huiusmodi. Vel illis signis, quæ fecit in deserto, cuiusmodi fuit descēsus mannæ de cęlo. Et quia Christus noluit facere huiusmodi signa coram scribis & pharisæis, ideo dicebāt de eo illud Psal. Signa nostra non vidimus, & ideo iam non est propheta, supple in æstimatione nostra. Ecce ergo eorum curiositas. Patent ergo tria reprehesibilia in ipsis Iudęis. Et ideo non mirum si Christus in eorū præsentia nullum signum fecerit. Insuper signum non quærebāt ad credendum, sed potius ad calumniandum; ideo non fuerunt digni tunc videre signum à Christo fieri.

Secūdo principaliter in pręsenti Euāgelio subditur Christi responsio, cum qua simul reprehendit iudæorum malitiam, & hoc quantum ad tria, videlicet Quātum ad eorum calliditatem, quia generatio mala &c. Quantū ad eorum obstinationem, quia viri Niniuitæ &cæt. Quantum ad eorum negligentiam, quia regina Austri &c.

Primo igitur Christus reprehendit scribarū & pharisęorum malignitatē, quantum ad eorum calliditatē,

& dolositatem respondens eis, & dicens. Generatio mala & adultera. Mala quidē in opere, & adultera in fide, eo quòd à sponso suo Christo se alienabat generatio iudæorum. Vel ideo dicuntur iudæi generatio mala eo quod ex persecutoribus prophetarum desceēderant: & adultera, eo quod patres eorū idolatræ fuerant, videlicet immolantes dijs & nō Deo, dijs inquā quos, ignorabant, vt ait Psa. Signū quęrit, videlicet diuinæ omnipotentiæ, quo quidem signo est indigna, vt dicit interl. Signu inquam quærit quasi alia signa q̄ prius vidit, vel audiuit facta, nō fuerit vera signā, & signum non dabitur ei, s. potestatis quale petit, nisi signum Ionæ prophetæ, quòd fuit humilitatis & infirmitatis. Sed contra, Christus post hæc verba fecit multa signa ante passionem suā, sicut patuit in suscitatione Lazari, ī illuminatione cęci nati & huiusmodi. igitur &c. Respondeo. Mors & passio Christi fuit p̄cipuū & vltimū signū in qđ oīa alia signa ducebant Deinde quale fuerit illud signū Ionæ, exponit cū subdit, di. Sicut. n. fuit Ionas in ventre cęti &c. vt habetur Ionæ 2. sic erit filius hoīs &c. i. in sepulchro, & hoc per synecdochem, vt dicit interli.

Moraliter notandum iuxta illud verbū. Generatio mala &c. quòd est triplex generatio; videlicet mala, peior, pessima. Generatio mala est generatio infidelium, qui igorant Deum, & viuunt quasi brutaliter. Generatio autem peior est generatio iudæorum, qui cęteris paribus grauius peccant, quàm infideles; & idolatræ propter notitiam vnius veri Dei, & mandatorum ipsius. Generatio vero pessima, est generatio malorum Christianorum, qui cęteris paribus grauius peccant, quám gentiles aut iudæi, Tum propter vnius veri Dei expressiorem notitiā, pariter & mandatorum ipsius. Modo vt habetur Luc. 12. Seruus sciens voluntatem Dñi sui & non faciens &c. Tum propter maiorem ingratitudinem, vtpote ratione sacramentorum & huiusmodi. Nam vt habetur in Psal. Deus non fecit taliter omni nationi, qualiter supple fecit nationi

tioni Christianorũ,& iudicia sua nõ manifestauit eis, i.cæteris nationibus sicut nationi Christianorũ. Illi .n.non habent nouũ testamentum,nec similiter prędicatores,& doctores quales habent Christiani. Tũ pp grauius scandalum.Propterea August super psal.exponens illũ versum. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis,&c.dicit,quòd inimici Ecclesiæ Christianæ sunt pagani, & iudæi. omnibus autem peius viuunt mali Christiani. Et post pauca. Meliores sunt,inquit,inimici foris positi,quàm intus malè viuentes,quibus præmitur,& grauatur Ecclesia. Hæc ille. Si ergo grauius peccant mali Christiani cæteris paribus,quàm non Christiani, consequens est, quòd etiam grauius damnantur;Hoc etiam attestatur Hier. tertia parte epistolarum suarum epist.85.dicens,ꝙ gehennalis pęna paganorũ est infinito minor,q̃ malorũ Christianorum. Da exemplum de olla impinguata, quæ igni apposita magis flammescit, quàm illa, quæ nunquam fuit respersa pinguedine. Sic est autem, ꝙ Christiani fuerũt impinguati in susceptione sacramẽti baptismi per applicationẽ sacri olei, & similiter in cõfirmatione quantum ad eos,qui illã susceperũt. Similiter & clerici in susceptione ordinis sacerdotalis quãtũ ad quatuor digitos,Iõ vehementius aget in tales ignis ille infernalis,quàm in eos,qui nõ fuerũt taliter vncti. Vñ refert B Cyrillus prout refertur in fine epistolarũ B.August.& epistola 20. ꝙ cũ interrogasset quendã resuscitatum à mortuis sup grauitate pęnarũ inferni.ille respõdit,qđ est tanta differentia inter pęnas Christianorum,& paganorum in inferno,vt cruciatus paganorum respectiue sint quasi nihil, quãuis,& cruciatus paganorũ sint mirabiles, nec à viuẽtibus excogitabiles,vt dignum est. Hæc ibi. Quemadmodum ergo generatio malorũ Christianorũ est pessima in peccando,consequens etiã est vt grauissimum sustineat suppliciũ in inferno ẽt præ cæteris nationibus.

Secundo Christus reprehendit iudæorum malitiã quantũ ad eorum obstinationem, cum ait. Viri Niniuitę

nitæ surgent in iudicio &c. Et est sensus secundū glo. ord. Ionas paucis diebus, & sine signis prædicauit genti incredulæ & profecit. Ego autē qui sum Dei filius, populo Dei multo tempore, & cū multitudine signorum in vacuū prædico. Et ideo merito tunc condemnabunt eam. Non quidē auctoritate iudicandi, vt dicit interli. sed cōparatione melioris facti, de quo subditur, quia pœnitentiā egerūt ad prædicationem Ionæ. Et ecce plusquam Ionas hic, i. in medio vestrū. Patet ergo vt iam tactum est per gl. ord. ꝙ iudæi sunt digni maiori dānatione, q̄ Niniuitæ, & hoc ex hoc quadruplici consideratione siue comparatione. Primo quidē comparando populum ad populum, quia illi Niniuitæ erāt Gentiles & barbari: iudæi aūt populus à Deo electus. Secundo comparando prædicatorem ad prædicatorem, quia Ionas erat purus homo, Christus aūt verus Deus, & homo perfectus. Tertio cōparando prædicationem ad prædicationem quantum ad durationem, siue quo ad tempus, quia Ionas tm̄ tribus diebus prædicauit, Christus autem tribus annis. Quarto cōparando effectum ad effectum, quia illi egerunt durā pœnitētiam, & crediderunt in dn̄o. Iudæi aūt neutrum fecerunt, quinimmo blasphemauerunt & spreuerūt Saluatorem suum Christum, & tandē procurauerunt eius mortem. Possumus ēt concludere, ꝙ mali Christiani sunt digni maiori damnatione, q̄ Niniuitæ ex illa quadruplici consideratione, seu comparatione. Primo quidē cōparādo populum ad populum, qa illi gentiles & barbari, Christiani autē populus à Deo electus per fidem & gratiam baptismalem. Secundo verò cōparando prædicatorē ad prædicatorē, quia illi tātū habuerunt vnum, s. Ionā, quāuis prophetam domini, Christiani aūt habēt multos nō solū modernos & puros homines, verumetiam benedictum Dei filiū illis in sancto Euangelio loquentē quotiens de illo p̄dicatur. Et præter hunc habēt Spūm sanctum per ora prædicatorū eos admonentē, iuxta illud Xpi verbū Matth. 10. Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris

vestri

vestri,qui &c. Item habent Euangelistas,& Apostolos, qui scripserunt,pariter & sacros Ecclesiæ doctores,q totiens illi prædicant per organa modernorũ prędicatorum, quotiens allegantur dicta eorũ. Tertio autẽ comparando tẽpus ad tempus,quia Ionas tantum tribus diebus prædicauit. Sed prædicti prædicatores non cessant omni tempore prædicare. Quarto, & finaliter comparando effectum ad effectum, quia viri Niniuitæ crediderunt in domino, atque penitentiam mirabilem egerunt.Moderni autem Christiani (de malis loquor) interdum derident prædicatores, & dicta eorum neque pęnitentiã agunt,sed duriores, & obstinatiores efficiuntur saltem quo ad multos, qui tamẽ emendantur, raro tamen aut nunquam talem pœnitẽtiam agunt,qualem viri Niniuitæ,qui induerũt se saccis à maiore vsque ad minorem, & districtũ ieiuniũ obseruauerũt.Et iõ possumus dicere, ꝙ viri Niniuitæ surgẽt in iudicio cũ gñatione ista, s. malorum Christianorum,& cõdemnabunt eam,videlicet cõparatione melioris facti, quia pęnitentiã egerũt ad prædicationem Ionę,ipsi autem mali Christiani habuerũt prędicatores præstantiores multo,quàm fuerit Ionas, iõ grauius damnabuntur, quàm Niniuitæ,seu Gentiles.

Tertio Christus reprehendit iudæorũ malitiã, quãtum ad ipsorũ negligẽtiam,& pigritiam, cũ subdit,Regina Austri,q. 3.Reg.10 appellatur regina Saba,hic vero appellatur regina Austri eo ꝙ regnũ ipsius erat ad australem plagam situm,scd̃m de Lyra [surget,i. resurget ĩ iudicio extremo]ecce labor itineris à finibus terræ,ecce distantia regionis[audire sapientiam] quam sola fama audierat Salomonis, qui purus homo erat: In his ergo verbis tanguntur multa aggrauãtia negligentiam,& pigritiã iudæorũ circa auditionẽ ṕdicationis Xp̃i.Primum est,quia illa fuit mulier,isti vero viri.Secundum,quia illa à remotis venit. Isti aũt Xp̃m præsentem habuerunt.Tertium, quia illa cum multo labore,& grauibus sumptibus venit ad Salomonẽ. Isti vero sine difficultate, & sine sumptibus neglexerũt ve-

nire ad Christū. Quartū est, quia illa laudauit alienigenam, isti vero condemnauerunt propriū terrigenā. Quintum, quia illa ad Salomonē venit, quem sola fama cognouerat. Isti autem Christum probatū miraculis contempserunt. Sextum est, quia illa ad purū hominem venit, & cum muneribus. isti verò Christum verū Deum, & hominem opprobrijs repleuerūt, & vulneribus. Et ecce plusquam Salomon hic, i. in medio vestrum. Ille enim tantum homo fuit, hic vero Deus, & homo. Ille tm̄ habuit scientiam terrestrium, & rerum naturalium, hic vero generaliter omniū: ille ædificauit templum defectibile, & corruptibile: hic vero tēplum indefectibile, & incorruptibile non manu factū nec huius creationis videlicet cœlestem paradisum: ille peccator, hic autem peccatorum redemptor, & iustificator: ille rex Hierusalē, & religionis circūadiacentis; hic vero rex regū, & dn̄s dn̄antium. Et breuiter multa similia possent adduci ad ostendendum præeminentiam Christi supra Salomonem; quæ pertrāseo.

Allegoricè, Regina Sabba præfigurabat Ecclesiā de gentibus congregandam, & quæ per fidem ventura erat ad verum Salomonem Christū, sicut rei probauit euentus, per Iudæos autem Christi prædicationē spernentes designabatur, quod deberent spernere nouum testamentum, & similiter quod deberent reprobari à Deo propter suam incredulitatē. Et ideo merito Christus de vtroque populo potest dicere illud Psalm. Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Ecce quo ad gentiles. Filij alieni mentiti sunt mihi, &c. Ecce quo ad iudæos qui mentiti sunt Christo frequenter, vtpote quando ei dicent. Quid me quæritis interficere? Responderunt ei mendaciter, & opprobriose dicentes Dæmoniū habes, quos quærit te interficere? Sequitur de eisdem. Filij alieni q. d non amplius filij mei, inueterati sunt, supple in incredulitate, & malitia sua, & claudicauerunt à semitis suis, quia plus inclinātur versus terrā, quàm versus cęlū, plus circa terrena; & tran-

ſitoria, quàm circa cęleſtia, & æterna. Et hoc eſt, quòd comminatus eſt Chriſtus Iudæis. Matt. 21. dicens. Auferetur à uobis regnũ Dei, & dabitur gentibus &c.

Moraliter Regina Sabba, quæ venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, ſignificat, ꝙ mulieres, vt in pluribus ſunt auidiores ad audiendum verbum Dei, quàm viri. Viri confidunt in ſuo ſenſu, & ideo parum curant frequentare ſermones. Vel dic, ꝙ Regina Sabba ſignificat animam peccatricẽ, quæ relictis ſuis peccatis, venit ad verum Salomonẽ Chriſtum per pęnitentiam, & hoc cum multo apparatu, videlicet gratiarum virtutum, & meritorum.

Tertio principaliter in hoc Euangelio fit mentio, de dæmonis malignatione, quæ oſtenditur dupliciter in textu. primo in procuratione humanę dãnationis, cum dicitur. Cum immundus &c. ſecundo in impeditione diuinæ ꝑdicationis ibi. Adhuc eo loquente &c.

Primo igitur oſtẽditur malignitas dæmonis in procuratione humanæ damnationis, quæ tanta eſt, ut inceſſanter ad hoc laboret. Et hoc eſt, quod hic dicitur. Cum immundus ſpiritus &c. Poteſt autem iſte textus exponi dupliciter.

Primo quidem myſtice de populo iudaico, quẽ poſſidebat immundus ſpiritus cum ſeruiebat idolis ante ſuſceptionem legis moſaycæ; ſed data lege, & circuncisione, exiuit ab eo, ſe transferens ad Gẽtiles, quos ꝓ tempore poſſedit. Tandem adueniente Dei filio in hunc mundum fugatus eſt de medio populi Gentilis, per prædicationem Apoſtolorum ad fidem conuerſi. Quod ille videns iterum rediit ad ſuum priorem nidum, i. ad iudæos grauius poſsidens eos, quàm prius. Et ita patet ꝙ ipſe Chriſtus tangit triplicem ſtatum, videlicet legis naturæ, ſcriptæ, & gratiæ. In lege enim naturæ immundus ſpiritus, i. diabolus habitauit in cordibus iudæorum: in lege ſcripta ab eis receſſit tentaturus Gentiles: In lege vero gratiæ eiectus ab ipſis Gentilibus ſaltẽ quantũ ad eos, qui Chriſti fidem ſuſceperũt, iterum redijt ad iudæos, cũ qui-

bus

bus adhuc habitat. Quo fit vt hodie ſint in priori ſtatu, quàm in lege naturæ.

Secundo poteſt iſte textus exponi moraliter de paruulo, cum quo habitat diabolus quamdiu ſubiacet originali culpæ. Exit aũt ab eo cũ baptizatur ſecũdũ formã Eccleſiæ, vnde & ſacerdos baptizans aliquem adiurat diabolum, di. Exi ab eo ſpiritus immunde, & da locum Deo. Cum vero paruulus baptizatus incipit eſſe doli capax, tunc ad eum redit ipſe ſpiritus immũdus tentans eum de ſeptem peccatis mortalibus, ꝙ ſi præualuerit, tunc incipit habitare in conſciẽtia eius & facere ibi vnũ paruum infernũ, quo fit ut fiant nouiſſima hominis illius peiora prioribus, pro quanto peccatum mortale eſt peius, & grauius originali ſolo.

Tertio poſt idẽ textus ſimiliter exponi moraliter, videlicet de pœnitentiæ à quo receſſerat diabolus quaſi adiuratus per abſolutionẽ ſacramentalem, ſed poſtea ad ipſum redit, cum eum recidiuare facit ad priſtina peccata. Et tunc fiunt nouiſſima illius peiora prioribus, eo ꝙ ratione recidiuationis Deus poſtea efficitur difficilior ad indulgendum, homo debilior ad reſurgendũ, & diabolus fortior ad inuadendũ. De primo da exemplũ de principe, qui difficilius dat literam gratiæ pro ſecundo homicidio, quàm pro primo. De ſecundo da exemplum, quod ponit Aug. ſer. 5. poſt cineres ſer. 2 videlicet de pede fracto, qui cũ labore ſolet ad priſtinum officium reuocari Quis ſi ſecundo, & tertio, & frequentius in eodem loco ipſum membrum frangatur, nõ niſi cum grauibus, & multis doloribus curari poteſt. Propter quod idem Aug. & recitatur de pœ. diſtin. 3. inanis. dicit, quòd inanis eſt pœnitentia, quàm ſequens coinquinat culpa. Vulnus iteratum tardius ſanatur &c. De tertio da exemplum de capitaneo caſu fortuito amittente caſtrum ſuę cuſtodię à principe deputatum. Qui ſi poſtea ipſum poſſit recuperare, tunc diligentius, & fortius ipſum cuſtodit &c. Da exemplum de fugiente carcerem aliqua occaſione habita, quem inſequitur cuſtos

carceris, quòd si ipsum capere possit, ad carcerem reducit, & arctius recludit, ita in proposito.

Secundo ostenditur malignitas dęmonis in impeditione diuinæ prædicationis, cum subditur. Adhuc eo, s. Christo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres foris stabant quęrentes loqui ei. Dixit ergo ei quidam. Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quęrentes te: hoc autē factū est procurante diabolo, volente impedire eius prædicatione, & fructum illius. Nā vt dicit Chrys. super Matt. hom. 45. Diabolus videns, q̃ Christus persuadebat populo, quòd esset verus filius Dei naturalis, dicens, Ecce plusquam Ionas hic. Itē ecce plusquā Salomon hic, timuit ne illi crederēt ita esse. Et ideo voluit impedire prædicationem suā subintroducendo quendam satellitē suū, qui dixit ei. Ecce mater tua, & fratres tui. q. d. Mater tua & fratres tui venerunt propter te, qui foris stant, quò secūdum est, ideo debes quantocyus ad eos egredi. Sed q̃ sunt fratres Christi? Nunquid uerò illa sanctiss. mater Christi alios habuit filios p̄ter Christū? Absit à nobis tantus error, qui etiam reprobatur in decr. 24. q. 3. Quidam autem hæretici ubi dicitur, quòd fuerunt quidam hæretici appellati Antidicomarię, qui cōtra dicunt virginitati Marię, asserentes eam post Christū natū, viro suo Ioseph fuisse carnaliter coniunctā. Sed quēadmodū in sepulchro Christi nūquā quisquā positus fuerat, ita neq; in vtero virg. Marię alius aliqñ requieuit filius præter Christū. In ꝓposito ergo ꝑ fratres Christi secūdū gl. interl. intelligūtur consobrini Christi more script. veteris testamēti, Et hi fratres, i. cōsobrini Christi erāt filij Mariæ Cleophæ, videlicet Iac. minor. Ioseph iustus, Simon Iudas scd̄m glo. ord.

Allegoricè mater Christi ex synagoga Iudæorum. Fratres aūt eius sunt Iudæi. Hæc igitur mater cū Christi fratrib. foris stat, quia nōdū introiuit in domū Ecclesiæ Cath. in qua permanet Christus. Quærit autem ipsum foris, i. in cortice, & reuoluēdo scripturā ꝓphetarū, tanq̃ venturum, & ideo ipsum nō inuenit, q̃ iam venit.

venit. Et hi fratres meritò figurantur per custodes sepulchri dominici. item per viros ciuitatis Hierico, qui quærebant duos viros hebræos exploratores terræ illius, quos minimè inuenerunt. Iosuæ 2.

Moraliter mater, & fratres Christi quęrẽtes ipsum intra domum habitantẽ, rectè significant parentes, & amicos carnales, quæ interdum suis blanditijs, interdum terroribus, & minis reuocant illos, qui iam intra domum religionis sunt, quãuis nondum professi. Et hi grauiter peccant, præsertim vbi tales sic ingressi attigerunt annos pubertatis, secus si adhuc essent infra tales annos, quia in tali ętate subduntur dispositioni parentum, aut tutorum. Qui ergo iam adultos reuocant de religione approbata, quãuis nondum professos, tenentur illis persuadere, & procurare omni via possibili, vt ad religionem redeant. Quis si illi noluerint, quãuis in hoc non peccent, nec teneantur redire nisi plus ponatur, nihilominus qui eos inde exire procurauerint, tenentur satisfacere dictæ religioni, videlicet in propria intrando, dummodo possint esse vtiles religioni, & non habeant legitimum impedimentum. Vnde propter talẽ causam magister Raymundus quõdam pœnitentiarius summi Pontificis ingressus est religionem fratrum prędicatorum, prout refert dñs Anto. in sum. sua par. 2 ti. 2. c. 2. § 1. Ratio autẽ prædictæ obligationis est, quia qui occasionem damni dat, damnũ dedisse videtur, vt habetur extra de iniurijs, & dãno dato. c. si culpa. idem habetur extra de homic. c. de cætero. item. ff. ad legem Aquil. l. qui occidit. Aliqui tamen doctores theologi dicunt hanc obligationem non tenere. nisi vbi quis reuocat aliquem iam professum, aut non professum, qui tamen intrauit animo remanendi. Nihilominus cum his oĩbus stat, quòd aliqs sine culpa potest aliquem retrahere ab ingressu religionis, aut etiam iam ingressum, sed nondum professum, vtpote quando homo facit, quòd consulens suæ saluti, tam spirituali, quàm corporali: Spirituali quidem, quando uidet, ꝙ vult ingredi religionem disso-

solutam. Nam multo melius est tali remanere in seculo, quàm talem religionem ingredi. Corporali vero quando videt & iudicat verisimiliter, ꝙ talis non poterit ferre onera & austeritates religionis.


Sequitur in textu. At ipse scilicet Christus respondens dicenti sibi, ait. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? quasi diceret. Non habeo carnalem affectum ad matrem meam & fratres meos, i. consobrinos Matrem tamen non contemnit neque fratres, sed occupationem spiritualem, & salutarem ostendit esse præferendam affectioni carnali, vt dicit glo. or. Et vt dicit Chrys. super Mat. homil. 45. prædicti fratres Christi erant de numero illorum, qui nondum plene credebant in ipsum, & tales fuerunt ipsi Christo importuni. Nam cum debuissent intrare ad ipsum, & cũ turbis simul cum audire prędicantem, aut saltem foris finem sermonis patienter expectare, quadam ambitione atque ostentatione cõmoti foris in præsentia omnium eum euocauerunt, vt Christo videretur cum potestate magna imperare. Quid porro alloqui eum volebant? Si enim de dogmatibus veritatis, certè publice atque in medium cunctis audientibus proponere debebant ad communem omnium vtilitatem. Si autem de rebus quibusdam priuatis atque suis, tunc non licebat tanta festinatione vrgere Christum. Vnde patet quodam inani gloria illos fratres commotos fuisse. Hæc ille.

Moraliter. Multi in ore Christi quantum ad verba, sed non quantum ad verborũ substantiã postquã sunt de puluere, & stercore erecti, vt sedeãt cũ principibus & solium gloriæ teneant, mutantur in viros alteros cõtemnentes patres, qui eos genuerũt, & matres, quę eos lactauerunt, Item fratres, sorores, consobrinos, & similes, & præsertim vbi tales extiterit pauperes dicẽtes. Quis est pater meus aut mater, & qui sunt fratres mei? Et de talibus scribitur Deutero. 33. Est generatio, quæ dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos. Non sic autem egit sanctus

ille

ille patriarcha Ioseph. Nam quamuis Pharao constituisset eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ, nō tamen patrem suū, aut fratres quantumcunque inopia laborantes denegauit, quinimmo ingressus illis in Aegyptum locutus est pro eis ad regem Pharaonem dicens Pater meus, & fratres, & oues eorum, & armenta, & cuncta quæ possident venerunt de terra Chanaam. Ecce eorum paupertas. Et hi pastores ouium sunt, Ecce officij humilitas. Gen. 47. Merito ergo Ioseph recognoscens patrem suum, & fratres cum esset in tanta gloria sublimatus, dicere poterat ad dominum illud Psal. Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilib. sup me. Si non humiliter, i. sed humiliter sentiebam, sup. de meipso. Sic ergo studeat viuere, quicunque de inopi plebe est ad gloriā sublimatus, vt merito possit de seipso prædicta verba psalmistæ dicere. Reliqua autem verba euangelij facilia sunt, per quæ tamen monemur facere voluntatem patris cœlestis, vt Xp̄i fratres, & sorores, atq; matres esse mereamur. Hic p̄ gratiam, & illic per gloriam. Quam nobis concedat, &c.

FERIA V POST PRIMAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.



I manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis. Ioan 8.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de naturalibus liberis. l. quoniam desideria, dicit, ꝙ filius illegitimus per mortem patris nullam hæreditatē acquirit. Casus est talis. Est aliquis vir nobilis secundm seculū, qui consumit florem suæ iuuentutis in mille fatuitatibus, & spurcitijs, habetq; filios, & filias ex illicito tamen coitu. Tandem intrat matrimoniū, & ex vxore procreat filium. Quo nato nō multo post mortē obijt,

quo viso filij eius ex fornicatione nati tanquã fortiores volunt occupare eius hæreditatem. Quid iuris in hoc facto? Certe respondet ad hoc lex prædicta, quòd hoc non debet fieri, eo ꝙ filius illegitimus per mortẽ patris nullam, &c. Ista lex cõformis ẽ legi Ecclesiasticæ, de qua habetur 15. q. 8. cum multæ, vbi dicit, ꝙ proles aliena pollutione nata, hæreditatem nunquam accipiet. Idem habetur 35. q. 7. quid est? Et similiter extra qui filij sint legitimi. c. referente, vbi dicit, ꝙ filij illegitimi non debent succedere parentibus.

Moraliter. Ista lex potest dupliciter interpretari, & exponi secundum ꝙ per filios illegitimos intelligere possumus duo genera hominum peccatorum, & qui non habebunt hæreditatem cœlestem.

Primo igitur per filios legitimos possumus intelligere vniuersalitem infidelium, & omnium, qui non censentur nomine Christiano. Et hi filij multo plures sunt, quam legitimi, i. Christiani. Tales autem, & si sint filij Dei per creationem, sicut & diabolus, secũdum illud Deut. 32. Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? non tñ sunt filij eius per regenerationem baptismalem qualiter Christiani, de quibus Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Sed quibus? Certe his, qui credũt in nomine eius, & qui ex Deo nati sunt, s. per fidẽ, & gratiã baptismalem. Soli ergo Christiani inter homines (qđ additur propter angelos) sunt filij Dei legitimi. Pater autem omnium tam legitimorum, quàm illegitimorum est Deus, & hoc per creationem, qui quamuis hõ factus sit mortuus, prædicti tñ filij eius illegitimi, i. infideles Iudæi, & Pagani non habebunt eius hæreditatẽ cęlestem, eo ꝙ solis filijs eius legitimis debetur, q. s. fuerũt legitimati super sacros fontes batismatis. ita. n. decreuit pater ille cœlestis, prout registratũ est Mar. 16. Qui, inqt, crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero nõ crediderit, cõdẽnabitur. Qualem ergo hæreditatẽ habebunt tales filij illegitimi? Certe illam, quam iam possidet pater eorũ diabolus in

inferno

inferno, de qua scriptum est Apos.21. Pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure.

Secundo per filios illegitimatos possumus intelligere in speciali peruersos Christianos, habētes quidē titulum, & nomen Christianorū, sed nō opera. De quibus potest intelligi illud Esa.1. Væ genti peccatrici, populo graui iniqtate, semini nequā, filijs sceleratis. Sed quid fecerunt: Certe dereliquerunt dominū, blasphemarunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum .s. sequentes diabolum per mala opera. Propter quod de vnoquoque tali conqueritur sacra scriptura. Deut. 32. dicens, Deus, qui te genuit dereliquisti, sup. peccādo, & oblitus es domini creatoris tui, qui te supple fecit ad imaginem, & similitudinem suam. Quantum autem hoc displiceat patri cęlesti, patet per ea quæ immediatè sequuntur. Vidit dominus, sup. iniquitates filiorum suorum Christianorum, & ad iracundiam cōcitatus est. Sed cur hoc? Certe quia prouocauerunt eum filij sui, & filiæ, & ait, Abscondam faciem meam ab eis. Ecce amissio ęternæ, & cęlestis hęreditatis. Nec hoc erit solum ad pœnam eorum, verumetiam considerabo nouissima eorū, inquit dominus, i. deputabo eis pœnam sustinendam sine fine in inferno. Quanuis ergo pater malorum Christianorum, videlicet Christus mortuus sit in cruce, non tñ illi succedent impediente criminali eorum illegitimatione. Sed tantum dictam hæreditatem habebunt filij legitimi, iuxta illud Psal. Iusti hæreditabunt terram, sup. cęlestem, & inhabitabunt in seculum seculi super eam. Vnde in figurā huius legitur Iud.11. ꝙ fratres inepte, per quos intelliguntur iusti, & electi, dixerunt ei. Hæres in domo patris nostri Galaad esse non poteris, qa de adultera matre natus es. Hoc ergo notum sit omnibus pctōribus, qm̄ si sic decedant, irremediabiliter priuabūtur hæreditate superna, & hoc propter suā illegitimationē, qa & si sint filij Dei per creationem, non tamen per imitationē, sed potius diaboli. Nam vt dicit Aug. ad fratres in eremo. ser.45. & similiter recitatur in decr. de

pœ.diſt.2. cum vnuſquiſq; opera facit, eius filius appellatur. Et ideo talibus poteſt improperari,& dici,ꝙ Chriſtus improperauit perfidis iudæis in hodierno euang.dicens, Vos ex patre diabolo eſtis.

SESCVNDA INTRODVCTIO.

Vos ex patre diabolo eſtis.Io.8.] Scribitur extra qui filij ſint legit.c.referente,ꝙ filij illegitimi non debent ſuccedere parentibus.Caſus eſt talis. Aliquis vir nobilis,aut diues habens plurimas poſſeſſiones,ſed carens prole,eo forſan,ꝙ uxor eius ſit ſterilis, aut infirmitoſa,habet rem cũ ancilla ſua , ex qua procreat multas proles , quibus tandem vult relinquere hæreditatem, quam forſan habuit à prædeceſſoribus ſuis, ſiue à patre,aut auo.Huic autem donationi ſiue ſucceſſioni ſe opponunt hęredes proximi.Quid iuris in propoſito? Certe ad hoc reſpõdet Cęleſtin.III. per pręallegatam decr.dicens,ꝙ ille nõ poteſt ita diſponere de poſſeſſione ſua,eo ꝙ filij illegitimi non debent ſuccedere parentibus. Ad idem eſt,ꝙ ſcribitur 15.q.8.cum multæ: vbi dicitur, ꝙ proles aliena pollutione nata, hęreditatem nunquam accipiet.Item expreſſius de filijs ſpuriis ſcribitur.35.q.5.quid eſt : vbi dicitur , quòd nati de inceſto non debent ſuccedere in bonis paternis.

Moraliter. Valde timendum eſt ne multi homines, ſiue nobiles,ſiue ignobiles,clerici , aut laici ſint illegitimi,quantũcũq; credant ſe de legitimo matrimonio procreatos . Nã quodlibet peccatum mortale eſt talis naturę,& peruerſitatis , quòd facit de filijs legitimis filios illegitimos , & hoc contra communem conſuetudinem , & practicam , ſecundum quam filij illegitimi legitimantur,ſiue authoritate principis, ſiue ſummi Pont.Sed quid eſt, ꝙ filij illegitimi nõ debent percipere hæreditatem patris? Certe per hoc ſignificatur,quòd miſeri peccatores non habebunt hęreditatem cœleſtem , quãuis interdum videamus eos florere in hoc mundo, iuxta illud verbum Pſal. Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias.Hoc autem præfiguratum eſt Gen. 25.vbi di-

citur, quòd Abraham dedit filijs cōcubinarum suarū, s. Agar & Cethuræ munera. Sed Isaac filio suo nato de propria uxore dicta Sarra largitus est hæreditatem suam. Item legitur Iud. 11. ꝙ Galaad genuit Iepte ex meretrice quadam. Postmodum autem contraxit ille idē cum quadam alia muliere, de qua habuit filios le gitimos. Hi ergo cū creuissent, eiecerunt Iepte, dicen tes. Hæres in domo patris nostri esse nō poteris, quia de adultera matre natus es. Ecce quomodo duplex fi gura declarat intentum, videlicet, ꝙ filij illegitimi, i. peccatores non habebunt hæreditatem illā supernam & cœlestem, quæ solis filiis legitimis per gratiam debetur, quia etsi tales sint filij Dei per creationē, non tamen per imitationē. Sed potius quantū ad hoc sunt filij diaboli, prout aperte illis improperat Christus in hodierno euang. dicens. Vos ex parte diab. &c.

In pręsenti ergo euāg. de tribus principaliter fit mē tio, videlicet, De diuini verbi vtilitate. In princ. euāg. De iudaicæ libertatis defensione. ibi. Qui facit pctm̄ &c. De dānabili filiatiōe, ibi. Vos ex patre diabolo &c.

Primo igitur fit mentio de diuini verbi vtilitate, quæ est triplex.

Primo est, quia facit hominem verum Christi disci pulū, ut enim refert euang. Io. in hodierno euāg Chri stus semel dixit ad eos, qui crediderant ei ex Iudęis. Si manseritis in sermone &c. Loquebatur ergo non omnibus iudęis, sed illis tantum, qui de nouo cępe runt credere in ipsum. Et quia tales erant adhuc im perfecti, ideo nos admonet perseuerantiam in fide, & sancto proposito, di. Si manseritis in sermone meo, interl. i. in fide, quæ in vobis incœpit esse per sermo nem meum. Vel si manseritis in sermone meo, id est in me, qui sum sermo patris. Manseritis, inquam, per amorem & charitatem. Vel si manseritis in sermone meo, i. in bono proposito, quòd incœpit esse per sermonem meum. Vbi notandum, ꝙ debemus mane re in sermone dn̄i, i. in lege ipsius, tripliciter. Primo quidem per fidei stabilitatem, vt non seducamur.

Ps.

Ps.Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumē semi tis meis. Secūdo verò per continuam meditationem, vt in illo iugiter meditemur, & de nobis verificetur il lud Ps.In lege dñi meditabitur die ac nocte. Tertio au tem per feruentē affectionē, vt in illum nitamur per boni operis exercitationem, Psal. In lege dñi voluntas eius. Ecce qūo, & qualiter manendum est in sermone dñi. Sequitur. Verè discipuli mei eritis. Ergo discipu li bonitatis, iustitiæ, & veritatis, vt dicit interl. O quā tæ uirtutis excellentiæ, & dignitatis est Christi ver bum deuotè auditum, & memoriter retētum, maximè cum faciat hominem discipulum Christi veracem, magnum enim priuilegiū est esse Christi discipulum. Nā quanto magister maior est, tanto discipuli eius su blimiores sunt. Et nota secundū Aug. de verbis dñi, ser. 48. vbi exponit præsens euāg. ꝙ Christus nō dixit. Si audieritis sermonē meū, aut si laudaueritis ipm, sed si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. Multi.n. audiunt sermonē dñi, q tñ ꝓpea non sunt discipuli dñi, vt curiosi. Similiter multi laudant sermo nem dñi ex ore prædicatoris prodeūtē, qui tñ nō sunt discipuli dñi, vt homines mundani, & fortè adulatores, & dolosi. Maneamus ergo charissimi in sermone dñi, vt valeamus esse eius discipuli. Et hæc est prima vtilitas manendi, & manentium in sermone Domini.

Secunda vtilitas manendi in sermone Dñi, est veritatis cognitio, quia cognoscetis veritatem, quam sup. oculus non vidit, quam non creditis, & quæ modo tecta carne loquitur uobis, vt dicit interl. Cognoscetis ergo veritatem, i. me ipsum, qui sum uia, ueritas, & vita, Ioan. 14. Cognoscetis inquam, hanc veritatem, in præsenti quidem per fidem, in futuro verò per apertam uisionem. Vel cognoscetis veritatem triplicem, videlicet doctrinę quam ego doceo, gratiæ quam ego confero, & glorię in qua permaneo. Sed circa hoc notandum quòd multi nolūt cognoscere ueritatem, vt cum maiori libertate peccent scd̄m eorū æstimationē, sicut sunt multi vsurarij, simoniaci,

 adulteri,

adulteri,& similes. Et ignorantia talium cũ sit affe-ctata, aggrauat peccatum. Alij autem cognoscunt veri tatẽ, sed tñ eam non faciunt, sicut sunt illi, qui peccãt ex certa sciẽtia. Et isti adhuc grauius peccãt. Luc. 12. Seruus sciens voluntatẽ domini sui, & nõ faciens, pla gis &c. Alii verò libenter cognoscunt veritatẽ de fa-cto alterius, sed non de proprio facto. Et hmõi sunt il li, qui currunt post prædicatores carpentes & reprehẽ dẽtes uitia ecclesiasticorũ, aut officiariorũ publicorũ. Quis si quid dicatur, ꝙ eos visceraliter tangat, illud non libenter audiunt, sed qñq; indignati recedunt. Nam vt dicit Terentius, Veritas odium parit. Nam homines se habent ad veritatem audiendam, sicut se habent ad recipiendũ aquam benedictam. Cum enim sacerdos incipit aquam benedictam dispergere totus populus occurrit, & se nititur quilibet approximare sacerdoti, vt aquam benedictam recipiat. Sed si sacer dos sit liberalis de hmõi aqua, & det eis abundanter in facie, statim se auertunt & fugiunt, vel se ab aqua defendunt. Ita hoc modo contingit apud homines de veritate. Multi.n.tam nobiles, quàm simplices cùm audiunt de aliquo prædicatore, ꝙ dicit hominibus ve ritatem, libenter eum audire volunt & desiderant. Sed si contingat ꝙ ad eos declinet, & de aqua sua benedi cta illi det, eos árguendo, & increpando uitia, quibus subiacent, statim murmurant, faciẽ auertunt, pctã sua defendunt. Et hoc est, ꝙ ait Apost. 2. Tim. 4. A uerita-te quidem auditum auertent, ad fabulas autẽ conuer tentur Et sic patet de secunda utilitate auditionis di uini verbi.

Tertia vtilitas auditionis diuini uerbi, quæ hic tã gitur, est à malis liberatio, ꝗa veritas liberabit vos, Ps. In corde meo abscondi eloquia tua, ut nõ peccẽ tibi. Sed in contrarium potest obiici. Ecce.n.malefactor, ꝗ ex cõfessione sua adiudicatur suspẽdio. Falsum est er-go, ꝙ veritas liberet hominẽ. Et de hoc extat hist. Ios. 6. de Achor, ꝗ postꝙ cõfessus est furtum suũ, statim ad præceptum ipsius Iosue, qui erat dux, & iudex populi

lapi-

lapidatus est ab vniuerso populo. Rñdeo, Veritas volũtariè recognita & confessa semper liberat à morte culpæ & gehennæ, sed nõ semp à morte corporali. Et ita exponit hunc passum Chrys. super Ioan. homil. 53.

Quæritur circa hunc textum, si accusatus de aliquo crimine teneatur semper fateri veritatem. Ad hoc dubium respondet B. Th. quodli. 5. art. 6. vbi quæritur Vtrum mulier accusata de adulterio teneatur in iudicio confiteri reatum suum. Ad quam quæstionẽ respondet per talem distinctionẽ, quia aut peccatum est omnino occultũ, aut aliquo modo notũ, vtpote q̃a p̃cessit infamia, vel apparent aliqua signa euidẽtia, quę possunt facere vehementem suspicionem, vel est semiplenè probatum. Si primo modo, tunc mulier nõ tenetur recognoscere peccatum suum iudici in foro exteriori, eo q̄ peccata occulta reseruantur soli iudicio diuino. Caueat tamen ne mentiendo neget peccatũ, sed per debitum modum euadat confessionem delicti sui occulti, siue tacendo, siue aliàs. Si secundo modo, tũc talis mulier tenetur sub pęna peccati mortalis fateri peccatũ suũ, & hoc intelligitur quãdo iudex procedit secũdũ formã iuris. Secus aũt si p̄cederet ordine iuris prætermisso, vt dicit idem doctor. 2. 2. q. 69. art. 1. Illi ergo iudices & prælati, qui exigunt veritatem à subditis super aliquo facto, aliquo mõ noto, modo prius exposito, obseruando ordinem iuris, monentes reos ad uerã confessionem casus sui, promittentes, q̄ veritas liberabit eos, & ideo non timeant dicere veritatem, bene agunt, dummodo istud referant ad liberationem à culpa, vel à morte æterna, vt dictum est. Vel q̄ veritas liberè confessa apud pium & rectum iudicem liberat reum à pœna tẽporali. Non quidem simpliciter, & à toto, sed à tanto. Solet. n. bonus iudex mitius agere cum liberè confitente reatum suum, q̃ cum illo qui nihil vult recognoscere, nisi vi tormẽtorum, aut alias legitimè conuictus. Et sic patet ad quæstionem.

Secũdo principaliter in p̃senti euang. fit mentio de iudaicæ libertatis defensione Quia. n. Christus prius

uppoſuerat, ꝙ iudæi erant ſeruituti obnoxij; promiſeratq; illis, ꝙ ſi uellent in ſermone eius manere, i. in ipſum credere, ꝙ veritas liberaret eos, i. ipſemet, qui eſt veritas æterna: ideo voluerũt defendere ſuam libertatem, & probare ſe liberos. Et quia eſt triplex libertas, videlicet naturalis, ſpiritualis, ſupernaturalis, ideo voluerunt probare ſe liberos illa triplici libertate. Sed in omnibus allegationibus, & defenſionibus ſuis conuincit eos Chriſtus de mendacio euidentiſſimè, & apertiſſimè, ut patebit in deductione.

Primo igitur iudęi voluerunt defendere ſuã libertatem naturalem, dicentes. Semen Abrahæ ſumus, i. filiis Abrahæ ſumus. Sed ſic eſt, ſupp. ꝙ ipſe Abraham fuit liber libertate naturali ſeu carnali: ergo & nos, iuxta illud cõe prouerbium. Patrem ſequitur ſua proles. Iudęi ergo tanquã ſuperbi in prædicto verbo efferũt genus ſuũ, vt dicit interl. Et his ſimiles ſunt multi Chriſtiani, qui inaniter de carnis origine gloriãtur, dicentes. Talis Prælatus, Ep̃s, vel Abbas: vel talis nobilis, & generoſus homo, ſeu talis, vel talis mercator demonſtrato aliquo diuite, vel potente, talis eſt de parentela mea. Item talis, vel talis domicella, uel burgenſis, ſeu mulier potens, & huiuſmodi. Vbi verò habent aliquem conſobrinũ, ſeu conſanguineum, uel affinem inopem, & mendicum (Gall. poure trupelu) de illo ſilent, quinimmo ſi ponatur ab alijs in mediũ erubeſcunt uehementer, ꝙ alij ſciant talem illis attinere. Ad hoc propoſitum facit fabula, quæ narratur de quodam mulo à quo cum quæreretur, quæ fuiſſet mater ſua. Ego, inquit, ſum filius magni equi Hãnibalis. qui dicebatur Butifar, cũ quo fecit tot victorias. Non interrogo te, inquit alter, de patre tuo, ſed tm̃ de matre, Ille autem veritus eſt dicere, ꝙ fuiſſet una paupercula aſina. Ita in propoſito. Et quòd grauius eſt, atque oẽm humanã malitiã excedit, nonnulli ſunt adeo inflati uẽto ſuperbiæ, vt negẽt ſuũ genus, nec recognoſcere uelint ꝓgenitores cõſanguineos ſuos, ſi fuerint pauperes, vt dictũ eſt in fine ſermonis pręced. Deu. 32.

Eſt

Est generatio quæ dicit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos. Noui.n. quendam scholarem Parisien. valde elatum, & efferentem vsq; ad cęlū genus suū, ita vt videretur de stirpe regia processisse, cum tamen esset de infima plebe procreatus, & de post fœtantes acceptus. Cumq; pauperculus eius pater vix habens panem grossum ad edendum, de Andegauia vsq; Parisius gratia eum visitandi se transtulisset, & à casu in ingressu collegij illi obuians cū multitudine clericorum eum salutasset, dicens. Fili mi qūo valetis? Ille negauit eum esse patrē suum, verecūdia ductus. Ad quē pius pater cū lachrymis ait. O fili, & nunquid estis talis? Certe mater vestra dedit mihi semper intelligere, ꝙ essetis filius meus. Sed nunc dubito. Nec certe talis scholaris quem bene noui, & eua sit iudiciū Dei in præsenti, vt patuit per diros dolores corporis sui, qui tandem eius extinxerunt spiritū. Sed adhuc dato ꝙ aliquis sit de magno genere, nō debet tñ propterea gloriari, sed animaduertere debet, ꝙ vt dicit Boetius de consola. lib. 3. metro. 6. Omne hominum genus in terris simili surgit ab ortu. Vnus rerū pater est, vnus cuncta ministrat. Propterea Chrys. sup Matt. in opere imperfecto homil. 4. dicit sic. Quid prodest ei quē sordidāt mores, generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornāt? Ipse se vacuum ab omnibus bonis actibus ostendit, qui gloriatur in patribus &c.

Notandum est autem, ꝙ triplex est differentia personarum inaniter gloriantium & dicentium, Semen Abrahæ sumus.

Prima differentia est nobiliū clericorum, quibus videtur, ꝙ ratione suæ nobilitatis debeat cū eis de facili dispēsari sup pluralitate beneficiorū. Et similiter ꝙ debeant præferri in beneficijs electiuis, alijs nō nobilibus, aut minus nobilibus. Quis si sic fiat, mortale pctm̃ est, qa ad acceptionē personarū ptinēt quæ prohibentur Deut. 1. vbi loquitur dominus, dicens. Non accipiētis cuiusquā personam. Nam secundum B. Th.

 2.2.q.63.

2.2.q.63.artic. 1. Acceptio personarum est cũ qs cõsiderat in eo cui aliquid cõfertur, nõ causam ꝑ quã id quod illi confertur est illi debitum, aut proportionatum, sed solum considerat personam, cui aliquid cõfertur, vtpote quia nobilis, aut consanguinea, siue potens in temporalibus, & huiusmodi. Hoc autem graue peccatum est, vnde Hier. in originali super Amos prophetam. Absit domine, vt in tabernaculo tuo Xp̃i pauperibus præaccipiãtur personæ diuitum, aut Christi ignobilibus nobiles, quoniam potius infirma mũdi elegisti, vt confunderes fortia. Sed non óbstantibus his prohibitionibus, communiter fit totum oppositum. Propter quòd dicit Ambr. de offi. lib. 2. quòd inter omnia peccata sacerdotum, vnum maximum est, quòd non causas, sed personas considerant, & despecto iusto paupere, iniustos diuites honorant. Hæc ille. Secunda differentia eorum, qui dicunt, Semen Abrahæ sumus est, multorum religiosorum descendẽtium forte ex stirpe nobili, qui inde gloriantur, se extollentes hac de causa super eos, qui de abiecta plebe forte descenderunt, quanuis tales sint religioni minus vtiles, quàm qui de post fœtantes venerunt. Volũt. n. supportari in his, quæ religionis onera concernunt, sed in gratuitis, & honoribus, atque promotionibus anteferri etiã, vsque ad præsidentiã domus. Ad quam cum peruenerint, tunc incipiunt ambulare in magnis, & mirabilibus supra se, incedẽtes cũ insigni põpa, & apparatu multo, ita vt nihil differãt à secularibus, nisi forte in aliquali forma habitus. Quis, si qs audeat eos monere, vt abstineant tãtis insolẽtijs, quæ minime decẽt viros religiosos, & respõdent, & dicũt, Semẽ Abrahæ sumus, i. de magna domo processimus, & iõ pro honore domus satis expedit, vt teneamus statũ. Et ꝑ hunc modum allegant excusationes in pc̃tis. Tertia differentia personarũ dicẽtiũ. Semẽ, &c. est multarum monialium, non dicam sanctimonialium, quia nulla sanctitas in eis relucet, sed potius vanitas, superbia, & põpa, ita vt ornatius suo modo incedãt, quàm

sorores

ſorores earum in ſeculo degentes. Hæ ſunt quæ incē
dendo dinumerant greſſus ſuos. Veſtes caudatas ad
modum pauonum poſt ſe trahentes, ancillam vnam
vel plures ad officia cellarum ſuarum, ſed potius latiſ
ſimarum domorum habentes Non ſorores, ſed domi-
næ vocari volentes, & huiuſmodi. Quæ ſi ſuper huiuſ
modi exceſſibus & abuſibus damnabilibus reprehen-
dantur, ſtatim reſpondent, & dicunt, ſemen Abrahæ ſu
mus, i. de nobili, & generoſa domo proceſſimus. Et
ideo videtur bene nobis, ꝙ poſſumus talia facere abſ-
que culpa. Sed vtinam tales vanæ mulieres bene no-
tarent verba Hier. q. 3. parte epiſtolarum ſuarũ: epiſto
la 22. ad Cellentiam ſcribit, dicens: Nulli vnquam te
de generis nobilitate præferas, neque obſcuriores
quaſq; & humiliore loco natas mulieres te inferio-
res putes. Neſcit n. religio noſtra perſonas accipere,
nec conditiones hominũ, ſed animos inſpicit ſingu-
lorum. Seruũ, & nobilem de moribus pronuncia. Sola
apud Deum libertas eſt non ſeruire peccatis. Summa
apud Deũ nobilitas eſt clarũ eſſe virtutibus. Hæc ille.
Secundo iudęi hodie voluerunt defendere ſuã liberta
tem ſpiritualem, dicentes. Nemini ſeruiuimus vnquã.
Ac ſi dicerent. Non coluimus idola, ſicut gentes, qui
ignorãt Deũ. Sed tantum coluimus vnum verũ Deũ,
qui fecit cœlũ, & terram, mare, & oĩa quæ in eis ſunt.
Quomodo ergo tu dicis, liberi eritis? Sed ſiue iudæi
referãt prædictum verbũ, Nemini ſeruiuimus vnquã,
ad ſeruitutem tẽporalem, ſiue ad ſpiritualẽ, aperte mẽ
tiuntur. Primum. n. probat euidẽter Chry. hom. 53. ſu-
per eodem verbo, ita inquiens. Iudæi in hoc mentiti
ſunt inaniter ſe iactantes de libertate. Sæpe. n. olim
ſeruierãt & Aegyptijs, & Babylonijs atq; alijs multis.
Sed qm̃ nolebat Chriſtus cũ eis contendere niſi ad ſa
lutem tantum, ideo eos non reprehendit de ſeruitute
carnis, quamuis potuiſſet in medium adducere eorũ
ſeruitutem per annos quadringentos in Aegypto. Itẽ
aliam per annos 70. in Babylone. Item ſub iudicibus
nunc duorum annorum, nunc 7. nunc 10. Hæc ille. Itẽ

Aug.

August.super Ioan.tractatu 40. exponens prædictũ iudæorum verbum.Nemine seruiuimus vnquã, inuehit in eos,dicens.O pellis inflata.Heu quomodo verũ dicitis? Nemini seruiuimus vnquam? Nunquid Ioseph venundatus est?Nunquid sancti prophetæ in captiuitatẽ ducti sũt? Nunqd patres priores in Aegypto lateres faciebant,& regibus duris non in auro & argẽto, sed in luto seruiebant.O ingrati iudæi,si nemini seruistis vnquam,quid est ergo quod assidue vobis imputat Deus,ꝙ vos de domo seruitutis liberauit? Quis si cõcedatis patres vestros seruituti fuisse obnoxios, non autem vos qui loquimini,quod si sic, qũo ergo soluebatis tributa Romanis? Ecce ergo iudæorũ vana superbia.Ecce eorundẽ responsio mendosa,quæ gloriãtes dicunt.Nemini seruiuimns vnquã.Si aũt referant dictũ suũ ad spiritualem seruitutem,adhuc apertè mẽtiuntur. Hoc aũt probat ipse Christus in textu simul respondens ad obiectionem eorundem iudçorum,per quam voluerunt probare suam libertatem spiritualẽ dicentes.Nemini seruiuimus vnquam.

Sequitur ergo responsio Christi ad prædictam iudæorum rationem & defensionem,cum ait illis. Amẽ amẽ,i.vere vere dico vobis, qa oĩs qui facit peccatũ, siue talis sit nobilis,aut ignobilis, diues, vel pauper, græcus,vel latinus,Imperator,vel rusticus,[Seruus est peccati,] Minor quæ suppletur, est talis. Sed vos iudæi facitis peccatum eo, scilicet quòd non creditis in me, quinimmo vocatis me dæmoniacum, & quçritis me interficere. Igitur estis serui, & non liberi libertate spirituali. Ista consequentia est nota & bona, & præmissæ sunt veræ, ergo conclusio. De minore quidem eam non poterant iudçi negare, propter rei euidentiã. Sed restat probare maiorẽ,s.ꝙ omnis qui facit peccatum seruus sit peccati. Hãc aũt poterat Christus ꝓbare multipliciter. Tũ primo quia serui vilissimè induũtur exterius. Sic & peccatores interius. Psal. Induantur sicut diploide confusione sua. Tum secundo, quia serui reputantur viles, & nullius æstima-

æſtimationis. Sic & peccatores præſertim notorij quoad viros iuſtos & bonos. Pſal. Opprobrium hominum, ſupple ſunt, & abiectio plebis. Tum tertio, quia ſerui multum occupantur in labore. Sic & peccatores Hier. 16. Seruietis dijs alienis, qui non dabunt vobis requiē die ac nocte. Nam magiſter eorum diabolus occupat eos de die circa auaritiam, & circa multa alia peccata. De nocte vero circa venerea. Ecce quomodo potuit Chriſtus probare propoſitionem maiorem aſſumptā, videlicet qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Sequitur in textu. Seruus autem, id eſt peccator non manet in domo in æternū. Hunc text. exponit glo. interl. de domo Eccleſiæ militantis, in qua non ſemper manet peccator, quamuis intret in eam, ſaltem in baptiſmo. Si autem ſit quæſtio de domo Eccleſię triumphantis, tunc ſatis conſtat, ꝙ ibi nunquam manet ſeruus peccati, ſed tantum filius Dei per gratiam, aut filius eius per naturam, qui in vtraq; domo ſemꝑ manet, licet aliter, & aliter de quo ſubditur, Filius aūt manet in domo in æternum. Qui ſolus poteſt à peccato liberare; vt dicit interl. Si ergo filius, i. ego ipſe qui ſum filius Dei patris vos liberaui. In præſenti quidem à ſeruitute peccati, in futuro autē à corruptione carnis, vere liberi eritis. Et de theſauro quo facta eſt hæc liberatio à ſeruitute peccati loquens Petrus in ſua 1. can. c. 1. dicit ſic. Nō corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione, ſed præcioſo ſanguine Agni immaculati.

Deinde ſequitur Chriſti reſponſio ad primā iudæorum defenſionem & obiectionem, cū dicebant, Semen Abrahæ ſumus. Quibus ait Xp̄s. Scio quia filij Abrahę eſtis, gl. interl. carne, ſed nō imitatione, & ꝑ cōſequēs non eſtis veraciter liberi, Sed queritis me interficere, & ita degeneres oſtēditis vos eſſe, quia ſermo meus non capit ī vobis, i. in cor veſtrū. Qui tamen merito deberet in vobis capere, quia ego quod vidi apud patrem, id eſt in æqualitate patris æternaliter cum eo manendo, loquor manifeſtando nō à me fingēdo. Vos

autem

aũt quæ vidiſtis apud patrem veſtrum,i.diabolum,cu ius filij eſtis imitatione,facitis.i. opere impletis quã tum in vobis eſt.Sed iterũ ad hęc Chriſti verba replicant iudæi,dicentes.Pater noſter Abraham eſt.Ideo vide quid cõtra ipſum dicis.Quib. ille ait.Si filij Abrahæ eſtis,opera Abrahæ facite.q.d.ſecundũ glo.interl. Factis & operibus probate,& non tantũ verbis,ꝙ filij Abrahæ ſitis.Taliter ẽt reſpondendum eſſet illis religioſis vanis,qui gloriantur de patronis ſuarum religionum.v. g.Vos monachi ſi filij beati Benedicti eſtis opera & regulam eius facite,& opere implete. Similiter vos fratres Prędic. ſi filii eſtis B. Dominici opere eius facite.Et ſimiliter uos fratres Minores , &c.

Sed dubitatur de ſenſu illius propoſitionis Chriſti. Si filij Abrahę eſtis,opera &c.Videtur.n.ex hac ſequi ꝙ licitum eſt vnicuique habere duas vxores. Itẽ ſeipſum circuncidere.Item filium ſuum uelle immolare. Item ſacrificiũ de pecudibus dño efferre , maxime cũ hæc opera fecerit ipſe Abraham.Reſpondeo,Chriſtus voluit per prædicta uerba innuere,quòd Abraham eſſet in omnibus imitandus , ſed in his quæ ſequuntur & ſimilibus . Primo quidem in fidei opere . De eo.n. legitur Gen.15. ꝙ credidit Abraham Deo , & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.Hoc autem fuit quando credidit Angelo nuncianti ſibi conceptum Iſaac,ut habetur vbi ſupra . In hoc igitur opere debemus imitari Abraham,credendo firmiter articulos fidei. Itẽ diem iudicij , item pœnas æternas paratas reprobis,& præmia cęleſtia præparata bonis. Secũdo uerò in obediẽdi prõptitudine, Abraham.n.obediuit Deo præcipienti ſibi rem difficilimam , ſcilicet filij ſui immolationem.Quem de facto occidiſſet,ſi Deus non prohibuiſſet,vt patet Gene. 22. In hoc opere debemus imitari Abraham parendo diuinis præceptis promptè, & delectabiliter. Item parendo ſuperioribus noſtris propter Deum.Tertio autem in ægenorum, & peregrinorum ſubuentione. Abraham.n.valde deditus fuit operibus pietatis,& hoſpitalitatis. Propter ꝙ meruit Angelos

hoſpitio

hospitio recipere. Gen. 18. In hoc opere debent diuites imitari Abraham, vt tandem mereantur audire à domino illud Matt. 25. Hospes erã, & collegistis me. Quarto denique in pacis amore. Abrahã. n. fuit valde amator pacis & concordiæ, adeo vt diceret ad Loth filium fratris sui. Non sit quæso iurgium inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos. Fratres. n. sumus. Gen. 13. In hoc igitur opere debemus imitari sanctum illum patriarcham Abraham, vt si possibile est, quod ex nobis est, cum omnibus hominibus pacẽ habeamus, vt nos admonet Apo. Ro. 12. Et hoc in cultu Diuini feruore. Abraham. n. fuit valde feruens in cultu diuino: In cuius rei signum legitur de eo Gen. 12. ꝙ plura altaria ad Dei honorem construxit. Item primitias & decimas Deo, & eius ministros soluit, ut patet Gen. 14. In hoc igitur oꝑe debent oẽs ipsum Abraham imitari, & signanter quantum ad hoc, ꝙ est Diuino honori intendere. Specialiter autem diuites quantum ad hoc ꝙ est altaria & loca sacra ad Dei honorem & Diuini cultus augmẽtum erigere & ædificare. Similiter omnes habentes possessiones, & quæ fructificant, quantum ad hoc ꝙ decimas fideliter & secũdum morẽ patriarum soluere. Sexto & vlt. in spirituali circuncisione. Abrahã. n. circuncidit seipsum cum tota familia sua, vt habetur Gen. 17. In hoc itaque opere debemus imitari Abraham, nõ quidem carnaliter, sed spiritualiter nos circuncidendo, vtpote auferendo â nobis omnẽ superfluitatem, tã bonorũ tẽporaliũ, q̃ prauarũ cógitationũ ẽt ociosorũ sermonũ, & generaliter omnium malorũ operum. Ecce charissimi audistis in quibus debemus imitari sanctum illum virum Abraham, de quo in hodierno Euangelio locutus est Christus iudæis, & per consequens omnibus veris Christianis, dicens. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.

Tertia iudæi voluerunt hodie defendere suã libertatẽ supernaturalem, dicentes Christo. Nos ex fornicatione supple spirituali non sumus nati, sicut supple

gentiles

gentiles,qui fornicantur ſpiritualiter cū multis dijs: Nos autem vnum verum,& ſolum Deum adoramus,& hoc eſt,quod aiunt ſecundum Euangeliſtam. Vnū patrem habemus Deum.

Sequitur Chriſti reſponſio, in qua oſtendit iudæos mendaces,& ꝙ non habent illā libertatē ſupernaturalem de quo gloriantur, dicens illis. Si Deus pater veſter eſſet,videlicet per dilectionem,& obedientiam, atque imitationē,vos vtique diligeretis me, quia ſum omnino idem cum eo.Cū ergo ſupple non me diligatis conſequens eſt,ꝙ Deus non eſt pater veſter,neque vos filij eius eſtis. Sed habetis alium patrem, de quo poſtea ſequitur Textum autem inter medium breuitatis cauſa pertranſeo.Et ſic patet de triplici diſputatione habita inter iudæos,& Chriſtum.

Tertio principaliter in præſenti euangelio fit mentio de damnabili, & execrabili filiatione cū ſubditur. Vos ex patre diabolo eſtis. Non quidem naſcendo,ſed imitando,vt dicit gl.ord. Nam vt dicit Aug. lib.1.quæſtionum euangeliorum.c. 6. In tantum quiſque filius eſt diaboli, inquantum eum peccando imitatur. Et de pę.diſt.2. cuius, dicit idem Auguſt. ꝙ cuius opera quiſque facit,eius filius comprobatur.Quamuis ergo diabolus poſſit eſſe incubus mulieri, & ſic quodammodo generare,ſcilicet tranſportando ſemen deciſum à viro, & reponendo in vaſe generationis mulieris, prout nonnulli dicunt Gigantes olim fuiſſe genitos, non tamen hunc intellectum habuit Chriſtus, cum improperauit iudæis,ꝙ ex patre diabolo eſſent.Sed ſolum voluit innuere, quod illius eſſent filij per imitationem. Et per hunc etiam modum non ſolum iudęi, verum etiam omnes mali Chriſtiani filij ſunt diaboli. Et de iſto patre dicit Chriſtus tria in præſenti textu.Primo enim vocat eum homicidam.Ecce primus titulus honoris,quem dat illi,dicēs. Ille homicida erat ab initio.Vbi nota,ꝙ aliqui hæretici dixerunt dæmones naturaliter malos,ſ.à principio ſui eſſe,ſic qđ nunquam fuerint boni: ſumentes fundamētū ſui erroris

ex prædictis verbis. Ille homicida, &c. Sed Aug. lib. 11. de ci. Dei. ca. 13. dicit, ꝙ diabolus aliquando fuit bonus. Et probat istud per hoc, qđ immediate sequitur ĩ veritate nõ stetit, supple in qua creatus est. Dicitur ergo homicida ab initio, scilicet generis humani. Scđo vocat Christus diabolum veritatis transgressorẽ, quia in veritate, supple gratiæ, in qua conditus fuerat non stetit. Nã ab ea superbiẽdo statim recidit, quia veritas in eo non est. Neque veritas vitæ, vt constat, neq; doctrinæ, sed omninoda falsitas, sicut patuit quando dixit primæ mulieri. Nequaquam moriemini: sed eritis sicut dij sciẽtes, &c. Gen. 2. Tertio vocat eũdẽ diabolũ mendacij inuentorem, cum ait. Cũ loquitur mẽdacium, ex proprijs loquitur, i. ex proprijs adinuentionibus, & nõ ab alio seductus, qa mendax est, & pater eius, s. mendacij, eo ꝙ primo adinuenit illud. Ego autem, inquit Christus, si veritatem dico vobis quare nõ creditis mihi? Caueamus ergo charissime ne simus de numro taliũ, sed attente audiamus ipsum Xp̃m in euãgelio loquẽtẽ, vt tandẽ ipsum audire valeamus ad cęlestẽ gloriam nos benigne vocantem, & dicentem. Venite benedicti patris, &c. Quam nobis conce. &c.

FERIA VI. POST PRIMAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.



RAT dies festus iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Ioannis. 5.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de seruis fugitiuis. l. quicunque. dicit, quòd ad augmẽtationẽ delicti sequitur augmentatio pęnæ. Casus est talis. Sunt duo malefactores in vinculis constituti, quorũ vnus cõmisit tantum simplex furtum, alius aũt præter furtum cõmisit multa homicidia, vtpote explorator viarum existens. Qualiter ergo debet se habere erga eos iustus iudex? Certe in hoc, ꝙ dẽt maiori supplicio affligere

secundum

secundum, quàm primum, eo ꝙ vt dicit lex prædicta, ad augmentationem delicti, debet sequi augmẽtatio pœnę. Ista lex ciuilis est cõformis legi diuinæ: de qua Deutero. 25. Pro mensura peccati erit, & plagarũ modus. Item est conformis legi ecclesiasticæ, de qua. 23. q. 1. non afferamus. vbi dicitur, ꝙ pœnæ aggrauantur scd̃m qualitatem delicti. Et similiter in authenticis, vt fratrum filij. colla. 9. dicit, ꝙ maiora delicta maioribus pęnis, minora minoribus sunt punienda, & in delicto æquali propinquas esse pœnas.

Moraliter. Possumus exponere prędictã legẽ dupliciter, videlicet respectu diuersorũ, & respectu eiusdẽ.

Primo igitur respectu diuersorum. Verbi gratia. Capiamus duos viros, quorum vnus sit iudęus; alter vero Christianus, & peccent in eodem genere peccati, siue fornicando, aut adulterando, siue nomen domini blasphemando, aut huiusmodi: quis istorum grauius peccat? Certè Christianus cæteris paribus, & hoc ratione ingratitudinis gratiæ baptismalis: propter, qd̃ grauius punietur à Deo. Item potest dari exemplum de laico, & clerico seu religioso, qui si peccent eodem genere peccati, & cætera sint paria præter disparitatem status, constat, quòd secundus grauius peccat, quàm primus: & ideo grauius punietur ĩ foro Dei. Et hoc est, quòd dicitur 21. q. 1. scimus. Grauius puniũtur, qui fidem perceperunt, aut votum fecerunt, & in malis vitam finierunt: quàm illi, qui sine fide, aut voto mortui sunt. Huius etiam sententiæ est beatus Tho. 1. 2. q. 105. articulo 2 in sol. ad 9. vbi expresse dicit, ꝙ maiori peccato pęna grauior cæteris paribus debetur.

Secundo possumus eandem legem exponere respectu eiusdem hominis. Verbi, gr. Qui blasphemat, grauius peccat cæteris paribus, quàm q adulteratur, aut furtũ cõmittit. Cuius ratio est: quia peccata, quæ sunt contra præcepta primæ tabulæ simpliciter grauiora sũt, q̃ illa, q̃ sunt cõtra ꝓcepta secũdæ tabulę. Ex quo cõcluditur, ꝙ talis ẽ obnoxius grauiori pęnæ. Similiter

ter qui peccat ex maiori libidine, grauius peccat, q̃ q ex minori libidine. Et similiter, qui diutius ꝑseuerat in malo, & per consequens grauiori pœnæ se obligat in foro Dei, dicẽte scriptura. Apocal. 18. Quantũ glorificauit se, & in delicijs fuit tantũ date ei &c. Similiter, qui pluries peccat, aut qui post remissionẽ peccatorũ iterum recidiuat grauius peccat, & ex consequenti grauiorẽ pęnã incurrit. Nam vt dicit Grego. in moral. libro 18. c. 19. Auget reatũ culpę sequẽtis, præmiũ gloriæ præcedentis. Hoc aũt aperte insinuauit Christus in præsenti euãgelio, cũ ait paralytico ab eo curato. Ecce iam sanus factus es. Iam noli amplius peccare, ne deterius ti contingat.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Vis sanus fieri? Ioan. 5. Scribitur extra de iudæis. c. sicut iudæi, ꝙ iudęi non sunt cogendi ad fidem. Casus est talis. Aliquis princeps catholicus pugnans contra iudæos, tandem vincit eos vi armorum. Posthabitam igitur victoriã magnos & paruos, diuites & pauperes, viros ac mulieres præcipit suscipere sacrũ baptisma, & insigniri armis Christi sub pœna mortis. Quibus renuentibus iubet eos occidi. Quęritur vtrum talis princeps in hoc bene agat? Certe non, nisi aliud ponatur qđ faciat tales reos mortis, quia vt dicit, Clemẽs III. in præallegata decretali, iudæi non sunt ad fidẽ cogẽdi. Ad idẽ ẽt est quod habetur di. 46 de iudæis, vbi sic dicitur. De iudæis ꝓcepit sancta synodos nemini deinceps ad credendũ vim inferri. Cui. n. Deus vult miseretur, & quem vult indurat. Hæc ibi. Patet ergo, ꝙ iudæi nõ sunt ad fidẽ cogẽdi, sed tantũ benignè inuitãdi, vnde eadẽ dist. c. qui sincera, sic dicitur. Qui sincera intentione extraneos à Christiana religione cupiunt ad fidẽ rectam adducere, blãdimentis debent nõ asperitatibus studere.

Moraliter, Per Iudæos in proposito intelligo quoslibet pctõres. Nã oẽs tales sunt extra ecclesiam merito, quamuis non semper numero, vt patet de malis Christianis. hos itaque iudæos, id est peccatores non co-

 git

git dominus vt boni fiant, sed tãtum gratiose,& beni gne eos ad hoc idem hortatur, dicens illud Can.6. Reuertere reuertere sunamitis, i.anima peccatrix, reuertere reuertere vt intueamur te, nos supple pater, filius, & Spiritus sanctus, intueamur inquã te, s. oculo pietatis,& misericordię. pluries aũt repetitur ly reuertere, ad insinuandum magnũ desiderium, quod habet tota trinitas de salute peccatricis animæ. Itẽ Hie.3. loquitur idẽ dominus ad ipsam animam peccatricẽ, dicẽs. Tu fornicata es cũ amatoribus multis, i. cũ dæmonibus,& vitijs. Veruntamẽ reuertere ad me,& ego suscipiam te. Patet ergo, quòd dominus non cogit quẽquã benefacere, sed tantum dulciter inuitat; quia vt dicitur. 22.q.6. vides. nemo inuitus fit bonus. Et Greg. in quadam homil. Nemo inquit inuitus trahitur. Nemo ergo amodo conqueratur,& dicat. Si Deus vellet, nullus peccaret, & per consequens nullus damnaretur. Relinquit enim hominem in manu consilij sui, vnde dicitur Eccle.15. Et ideo sibi ipsi imputet,& non Deo peccatum suum,& finalem perditionem. Iuxta illud Oseæ 13. Perditio tua Israel ex te,&c. Quòd autem dominus neminem cogat ad bene agendum, siue ad cęlum intrandum, patet per illam parabolam, quæ ponitur Luc.13. vbi legitur, quòd homo quidam fecit cœnam magnam,& vocauit multos. Illi autem nolebant venire. Applicatio est facilis. Hoc idẽ etiam innuitur in euangelio hodierno, vbi legitur, quòd dominus dixit paralytico, per quem peccator designatur. Vis sanus fieri? Quasi super hoc suum consensum requirẽs. In præsenti ergo euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet De piscinæ descriptione, ibi. Erat autem Hierosolimis,&c. De ægroti curatione, ibi. Erat autem, ibi homo,&c. De iudæorum murmuratione ibi. Sabbatum est, non licet,&c.

Primo igitur fit mentio,&c. Pro quo notandũ, ꝙ vt ait euangelista, Erat dies festus iudæorũ, videlicet festum Pẽtecostes scd̃m Chrysostomũ. Ob illius ergo festi reuerentiam [ascendit Iesus Hierosolymam] Voluit

luit autem Christus illic ascendere in die festo, pp tria. Primo quidem vt se legi conformaret, q̃ præcipiebat vt ter in anno omnes masculi iudæorum præsentarent se in templo, videlicet in festo Paschæ, Pentecostes, & Tabernaculorum, seu dedicationis tẽpli, vt patet Exod. 23. Et quamuis Christus non esset legi subiectus, quia vt habetur. ff. de legibus. l. princeps legibus solutus est, nihilominus voluit in hoc se legi conformare, secundum illud Mat. 5. Non veni legem soluere, sed adimplere. Et istud est contra multos prælatos, q faciunt multas, & interdum pulchras, & bonas ordinationes, quas volũt inuiolabiliter obseruari à subditis, sed eas digito mouere nolunt. Volunt enim omnia esse communia, dummodo custodiant bursam, item quòd omnes sequantur communitatem seu communem locum refectionis, alias nihil habeant, & tamen laute epulari volunt in suis cameris, seu potius aulis regijs, & sic de alijs. Et tamen leges tam ecclesiasticæ, quàm ciuiles clamant honestum esse, ut conditores legum præ cæteris viuant secundum leges, quas statuerunt, vt patet 25. q 1. ideo item. C. de legibus. l. digna vox. Secũdo vero voluit Christus ascendere Hierosolymam in die festo, vt populum illic inueniret, quẽ doceret, & instrueret, & hoc ad honorem Dei patris. Psal. In medio populorum laudabo te. Tertio autem vt instrueret ĩ futuro Christianos ad ecclesiam debere conuenire in die dominico, & festo, & ibi diuina audire, præsertim missam, vt patet de consec. distin. 1. missas. Ascensus autem Christi ĩ Hierusalem designat ascensum cordis in Deum in die festo. Vnde vbi supra cap quando autem, dicitur, q̃ ante præfationem missæ sursum corda dicere monemur, & tunc præcipuè mẽtem ad dominum dirigere debemus. His ergo præmissis scribitur in textu descriptio piscinę cum subditur, Erat autẽ Hierosolymis probatica piscina, &c. Describitur ergo hæc piscina sex modis. Primo quo ad locũ, quia Hierosolymis. Secundo quo ad nomen, quia probatica: probatũ enim græcè, ouis dicitur latine. Dice-

batur ergo prædicta piscina probatica, i. lauatorium ouium, quæ ibi lauabantur priusquã domino in tẽplo offerrentur. Tertio quo ad dispositionem, quia quinq; porticus habens. Quarto quo ad habituationẽ, & frequentationem, quia in his iacebat multitudo magna languentium &c. Quinto quo ad cœlestem virtutem, quia Angelus Dñi descẽdebat secundũ tẽpus, & mouebatur aqua. Sexto quo ad effectũ & operationem, quia sanabatur vnus. Et qui prior descendisset, sanabatur à quacunq; detinebatur infirmitate. Ecce descriptio piscinę, secundum ordinem textus euangelij.

Queri aũt solet, vnde talis potestas, & virtus huius piscinæ. Ad quod solet cõmuniter respõderi, ꝙ ex tribus, primo quidem à ligno ex quo formata est, & fabricata crux Saluatoris. Quod quidem lignum ibi latebat, vt habetur in historia scholastica. Secundo vero ex hostijs domino offerendis, quæ prius ibi lauabantur, vt dictum est. Tertio autem ex motu Angeli, qui ꝑ singulos dies circa ortum solis illic inuisibiliter descendebat, & tunc sensibiliter mouebatur aqua.

Notandum est ergo, ꝙ ista piscina potest exponi dupliciter in generali, videlicet allegorice & moraliter, sed iterum vtroque modo tripliciter.

Primo igitur allegorice secundum glo. ord. ista piscina significat legem veterem. Quinque autem illius porticus quinque sunt libri Moysi. infirmi vero circundantes hanc piscinã vt curentur, iudæos designant. Sed hoc frustra, quia lex neminem ad perfectum adducit. He. 7. recte autem dicitur in textu, quòd in circuitu piscinæ erat multitudo cęcorum, claudorum, & aridorum, quia re vera iudici sunt cęci, eo ꝙ non habent verum lumen fidei. Item sunt claudi, quia se inclinant versus terram per inordinatum apetitum temporalium Vnde maximè vacant vsuris & temporalibus lucris per fas & nefas. Item sunt aridi per defectum humoris gratiæ & charitatis tam ad Deum q̃ ad proximũ. Hi ergo infirmi expectant aquę motũ, i. gratiam humanæ redemptionis, sed certe frustra, maximè

maxime cum iam sit facta. Iã enim descẽdit Angelus de cœlo, i. Dei filius latens in carne humana, qui uocatur magni consilij angelus, Esa. 9. Et nota q sicut angelus descendebat secundum tempus determinatum in piscinam, ita & Dei filius secundum præfixum, & determinatum tempus descendit à patre in mundum, secundum illud Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium &c.

Secundum allegoricè hæc piscina designat sacrum fontem baptismi, in quo omnis infirmitas spiritualis quantumcunq; grauis, & periculosa sanatur, ut habetur de consec. dist. 4: paruulo &c. per baptismũ: item extra de baptismo, & eius effectu per totum. Propterea Aug. super Ioan. tractatu 13. dicit, q sicut non caruit populus Israel populus Aegyptiorum, nisi cum venisset ad mare rubrum, ita nemo caret præssura peccatorum, nisi cum ad fontem baptismi venerit. In cuius etiam figuram legitur Exo. 14. de Aegyptiis persequentib. filios Israel, q submersi sunt in mari rubro, taliter q vnus ex eis non remansit. Applicatio est facilis. Nec quidem solum in hac piscina baptismi sanantur pestes, & infirmitates animæ, verumetiam interdũ & corporis. Vnde refert Aug. de ciu. Dei lib. 22. ca. 8. de quodam iudæo medico, qui apud Carthaginem degebat podagra laborãs. Hic ergo cum ad instantiã ipsius Aug. fuisset baptizatus, priori morbo deinceps minimè laborauit, nec vlterius pedes doluit. Refert etiã idem Aug. vbi supra de quodam paralytico, cui simile contigit. Ecce quomodo hæc piscina baptismi lauat non solum interius, verum & quandoque exterius, vt per sanitatem exteriorem, & uisibilẽ manu ducamur ad credendum sanitatem interiorem, & inuisibilem. Quinque autẽ porticus per quas fit ingressus in hãc piscinam, quinque sunt uulnera Christi, virtute quorum baptismus habet efficaciam abluendi animã ab vniuersis peccatis. Multitudo vero languentium in circuitu huius piscinæ expectantium aquæ motũ, multitudinem designat infidelium, & non baptizatorum.

qui libenter viderent sensibili signo virtutẽ huius sacramenti. Cum tamen olim nõ defuerint signa manifesta hoc attestantia, sicut expresse patuit in baptismo Christi, vbi audita est vox patris, dicens. hic est, &c. Itẽ Spiritus sanctus ibi visus est in specie colũbæ, Luc. 3. Sed quid designat, q non sanabatur nisi vnus? Certe p hoc significatur paucitas accedẽtium ad piscinã baptismi respectu non accedẽtium. Vel dic & melius, q hoc designat fidẽ vnius ueri Dei, quam debet habere quicunque baptizatur, præsertim si sit adultus; iuxta illud Eph. 4. Vnus dominus, vna fides, vnũ baptisma.

Tertio allegoricè, prædicta piscina designat statũ ecclesię militãtis. Quinq; porticus, quinq; sunt modi, quibus intratur in ecclesiã, i. ad ecclesiastica bñficia.

Prima igitur porticus vocatur porticus aurea. Et p hanc porticum intrant ad ecclesiastica beneficia diuites, & simoniaci. Et tales multi sunt, adeo vt dicat Ber. li. 4. de consideratione ad Eugenium Papam; scribens in hunc modum. Quem dabis mihi de tua vrbe maxima, qui te in Papam reciperet, precio seu spe pretij non interueniente? Nota de illis, qui resignant alijs beneficia sua, retenta pensione, tali tamen pacto, quòd anticipabunt illis sex vel decem annos non præstita cautione de restitutione fienda, vbi mors interueniret. Hæc enim est simonia palliata, sed audiãt sic intrantes ad ecclesiastica beneficia, Augu. ad fratres in eremo ser. 37. qui intitulatur de sacerdotibus. loquentem, & dicentem. Qui ecclesiam, vel præbendas, vel ecclesiarum introitus pecunia pro se, aut pro alio procurauerit, sciat quòd cum Giezi, & Iuda iam damnatus est, iam leprosus factus est, iam de templo domini expellendus est. Quare sic? Quia qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Hæc ille.

Secunda porticus dicitur regia, & per hanc plerũq; intrant filij nobiliũ, & potentum ad prioratus, abbatias, & vsq; ad cathedrales ecclesias, ad hoc fulti mãdato regio, & stipati armatorum ingẽti multitudinẽ,

contra

contra omnem æquitatem,& communē iuris dispositionem. Quo fit vt quandoq; effundatur sanguis hominum in tali introitu, & pariter polluantur sancta. Nam hodie plus valet manus regia in adipiscendis ecclesiasticis beneficijs & dignitatibus,quàm canonica electio & virtus Spiritus sancti.Olim.n.sufficiebat lucifero se facere æqualem Deo,isti autē volunt ascēdere supra Deum,& præualere contra eū, in hoc,ꝙ perturbant,atque impugnant canonicas electiones,& illos impediunt à possessione beneficiorū ecclesiasticorū,quos forte vacat Spiritus sanctus.Attedant ergo tales,si velint, q̃d dicat Aug ad fratres in eremo.vbi supra.Non intrat, inquit, per ostiū in ecclesiam qui ꝑ laicalem intrat portā.Non.n.laicis spiritualia tradita sunt,sed domini vicarijs.Vicarij aūt Dñi sunt qui vicem Apostolorum tenent. Castella aūt & villas suas laici dispensent,bona aūt Hipponensis ecclesię vigilāter attendant ne tangant.Hæc ille.Patet ergo ꝙ tēpore diui Aug. ista porticus regia piscinæ ecclesiasticæ erat clausa,nec aliquis etiam filius Regis,aut Imperatoris ꝑ eā intrabat ad ecclesiasticas dignitates.Postmodū vero domina ambitio, vel potius tyrannis eam aperuit,ita vt nec summus Pont.hac tēpestate eā claudere possit.

Tertia porticus dicitur sanguinis. Et ꝑ hanc hodie multi intrāt ad ecclesiastica beneficia tā curata,quàm non curata,vt sunt nepotuli,& consanguinei curatorū,priorū,abbatū,episcoporū,& supra.Hi.n.sunt, qui dicūt cū Psal.Hęreditate possideamus sanctuariū Dei. Deus meus,pone illos vt rotā,i.poni permittes, sed tamen non semper ad eorum salutem. Cum enim rota mouetur,vna pars alteri cedit, vtpote superior inferiori,& inferior succedit superiori, ita hodie ī multis ecclesijs cathedralibus,abbatialibus,& huiusmodi nepos,aut alius quoquo modo attinēs,beneficiū occupāti & decrepito ꝑ resignationē succedit illi,ille aūt tempore suo tantundem faciet consanguineo suo.Sed de hoc sufficienter dictum est, cum eius reprobatio-

ne prius, videlicet Fer. 3. Sunt autem alij qui intrant piscinam ecclesiæ per porticũ sanguinis absq; resigna tione, ut sunt consanguinei, aut affines prælatorũ, quibus conferuntur ecclesiastica beneficia, plus ad eorũ vtilitatem temporalem, quàm ad subditorum salutẽ. Sicut est videre de paruulis adhuc fermè sugẽtib. ubera nutricũ. Et certe magnus abusus est, & illusio Christi, atq; ecclesię, ut. s. conferantur mille animæ regendæ, aut decem millia, cui non committeretur fiducialiter vnicum pomum custodiendum. Idem practica de iam adultis gaudisseris, & absq; literis viris, quib. ratione consanguinitatis, aut propinquitatis conferũtur ecclesiastica beneficia. Hoc. n. ad personatum acceptionem pertinet, atq; per talem modũ non bñficiis, sed personis prouidetur. Noui. n. quendã magnũ principẽ, ad quẽ actualiter ludentem ad pilã cum quodam iuuene presbytero cum accessissent aliqui pro impetratione cuiusdam beneficij curati, nemini voluit dare nisi colludenti. Ecce quàm bene prouidit ecclesię.

Quarta porticus dicitur Romana. Et per hanc porticum intrant nonnulli clerici, qui post quam aliquẽ famulatum, & forte minus honestum præstiterunt alicui Cardinali ad Episcopo in curia Romana, tandem pro omni salario medio forte illius, cui seruierunt, aut aliàs impetrant aliquam gratiam expectatiuam, seu reseruatiuam, quia. n. iure cautum est, ne quis occupet beneficiũ aliquod uita comite occupantis, ut patet expresse extra de pactis, c. accepimus, & similiter 8. q. 1. Apostolica. vbi prohibetur episcopis successores sibi instituere, ideo aliqui adeunt curiam Romanam, qui modo prædicto, aut forte multitudine ducatorum obtinẽt gratias expectatiuas, seu reseruatiuas, per quas decernit summus Pontifex, ꝙ post mortem talis, vel talis curati, uel primi canonici talis, vel talis Ecclesiæ Cathedralis, aut collegialis, vult latorẽ præsentiũ inuestiri bñficio sic decedentis, nõ obstãtib. quibuscũq; in contrariũ facientib. Et ex talibus prouisionibus Romanæ curiæ sequũtur plerunq; multa mala,

vtpote

vtpote desideriũ mortis alienæ. lites & processus mirabiles, vno volente occupare huiusmodi bñficiũ iure patroni eũ præsentantis, alio iure ordinarij, alio iure priuilegij vniuersitatis, in qua ꝓmotus fuit, & hmõi. Item per hunc modũ prouidetur plerunq; Ecclesijs de personis minus idoneis incognitis, barbaris, & fortè linguam illius patriæ non intelligentibus, qui etiam in dictis beneficiis residere nullatenus intendunt, sed velut veri mercenarij neglecta animarum cura, solũ lucrum temporale quærunt. Sicq; diminuitur, aut omnino dimittitur diuinus cultus, & animarum cura intelligitur. Hospitalitas vbi impendi solebat, subtrahitur, Ecclesiasticorum iura depereunt, ędificia ruunt, populi deuotio attenuatur, & pauperibus clericis quãtumcunq; doctis non prouidetur, vt habetur in procemio pragmaticæ sanctionis. Itẽ multi alij abusus procedẽtes ex talibus prouisionibus curiæ Romanæ, qualicunq; nomine censeantur, siue reseruatiue, siue expectatiue, notantur in eadem pragmatica sanctione, ut patet ti. de collationibus. §. cui rei. Sancte ergo, & consulte sanxit sacrum Conciliũ Lateraň prout notatur extra de cõcess. pbẽ. & eccl. nõ vacã. c. nulla. ita statuẽs. Nulla Ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia Ecclesiæ tribuantur, seu promittantur alicui, antequam vacent, ne videatur quis desiderare mortem proximi, in cuius locum, uel beneficium se crediderit successurum. Et post pauca. Turpe est, & diuini pleaũ animaduersione iudicij, si locum in Ecclesia Dei futuræ successionis expectatio habeat, quàm ipsi etiam Gentiles condemnare curauerint. Super quo dicit gl. ꝙ pacta đ futura successione nõ valẽt, vt notatur. C. de pa. l. vlt. nisi forte de cõsensu eius, cuius est hæreditas. Et eodẽ modo non tenet promissio de præbenda nõ vacante, ẽt de consensu eius, qui tenet eam. Hæc in gl. Si ergo prædictum decretum Lateraň. Cõcilij iustũ sit, & sanctum, cur non custoditur? Cur passim infringitur? Cur tanto precio modicum plũbum Romæ uenundatur, ꝙ in Francia, aut Anglia uile reputatur? Cõsulendũ cer

te esset mercatoribus nostris illic se trāsferre, vbi plū bum tā carum habetur. Nam de facili de massa plūbi in immensum, & in breui ditari possent.

Quinta porticus dicitur parisiana. Et per hanc porticum intrant in piscinā Ecclesiæ nonnulli graduati, & ꝓmoti in vniuersitate Parisien. & hoc sub tit. nominationis. Secundum. n. tenorem & rigorem pragmaticæ sanctionis, vt patet tit. de collationibus. §. item placuit. Graduatis in aliqua vniuersitate & nominatis debent conferri duæ partes præbendarū & beneficiorum illius terræ partis, q̄ secundū decisionē concilij Basilień. est conferē da solis graduatis. Sed vt dicit ibi dē cōmentator, vix euadit aliquod beneficiū, quod nō fiat à talibus nominatis litigiosum. Propter qđ multi boni clerici distrahuntur à studijs, & multos sumptus habent facere antequā sint pacifici. Impediuntur siquidem huiusmodi nominati quātuncunq; docti & probatæ vitæ ab indoctis, & discolis, atque litigiosis clericis, vno dicēte tale beneficium vacans nō esse in turno nominationis, alio se immittente per diplomata regalia, alio iure gratię expectatiue, seu reseruatiue curiæ Romanæ. Quo fit vt curiæ tam Ecclesiasticæ, q̄ laicæ plenæ sint talibus materijs. Quod fortè est illis gratū, litigantibus vero tędiosum, laboriosum, & magnarū opū cōsumptiuū. Tādem aūt pro finali conclusione, vt in pluribus consulitur talibus, vt faciant apūctuamentū cum parte aduersa, & sic illudūtur pauperes graduati, & ad perpetuam fortè pauperiē rediguntur vnà cum parentibus suis, qui eos iuuerunt in prosecutione sui iuris. Taceo de beneficiis electiuis, circa quæ contingit esse maiores abusus tā ab intrinseco, i. ab electoribus, q̄ ab extrinseco, i. à principibus & laicis personis te multū, & vltra debitum intromittētibus de huiusmodi electionibus, ēt contra formam datam in dicta pragmatica sanctione. tit. de electionibus, in cuius fine dicitur, ꝙ nō credit cōgregatio Bituriceń. fore reprehensibile, si rex aut princeps regni sui, cessantibus tñ oībus cōminationibus, & quibuslibet

bet violentijs aliqñ vtantur præcibus benignis atque beniuolis pro personis bñmeritis, & zelantibus bonũ Reipublicę, regni & Delphinatus. Hæc ibi. Nota tu lector singula, & vide si cuncta fideliter obseruentur, & si nõ interdũ interueniãt in huiusmodi electionibus præces armatæ & cõminatoriæ, quæ etiã merito inducere possunt metũ cadentem in constantem virũ. Sed de hoc hactenus.

Qua aũt dicitur in Euãg. ꝙ in prædictis quinq; porticibus iacebat multitudo languentium, cęcorũ, claudorum, & aridorum, expectantium aquæ motum, designat multitudinem illorum, qui sunt ad literam corpore vitiati, vtpote claudi, gibbosi, monoculi, & huiusmodi, qui forte hac occasione ponuntur à parentibus in Ecclesia, & præsertim quando sunt de magna domo, quia viles essent in seculo, & inepti ad malitiã. Quamuis iura vetant tales promoueri ad sacros ordines, vt patet extra de corpore vitiatis, per totũ. Cũq; fuerint semel ad hoc dedicati & deputati, mox studẽt parentes illis procurare ecclesiastica beneficia cũ dispensatione, quia forte nondum habent tonsuram clericalem. Expectant ẽt interdũ tales lãguidi aquæ motum, i. mortem alicuius beneficiati, cuius beneficium expectant, vtpote in collatione, aut præsentatione alicuius sui generis existẽte. Sed interdũ iusto Dei iudicio cũ tales nitũtur ꝑ vnã porticũ descẽdere in huiusmodi piscinã, i. ecclesiasticũ beneficiũ, alius forte cautior descẽdit illic ꝑ aliã porticũ, & sic ars deluditur arte. Quis vero dicitur in euãg. ꝙ erat quidã homo prope piscinã habens 38. annos in infirmitate sua expectans aquæ motũ, & qui cõquerebatur se nõ habere adiutorẽ ꝗ poneret eũ in aquã post illius motionẽ, sicut multi alij habebãt, designat pauperes doctores, & scholares, ꝗ interdũ multo tpe sunt absque beneficio, aut prouisione ecclesiastica ẽt quandoq; sic improuisi decedũt. Et huius ratio est, ꝗa non habent auxiliatorẽ in curia principis, aut domo Episcopi, seu abbatis. Propter quod quilibet talis merito potest dicere il-

lud

lud psal. Considerabam ad dexteram, & videbã, & non erat, qui cognosceret me. Qui vero in curijs magnatũ habent amicos, & fautores, descendunt ad piscinã Ecclesiastici beneficij ante dictos pauperes. Vel dic, ꝙ ꝑ cœcos intelliguntur ignari, & imbecilles. Per claudos designantur simoniacè promoti, eo quòd non rectè incedunt. Per aridos vero significantur clerici indeuoti. Ecce quos habet hodie viros in circuitu suo Ecclesia, & qui iugiter expectant aquæ motum, i. aliquod beneficium. Et sic patet de triplici expositione allegorica.

Consequenter iuxta promissa videndum est similiter de triplici expositione morali dictę piscinæ.

Primo igitur moraliter dicta piscina designat sacramentum pęnitentiæ. Nam sicut in illa probatica piscina mundabantur corpora ab omni infirmitate, ita & in sacramento pœnitentiæ lauãtur peccatrices animæ ab omni iniquitate, Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Quinque autem porticus huius piscinæ sunt quinque consideranda à quolibet peccatore volente iustificari, & á peccato recedere. Prima igitur porticus ẽ timor periculi, videlicet æternæ dãnationis. Et per hanc porticum intrãt multi, maxime cum audiunt Dominum Iesum Christum terribiliter comminantem, & dicentem, Luc. 13 Nisi pœnitentiã habueritis, omnes peribitis. Secunda porticus est incertitudo mortis. Cum. n. peccator considerat, quòd nemo est, qui sciat finem suum, & quòd hora mortis est nobis omnibus incerta, mouetur ad pęnitentiam ne subito præoccupatus die mortis quęrat spiritum pęnitẽtiæ, & nõ possit inuenire. Tertia porticus, est pudor cõmissi. Nam vt dicit Ambr. super ps. Beati immac &c. Pudor plerũq; est corrector nostri. Et dum incipit nos pudere cõmissi, admonemur, ꝙ erubescenda sunt deserere. Da exẽplũ de homine tangente aliquod immũdũ, quæ postmodum ponens manum ad nares, & fetorẽ sentiẽs, statim abstergit, & mũdat ipsam manũ. Quarta porticus est horror inferni. Cum. n. cõsiderat

peccator

peccator, quod in inferno sempiternus horror inhabitat vt habetur Iob 10. ex hac consideratione mouetur ad intrandum piscinam pœnitentiæ, ne s. tandem experiatur huiusmodi horrorem Quinta porticus est amor cęli. Desiderium enim perueniendi ad illud ineffabile gaudium cęleste, facit peccatum deserere, eo quòd cum peccato nemo illic peruenit, Psal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Certe qui ingreditur sine macula, & Apoc. 21. Nihil immundum aut abominationem faciens intrabit in illam ciuitatem cęlestē. Studeamus ergo charissimi, nos quàtocyus lauare in pisciua pęnitentiæ. Sed quod representat nobis, seu figurat pauper ille paralyticus iacēs prope piscinam, habens 38. ann. in infirmitate sua? Certe nobis representat illos miseros Christianos, qui postquam mortaliter peccauerunt, quidam forte humana verecūdia ducti, aut certa delectatione peccati illaqueati & illecti, stant per multos annos prope piscinam pœnitentiæ, & cōfessionis, nec tñ illic ingrediūtur vt lauētur, saltē interius, quanuis interdum multa fingant exterius. Interdū autē finaliter tanguntur à dño, siue interius per inspirationem, siue exterius per corporalem flagellationē seu temporalem aduersitatem, & tūc ex specialissima Dei gratia descendunt in piscinā pęnitētiæ, vbi se lauantes acquis lachrymarum procedentiū ex fonte cordis seu magis à Deo. Et tales debent post modum multum deflere suā tarditatem exēplo Aug. de quo Ambr. in serm. quem fecit postquā ipsum baptizauit, qui inseritur in principio sermonū eiusdem Aug. ad fratres in eremo, refert dicens. Quātis, fratres charissimi, lachrymis errorem suum cōfessus est Aug. quanto luctu conuersionis suæ tarditatem cōquestus est, quibus verbis, & quo dolore suam seram pęnitentiam damnauerit vix credi potest. Hæc ille. Vade ò miser peccator, & inueterate dierum malorum, & tu fac similiter. Exemplum enim tibi dedit Aug. vt quemad modum ille fecit, ita & tu quoque facias.

Secūndo moraliter dicta piscina designat humanā con-

conſcientiam ſiue cor. Quinq; porticus illius, quinq; ſunt corporei ſenſus, quibus in illam intratur, ſaltem occaſionaliter. Multitudo verò lãguentium in hmõi piſcinam ingredi uolentium, multitudinem penè infinitam deſignat peccatorum, ſe humanis ſenſibus aliquo modo offerentium, ut intus, & vſq; ad cor intrẽt per conſenſum. Da exemplum de luxuria, ſuperbia, auaritia, gula, & huiuſmodi. Hier. 9. Aſcẽdit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras.

Tertio moraliter, prædicta piſcina ſignificat ſtatũ beatorum. Et quanuis iſte ſenſus videatur prima fronte allegoricus, ſeu anagogicus; poteſt tñ dici moralis, pro quãtọ docet nos quid agere debeamus. Huiuſmodi ergo piſcina gloriæ cęleſtis, confert omnimodam ſanitatẽ, ſicut apertè patebit in generali reſurrectione corporum. Multitudo aũt languentium in circuitu piſcinę, multitudinem deſignat animarum in purgatorio languentium, & expectantium aquæ motum, i. Dei miſericordiam eas inde liberantem. Item expectant angeli deſcenſum ad literam, qui liberet eas de tenebrarum locis, & repreſentet eas in lucem ſanctã. Quinque autem porticus quibus intrant dictę animæ intra piſcinam paradiſi, quinque ſunt modi, quibus contingit ipſas inde liberari. Et horum quatuor ponuntur 13. q. 2. animę defunctorum, ubi allegantur verba Greg. dicentis, quòd animæ defunctorum, quatuor modis ſoluuntur, aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus Sanctorum, aut eleemoſynis charorum, aut ieiunio cognatorum. Poſſumus autem addere quintum, quòd eſt peregrinatio uoluntariè aſſumpta, vel ẽt impoſita ab ipſis morientibus, quàm aliqñ promiſerant ſe facturos, dum adhuc viuerent, & ad quam vltro ſe obligant viuentes. Homo aũt languẽs multis annis iuxta ꝓbaticã piſcinã, deſignat pauperes aĩas, quæ diu interdum languent in pęnis purgatorij. Propter quod pie lamentantur ad parentes, & hæredes, dicẽtes ſigillatim illud Iob 19. Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem uos amici mei, quia manus dñi &c.

Deinde

Deinde conqueruntur de his, qui comedunt subſtātiā earum, dimittētes ipſas diu languere in dictis pęnis, dicentes ſigillatim illud quod ſequitur. Quare perſequimini me, ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini? O quot ſunt ibi multa millia animarū, quarū quælibet pro ſe poteſt dicere ad Dominum cum paralytico, Domine, hominē non habeo, ut cū mota fuerit aqua, mittat me in illam, i. nō habeo parentem, aut amicū, qui me iuuet ad hoc, ꝙ valeam intrare in piſcinā cęleſtis gloriæ. Et ideo habeo pulchrū eiulare, & lamentari die ac nocte, quia non eſt, qui conſoletur me ex omnibus charis meis: Quinimmo omnes amici mei ſpręuerunt me inter anguſtias, quas patior in hac flāma purgatorij. Patet ergo multiplex expoſitio probaticæ piſcinæ. Eligat diligens lector, quòd ſibi erit acceptius, & parcat prolixitati. Nam pręter intentū exceſſi modum. Et ſic patet de primo principali.

Secundo principaliter in præſenti euang. fit mētio de cuiuſdā ęgroti, ſeu paralytici curatione, cum ſubditur. Erat aūt ibi homo 38. ann. habens in infirmitate ſua. Hunc cum uidiſſet Ieſus iacentem, & cognouiſſet quia iam multum tempus haberet, dixit ei, Vis &c. Textus eſt planus. Dicit tñ Chry. hom. 36. vnum eſſe ualde notandum, & commendandum in iſto languido, & illud fuit ingens eius patientia, & ſpes magna. Cum enim iam languiſſet 38. ann. & frequenter alios vidiſſet ſanitati redditos, non tamen deſperauit, quinimmo cum dixiſſet illi Chriſtus. Vis ſanus fieri, nō proteruè reſpondit, dicens. Dubitatis de hoc: ſed humiliter ait illi. Dñe hominem nō habeo, ut cū mota, &c. Non ergo more multorū languentiū maledixit, neq; execratus eſt diem ſuū, ſed patienter reſpondit, di. Domine &c Quaſi diceret, Vtique domine opto ſanari, ſed bene video, ꝙ oportet me habere patientiā, eo ꝙ non habeo adiutorem, qui ponat me in piſcinam. Nam cum illic pauliſper gradiendo deſcendere ſatago, alij qui habent adiutores, uel qui fortiores ſunt viribus, me præueniunt. Et ita ſemper me oportet

ægro-

ægrotare & hinc languere quo ad vixero. Sed Deus, q̃ tūc solet mirabilius operari, cum humanum deest aut deficit auxilium, insperatè curauit hunc languidū. Nā cum illi dixisset Christus. Surge, tolle grabatum tuum & ambula, mox redditus est perfectæ sanitati. Hæc in summa Chrysost. vbi supra.

Mysticè, Iste languidus iacens, & multum tempus habens, atque expectans aquæ motum, designat electos, qui in præsenti multos languores, & aduersitates plurimas patienter pertulerunt, etiam interdum, mul to tēpore, vtpote aliqui ex vteris matrū. Alij à puerili & infantili ætate, alij à iuuentute. Alij plus. Alij minus secundum diuinum beneplacitum. Similiter post mortem iacent corpora eorum sub terra, etiam multo tēpore. Sicut patet de illis electis, qui mortui sunt ante aduentum Christi. Expectant tamen aliqui motum, i. Christi misericordiā, qui in die iudicij, & resur rectio generalis curabit omnes infirmitates corporū ipsorum electorum. Nam tunc, vt dicit Apost. Philip. 3. Reformabit Christus corpus humilitatis nostræ, cō figuratum corpori claritatis suæ. Possumus etiam in eodem sensu hoc generalius exponere de quolibet re suscitando, tam reprobo, quàm electo, cui dicet Christus cum imperio Surge sup. de sepulchro, seu à mortuis, resurgendo tolle grabatum tuū, i corpus propriū. Vel grabatum tuum, idest cuncta opera quæ fecisti, siue mala quo ad malos, siue bona quo ad bonos, ex q̃bus iudicaberis: & ambula, videlicet vsque in vallem Iosaphat. Ibi. n. te astare in propria oportebit, vt audias sentētiā, siue pro te, siue contra te. Tādē aūt dicet cuilibet reprobo. Ambula supple versus regionē inferni. Et per oppositū dicet cuilibet electo. Ambula sup. versus regionem, & terrā uiuentiū. O quàm stupendū verbum reprobis, O quàm suaue eloquium electis.

Moraliter vt hinc tangit gl. interl. Iste paralyticus significat peccatorem, multis, & maximis pc̄tis oppressum. Hunc ergo Christus ex immensa clemētia, & pietate sua incitat ad gratiam, & peccatorū remissionē,

quia

quia nisi volens, nō debet fieri sanus à culpa. Aug. de verbis Dñi serm. 15. Qui fecit te sine te, nō &c. Huic itaq; paralytico dicit Christus. Surge à vitijs, & ambula de virtute in virtutē. Et vt dicit Chrys. super Matt. hom. 69. quāuis iste paralyticus 38. ann fuerit in peccato: si tñ sanari voluerit, nihil prohibebit, quia adest Christus, dicēs illi, Surge &c. Quis si dicat, hominem non habeo, sed nunquid habet Deū iuuantem se? Nullus ergo vetat peccatorē si voluerit ad fontem gratiarum & pęnitentiæ descēdere. Nā Raab meretrix erat, sed saluata est. Et latro truculentissimus fuit homicida, sed paradisi ciuis effectus est. Ecce Mat. publicanus euangelium cecinit. Ecce Paulus blasphemus & persecutor Ecclesiæ in apostolū euasit. Ecce sunt Dei mirabilia. Tu ergo ò peccator horū exēplo noli desperare, sed misericordia Dñi fretus, excita teipsum viam solū modo facere īcipias, & cito peruenies ad Dei gratiā. Hęc ille. Ad hoc etiā propositū facit exēplū illius Nicolai, de quo legitur in legēda B. Andreæ Apost. quòd cum perseuerasset 70. ann. in fœtore luxuriæ, tandem medio præcum dicti diui Apos. vna cū propria pęnitētia ad gratiā diuinā peruenit. Et sic patet de secundo principali.


Tertio principaliter ī hodierno euāg. fit mētio de iudæorū murmuratione & indignatione. Quia n. sabbatū erat qñ, s. Xp̄s paralyticū sanauit, & præcepit ut ī signū ꝑfectæ sanitatis grabatū suū suꝑ humeros suos ferret, ideo de hoc murmurare cęperūt iudæi, dicētes. Sabbatū est, nō licet tollere grabatum tuū. Vt. n. dicit magister Nicolaus Gorrā, quāuis in lege veteri esset vniuersaliter prohibitū iudęis operari in die Sabbati, specialiter tñ illis prohibebatur ne tali die onera portarēt, secundū qđ scriptū est Hiere. 7. Ne portetis onera in die Sabbati. Et propter hoc reprehenderunt paralyticum à Christo curatū, qñ viderunt eū ꝑ plateas ciuitatis Hierusalē deferentē grabatū suū, tanquā transgressorem legis. Sed hos reprehendit glo. ord. dicens, ꝙ volebant legē obseruare secundum literā, nesciētes

gratiã qua lex impletur, quæ iubet ab omni opere ser uili,i.à peccato cessare. Non ergo prohibet lex opera corporalia,quæ sunt ad Dei honorẽ quin possint licitè fieri in die sabbati. Portatio aũt huius grabati erat ad magnificentiam diuini miraculi. Et ad hoc propositum De Lyra dat similitudinem de homine,qui miraculose liberaretur de carceribus in die festo. Tali enim liceret deferre vincula sua vsq; ad locum,ad quẽ forte se deuouerat. Ita & in proposito. Secus autem de alijs operibus manualibus, quæ neque erant ad Dei honorem,neque necesse erat ea fieri. Et propter hoc homo colligens ligna in die sabbati,iussus est à domino lapidari. Nume. 15. Obiectioni ergo iudæorum respondit paralyticus curatus à Christo,dicens. Qui me sanum fecit,ille mihi dixit. Tolle,&c. Textus est clarus vsque in finem euãgelij, nec expositione indiget.

Quæritur circa hoc,quare Christus potius voluit curare hũc paralyticũ in die sabbati, quàm alio die? Respondetur,quòd propter tria. Primo quidẽ propter rationem literalẽ, videlicet vt miraculum esset euidentius. In die enim festo solent communiter populares stare in vicis,& plateis per turmas potius,quàm ĩ die operabili. Secundo verò propter mysticã significationẽ, vt. s. daret ĩtelligere futuris Christianis licere opera etiam manualia, seu corporalia facere in die sabbati,& ꝙ festiuitas illius diei deberet quodãmdo trãsferri in diẽ dominicam propter reuerentiã dñicæ resurrectionis. Et ideo de cons. dist. 3. dicit Greg. ꝙ in die sabbati non est festiuandum, ne iudaizare videamur. Tertio autem propter rationẽ moralẽ, videlicet in signum quòd in die festo debemus vacare operibus pietatis. Et quanto dies fuerit celebrior,tanto diligẽtius talibus operibus debemus intendere, vtpote infirmos,& debiles visitando,etiam in hospitalibus degẽtes,siue ẽt in carcerib. & huiusmodi. Talibus ergo operibus sic uacent homines in præsenti,quatenus in futuro valeant audire Christum eis dicentem. Venite benedicti,&c. Quod nobis concedat,&c.

Sabbato

SABBATO POST PRIMAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.



Ssumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioānem fratrem eius, &c. Matt. 17.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de probationibus. l. fin. quæ incipit. Sciant cuncti, dicit quòd probationes debēt esse luce clariores. Casus est talis. Aliqua mulier multum linguosa, & nesciens refrenare linguam suam, in impetu spiritu, & in cholera vocat vicinam suam pręsbyteram. Super quo altera facit eā vocari ad iudicium in materia iniuriarum. Vtraque ergo parte audita, quęrit iudex ab ea quæ iniuriam deposuit, si velit hoc probare. Respondet illa quòd sic. Probationes autem illius sunt tres. Prima, quia vidit eam aliquando loqui cum risu cum tali sacerdote. Secunda, quia vidit eam semel intrare domum illius nocturno tempore. Tertia, quia audiuit ab aliquibus, ꝙ sit talis. His ergo auditis nunquid iudex debet declarare illam mulierem esse præsbyteram, & infamem? Certe non, eo ꝙ probationes non sunt sufficiētes. Modo, vt dicit lex præallegata, probationes debent esse luce clariores. Ista lex est conformis legi Ecclesiasticæ, de qua habetur extra de probationibus, c. iurauit, vbi dicitur, ꝙ probatio debet esse certa, clara, & non dubia. Nam probatio dubia non facit fidem, extra de conditionibus appellantium c. per tuas

Moraliter. Possumus prædictā legē exponere tripliciter.[1] Primo quidē modo de humano iudicio priuato seu vsurpato. Sunt. n. pleriq; hominū, qui ex leuissimis occasionibus, & signis mala suspicantur de proximis suis, quinimmo intra se iudicant, & cōstāter tenēt illos esse tales. Et quod grauius est, ipsos esse tales, & ꝓ talibus apud alios ꝑdicāt. Cū tn̄ dubia debeant in meliorem partem interpretari, vt hētur extra de regulis iuris. c. estote. Itē extra de iureiurando. c. ad nostram.

dicitur, quòd in dubijs benigna debet fieri interpretatio. Huius ergo contrarium agunt illi malitiosi homines,qui cum sint intra se corrupti,vix bene possunt ęstimare de alijs. Nam si aliquem viderint decenter indutum,statim dicent in cordibus suis eum esse superbum. Vbi autem viderint alium humiliter vestitũ, iudicabunt eum auarũ. Similiter si quem hilarem conspexerint,dicent talem esse dissolutum Si aliquem viderint deuotum,& compositum, reputabunt eum hyprocritam,& huiusmodi. Tales ergo ex talibus leuibus probationibus sic iudicantes proximos suos in deteriorem partemgrauiter peccant, quia vt dicit lex præallegata, probationes debent esse luce clariores.

Secundo vero potest prædicta lex exponi de vniuersali iudicio, in quo fallaces, & velati homines frustra nitentur palliare,& excũsare iniquitates suas, sicut in præsenti facere consueuerant. Nam tunc aderunt contra eos probationes luce clariores. Pro quo notandum,quòd quatuor modis probatur crimen alicuius secundum iura. Primo quidem per propriam confessionem,vt patet extra de rest.spol.c. cum ad sedem.Item 15.q.5.presbyter. Secundo vero per facti euidentiam,quando,s. nulla tergiuersatione celari potest,vt cum quis actualiter depr̃ehenditur in crimine, ut patet d.l.si quis diaconus. Item extra de cohabitatione clericorum cap.vestra. Tertio autem per famã publicam,vt patet 4.q.3.placuit. Et similiter extra de probationibus c.sicut. Quarto & vltimo per publicũ instrumentum,vt patet 16.q.3.placuit.§.potest. Istis autem quatuor modis probabuntur iniquitates singulorum in die iudicij. primo quidem per propriam confessionem. Tunc enim quilibet peccator vi tormẽtorum,& torturę infernalis dicet illud 2.Reg.vlt.Ego sum qui peccaui, ego sum qui iniquè egi. Secũdo vero per facti euidentiã.Tunc enim omnia nuda erunt, & aperta oculis omniũ, tunc etiam aperientur libri, i.cõscientiæ,& facta singulorũ, vt habetur Apoc. 20. Tertio aũt per famã publicam, & hoc potissimũ quo

ad

ad peccata notiora, & publica. Quarto etiã per instrumentum, idest per propriam conscientiam. Ro: 2. Testimonium reddent illis conscientia eorum. Ecce quomodo probationes, quæ adducentur in die iudicij contra reprobos, erunt luce clariores.

Tertio autem possumus exponere prædictam legẽ ad propositum præsentis Euangelij, videlicet de diuinitate Christi, qui hodie fuit probata ẽt luce clarius, & hoc multipliciter. Primo ex parte paradisi, quia vox patris tũc audita est, dicens. Hic est filius, &c. Scđo ex parte cęli, qui tunc nubes lucida, & miraculose formata ibi apparuit. Tertio ex parte terræ, quia ibi fuerunt præsentes tres de apostolis ipsius Christi. Quarto ex parte paradisi terrestris, quia ibi apparuit Helias, qui est illic trãslatus. Quinto ex parte inferni, q̃a ibi apparuit Moy. cuius anima in Lymbo erat. Sexto ex parte corporis ipsius Christi, quia tunc resplenduit facies eius sicut sol. Septimo ex parte vestimentorum eiusdem, quæ tunc facta sunt alba sicut nix. Quę omnia testimonia colliguntur ex præsenti Euangelio, vt per amplius videbitur, cum de singulis discutietur.

SESCVNDA INTRODVCTIO.

Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Io. & transfiguratus, est ante eos Mat. 17.] Scribitur extra de præben. c. venerabilis frater, quòd in collatione beneficiorum attendenda est nobilitas vitæ, & non carnis. Casus est talis. Vacat præbenda alicuius Ecclesiæ cathedralis, vel dignitas, siue etiam Ecclesia parrochialis, cuius decimæ sunt optimæ. Sunt autem multi clerici docti, & graues, pro quibus rogatur Episcopus, vt illis conferat beneficium prædictum. Sed omnibus postpositis illud confert suo nepoti vix nasum suum tergere valenti, siue filio alicuius nobilis intuitu nobilitatis, postpositis melioribus, quo ad hoc. Quid iuris in hoc casu? Certe respondet Greg. IX. per præallegatam decretalem, ꝙ est iniustus & infidelis dispẽsator bonorũ Ecclesiæ, eo ꝙ nõ præfert illũ, q̃ est nobilis vita, & moribus, illi q̃ est tm̃ nobilis sanguine, aut q̃ attinet illi

consanguinitate. Debent.n.dñi prælati in conferendo beneficia prouidere Ecclesiæ, & nõ ꝑsonis. Vnde de Moyse legitur 8.q.1. Moyses, ꝙ nõ fecit filios suos aut cõsanguineos successores sui prĩcipatus, sed elegit extraneum, & de aliena tribu, scilicet Iosue, vt sciremus (inquit textus) principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed vitę.

Moraliter. Sũt penè infinitæ præbẽdæ in cęlo quasi vacantes per lapsum multorũ angelorũ: quę quidẽ prębendæ replebuntur, & restaurabũtur ex hoĩbus, scd̃m illud Psal. iudicabit in nationibus, i. iudicabit dñs omnes nationes terræ, s. in die iudicij. Quo facto implebit ruinas, supple angelorũ, & hoc ex hoĩbus, vt dictũ est. Collator aũt dictarũ prębendarũ est ille episcopus de quo Apo. Hebr. 9. Christus assistens Pontifex futurorum bonorum. Hic autem pontifex in collatione dictarum præbendarũ, & dignitatũ nõ habebit respectũ ad carnis nobilitatem, vtpote quia talis fuit rex, aut imperator, ideo debet esse primus ĩ cœlo ante pauperem, & rusticnm, sed tm̃ habebit respectũ ad vitæ sanctitatẽ. Et ita qui tunc fuerit inuentus humilior, in charitate feruẽtior, & in oĩ sanctitate copiosior, ille ꝑferetur. In cuius figuram legitur Gen. 41. ꝙ Pharao cõstituit Ioseph princeps oĩs possessionis suæ, & magnũ magistrũ domus suæ, cum tamen dictus Ioseph esset alienigena, & pauper, vtpote ꝗ seruierat in domo Phutafaris, ac demũ biennio in carcere reclusus fuerat. Nõ ergo rex Pharao ꝑꝑ suã potentiam, & exercitũ copiosum. atq; generis nobilitatẽ adeptus est beneficiũ ĩ Ecclesia triũphãte. Nec similiter Antiochus aut Herodes? Quinimmo in mortis articulo descẽderunt in profundũ inferni cũ nobilitate sua. Timeant ergo illi, ꝗ gloriãtur de nobilitate sua, & diligẽter attendãt illud apostoli verbũ 1. Cor. 1. vbi ait. Non multi sapiẽtes, supple secundum carnem, non multi potentes, nõ multi nobiles, sed quæ stulta sunt mũdi, elegit Deus, vt confundat sapientes, s. in die iudicij. Et infirma mundi elegit vt confundat fortia. Et ignobilia mũdi

elegit

elegit, & contemptibilia vt non glorietur oĩs caro in cõſpectu eius. Ecce quomodo dominus in collatione beneficiorũ cęleſtium non reſpicit ad carnis nobilitatẽ. Reſpicit tñ ad vitę nobilitatẽ, ſicut patet de beata Virgine, quæ propter mentis nobilitatẽ aſſumpta eſt ſuper choros Angelorũ ad cœleſtia regna. Hoc etiam ſignificatur per hoc quod Chriſtus eſt transfiguratus in monte Tabor coram pauperibus piſcatoribus, honeſtis tamen, & virtuoſis apoſtolis, Petro, Iacobo, & Ioanne, vt legitur in Euang. hodierno.

In præſenti ergo euang. de tribus principaliter fit mentio, videlicet de antecedẽtibus dominicã transfigurationem, in principio euangelij. De concomitantibus eam, ibi. Et transfiguratus eſt ante eos. De cõſequentibus eã, ibi. Et deſcendẽtibus illis præcepit, &c.

Primo igitur &c. Vt.n. refert Euãgeliſta Matthęus, Chriſtus aſſumpſit Petrum, Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum, id eſt in montem Tabor. Circa autem hunc textum poſſunt moueri aliqua dubia.

Primum igitur dubium eſt, quare euangeliſta primo nominat Petrum, maximè cum alij duo eſſent cõſanguinei Chriſti, vtpote filij Mariæ Salomæ ſororis ſanctiſſimæ virg. matris Chriſti. Inſuper beatus Ioannes fuit à Chriſto inter cæteros Apoſtolos magis dilectus. Ergo debuit prius nominari, & non poſtponi. Reſpondeo. Propter tria Petrus conuenienter primo nominatur. Primo quidem, quia fuit ante alios duos à Chriſto ad Apoſtolatum vocatus, vt habetur expreſsè Matt. 4. Secundo verò quia futurus erat vniuerſalis paſtor Eccleſiæ, & vicarius Chriſti, ſecundũ illud Mat. 16. Tibi dabo claues regni cęlorum, in cuius etiã rei ſignum dixit illi Chriſtus, Io. 1. Tu vocaberis Cephas, id eſt caput, eo, ſ. ꝙ principatũ teneres Apoſtolatus, vt habetur ĩ dec. diſt. 22. ſacroſancta. Tertio aũt qa Petrus vno modo interpretatur agnoſcens, ꝑꝑ qđ rectè fidẽ ſignificat, ꝑ quã agnoſcitur Deus. Et ideo ſicut fides primo nominatur ĩter virtutes Thelogicas,

vt patet 1.Cor.13.vbi dicit Apost. Nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc, ita etiam congruũ fuit ad hoc designãdum quòd Petrus primus nominaretur in præsenti euangelio.

Secundũ dubiũ est, quis fuerit ipse Iacobus, de quo in præsenti fit mentio. Ad hoc respondẽt & dicunt nõ nulli prout narratur in historia scolastica, ꝙ fuit Iacobus minor, qui fuit eps̃ Hierosolimitanus, & non Iacobus maior frater Io. Euangelistæ. Sed hoc non est tenendũ, cũ manifestè contradicat euangelio hodierno, vbi dicitur, ꝙ Ioannes erat frater illius Iacobi, qui interfuit transfigurationi Christi. Manifestũ est autem ꝙ Ioannes non fuit frater Iacobi minoris, sed maioris tantum, igitur.

Tertium dubiũ, est quare Christus potius assumpsit tres de Apostolis suis cũ voluit transfigurari, q̃ duos aut quatuor vel sex. Respondet ad hoc Ambr. super Lucã lib.7. dicens Christum hoc fecisse ad ostendendum ꝙ nemo potest videre gloriã resurrectionis, qui integra fide non crediderit mysterium Trinitatis.

Quartũ dubiũ est, quare Christus potius assumpsit istos tres Apostolos q̃ alios. Respõdet ad hoc glo. ord. ꝙ hoc fecit propter mysterium, videlicet ad insinuandum, quòd quicunque vult videre Christũ glorificatũ in cęlo, primo debet esse Petrus, i. in fide firmus. Secundo Iacobus, id est supplantator vitiorũ. Tertio Ioãnes, i. omnia diuinæ gratiæ ascribens contra superbiã vitæ, quæ solet interdum ex virtutibus oriri. Beatus autem Tho.3 parte.q.45.arti.3.in solu. ad quartum, dicit, quòd ideo isti tres Apostoli fuerunt præ cęteris assumpti ad huiusmodi mysterium cernendũ tam ineffabile & admirandum, eo ꝙ habuerunt prærogatiuas eminentiæ specialis super olios Apostolos. Nam Petrus fuit in fide feruentior. Iacobus ante cęteros martyrium substinuit propter Christum. Ioannes vero præcellebat cęteros in prærogatiua virginitatis, propter quam etiam erat Christo magis familiaris. Et sic patet ad dubium.

Quintum

Quintum dubium est quare Christus potius voluit transfigurari in monte, quàm in ualle? Respondet ad hoc glo. interli. ꝙ hoc ideo fecit vt discant homines gloriam non in profundo huius seculi, sed in regno cœlesti esse querendam. Et istud est contra mundanos & fatuos homines, qui volunt gloriari & fęlicitatem habere in præsenti. Aliqui in honoribus, vt superbi & ambitiosi. Alij in diuitijs temporalibus, vt auari. Alij in venereis delectationibus, vt luxuriosi. Alij in cibis & potibus, vt gulosi & vinolenti, & huiusmodi.

Sextum & vltimum dubiū est, quare Christus voluit transfigurari. Respondetur ꝙ ꝑꝑ tria. Primo quidem ꝑꝑ fidē nostrā confirmandā quo ad eius diuinitatem, vt. s. credemus ipsum esse verū Deum. Vnde & hoc attestatus ē pater, cū ait. Hic est filius meus &c. Secūdo vero propter spē erigendam, vt videlicet speremus tanquam eius membra tandem trasfigurari in cęlesti gloria, etiam quo ad corpus post generalem omnium resurrectionem. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Tertio autem propter charitatem inflammandam, vt scilicet amodo discamus appetere cœlestia & æterna, contemnentes ista terrena & caduca. Et sic patet de primo

Secundo principaliter in præsenti euangelio fit mētio de ipsa transfiguratione vnà cū concomitantibus eam, cum subditur. Et transfiguratus est ante eos. Sed ante quos? Certe ante eos, qui erāt eius amici, q̄ erāt puri & mundi, & qui erant in oculis suis parui. Quicunq; ergo cupit videre Christum gloriosum in cęlo, debet esse talis quales descripti sunt fuisse illi tres apostoli, q̄ interferunt eius transfigurationi. Primo. n. debent esse eius amici per charitatē. Ioan 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & manifestabo ei meipsum. Secundo debēt esse mundi. Matt. 5. Beati mūdo corde, qm̄ ipsi Deum videbunt. Tertio debent esse in oculis suis parui, & hoc per humilitatem. Matt. 11.

Abscon-

Absconditi hæc à sapientibus,& prudentibus, supple secundum mundum . nam talium scientia inflat. Sequitur,& reuelasti ea,videlicet gaudia cœlestia paruulis. Modus autem quo Christus transfiguratus est,describitur, cum subditur . Et resplenduit facies sua sicut sol,immo plusquam sol. Sed quia nihil est in terris clarius sole, ideo illi comparatur dicta claritas faciei Christi ; & vestimenta eius facta sunt alba , sicut nix,i.sic ꝑfusa sunt luce, ut extra apparerēt alba. Dicit tñ hic glo. interl.ꝙ Christus tunc non amisit substātiā carnis,sed ostēdit gloriā futuræ resurrectionis.

Mysticè, sicut verum Christi corpus tūc transfiguratum est per hoc , scilicet ꝙ gloria animæ suæ vsq; ad corpus redundauit, & hoc ad tempus, & per modum qualitatis,non quidem permanentis,sed transeuntis, prout pulchre declarat B.Tho.3.par.q.45.art.2.Ita & corpus eius mysticum transfigurari debet. Huius aūt corporis mystici facies sunt clerici, quia sicut per faciem cognoscitur homo , ita & per clericorum doctrinam, atque mores debet cognosci Christus. Itē sicut facies est pulchrior pars hominis, ita & clerici debēt esse pulchriores per uitæ sanctitatem,q̄ laici.Hęc igitur facies clericorum debet transfigurari in solem per scientiæ claritatem,& luminositatem: vestimenta verò prædicti corporis mystici sunt laici , qui debent esse albi per uitę munditiam. Practica de quolibet statu,u tpore de coniugatis, de viduis,de aduocatis,& iudicibus,de mercatoribus, de agricolis, & hmōi . Sed reuera prædicta facies corporis mystici est hodie pro maiori parte nō clara,sed valde obscura . Et similiter prædicta uestimenta pro maiori parte sunt nigra per multiplicem iniquitatē. Et ideo propter Deum consideret unusquisque modicum ad casum suum, & statū, & studeat se transfigurare.

Moraliter,sicut Christus transfiguratus est corporaliter , ita & nos transfigurari debemus spiritualiter. Est autē transfiguratio mutatio unius figuræ in aliā. Tripliciter ergo trāsfigurari debemus semꝑ mutādo

priorem figuram in aliam meliorem, videlicet de cul pa ad gratiam, de gratia in gratiam, de mortalitate ad immortalitatem, siue de gratia in gloriam.

Primo igitur debēt transfigurari peccatores de statu culpæ ad statū gratię. Et hæc est bona, & sancta transfiguratio, sine qua nō perueniri potest ad sequē tes duas transfigurationes. Nonne maximū bonū est transfigurari de effigie peccati in effigiem uirtutis? de effigie diaboli in effigiem Christi? de effigie umbrosæ culpę, ad lucem gratiæ? Et de hac transfiguratione loquitur Apostolus. Eph. 5. dicens. Eratis aliquā do tenebrę, nunc autē lux in domino, ut filij lucis ambulate. Quasi diceret. Si realiter transfigurati estis de culpa ad gratiam, hoc ostendite facto & opere, videlicet religiose, & sancte conuersando.

Secundo debent transfigurari iusti de gratia in gratiam, de bono in melius, & de virtute in uirtutē, & de hac transfiguratione loquitur Apo. 2. Corint. 3. dicēs. Nos omnes, supple deuoti catholici, transformamur à claritate in claritatem, id est ab imperfecta gratia seu uirtute ad perfectiorem. Sed forsan dicet aliquis. Satis est mihi, ꝙ sim translatus de culpa in gratiam, nec mihi est curæ transfigurari de gratia in gratiam, quia nō egeo. Sed qui sic loquitur, turpiter se decipit. Nam vt dicit deuotus Bern. in epist. 251. nolle proficere, deficere est. Item idem epistola 99 tractans illum textum. Gene. 28. Vidit Iacob scalam, & angelos ascendentes, & descendentes per eam, dicit sic. Nunquid Iacob stantem, aut sedentem quempiam angelorum uidit? Certe non, quia necesse est, vt ascendas, uel descendas, ꝙ si attentas stare, necesse est, ut ruas. Minime pro certo bonus est, qui melior esse nō vult. Et vbi incipis nolle fieri melior, ibi desinis esse bonus. Hæc Ber.

Tertio electi in die iudicii trāsfigurabūtur quo ad corpus, & hoc multipliciter. Primo de statu miseriæ ad statū gloriæ. Scđo de statu corruptionis ad statum incorruptionis. Tertio de statu ponderositatis ad sta-

tum

tū agilitatis, Quarto de statu obscuritatis ad statum claritatis,& hmōi. Itē quo ad animā omnes ad cœlū ascendentes transfigurātur de statu gratiæ viæ ad statum gratiæ,& gloriæ consummatæ. Prima transfiguratio perfecta. Secunda perfectior. Tertia perfectissima,& quā summopere optare debemus. Sed proh dolor, multi transfigurantur in dies totaliter opposito modo, videlicet de gratia in culpam per recidiuū, de culpa in culpam, seu de malo in peius, & tandem de culpa in gehennam per mortem.

Notandum est insuper circa hanc materiam, ꝙ aliqui se figurāt, alij se defigurant, alij se transfigurant.

Primo enim aliqui figurant se, vt sunt illi quibus non sufficit color naturalis indutus ab actore naturæ Deo omnipotente, sed superinducunt artificiosè viuatiorem colorem depingentes facies suas. Et in hoc facto, vt communius plus delinquunt mulieres, quàm viri. Et ideo contra tales mulieres mundanas, & vanas, atque superbas loquens Amb. in hexameron. lib. 6. c. 8. exponens illud Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, &c. dicit sic. Deles picturam Dei mulier si vultum tuum materiali candore oblinias, si acquisito rubore perfundas. Deinde post pauca dat talem similitudinem, di. Dic mihi si supra artificem aliquem inducas alterum, qui opus illius nouis operibus obducat, nonne indignatur ille qui opus suum adulteratum esse cognouerit? Noli ergo tollerre picturam Dei & assumere picturā meretricis, q̄a q adulterat picturā Dei, graue crimen admittit. Graue. n. crimen est vt putes, quod melius te quàm Deus pingat. hæc ille.

Secundo aliqui defigurāt se, quales sunt hypocritę, qui exterminant facies suas, vt appareant hominibus exterius aliter quā sint interius. Similiter defigurant se nonnulli trutanni, qui cū certis herbis fricant crura, brachia, & huiusmodi corporū suorū mēbra, vt sic prouocent populum ad pietatis opera. Similiter defigurant se, quia assumunt sibi laruas ante faciē, vt non cognoscantur, & tunc faciunt multa, quæ nō licet homini

mini

mini loqui, ſicut proh dolor hodie multi agunt. Taceo vlterius loqui, ſciens quia nimis expreſſa nocent, & non expreſſa non nocent, vt notatur .ff. de re. iu. expreſſa.

Tertio aliqui transfigurant ſe, vt ſunt illi qui grauitate vocis aut ſermonis volunt apparere ſapientes. & docti, cũ tñ plus habeât de apparentia quàm de exiſtentia. Similiter nonnulli prædicatores, lectores, aduocati, medici, chirurgici, & ſimiles ſolent interdum multa allegare, & magis ex auditu, q̃ ex viſu, in hoc ſe transfigurantes in viros alteros peritos, cũ tñ plerunque ſint ignari, hoc tamen bonũ habent, ꝙ lingua ſeruit eis ad nutum. Et tales in hoc videntur quodam modo imitari diabolum, qui quandoque transfigurat ſe in angelum lucis. 2. Cor. 11.

Poſtquam deſcripta eſt Chriſti trãsfiguratio, conſequens eſt loqui de concomitantibus ipſam. Hæc autẽ fuerunt multa.

Primum igitur concomitans fuit ſanctorũ Prophetarũ apparitio, & de hoc ſubditur in textu euangelij. Et ecce apparuerunt eis, ſ. Chriſto & tribus Apoſtolis p̃dictis Moyſes & Helias, vt. ſ. eũ eſſe oſtendant, quem lex, & prophetæ olim promiſerant loquentes cũ eo, & vt habetur Luc. 9. loquebantur de exceſſu, quem Xp̃s cõpleturus erat in Hieruſalẽ. Iſte aũt exceſſus fuit paſſio ipſius Chrſti, ĩ qua fuit triplex exceſſus. Primus. n. fuit amoris. Nam amor quẽ habuit Dei filius ad noſtrã ſalutem operandam, fuit ſine menſura, Ioann. 15. Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, quàm vt animã ſuã ponat &c. Secundũ verò fuit doloris. Doluit. n. in paſſione ſua ſupra humanũ modum. Thren. 1. O vos oẽs, qui tranſitis per viam, attẽdite &c. Tertius autem exceſſus fuit immenſæ humilitatis. Nam cũ in forma Dei eſſet, exinaniuit ſemetip̃m formam ſerui accipiẽs in ſimilitudinem hoĩm factus &c. De tali ego tripli- ci exceſſu loquebãtur Moyſes & Helias cum Chriſto, fortè ſub talibus verbis. O benedicte filij Dei patris, Certe bene oſtenditis maximã charitatem, quam geri

tis ad humanũ genus, in hoc, s. ꝙ ꝓ illius rędēptione nō solū nasci voluistis, verū etiam mori estis paratus.

O creator cęli & terræ quam dolorosa erit mors vestra. O mundi redemptor, quàm vilis & humiliatus apparebitis in crucis patibulo, in proximis diebus.

Quæritur primo quare Christus potius voluit hos duos viros habere præsentes in sua transfiguratione, quā aliquos alios, vtpote Dauid, aut Esaiam, aut Hieremiam, vel huiusmodi. Respōdet ad hoc. B. Th. 3. par. q. 45. art. 3. in sol. ad tertium dicens, ꝙ hoc fecit propter multas rationes. Prima fuit vt ostenderet se non esse Heliā, aut Moysen, aut vnū de ꝓphetis, sed illorū dn̄m. Secunda ratio fuit, quia Moyses legem dedit. Helias pro honore domini emulator fuit. Per hoc ergo ꝙ isti duo simul cū Christo apparuerunt excluditur calumnia iudęorum accusantium Christum tanquàm transgressorem legis & blasphemū, vtpote gloriā Dei sibi vsurpantem. Tertia ratio fuit vt ostenderet se habere potestatē mortis, & vitæ, & similiter se esse iudicem viuorum & mortuorū, per hoc, s. ꝙ Heliā viuentē & Moysen iam mortuum secum adduxit. Sunt & aliæ rationes ibi positæ, quas pertranseo.

Quæritur secundo vtrum Moyses, & Helias personaliter & realiter apparuerīt? Respōdet ad hoc B. Th. vbi supra in sol. ad secundum dicens, ꝙ Helias ibi realiter apparuit in corpore & anima, subito de paradiso terrestri diuinitus allatus, sicut diuinitus illic fuerat in curru igneo translatus. De Moyse verò dicit, ꝙ anima eius ibi apparuit in corpore assumpto, sicut quandoq; solent angeli apparere hominibus.

Quæritur tertio vtrum tunc Moyses & Helias atq; tres Apostoli viderunt diuinam essentiam? Respōdet ad hoc gl. ord. tantum. tamen loquēs de Petro, de quo dicit ꝙ tantum vidit Christi humanitatē transfiguratam. Non est aūt versimile ꝙ fuerit facta maior gratia alijs duobus Apostolis, aut etiā Moysi & Heliæ, quàm Petro, ideo tenendum est, quòd nō viderunt nisi Christi humanitatem transfiguratam, sicut neque Petrus.

Secundum

Secundum concomitans Christi trāsfigurationem est Petri responsio. Rñdens, inquit Euang. Petrus ad Iesum dixit. Dñe bonū est nos &c. Sed nunquid aliquis loquebatur Petro, cui rñderet? Rñsio. Petrus audierat prædicta verba quæ de passione Domini locuti fuerāt Moyses & Helias cum Christo. Et iō postquā illi duo tacuerunt, respondit Petrus Christo quasi eo loqueretur, & dixit, Dñe bonū est hic nos esse, vt n. inqt Hier. super Mat. audierat Petrus ꝙ oportebat Iesum ire in Hierusalem & multa ibidem pati: timens ergo talia, voluit magistrum suum impedire ne illis iret. Et quia non audebat apertè ei contradicere, ideo enigmaticè dixit illi. Dñe bonū est nos hic esse, s. in loco alto, solitario & securo. itē cum viris honestis, s. Moyse & Helia. Nullus. n. requiret nos in loco isto, qui velit nobis malefacere, & iō stemus hic, & faciamus tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Heliæ vnū. Videtur tñ glo. ord. excusare Petrū à timore mundano, & ꝙ nō dixerit prædicta verba ex humano timore, sed potius allectus cœlesti dulcedine. Dixit enim sic. Quia, enim gustata cęlesti dulcedine vilescūt infimat, ideo Petrus visa dñi, & sanctorum maiestate, solis his bonis vult perpetuo inhærere dicens, bonū est nos hic esse, deinde subdit eadem glo dicens. Si ergo Petrus vidēs glorificatā magistri sui humanitatē tāto afficitur gaudio vt nunquā velit ab eius intuitu secerni, quid putádū est de his qui diuinitatem videre meruerunt? O quantū igitur laborare debemus in præsenti, vt tandem illic peruenire possimus, vbi facie ad faciem videbitur Deus. Nā vt dicit Aug. lib. de triplici tabernaculo, tanta est iocunditas lucis æternæ, vt etiā si nō liceret in ea amplius manere, q̄ vnius diei mora, ꝑꝑ hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni delitijs merito cōtēnerētur, secundū illud Psal. Melior est dies vna in atrijs tuis suꝑ milia. Itē post pauca. Tanta inqt, est huius gloriæ lætitia, ꝙ si illam viderent, qui in carcere inferni sunt inclusi, nullā pęnā, nullum dolorem, nullamq; tristitiā sentirent. Huius etiam præsentia si in

inferno

inferno cum sanctis habitatoribus appareret, cõtinuo infernus in amęnum conuerteretur paradisum. Hæc ille. Merito ergo beati regnantes cũ Deo in cęlo dicere possunt. Bonum est hic nos esse.

Moraliter, multi mundani hoĩes & graues peccatores plus diligentes mundũ q̃ cęlum, & delitias fœdas fallaces & caducas, q̃ puras veras & perpetuas, dicunt saltẽ in cordibus suis. Bonum est nos hic esse. Da exẽplum de manentibus in fętore luxurię. Item de auaris quorũ domus refertæ sunt bonis vsq; ad os. Item de gulosis & sedentibus ad mensam refertã delicatis cibis & potibus. Item de habitantibus in domibus eburneis, quasi cultu regio cõstructis. Idẽ de constitutis in honoribus, officijs, beneficijs, dignitatibus, & huiusmodi. Sed aliter sapiunt Dei amici & spirituales viri. Ecce.n. regius & sanctus ille propheta Dauid clamat in Psal. dicens. Sicut sitit ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat aĩa mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deũ fontẽ viuum, qñ veniam, sup. per mortẽ, & apparebo ante faciem Dei? Similiter clamat Apost. Paulus ad Philip. 1. dicens. Desiderium habeo dissolui, & cũ Xp̃o esse. Similiter sanctus ille Iob auiditate vitæ æternæ raptus, dicebat. Tædet aĩam meã vitæ meæ. eiusdẽ 10. Dicunt ergo viri sancti de mundo isto. Non est bonũ nos hic esse, sed molestũ, sed graue, sed periculosum. Nec mirũ, q̃a hic malitiæ plurimũ, sapientiæ modicũ. Oĩa hic lubrica. Omnia tenebris operta. Oĩa laqueis peccatorum obsessa. Hic periclitantur in dies animę, ægrotant corpora, affliguntur mœrore spiritus. Hic tantũ vanitas reperitur, sęcuritas nulla datur, fraus & dolus vbiq; terrarum circunferuntur. Quomodo ergo bonum est nos hic esse? Certe potius malũ quàm bonũ, nisi forsan esset illa opportunitas, quæ hic nobis datur ad merendum.

Tertiũ concomitãs Christi transfigurationẽ est patris attestatio, quæ insinuatur, cũ subditur. Adhuc eo loquente, s. Petro ad Christũ, ecce nubes lucida obumbrauit, i. operuit eos, videlicet Apostolos. De illa autẽ

nube

nube dicit B.Tho.3.par.q.45.art.4.in sol.ad secundũ, ꝙ in ea apparuit Spiritusſanctus, sicut pater in voce, de quo subditur. Et ecce vox de nube, super quo dicit Chry.ꝙ Deus in nubes loquitur, vt apostoli magis crederēt esse vocē Dei, qui solitus erat loq antiquis patribus in nube, dicēs. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bñ cōplacui. Et eadē attestatio facta est à patre in baptismo eiusdē Xp̄i, vt patet Luc. 3. Dicit ergo Deus pater de filio suo Xp̄o, scd̄m magist. Nicol. Gorrā. Hic scd̄m, ꝙ Deus singulariter, qa ipse, & non alius est filius meus cōsubstātialiter, qa de mea substātia in æternitate genitus, dilectus æternaliter, non ex t p̄e adoptatus: in quo mihi bñ cōplacui, assumere humanitatē tēporaliter, in qua salutē hominū est operatus: ipsum tanquam me audite, quia veritas est, quæ nec fallere, nec falli potest. Io. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Nota si vis qūo Deus pōt quodāmodo dicere prędicta verba de quolibet iusto, qui est filius suus ꝑ gratiam adoptionis. Et per oppositū diabolus de quolibet peccatore potest dicere. Hic est filius meus, in quo mihi be.&c. Io. 8. Vos ex patre diabolo estis, &c.

Quartum concomitans prædictā Christi transfigurationem est timoris incussio. Et hoc notatur cū subditur. Et audientes discipuli, supple prædictam patris vocem, ceciderunt in faciem suā, & timuerunt valde. O si discipuli Christi tā iusti, & perfecti tātum timuerunt ad prædictam Domini vocem, tā gloriosam, tam dulciter resonantem, nec de pœnis comminantem, vt ceciderint in facies suas, quanto magis timebunt, & terrore mirabili cōcutientur reprobi in die iudicij, quandoquidem audient illam stupendam vocem dicentem. Ite maledicti in ignē, &c. Propterea dicebat Psal. Ab altitudine diei timebo, id est à die iudicij, quę erit alta dies, in qua omnes cōgregabuntur audituri Christi sententiam: timebo ego supple miser peccator quomodo nolo eum in prosperitate timere.

Quintum, & vltimum concomitans sæpe dictā Christi transfigurationem, dicitur apostolorū consolatio.

Nam postquam ceciderunt in facies suas timore perterriti, non multo post accessit (inquit Euangelista) Iesus, & tetigit eos, vt. s. eorum membra, & corda consolidaret, sicut solent homines apprehendere, & tangere manus trepidantium tanquàm securitatem dantes. Dixitque eis, Surgite, nolite timere, sed magis cō solamini de mea præsentia.

Moraliter. Cadunt homines per culpam cùm perdūt gratiam. Postmodum q̄nq; timent, q̄n considerant diuini iudicij seueritatē, æterni supplicij grauitatē, & mortis suæ incertitudinem. Accedit aūt tunc ad eos Iesus cum de sua salute diuinitus inspirantur. Insuper tanguntur ab eo, cum corporaliter affliguntur. Demū præcipit illis vt surgant à peccato per gratiam, & veram pœnitentiam. Quo facto vltra non timeant futuram damnationem, dummodo caueant sibi à recidiuo, quia qui liber est à culpa, liber est à reatu pœnæ æternæ. Et sic patet de concomitantibus Christi trāsfigurationem, quæ sunt quinque.

Tertio principaliter in hoc euang. fit mētio de consequentibus dictam Christi transfigurationē, quę sunt duo. Primū est mysterij clausio, seu consortij separatio. Et istud notatur cum dicitur, q̄ prædicti tres Christi discipuli surgentes de terra leuantes oculos neminem viderunt nisi solum Iesum. Et huius rationem assignās gl. ord. dicit, q̄ si Moyses, & Helias cū Christo vsque tunc permansissent, incertum fuisset cui pater testimonium dedisset. Mysticè autem per hoc significatur, quod postquam vmbra legis, & prophetarum discessit, verum lumen, quod est Christus, in Euangelio reperitur. Secundum consequens Domini transfigurationem est ipsius Christi præceptum, quia descendētibus illis, s. Christo & tribus discipulis, de monte videlicet Tabor, pręcipit illis Iesus, dicens. Nemini dixeritis visionem hāc, donec filius hominis à mortuis resurgat. hoc autem ideo præcipit Christus, ne tanta gloria præostensa incredibilis esset propter passionem sequentē, vel ne mors eius vera veniret in

dubium quã præcessit tanta gloria in ipsius corpore: Notanter autem Christus præcepit dictis discipulis nemini dicere visionem prædictam ante eius resurrectionẽ, vt per hoc nos instrueret non laudare hominem in vita sua, vt habetur Eccl. 11. sed bene post mortem. Deprecemur igitur charissimi benedictum Iesum vt post hanc vitam nos participes efficere dignetur suæ gloriosæ Transfigurationis, quam nunc obtinet in cęlis. Quam nobis concedat, qui in trinitate, &c.

DOMINICA II. QVADRAGESIMAE.



Gressus Iesus secessit in partes Tyri, & Sydonis. Matt. 5.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de nupt. l. imperialis, dicit, quòd clementia decet principem. Casus est talis. Aliquis casu fortuito occidit alium, propter quod capitur, & in carcerem recluditur. Interim autem amici eius currunt ad principem, rogantes eum pro litera, & gratia remissionis. Econtrario autem instant amici defuncti, vt occisor suspendatur, & fiat iudicium in iustitia de eo. Quid iuris in hoc casu? Certe attento, quòd casus fuit fortuitus, & requirat remissionem, illam non debet denegare princeps, quia vt dicit lex prædicta, clementia decet principem, & præsertim in casu pio, cuiusmodi est in proposito. Ista lex est conformis sententiæ illius moralis Senec. qui lib. de clementia dicit, quòd nullum magis decet clementia, quàm principem.

Moraliter. Ista lex potest exponi tripliciter scd̃m ꝙ triplex est princeps, videlicet Ecclesiasticus, laicus, supremus, videlicet Xps, qui est princeps regum terræ.

Primus igitur princeps est prælatus Ecclesiasticus, ꝗ præest aĩabus. Vnde & apostoli in hymno vocantur Ecclesiarum principes. Clementia autem decet hunc principem in ordine ad subditos, qui peccãt ex huma

na fragilitate seu ex passione. In ordine aũt ad eos, q peccant ex praua, & longa consuetudine, aut ex certa deliberatione seu malitia, debet esse seuerus, & rigidus, in cuius figuram dicit Paulus Hebr. 4. ꝙ in arca Moysi erãt simul virga, & manna. Archa Moysi mẽs est boni prçlati ĩ qua simul dẽnt residere virga correctionis, & durç increpationis quo ad malos subditos, & manna mansuetudinis siue clementiæ quo ad alios. Nam clementia secundum B. Th. 2.2. q. 157. art. 1. est moderatiua seu mitigatiua pœnarum pro loco, & tẽpore, & pro delinquentium qualitate. Et istud est contra illos prælatos quç sunt nimiũ duri, & seueri subditis suis etiam in modico deficientibus, & qui semper habent præceptum in ore, & virgam in manu. Tales. n. non habent virtutẽ clementiæ, & mãsuetudinis, sed potius vitium crudelitatis. Alij autem per oppositum sunt ita remissi, & pusillanimes, quòd omnia fermè dimittuntur transire impunita. Nota de illa abbatissa, q̃ cũ cauda vulpis disciplinauit vnã de suis monialibus, quæ passa fuerat lapsũ carnis. Mediũ ergo tenuere virtuosi principes aĩarum ĩ ordine ad subditos.

Secundus princeps, est princeps laicus, qui etiam tempore, & loco, & pro qualitate personarum debet habere clementiam ad subditos. Vnde in laudem regum Israel scribitur 3. Reg. 20. ꝙ reges Israel clementes sunt. Propter quod Senec. fecit librum ad propositum; quem intitulauit liber de clementiã ad Neronem, qui imperator erat. Non enim possunt melius principes attrahere ad se corda subditorum suorum, quàm per clementiam, & mansuetudinem, quia vt habetur Prouer 20. Roborabitur clementia thronus regis. Quod diligenter attendens rex Assuerus quamuis paganus, scripsit epistolas ad vniuersas partes terrç in hæc verba. Cum plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, nolui abuti potentiæ magnitudine, sed clementia, & lenitate gubernare subiectos, vt absque vllo terrore vitam silentio trãsigẽtes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur

rentur Hester 13. Ad hoc etiam est exemplũ de rege Apum, qui solus aculeo caret. Per quod manifeste designatur, ꝙ reges, & principes debent esse cæteris hominibus clemẽtiores. Debet tñ eorũ clemẽtia esse iustitiæ ꝑmixta pro loco & tpe. Istud ergo est cõtra nõ nullos reges, & principes Christianos, qui potius tyrannicè, quàm regaliter præsunt subditis, vexãtes eos tallijs, gabellis, & penè infinitis modis. Sed vñ hoc? maxime cũ tales antequã assumantur in principes, videãtur pij, & clementes? Certe huius rationẽ assignat Greg. lib. 25. moral. c. 20. dicẽs, ꝙ scd̃m merita subditorũ tribuuntur personæ regentiũ, vt sæpe qui videntur boni, accepto regimine mox permutentur. Hæc ille.

Tertius princeps est Christus Iesus, qui est rex regũ & dominus dominantium. Et iste princeps est clementissimus. Pro quo notandũ, qđ olim Deus erat seuerissimus erga pauperes peccatores, ita vt nullum sineret intrare palatium suum cęleste etiam quantũcunque videretur pęnitere de commissis peccatis. Sed ex quo factus est homo simul factus est totus clemẽs, ita vt de eo admiratiuè dicat Ecclesia. Quæ te vicit clementia, vt ferres nostra crimina, &c. Dicit. n. Hugo de S. Victo. ꝙ Clemens dicitur, homo, quãdo est tener ad compatiendum, facilis ad remittendum, & promptus ad subueniendum. Hæc autem tria plenissimè fuerũt in principe nostro Iesu Christo. Primum ostẽdit in effectu se habere, quando videns ciuitatem Hierusalẽ, & præuidens mala, quæ illi superuentura erant, fleuit super illam. Luc. 19. Et similiter quãdo vidẽs Magdalenã plorantem super morte fratris sui Lazari, lachrymatus est, Ioã. 11. Scd̃m etiam se habere ostẽdit, qñ eidẽ Magdalenæ ploranti ad eius pretiosos pedes dixit. Remittũtur tibi peccata tua. Luc. 7. Tertium similiter se habere probauit, quandoquidẽ Latroni dicẽti ad eũ. Memento mei do. &c. mox rñdit. Hodie mecũ eris in paradiso. Luc. 23. Hoc idem etiam manifestissimè se habere ostendit in historia p̄sentis Euãgeli, qñquidem liberauit filiam mulieris Cananeę à ve-

xatione spiritus maligni, dicens matri illius. Fiat tibi sicut vis. Ecce ergo, &c.

SECVNDA INTRODVCTIO EX EPIST.

Abstineatis vos à fornicatione. 1. Thess. 4. Scribitur extra de raptoribus. c. in literis, quod incendiarij ex quo sunt semel per Ecclesiã tales denuntiati, à solo Papa absoluuntur. Casus decretalis est talis. Quidã peruersus homo combussit plures Ecclesias, etiã malitiosè. Hic ergo cum peruenisset ad extrema, pœnituit, & rogauit curatum ad se vocari. Quo accersito rogauit eũ corpus suum inhumandum esse in terra sancta. Ille autẽ tanquam vir probus, & doctus hoc negat, addens quòd non potest eum absoluere ab excommunicatione, & per consequens neque post mortem corpori suo Ecclesiasticam sepulturam conferre. Super hoc igitur amicitus consulunt summum Pont. Alexan. III. Qui audito, quòd defunctus in fine pœnituisset, mandat vt absoluatur, & per consequens in terra sancta sepeliatur. Eadem sententia habetur extra de sent. excom. c. conquesti. Similiter idem habetur. 23 q. vult. c. pessimam, vbi dicitur, quòd si quis ex odio aut vindicta ignẽ apposuerit, siue apponi fecerit, aut appositoribus consilium, auxilium, vel fauorem scienter dederit, excommunicetur, & in mortis articulo Ecclesiastica careat sepultura, nisi supp. absoluatur à Papa.

Moraliter, Multi sunt hodie incendiarij in hoc mũdo. Nam per incendiarios intelligo generaliter oẽs illos, qui alios sollicitant, prouocant, & incitant ad malum. Da exemplum de lubricis viris. Item de crapulosis, & ebriosis. Item de lusoribus, & similibus. Nã sicut incẽdiarius primo ponit ignem in certo loco domus aut ciuitatis, deinde ipse ignis volitat de domo in domum, & de loco in locum, ita etiam multi sceleratissimi viri primo corrumpunt quasdam particulares personas, deinde medio earum corrumpunt, & incẽdũt vnã totam communitatem, ciuitatem, aut prouinciã. Da exemplum de hæresi Ariana, quæ primo paucos incẽdit. Deinde diffusa est de gente in gẽtem, & de regno

in

in regnum. Ecce ignis ille de quo loquitur dñs Deuter. 32. dicens. Ignis succensus est in furore meo. Vnde in figuram huius legitur Iudic. 15. de Sampsone, qui accepit trecentas vulpes, in quarum caudis ligauit faces ardentes. Cumque huiusmodi vulpes huc atque illuc discurrerent, combusserunt segetes, vites, & oliueta Philistinorum. Ad propositū vulpes in caudis suis ignem deferentes quo comburuntur fructus terræ, rectè designant publicè peccantes, qui suo malo exemplo alios incēdunt intus in conscientia. Nonne dominæ, & domicellæ illæ quæ post se trahunt tunicas caudatas, cum quibus videntur quodam modo mundare vicos platearum sunt similes vulpibus Sāpsonis in hoc, scilicet quòd incēdunt igne concupiscentiæ corda carnalium hominum? Sed quid ēst quod incendiarij à solo Papa absoluuntur, nisi ꝙ carnales, & lubrici viri castas, & pudicas virgines aut mulieres de actu turpi sollicitantes, adeo grauiter peccāt, ꝙ nō nisi à Deo absolui possunt? Merito ergo tales incendiarij debent sibi præcauere ab igne concupiscentię, prout eos admonet Apo. in epistola huius Dominicæ dicens, Abstinete vos à fornicatione, &c.

PRO EADEM DOMINICA DE EVANG.

Domine adiuua me. Matth. 15.] Scribitur extra de officio iudicis ordina. cap. perniciosam, ꝙ ecclesia in casu potest implorare auxiliū brachij secularis. Casus est talis. Est aliqs zelosus Episcopus, q in propria visitās suā diœcesim sicut olim faciebant sancti Episcopi, inuenit quēdam ecclesiasticū tenentē concubinā à pain & á pot, quem etiam alias de simili casu reprehēdit, sed neque secuta est emenda. Hunc ergo iubet ꝑ suos officiarios apprehendi, & trahi ad carceres suos. Qđ alter attendens munit se, & defendit quantū potest. Quid ergo iuris in hoc casu? Certe respondet Papa Io. per dictā decretalem, quòd in tali casu aut simili Episcopus pōt implorare auxiliū brachij secularis, & per clientes siue officiarios regios eū pōt capere, & ad carceres suos ducere, qa vt dicitur 23. q. 5. principes,

&a Cananea, Domine adiuua me.

In pręsenti euang. de tribus principaliter fit mētio, videlicet, De muliere Cananea instanter supplicante. ibi. Miserere mei domine, &c. De Christo supplicationis exauditionem dissimulante, ibi. Qui non rńdit ei verbum. De eodē Christo magnifice & liberaliter subueniente. ibi. Fiat tibi sicut vis.

Primo igitur fit mentio de muliere &c. Pro quo notandum quòd vt refert euang. Matthæus, egressus Iesus, videlicet de terra Genesar, in qua vt legitur Matt. 14. ipse curauerat oēs male habentes, & fimbriam vestimenti eius tangentes, secessit in partes Tyri & Sydonis, vt. n. dicit de Lyra, Tyrus & Sydon erant quædam ciuitates sitæ in terra Promissionis, & hoc prope montē Libani, in quibus habitabant Gentiles. Non. n. potuerant filij Israel totaliter expellere Gentiles de terra Promissionis Et hoc ex diuina ordinatione, vt. s. in eis erudiretur Israel, & similiter vt essent flagellum dñi contra Israelitas quotiens à Deo recedebant per peccatum. Si cui forte ac ratione noluit dñs Anglos à cunabulis infestos Francis & regno Franciæ totaliter ab eodem regno expellere, sicut patet de illis, qui adhuc inhabitant oppidum Calētense munitissimum, & quasi inexpugnabile. Et de huiusmodi terris & ciuitatibus inhabitatis per gētiles & idololatras in terra Promissionis, loquens Dñs ad increpationē & vituperiū iudæorū Matt. 11. ait. Væ tibi Corrozaim, væ tibi Bethsaida, qa si in Tyro & Sydone factæ fuissent virtutes, q̄ in vobis factę sunt olim in cinere & cilicio pęnitentiā egissent. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sydoni remissius erit in die iudicij, quā vobis. Et certe hæc uerba modo possent improperari malis & peruersis Christianis in ordine ad paganos, & iudęos. Sequitur. Et ecce mulier Cananea à finibus illis egressa clàmauit, dicens. Miserere mei domine fili Dauid, filia mea male &c. Nec certe mirum si hæc mulier clamabat post Christum, Sunt. n. tria quæ faciunt aliquē clamare, videlicet necessitas, sicut patet in egenis petē-

tibus

tibus eleemosynam. Amor, sicut patet in lugentibus mortẽ amicorũ suorum. Dolor, sicut patet in infirmis, aut qbus dolor grauis infertur. Propter hæc ergo tria clamabat dicta Cananea. Primo quidem, quia indigebat misericordia Christi, non tam pro sanatione filiæ suæ, q̃ pro sua consolatione: ideo ait, Miserere mei dñe. Secundo verò, quia diligebat. Et hoc notatur cum subditur, filia mea, quam naturaliter diligere debeo. Tertio autẽ quia dolebat sup. videndo filiã suã in miserrimo statu, de quo subditur, quia male à dæmonio vexatur. Et nota ꝙ mulier Cananea vocauit Christum dominum, & Dauid filium. Primum referens ad ipsius Christi diuinitatem. Secundum verò ad eiusdẽ humanitatem. Ex quo patet ꝙ iã erat aliquo modo à doctore intrinseco edocta ĩ fide Christi. Volebat aũt per prædicta verba innuere, ꝙ Christus poterat filiam eius curare, quia domine. Item ꝙ hoc debebat ex quadam decentia agere, quia fili Dauid, qui. s. fuit totus misericors & pius, vñ & dicere poterat cũ Psal. Duo hæc audiui, sup. de te filij Dauid, & hoc Spiritusancto me illuminante interius [quia potestas Dei est,] sup. in te, vt curare possis filiam meam, & ideo rogo te nõ excuses, nec hoc beneficiũ mihi deneges, [& tibi domine misericordia] . s. ut velis secundũ, ꝙ homo: ergo miserere mei domine fili Dauid. Quod quidem verbũ pertractans Chrysost. homil. 12. dicit sic, Miserere mei domine, modicus quidẽ sermo est, sed immẽsum benignitatis continet pelagus. Vbi. n. misericordia postulatur, ibi vniuersa comprehensa sunt bona. Hæc ille. Idem etiam dicit hom. 79.

Allegoricè, Hæc mulier tam solicita de salute filiæ suæ dæmoniacæ, & pro qua tam instãter rogat Xpm, designat sanctam matrẽ Ecclesiã militantẽ, cui semꝑ est cura de salute filiorũ & filiarũ suarum, & signãter quando vexantur à dæmonio per peccatũ. Præcipuè autem pro illis orat in quadragesima, vt saltem tunc liberentur à dæmonio per sacramentalem confessionem. In cuius rei signũ semper in finem missę de ieiu

nio solet addi collecta pro populo, ante quam solet diaconus clamare & dicere, Humiliate capita vestra Deo, vt scilicet libentius vos exaudiat.

Moraliter, hæc filia dæmoniaca est quęlibet anima in peccato mortali existens. Nam vt dicit Chrysost. homil. 12. Magnus dæmon peccatū est. Ex quo verbo possumus concludere ꝙ dicta filia, i. peccatrix anima tot in se habet dæmonia quot peccata mortalia. Ecce in quali & quam periculoso statu est, & quam horrendā societatē habet. Mulier autem Cananea tam instanter pro filia sua orans significat, ꝙ parentes carnales debent feruenter orare Dominū pro spirituali salute filiorū atq; filiarum suarū, & precipuè quādo iam conspiciunt eos à dæmone possessos, i. subiacere peccatis & vitijs. Item pro talibus debent parentes petere orationes & præces sanctorū virorū. Sic. n. agebat sancta illa Monica quondā mater diui Augu. ꝓ eodem filio suo, ꝓut ipsemet refert lib. 3. confess. dicēs, ꝙ plus ipsa flebat pro conuersione sua orando dominū, q̄ flēt matres corperea funera filiorum suorum. Item nullū diē prætermittebat, in quo oblationem bis ad altare domini nō offerret pro eo, videlicet mane & vespere, vt idem testatur lib. 5. confess. Similiter refert idē prædicto lib. 3. ꝙ dicta mater eius multum & quasi importunè instabat ad B. Ambr. vt dominum rogaret pro illius conuersione. Intantū quod semel attediatus præcibus importunis illius, dixit ei stomacando. Vade à me, fieri non potest vt filius istarum lachrymarum pereat, ò bona & pia mater. O quot sunt hodie paucissimæ Monichæ super terram. Nam modernæ matres plus solicitantur de filiorum suorum salute corporali, quàm spirituali. Plus amant eorum corpora, quàm animas. Plus timent de ipsorum morte corporali, quàm æternali.

Queritur circa historiam præsentis euang cur Dominus permittit homines interdū à dæmonibus possideri & corporaliter vexari. Ad quod respondetur, ꝙ propter multas rationes.

Prima

Prima igitur ratio est ꝓpter dubiũ in fide. Sunt.n. aliqui ita imperfecti in fide vt non credant dæmones esse, sed quicquid de talibus dicitur, hoc fit(dicunt)vt timor incutiatur malis hominibus. Vnde & Tullius dicebat. Vt esset formido male agendi apud improbos constituta sunt à maioribus nostris supplicia apud inferos. Ad refellendum igitur huiusmodi errorem pestiferum permitit Deus ꝙ etiam in præsenti appareat malitia dæmonum etiam quodammodo sensibiliter, videlicet in vexando & possidendo homines corporaliter, sicut etiam voluit vt appareat purgatorum S. Patricij, videlicet ad terrorem illorum, qui negant purgatorium & infernũ. Quãuis audierim à viris probatis de Hybernia, apud quos dicitur esse huiusmodi purgatorium, ꝙ à parte rei talia non sunt neque vidẽtur qualia finguntur. Dicunt tamen illic esse quandã abbatiam & in ea foueã, seu locum subterraneũ, apud quem intrantibus multa in somnis siue secundũ fantasiam aut imaginariam visionẽ apparere dicũtur. Satis ergo ad primum propositũ loquitur Saluator noster Ioan. 4. dicens Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.

Secunda ratio est propter peccatũ in lege. Sunt.n. nonnulla peccata tam execrabilia & enormia, ꝙ in vltionem eorũ permittit omnipotẽs Deus actores taliũ à dæmonibus corporaliter possideri & vexari. Et de hoc habemus historiam in vtroq; testamento. Quantũ quidẽ ad vetus legitur 1. Reg. 16. & 18. ꝙ Saul ꝓpter suam inobedientiam fuit à spiritu maligno possessus corporaliter & vexatus. Quantum etiam ad nouũ testamentum legitur 1. Cor. 5. ꝙ Paulus tradidit satanæ quendã Corinthium corporaliter vexandum, vt tamẽ spiritus eius saluus fieret ꝑ talem pęnã. Et huius ratio fuit eo, ꝙ commiscebatur carnaliter nouercæ suæ, i. vxori secundæ patris sui, nec super hoc admonitus desistere voluerat.

Tertia ratio est propter manifestationẽ diuinæ omnipotentiæ, atque vt mirabilis appareat & prędicetur omni-

omnipotens Dñs in suis & ex suis operibus secundũ ꝙ in simili dixit Christus de cœco nato. Io. 9. Neq; hic peccauit, neque parentes eius vt cœcus nasceretur, sed vt manifestentur opera Dei in illo. Neque tamen qui hac ratione vexatur à maligno spiritu, potest rationabiliter conqueri de Deo, quia nemo potest ei dicere cur ita facis, quasi volens eius corrigere opera tanquã non bene facta. In talibus. n. sola voluntas faciẽtis est sibi ratio faciendi ita. Da exemplum de figulo, qui sola voluntate de eadẽ massa terræ facit varia vasa ad varios vsus.

Quarta ratio est propter ostẽsionem sanctitatis alienæ, vtpote sanctorum Dei. Verbi gratia, Ad ostendendum enim quanti meriti sit apud Deum Beatus Petrus, frequenter ad impositionem & tactum cathenarum, quibus fuit sub Herode ligatus dæmoniaci liberati sunt. Hac etiam ratione Ambianis atque quibusdam alijs locis regni Franciæ, in quibus particulatim diuisum est & honorificè reconditum sacrum caput diui Ioannis Baptistæ, curantur multi homines, qui potius videntur dæmoniaci, quàm alio genere morbi laborare. Vult ergo Deus sanctos suos honorare, præbendo remedia sanitatum contra varia genera infirmitatum multis ægrotis eorum præcibus & meritis. Propter ꝙ dicit Psal. Mirabilis Deus in Sanctis suis.

Quinta ratio est propter approbationẽ sanctæ ordinationis humanæ. Vnde legitur in vitis fratrum ord prædicatorũ de quodam fratre conuerso, qui cũ in occulto comedisset carnes, quæ superfuerãt cuidã fratri infirmo, cui ministrabat, statim inuasit eũ diabolus. Dictum tamen fratrem suis præcibus & meritis à spiritu maligno liberauit B. pater Dominicus, qui pro tũc in conuentu, vbi hoc accidit, præsens erat.

Sexta ratio est propter angmẽtum meriti & gratiæ. Nam hac ratione permisit Dominus sanctissimũ, & patientissimũ virorũ Iob crudeliter tractari à dæmone, ita vt à planta pedis vsq; ad verticem capitis sui, nõ esset

Mysticè per hanc taciturnitatem Christi significat ꝙ & si interdũ dominus ad primā petitionē ecclesię differat dare quod petitur, nequaquam tamen est desperandum, vel à petitione cessandum, sed multo magis præcibus insistendum, siue ad Deum; vt conferat quod petitur, siue ad Sanctos eius, vt multiplicatis intercessionibus tandem cōferat, quod impromptu differt dare. Propterea dicebat Psal. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte supple clamabo nec similiter exaudies, & non ad insipientiā mihi, immo ad maximam sapientiam & eruditionem, vt s. per hoc doceas me in oratione pseuerare, & sic meritũ magis ac magis augere. Greg. in mora. lib. 20. c. 25. exponens illud Iob. 30. Clamabo ad te & non exaudies, insto & non respicis me, dicit sic, Alto consilio omnipotens Deus cùm sancti eius aduersariorũ persecutionibus comprimũtur, cumque assiduis interpellationibus clamant, vt liberentur differre solet voces petentium, vt crescant merita patientium. Et post pauca. Nam ad multiplicandam sanctorum sapientiā proficit, quod postulata tarde percipiunt, vt ex dilatione crescat desiderium, ex desiderio intellectus augeatur. Intellectus vero cum intenditur, ei in Deum ardētior affectus apperitur. Affectus vero ad promerenda cęlestia tanto fit capax, quanto fuerit expectando longanimis. Hęc ille.

Allegorice, prędicta tarditas exauditionis mulieris Cananeæ rogantis Christũ pro liberatione filiæ suæ dæmoniacæ, recte designat tarditatem aduentus filij Dei in mundum, qui diu fuit desideratus & postulatus à sanctis patribus, vt descenderet in hunc mundũ, & liberaret filiam à dæmonio vexatam. i. naturam humanam peccatis obnoxiam. Tandem ergo victus importunitatem petentium, descendit, & eam sanā fecit.

Moraliter. Per difficultatē impetrationis salutis pro filia mulieris Cananeæ, significatur ꝙ iustis interdũ pro alijs in peccato existētibus orātes, nisi difficulter exaudiuntur, aliquando vero nunquam, opponētibus

se

se effectui orationis eorũ delictis aliorum pro quibus orãt. Ecce.n. Moyses frequẽter legitur orasse dominũ pro salute Pharaonis, q tñ tandẽ submersus est in mari rubro. Itẽ Abrahã orauit Dñm ne pderet Sodomã & oẽm circa regionẽ, nec tñ exauditus est contradicẽtibus demeritis inhabitãtium illic. Similiter legitur ibidem 7. ꝙ ipse dñs dixerit ad Hieremiam. Tu noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te. Et huius refutationis causam assignat, di. Nonne vides quid isti faciũt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalẽ? Similiter legitur 1. Reg. 16. ꝙ Samuel propheta sanctissimus multũ instãter rogauit Dñm pro rege Saul, etiã vsq; ad lachrymas, nec tamen exauditus fuit, qnĩmo dixit ei dominus. Vsquequo tu luges Saul. cum ego proiecerim eũ ne regnet super Israel? Insuper Ezec. 14. dixit dominus. Si steterint Noe, Iob, & Daniel non liberabunt filios suos & filias, quoniam inualuit eorum malitia. Ex his ergo omnibus elicere possumus, & cõcludere, ꝙ orationes iustorũ non prosunt alijs pro quibus fiunt, qñ ponunt obicem, insup & nisi cooperẽtur. Hoc.n. vult Chrysost. q homil. 79. ait, Bonum est sanctorũ oratione pfrui, maximè cum nos & cooperamur. Quis si nõ cooperemur, nihil prodest aliorum auxiliũ, verum & cũ illo perimus. Hæc ille. Et ad propositum facit exemplũ quod legitur in vitas patrum de quodam graui peccatore, qui se commendauerat precibus cuiusdam sancti patris. Videns ergo ꝙ nõ inde fieret melior, redijt ad patrẽ cõquerẽs ꝙ non bene orasset pro eo. Pater autem intelligẽs, ꝙ ille nõ cooperaretur suæ saluti, quinimmo aduersaretur continue peccando, & ꝙ hæc esset causa, ꝙ orationes suæ illi nõ prodessent, imposuit humeris suis saccum grauem, iubens vt cum illo de camerula sua exiret. Cumq; ille hoc studeret facere, dictus pater retro stans retrahebat ad se saccum, iubẽs semper vt exiret. Quod ille persentiens, & quomodo inquit exire possum cum tã graui sarcina, maximè cum tu econtrario

retrahas

retrahas & obicem ponas? Ad quē pater. Et quomodo, inquit, potero te iuuare meis præcibus, cum tu illis peccando obſiſtas?

Notandum eſt aūt iuxta hiſtoriam præſentis euangelij, ꝙ mulier Cananea veniens ad ſummum regem Chriſtū, pro illius reuerentia, & vt facilius ab eo exaudiretur aſſumpſit inſuo comitatu plures generoſas domicellas valde decoras, etiā tanto regi acceptiſſimas, quas ſimiliter in ſuo comitatu debet habere quicunq; cupit aliquid à Deo impetrare.

Prima igitur domicella fuit Fides. Niſi.n.credidiſſet Chriſtū omnipotentē, & filiā ſuam à maligno ſpiritu curare valentem, nequaquā ad eum acceſiſſet. Vnde & in fine Euangelij laudat eam Chriſtus de ſublimitate fidei ſuæ, dicēs. O mulier magna eſt fides tua. hanc etiam domicellam ſemper debemus nobiſcum habere, cū ad Chriſtū exorandum accedimus, quia vt habetur Heb. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Debemus ergo credere eum omnia poſſe, & ſimiliter ꝙ facit omnia quæcunq; vult in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis. Itē quòd eſt futurus remunerator bonorum, & vltor malorum.

Secunda domicella fuit Spes. Fruſtra .n. Chriſtum & eius Apoſtolos rogaſſet ſi non ſe ab eo exaudiendam ſperaſſet. Hanc ſimiliter domicellam ſecum debet habere omnis peccator veniam petens à domino. Debet enim ſemper extollere ī corde ſuo Dei omnipotentiam & miſericordiam ſupra omnem humanā malitiam. Vnde Chryſoſt. homil. 12. de muliere Cananea. Noli inquit mihi dicere perij, qui iam medicum habes fortiorem te, & potentiorem quàm infirmitas tua eſt. Hæc ille.

Tertia domicella fuit Charitas. Nēpe mirabilē charitatem ad filiam ſuā ſe habere oſtendit hæc mulier, cui tātum compatiebatur, ꝙ dolorē filię ſuum reputabat & faciebat. Propter quod dixit Chriſto, Miſerere mei dñe. Hanc pariter domicellā in ſuo comitatu ſecū debet habere omnis orās ad dñm. Non.n.debet ho-

mini sufficere pro se orare, aut saitē propriā curare nisi etiam pro posse procuret aliorū salutē, dicēte scr ptura Eccl. 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo. Et Iac. 5. Orate pro inuicem, vt &c.

Quarta domicella fuit Patientia, Et hanc domicellam euidentissime secum se habere ostendit, maxime cū Christus illi misericordiam petenti responsum nō dedit, vt dicit Euangelista. Nec tñ inde turbata est, aut in verba dura prorupit, di. Quare mihi non loqueris? Nonne deterioris sum conditionis, quàm illa mulier deprehensa in adulterio, cui tm̄ fauisti, & partes eius defendisti? Neque similiter Christo improperauit, ꝙ tam familiariter locutus prius fuisset mulieri Samaritanæ venienti haurire aquam, & huiusmodi. Hanc similiter domicellā patientiæ secum habere debent quicunque ad dn̄m accedunt aliquid petentes ab eo si mox non respondet petitioni eorum. Differt. n. sæpe exaudire, vt discamus perseuerare, aut quia forte non expedit nobis pro tunc obtinere, quod petimus. Sapientissimus. n. medicus est, & ideo oī cum fiducia nos, & causas nostras illi committere debemus, & patienter ferre si aliter euenerit, quàm optamus.

Quinta domicella fuit Humilitas. Quam similiter aperte se habere ostendit in suo comitatu dicta Cananea, qn̄quidem Christo dicenti illi non esse bonū sumere panem filiorum, & mittere canibus, quasi vocasset eā canē, & indignam gratia sanitatis, quam pro filia petebat, illa de se minus sentiens, catellam se vocauit, dicēs: Etiam Domine, quasi diceret, verū est qđ dicitis. Nihilominus catelli edunt de micis, q̄ cadunt de mensa dominorum suorū, acsi aperte diceret. Non mereor panē integrū gratiæ vestræ, sed cōtēta sum reliquijs sanitatum, quas iudæi vilipendunt, vt dicit gl. interl. Aug. aūt super psal. 58. exponens illud verbū. Famem patientur vt canes, dicit ꝙ hæc mulier Cananea suscepit humiliter à Christo cōuiciū, & ideo meruit beneficium. Neque tamē inquit cōuiciū illud dicendum erat, quòd à dn̄o dictum erat. Seruus. n. si ali-

quid

quid tale domino suo dicat, conuicium est. Dñs autem cum aliquid tale dicit seruo suo, dignatio potius dici potest, quàm conuicium. Hæc ille. Hanc similiter domicellam secum habere debent quicunque recedunt ad Dominum, aliquid impetrare volentes; quia vt habetur de eo in psal. Respicit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum.

Sexta domicella pedissequa mulieris Cananeæ venientes ad Christũ fuit Perseuerãtia. Signũ. n. magnę perseuerantiæ in ea fuit, quòd totiens quasi despectui habita à Christo, & quasi denegata super instanti petitione sua, non propter ea animum perdidit, nec inde indignata fuit, aut de impetrando, quod petebat desperauit, sed virili animo potius, quàm fœmineo perseuerauit, nec currens ad Christum, nec ad Petrum, nec ad Ioan. nec ad Iac. & sic de alijs Apostolis. Postremo rediens ad eundem Christum, & fortè in terram se prosternens clamauit. & dixit, Domine adiuua me. Cui cum iterum satis dure respondisset, di. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus, patientiam habuit cum canem à Christo se appellari audiuit, quinimmo catellam se appellauit, ecce eius perseuerantia. Hãc etiam domicellam sanctæ perseuerãtiæ in comitatu nostro habere debemus cum ad Deũ supplicaturi accedimus, prout innuit Christus in illa parabola, de qua Luc. 11. de homine pulsante ad ostiũ amici sui media nocte petente tres pa. &c Postquam ergo peccauimus, debemus more huius Cananeæ perseuerare in petendo Dei misericordiam, recurrendo ad ipsum dominum, & ad B. Virginem, vel ad talem vel talem Sanctum, & ad hoc propositum dat Chryso. hom. 80. talem persuasionem seu similitudinem. Cum inquit hoĩem irritasti, rogas amicos, & vicinos, atque ianitores, pecunias impendis, & multos dies cõsumis accedẽs, & supplicãs si semel, vel bis, vel millies irritatus te reijciat, & omnino non recedis, sed maiori labore contendis maiorẽ adhibes supplicationẽ, sic & nos agere debemus postquã peccauimus. Da etiã similitudinem

dinem de illis, qui habent aliquos processus in curia parlamenti Paris. qui omni die quo sedet dicta curia, solent præsentare singulis dominis dictæ curiæ quædam breuia siue chartular supplicantes expeditionem sui processus. Tandem autem dicti domini fortè tædio affecti pronuntiant arrestum. sic &c.

Iuxta autem illud verbum præsentis Euangelij. Nõ est bonum sumere panẽ filiorum, & mittere canibus. Nota de multis nobilibus, & diuitibus habẽtibus multitudinẽ canum venaticorum, quibus dant panes in copia, pauperibus aũt vix micas tribuunt. Nota de illo comite habente 140. canes, prout relatu famolorũ suorũ didici, à quo vix potui obtinere exiguam eleemosynam pro quodam vicino cõuẽtu ordinis nostri, in quo capitulũ fratrũ reformatorũ celebrandũ erat. Sed hęc missa facientes, veniamus, & requiramus aliã prædictorum verborum expositionem.

Mysticè, Ergo notandum, quòd canes in sacra scriptura, quandoque significant quosque rectam fidem non tenentes, & signanter paganos, & infideles, secundum illud Apoc. vlt. Foris canes, & venefici, i. venenũ infidelitatis facientes, & impudici, tam corporaliter luxuriando, quàm spiritualiter iniquitatem quamcunque faciendo, & homicidæ, supple Christianorũ, quando datur illis facultas, & idolis seruientes. Hi ergo sunt canes, de quibus pie conqueritur mater Ecclesia, dicens illud Psal. Circundederunt me canes multi. Et vere multi, quia plures sunt, quàm Christiani. De huiusmodi ergo canibus loquitur Christus in præsenti Euangelio, dicens, quòd non est bonũ sumere panem filiorũ, & mittere canibus. Filij Dei sunt veri catholici, quorũ panis est verbũ salutis, & sacrę scripturę, iuxta illud Deut. 8. Non in solo pane viuit hõ, &c. Iste ergo panis delicatissimus nõ dẽt dari canibus ꝑdictis. Nota tamen ꝙ infideles sunt in duplici differentia. Quidã enim inter eos sunt, quæ pertinaci animo persequũtur Christianos, & quorum cor induratũ est, sicut lapis. Alij vero sunt, q peccant partim ex ignorantia

tia, & qui forte libenter susciperent Christi fidem, & legē si audirent de ea loqui. Primis ergo non debet dari panis filiorū prædictus, dicente Christo Mat. 7. Nolite sanctū dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte cōculcēt eas pedibus suis. Secundis vero expedit dare prædictum panem filiorum. De primis ergo loquitur Christus in præsenti Euangelio, cum ait. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus, non autē de secundis.

Moraliter seu etiam mysticè panis filiorum est sacramentum altaris, de quo in Psal. Panem angelorum manducauit homo. Iste autem panis nullo pacto debet dari canibus, i. peccatoribus & signanter notorijs, & publicis. Adde, ꝙ neque etiam priuatis, & occultis, præsertim si illum panem petant in occulto illi, qui cognoscit eos esse tales, & tanquam nolentes veraciter pęnitere. Secus autem si in publico, quia tunc illis non debet denegari, etiam ab eo, qui in occulto cognoscit eos esse tales, & hoc ne videatur prodere peccatum eorum occultum, aut ipsos scandalizare. In cuius figuram legitur 1. Reg. 21. quòd Achimelech sacerdos domini dedit sanctum panem, i. domino consecratum Dauid, & seruis suis fame laborantibus, dicens. Si mundi sunt, & potissimè à mulieribus, manducent ex eo. Quasi diceret, quòd non licebat de huiusmodi panibus manducare. Heu quod maius est, panis propositionis, aut panis altaris? Nonne secundus? Si ergo nō licebat nisi mūdis manducare de primo, quāto magis neq; de scd'o? Propter quòd dicit Apoc. 1. Cor. 11. quòd qui manducat indigne, iudicium sibi, &c.

Qualiter autem peccator rectè designetur per canem perpulchre declarat dn̄s Hugo Card. in postilla sua, ideo pertranseo.

Insuper iuxta sequens verbū in quo dicitur. Catelli edunt de micis, quæ cadunt, &c. Notandnm similiter, quòd dictum verbum potest exponi dupliciter, videlicet mysticè, & moraliter.

Mysticè igitur catelli sunt doctores Ecclesiæ militā

tis, quorũ dñi sunt Angeli & vniuersaliter quotquot inhabitant Ecclesiam triumphãtem. Huiusmodi ergo dñi comedũt super mẽsam Christi in regno cœlorum panem integrum,& delicatissimum salutaris doctrinę & notitiæ diuinæ, vtpote contẽplantes Deũ facie ad faciem. Catelli vero prædicti solũ comedũt de micis quæ inde descẽdunt. Nam theologia,& scientia viatorũ non est nisi vna mica,descendens à theologia beatorũ,qui comedunt panem integrum,vt dictũ est,quia vt habetur Rom.1.Quod notũ est Dei, manifestũ est ĩ illis.Item 1.Cor.13 Nunc cognosco ex parte, tũc autem cognoscam sicut & cognitus sum.O quàm felices sunt illi, qui in præsenti sic vacant studio sacræ scripturæ,vt degustata mica peruenire digni sint ad locũ, in quo panem integrum,& suauissimum notitiæ diuinæ commesturi sunt.

Moraliter. Catelli sunt pauperes religiosi mendicãtes,qui non cessant latrare contra vitia, & vt arceant lupos infernales ab ouibus Christi.Domini autẽ sunt multi Ecclesiæ prælati, tam Episcopi,quàm curati,similiter & religiosi reddituati, qui hodie non solent vocari fratres,sed domini. Et reuera quando exeunt claustrum,& signanter si fuerint priores aut abbates, potius videntur nobiles,& domini,tum in vestitu, tũ in ęquitatura,tum in familia,tum in canibus, & venaticis auib. quàm monachi,de multis loquor.Et idẽ iudiciũ de plerisquè episcopis,& Ecclesię prælatis.Hi ergo dñi epulàntur quotidie splendidè. Prædicti autẽ catelli qñque stant diu expectantes ad fores eorum petẽtes humiliter micas.i. reliquias,quæ cadũt de mẽsa eorum,i.quæ superfluunt eis. Sed quomodo prouidetur dictis catellis? Certe dicti domini habent vnũ communem procuratorẽ, qui largitur de huiusmodi micis prædictis catellis ac cæteris ægenis,cui nomen Nemo, & qui olim faciebat eleemosynas diuitis epulonis,quas mittebat pauperculo Lazaro, de quo Luc. 16.scribitur,quòd nemo illi dabat.

Vel dic, ꝙ catelli ecclesiæ sunt pauperes capellani

qui

qui in ecclesijs cathedralibus, seu collegiatis, aut parochialibus faciunt seruitium, portantes pondus diei & ęstus. Domini autẽ sunt grossi canonici, & curati, qui capiunt grossum præbendarum, seu beneficiorũ suorũ, vix relinquẽtes exiguas micas capellanis suis, ita vt tales vix habeant alimẽta ad necessitatẽ, & quibus tegãtur. Da exẽplũ de equis laborantibus seu arãtibus auenam, qui tamen minus de ea comedunt, q̃ grossi equi, qui ferme continuo stant in stabulo.

Vel dic, ꝙ catelli sunt simplices, & deuoti catholici. Dñi aũt sunt viri magni, & literati. Catelli ergo petunt saturari de micis, quæ cadunt de mensa dñorum suorum, quando simplices, & quæ sunt absque literis, currunt post famosos prædicatores, sicut sæpe cõtingit in magnis ciuitatibus, & ꝓcipuè in quadr. & diebus solẽnibus. Beati ergo, qui habitant vrbes. Secus autẽ in locis cãpestribus, vbi paruuli, id est pauperes, & simplices petũt panẽ doctrinæ, & nõ ẽ qui frãgat eis. Tren. 4. Habent. n. communiter rectores, & vicarios tales quales, & q̃ vix sciũt aliqñ legere missã de die.

Tertio principaliter in præsenti euangelio fit mentio de Christo liberaliter, & magnifice subueniente mulieri Cananeę, cum dixit ei. Fiat tibi sicut vis. Prius tamen laudauit eam de fide, dicens. O mulier magna est fides tua. Ecce enim laus breuis in verbis, sed magna in sententia, præsertim si consideremus tria, videlicet laudatorem, personam laudatam, & laudis materiam. Nam laudator est Christus, qui neminem laudat nisi quem nouerit laude dignum. Secus autem de hominibus, qui sæpe laudant eos, qui potius sunt digni vituperio, quàm laude. Item persona laudata est mulier humilis, patiens, & perseuerans in petitione sua Item materia laudis est fides illius. Materia autẽ laudis mundanæ semper est res mundana, vtpote diuitiæ, honores, pulchritudo, & similia. Dixit ergo mulieri Cananeæ Christus. O mulier magna est fides tua. Magna inquam quantum ad altitudinem, quia vsque ad cęlum ascendit, dum me verum Deum, & omnipo-

tentem credidisti. item magna quantum ad latitudinē, quia per totū mundum narrabitur fides tua, & pręsertim, vbi prædicatum fuerit hoc euangelium. item magna, i. profunda & radicata, quia nec duris uerbis nec humana verecundia potuit à corde tuo euelli. itē magna, i. longa, quia vsq; in finem es creditura. Et nota, ꝙ Christus non dixit fidem mulieris Cananeæ fuisse maximam, sed magnā tātum Magna ergo fuit fides illius iuxta Christi testimonium. Maior tamen fuit fides Centurionis, de qua dixit Christus Matth. 8. Non inueni tantam fidem in Israel. Maxima uerò fuit fides virginis Marię. Lucæ 1. Beata quæ credidisti.

Vtrum Christus conuenienter laudauerit mulierē Cananeam de magna fide illius, præsertim in ipsius præsentia? videtur ꝙ non. Nā per talem laudationem poterat ad inanem gloriā prouocari, & ita dabat sibi occasionem ruinæ. Præterea Eccl. 11. dicitur. Ante mortem ne laudes hominem. Item Sene. lib. de quatuor virtutibus dicit. Lauda parce, vitupera parcius. Christus autem non laudauit Cananeam parce, sed multum excellenter. igitur. Ad hāc quæstionem possumus respondere ex his, quæ dixit B. Th. 2. 2. q. 115. art. 1. in sol. ad primum, vbi dicit, ꝙ contingit hominem laudare dupliciter, s. bene & male, secundum ꝙ debitæ circunstantiæ obseruantur, vel prætermittuntur. Si. n. aliquis alium laudet, vt sic ipsum consoletur ne deficiat in tribulationibus, vel vt amplius in bono proficiat, hoc est laudabile, & pertinet ad virtutē amicitiæ. Si vero ipsum laudet in quibus non est laudandus, quia fortè talia mala sunt, uel si uerisimiliter timet, ꝙ ex huiusmodi laude alter prouocabitur ad inanem gloriam, tunc vituperabile est hominem in facie sua laudare. Et quia Christus, qui cognoscit occulta cordium bene nouerat, quia mulier Cananea ex prædicta laude nō insurgeret ad inanē gloriā, quinimmo ex hoc amplius de uirtute in virtutē proficeret, ideo rationabiliter ipsam laudauit in ipsius p̄sentia, dicēs. Magna est fides tua. Et per hoc potest faciliter respōderi

deri ad auctoritates adductas in oppositum.

Sequitur in textu pro conclusione euangelij. Fiat tibi sicut vis. Istud fuit verbum Christi ad mulierem Cananeam, quàm valde ample tandem exaudiuit, quia nō tantū sicut petebat, sed sicut volebat. Ex quo patet, vt dicit Chryso. in homil. hodierna, quantum valet apud Deum orationis instantia, quia quod Apostoli nō obtinuerunt, ista perfecit. Et per hoc etiam innuitur, quod Deus potius vult à nobis rogari pro peccatis nostris, quàm ab alijs. Et hoc est contra illos, qui solent alijs dicere. Comendo me orationibus vestris, cū tamē vix aut raro orent pro seipsis, nisi fortè raptim, &c. Et quia Christus dixit mulieri Cananeæ, fiat tibi sicut vis, ipsa autem summopere volebat salutem filiæ suæ dæmoniacæ, ideo conuenienter subditur in euangelio. Et sanata est filia eius in illa hora. Restat ergo vt instar huius mulieris clamemus ad Christū dicentes sigillatim, Iesu filij Dauid miserere mei. Quod vbi fecerimus, indubie sanabit animas nostras à peccato per gratiam, & tādem nobis cōfert cœlestem gloriā. Quam nobis, &c.

FERIA II. POST SECVNDAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE



EGO vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Ioan. 8.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. de appellationibus, & relationibus. l. non tm̄, allegās iuriscōsultū Vlpianū, dicit quod nō solū ille, qui ducitur ad mortē, appellare potest, verum et iam amicus eius pro ipso potest appellare, & eum ad vitam reuocare. Casus est talis. Aliquis iudex inferior condemnat aliquem ad mortē, pronuntians sn̄iam contra ipsum. Quo audito, ille adeo turbatur, quòd non venit sibi in mentem appellare. Quo viso frater eius, vel alius amicus ibi assistens, & perpendens sententiam iniquam appellat pro

eo ad supremā curiā parlamenti. Quæritur in hoc casu si iudex inferior debet deferre appellationi pro alio factæ. Respondet lex prædicta, ꝙ sic, quia non solum ille qui ducitur ad mortem potest appellare, uerum etiam amicus eius pro eo. Ista lex est conformis legi ecclesiasticæ, vt patet. 2.q.6. non solent. vbi dicitur, quòd illi appellare possunt quorum interest, vel qui negotium gerunt aliorum, etiam mater pro filio. vbi dicit glos. ꝙ aliqui possunt appellare pro suis consanguineis ad mortem condemnatis.

Moraliter. Quam primū quis peccat mortaliter, iudex eius ordinarius, q. vocatur rigor diuinæ iustitię, cōdemnat eū ad mortē æternā, & ad furcam infernalem, allegans, & dicens sententiam iam iam registratam in lib. Ezec. 18. c. vbi dicitur, ꝙ anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Quam etiam renouauit Christus, atque registrauit in præsenti euangelio, dicens. Moriemini in peccato uestro. Mori autē in peccato suo est æternaliter damnari pro peccato commisso. Quale igitur remedium restat miseris peccatoribus? Profecto optimum, & facile, videlicet appellare de curia diuinæ iustitiæ ad curiā supremā diuinæ misericordiæ, quia misericordia superexaltat iudicium. Iaco. 3. Et hoc pręcipue habet veritatē pro præsenti statu. Et de hmōi appellatione figuram habemus. Act. 25. in Paulo, qui videns, ꝙ iudex Festus esset sibi nimium infestus, volęns ipsum tractare crudeliter ait. Cæsarem appello. Ad quem iudex, Cæsarem appellasti, ad Cæsarē ibis. Cum ergo Festus eum Romā destinasset, vbi Cæsar habitabat, & illic venisset, donatus est libertati, ut iret quocunq; vellet. Applicatio est facilis. Et nota, ꝙ ista appellatio potius fit facto, quàm verbo, vtpote cū de peccatis commissis, & proposito vitæ melioris. Itē cū ieiuniis, & eleemosynis, & aliis operib. sanctis, quibus potest placari diuina ira, aut iustitia, ne. s. sumat vltionē de paupere pctōre. Sic. n. egerunt multi postquam peccauerunt, vtpote Adam, Dauid, Ezechias, Petrus, Paulus, Zacheus, Magdalena, Maria Egyptiaca

ptiaca, Pelagia, & huiusmodi. Hi enim omnes postq̃ peccauerunt considerauerunt, ꝙ oporteret eos puniri in præsenti, ubi est locus misericordiæ, aut aliàs in futuro, vbi est locus seueræ iustitiæ. Et ideo elegerunt primum, ne inuiti tandẽ caderent in secundum. Quis aũt, dicit lex prædicta, pro secunda parte, ꝙ amicus potest appellare pro amico condemnato ad mortẽ, significat, ꝙ sancti Dei, & signãter illi quib. interdũ sumus deuoti, & quos in patronos ex singulari deuotione nobis assumimus, interpellant Dei misericordiã pro nobis, quotiens supple sumus in mortali constituti. Propterea in lętanijs Sanctorũ oramus, dicentes. Sancta Maria, ora pro nobis, Sancte Petre &c. Ad hoc aũt faciendum nos admonet B. Greg. hom. 32. per talem similitudinem, dicens. Fratres charissimi in causa vestri examinis, quam cum districto iudice habetis Sanctos Dei patronos facite. Certe si apud quendã magnũ iudicẽ causa quælibet vestra esset die crastina ventilãda, totus hodiernus dies in cogitatione duceretur patronũ vestra fraternitas quęreret, magisq; precib. ageret, vt apud tantum iudicem sibi defensor veniret. Et ecce districtus iudex Christus uenturus est cum multitudine Angelorum, & hominum, & tũc causa nostra discutietur, nec tamen patronos modo quętimus, quos tunc defensores habeamus. Hæc ille. Ex his ergo omnibus volo concludere charissimi, ꝙ postquàm mortaliter peccauimus, diuinam misericordiam interpellare debemus, atque Sanctos Dei, quo omnes amici nostri sunt, & salutem nostram summopere optant, deprecari debemus, ut interpellent pro nobis, ne tandẽ de nobis verificetur illud quod prædixit Christus iudæis in hodierno Euang. dicens. Moriemini in peccato vestro &c.

SESCVNDA INTRODVCTIO.

Moriemini in peccatis uestris. Io. 8.] Scribitur extra de appell. c. reprehẽsibilis. §. si vero, ꝙ si quis appellauerit, debet ei præfigi certus terminus ad prosequendũ suam appellationẽ. Infra quem si prosequi neglexerit

tunc

tunc episcopus libere potest in eum vti sua authorita te ac si non appellasset. Casus est talis. Aliquis clericus litigans coram suo ordinario super materia bene ficiali, cōdēnatur ad principale & ad expēsas. Quo au dito de consilio sui aduocati appellat de sententia ad superiorē. Quo facto iudex assignat illi certum tēpus ad leuandum & prosequendum suam appellationem conformiter ad iura. Ille aūt negligit infra præfixum tempus prosequi huiusmodi appellationem. Quid ergo iuris in hoc facto? Certe ad hoc respondet concilium Lateranense per dictam decreta. dicens, quòd iudex ordinarius potest contra eum procedere ac si nō appellasset. Insuper sententia contra eū iam data currit contra ipsum. Ad idem est quod scribitur in maiori volumine. 2. q. 6 omnino puniēdus. §. præmissis. vbi expreesse dicitur, quòd appellans debet prosequi suā appellationem infra decem dies, alias est frustratoria & vana. Similiter eadem sententia habetur vbi supra. c. seq. quod incipit Anteriorū. Nihilominus in certis casibus datur maius spacium prosequendi suam appellationem, vel omnino ab ea desistendi, scilicet annus, vel biennium, vt habetur in eadem dist. c. si quādo. §. tempus.

Moraliter. Quāprimū, quis peccat mortaliter, mox adiudicat eum diuina iustitia ad pęnā æternam, iuxta illud Ezec. 18. Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Cū vero peccator incipit pęnitere, tunc mutat quodāmodo forum & curiam. Prius enim erat de foro diuinæ iustitiæ, nūc autē de foro diuinæ misericordię. Hæc n. est mutatio dexteræ excelsi, i. ad dexterā excelsi. Habet. n. Deus dextram, & sinistram in præsenti. Dextera. n. est eius misericordia, ad quam statuentur electi in die iudicij. Sinistra uero est eius iustitia, ad quam statuentur reprobi in eodem iudicio, vt dicitur Mat. 25. Postquam ergo peccator pęnitendo sic euitauit forum appellando de foro iustitiæ ad forū misericordiæ Dei, tunc pręfigit ei Deus terminum prosequēdi suam appellationem. Iste autem terminus est vi-

ta

ta præsens. Quia tamen incertũ est quantũ debet durare dictus terminus, quia fortè vsque ad crastinũ diẽ, ideo quãtocyus huiusmodi appellatio est prosequẽda.

Pro quo notãdum, ꝙ Deus iustus aliquibus reis nõ dedit spatium appellandi, sicut patuit in ruina Angelorum. Item dic de aliquibus hominibus, sicut patuit de vxore Loth, quæ quãprimum respexit retro in subuersione Sodomæ contra prohibitionem sibi factam, mox conuersa est in statuam salis. Gen. 9. Item patuit de illis tribus viris Datan, Chore, & Abyron: qui cum noluissent obedire Moysi, mox eos deglutiuit terra, & descenderunt in infernum viuentes, Num. 19. Itẽ Ananias & vxor eius postq̃ mentiti sunt Petro, mox ceciderunt in terram mortui. Act. 5. Idem patet de illis gulosis Israelitis, de quibus loquitur Psal. dicens. Adhuc escæ erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorũ. Alij autem peccatoribus dedit domiuus tempus sufficiẽs appellandi, sed tamẽ pauci ex illis appellauerunt. Sicut patet de illis, qui præcesserũt diluuium, quibus dedit dominus centum & viginti annos ad pœnitendum & appellandum, & tamen non nisi octo euaserunt. Idem dic de Sodomitis, quos dominus diu expectauit ad pœnitentiã. Alij vero appellauerunt, sed non sunt prosecuti suam appellationem. Sicut patet de Pharaone, qui cum sentiebat flagella domini, dicebat se vellẽ dimittere populum Israeliticum abire liberum, sed tamen non cessauit ipsum persequi. Et ideo tandem cum toto exercitu suo periit in mari rubro. Exod. 15. Modo etiã multi appellant, quales sunt illi grauissimi peccatores, qui cũ grauiter ægrotare se sentiunt, promittunt Deo & confessoribus suis miranda, qui si Deo miserante conualuerint, sępe deteriores fiunt, Iob. 24. Dedit ei dñs locum pęnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbiam. Alij autem appellauerunt, & suam appellationem sunt prosecuti. Et huiusmodi fuit Dauid post adulterium suum. Similiter Ezechias. Item Petrus, Paulus, Magdalena, Maria Egyptiaca, & similes. De

omnibus

omnibus ergo illis peccatoribus, qui non appellãt ad curiam diuinæ misericordiæ per verã pęnitentiã post quàm mortaliter peccauerunt, aut si appellant, non tñ prosequuntur, neque reuelant suam appellationẽ, potest dici illud quod hodie legitur Christus prædixisse iudæis, cum ait. Moriemini in peccatis vestris.

In præsenti ergo euang. de tribus principaliter fit mẽtio, videlicet de Christi voluntaria discessione, in principio euange. De iudæorum digna reprobatione, ibi. In peccato vestro moriemini. De diuinitatis eiusdẽ Xpi manifestatione, ibi. Cũ exaltaueritis &c.

Primo igitur refert Euang. Io. ꝙ Christus semel loquens ad iudæos dixit eis. Ego vado, sup. per mortem ad patrẽ secundũ humanitatẽ à quo nunquam recessit secundũ diuinitatẽ. gl. ord. vadit ille vnde venerat, & vnde nõ discesserat. Dixit ergo, Ego vado. s. sponte, & ideo in vanum laboratis quęrentes me inuitum occidere. Vbi nota secundũ glo. interl. ꝙ Christus in præsenti passu de futuro quasi de præsenti loquitur, eo ꝙ futura sunt ei quasi præsentia. Vel ego vado, i. in proximo est vt vadam, videlicet sponte ad mortem, & nõ vestra coactione Io. 10. Potestatẽ habeo ponẽdi animã meam, & iterũ sumendi eam. Vadit ergo Christus, sed viam longinquam & variam. Vadit. n. ad crucem pro peccatoribus satisfaciendo. Vadit de cruce ad limbũ, patres inde educendo. Vadit de limbo ad sepulchrum, corpus proprium resuscisando. Vadit de sepulchro in mundum gloriam suæ resurrectionis manifestando. Vadit de mundo in cęlum in sua ascensione, gloriosè regnando. Iterum inde venturus est in fine seculi iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Sequitur. Quęritis me, videlicet post mortem meam, persequendo me in apostolis meis, vt dicit interl. Quia ergo iudæi tunc non poterant Christum in propria persona persequi, eo ꝙ resurrexerat ad statum immortalitatis, neq; ultra cũ eis communem ducebat vitã. ideo persequebãtur eũ in mẽbris suis apostolis secũdũ ꝙ improperauit Paulo Act. 9. dicens, Saule, Saule, quid

quid me persequeris? Da exẽplũ de cane, qui mordet baculũ aut lapidẽ cõtra se proiectum, maximè cũ videt ꝙ nõ potest cõmodè mordere, pijcientẽ lapidem.

Moraliter. Quilibet nostrum etiã infans vnius diei si loqui posset, rationabiliter dicere posset prædictũ verbum. Ego vado sup. ad mortem. Quid. n. est vita nostra præsens, nisi tendentia & peregrinatio quædã ad mortem? Nam secundum Aug. ad fratres in eremo, serm. 49. qui intitulatur de miseria carnis. Vita nostra est quasi homo in aliena domo, nesciens qua die vel hora patronus illi dicat. Vade foras, quia non est tua domus, in qua es. Hæc ille. Propterea ad significãdum nobis dierum nostrorum incertitudinem, dicunt grãmatici, quòd istud nomen dies est dubij generis, & declinatur hic aut hæc dies. Vnde & idem August. in lib. de Spiritu, & Anima. c. 59. dicit sic. Egrediar de hoc mũdo, sed nescio qñ, & fortasse dies iste est supremus. Propterea tremens, & pauens quotidie mortem expecto quæ vbique mihi minatur, diabolum suspectũ habeo, qui vbique mihi insidiatur. Timeo & expauesco vltimã discussionem, & districti iudicis horam, ne pro peccatis meis mittat me in ignis gehennã. Hæc ille. Vadit ergo homo omni die ad mortẽ. Sed hoc cõmune est bonis & malis, & ideo parũ timendũ. Quis si interrogetur malus quo vadit per mortẽ? Certè recte respondere poterit & dicere, Vado per mortem ad districtum Dei iudicium, auditurus contra me sententiam. Qua prolata vado irreuocabiliter ad æternam gehennam. Si vero interrogetur bonus & deuotus catholicus quo vadit per mortem, rñdere poterit cũ fiducia diuinæ misericordiæ, vado ad patrem meum cœlestem cum eo habitaturus in æternum & vltra. Nã vt dicit Aug. in trac. de vanitate seculi, cùm anima iusti separatur à corpore per mortẽ, nõ timet nec expauescit, sed magis cũ magno gaudio egreditur, & cũ exultatione pergit ad Deum, deducentibus se sanctis angelis. Hæc ille. Et ad hoc propositum silere non possum fœlicem exitum quondã fratris Guidonis Ducis

conuentus Rothomagen. ordinis fratrũ Prędic. Hic. n. frater plenus literis & moribus ita, vt diceretur viua imago totius puritatis, & mũdiciç, humilitatis, & prudentiæ, agẽs annũ vitæ suæ circiter 26. quasi conscius mortis propinq;, cũ oĩs instantia petijt sibi sacramenta dari. Cunq; aliquantulum differetur, eo ꝙ medici adhuc sperarẽt de conualescẽtia, addebat dicens. Ego inuoco vos oẽs in testes ꝙ peto sacramentis Ecclesiasticis muniri. Quis si contigerit me ex hac luce migrare illis non susceptis, protestor ꝙ hoc nõ imputabitur mihi ad culpam quo ad Deum. Quo audito cum omni diligentia præparat se præsidens cũ officiarijs ad hoc requisitis, vt moris est in dicto ordine, & accedens ad dictum fratrem cum toto conuentu pręmissa generali confessione ex parte dicti fratris, dedit sibi sacramentũ altaris, & extremæ vnctionis. Testes aũt facio omnes cum quibus tunc aderam, si euaserit vnus q abũdantes lachrymas non fuderit ad melliflua verba, quę ex ore illius tunc prodierunt. Nempe eũ vidẽs eleuatis brachijs, & manibus iunctis, irreuerberatis etiam oculis cęlum aspicere, & modo dicere. Antequam nascerer, cognouisti me, ad imaginẽ tuam dñe formasti me, modo reddo tibi cratori animam meã. Modo verò dicebat, Subuenite omnes sancti Dei, occurrite omnes angeli Dei, suscipientes animam meam, & offerentes eam in conspectu altissimi. Chorus angelorum eã suscipiat, & in sinu Abrahæ eam collocet. Hæc & multa his similia quasi iugiter domino decantabat quousq; ferme vltimum exhalaret spiritum. Cumq; paulo ante obitum suum ipsum visitasset quidam honestus mercator dictę ciuitatis, qui eum pro parte sustentauerat in gymnasio Parisiensi, ait illi. Mi bone pater, gratias vobis refero pro omnibus beneficijs vestris. Et quia non possũ vobis satisfacere in pręsenti, fideliter vobis promitto, quod non ero vestri immemor cum apud Deũ fuero. Et hoc idem mihi promisit, sciens quia eum diligebam, & verè iuste, quia diligendus erat. Nõne ergo ex his tibi videtur, quòd dictus frater iam

quasi

quasi securus esset, quia ibat ad patrem potius, q̃ ad iudicem Deum? Exemplo ergo illius iustè, & sanctè viuamus, vt tandem ad cęlestem patrem ire possimus.

Circa autem prædictum verbum. Quæretis me, possunt formari aliquæ breues quæstiunculę.

Prima, quando quærendus est Deus? Respondeo, cito, i. in mane iuuentutis. Ipse enim est, qui ait Prou. 8. Qui mane uigilauerint ad me, inuenient me. Videmus enim q̄ illi, qui sunt dediti venationi, summo mane egrediuntur foras, ut possint inuenire prædam, siue bestiam adhuc quiescentem, vbi sero se reclinauerat. Ita & qui vult Deum inuenire, debet ipsum valde mane quærere, i. quam cito incipit in eo lucere lumen rationis. Et per oppositum, illi qui tardant Deum quærere vsq; ad vesperā senectutis, siue usq; ad articulum mortis, raro & difficulter ipsum inueniunt, quia, vt dicit Aug. & recitat magister sent. in 4. dist. 20. difficile est, vt tunc vera sit pœnitentia, quando sera venit, quando cruciatus membra ligat &c.

Secunda qō, qūo quærendus est Deus? Respondeo, cum dolore, & contritione de peccatis. In cuius rei signum dixit mater pietatis ad filium suum inuentum in templo. Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Luc. 2. Qui ergo sic eum quærunt, indubitanter ipsum inueniunt. Et de hoc extat exēplū in Magdalena, quæ cum quæreret Christi corpus intra sepulchrum tota lachrymosa meruit ipsum Christum inuenire dicentem illi, Mulier quid ploras? Ioan. 20.

Tertia qō. Vbi q̄rendus est dn̄s? R n̄deo, in studio sacrę script. & non in studio Philosophorum, aut Poetarum. Vnde Aug. ad fratres in eremo. ser. 43. qui intitulatur de modo quærendi Christum, dicit sic. Quærendus est Christus, sed non in foro, vbi est grandis aduersitas. Quęrendus est Christus, sed nō in taberna, vbi est summa ebrietas. Quærendus est Christus, sed nō in seculari curia, vbi est summa falsitas. Quærēdus est Christus, sed nō in scholis mundanorum philosophorum, vbi est summa peruersitas. Et post pauca subdit, dicēs,

Sapientes & insipientes quęrite Christum, sed nō cum luxuria, in qua lata est deformitas. Non cū superbia, in qua iacet æterna calamitas. Non cū auaritia, in qua est idolorum seruitus, & æterna infelicitas. Hæc ille.

Secundo principaliter in præsenti euangelio fit mē tio de iudæorum digna reprobatione, cū subditur. Et in peccato vestro moriemini. Mori.n. in peccato suo non est aliud quàm à Deo ob culpam cōmissam æternaliter reprobari & dānari. Vbi aduertēdū, ꝙ hæc quatuor multū inter se differunt, videlicet mori pro pctō, mori peccando, mori in peccato, mori per peccatum. Nam Christus mortuus est pro peccato, non quidem proprio, sed alieno, secundū illud 2.Cor.5. Pro omnibus mortuus est Christus. Veri autem pęnitentes moriuntur peccato. Nam gratia Dei vnà cum pœnitētia occidit in eis peccatum. Vnde Apost. Rom.6 ait. Qui mortui sumus peccato, quō adhuc viuimus in illo? Recidiuantes vero, seu à gratia cadentes per mortale peccatum dicuntur mori per peccatum, eo ꝙ in talib. peccatum occidit vitam gratiæ. Nam ut habetur 26. Stipendia peccati mors, & Ezech.13. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Perseuerantes aūt in peccatis suis vsque ad mortem dicuntur propriè mori in peccato. Et de hac morte loquitur Ps. cum ait, Mors peccatorum pessima. Et quoniā Christus nouerat iudæos perseueraturos in sua perfidia, & obstinatione vsque ad mortem: ideo planè dixit eis, in peccato vestro moriemini. glo. interl. permanentes.

Quæritur circa hunc passum. Vtrum Deus possit alicui reuelare suam futuram damnationem. Ad hāc quęstionē rńdeo, per tres veritates Theologales. Prima igitur veritas est, ꝙ de facto Christus reuelauit dānationē multorum in generali, sicut cū dicit. Matt. 20. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Itē cum ait Mat. 7. Lata est porta & spatiosa via, quæ ducit ad perditionē, & multi sunt, qui intrant per eam. Angusta aūt est porta, & arcta uia, quæ ducit ad uitā, & pauci sunt, qui inueniunt eā. Secunda veritas est, ꝙ de facto Christus

tã reuelauit futurã damnationẽ alicuius, ſed indefini te, & in generali. De hoc extat probatio in prõptu de Iuda, de quo dixit Chriſtus in fine cœnæ, ſub terminis tamen generalibus. Vnus veſtrũ me traditurus eſt. Væ aũt homini illi per quẽ tradar ego. Melius ei eſſet ſi natus non fuiſſet homo ille Luc. 23. Tertia ueritas, Chriſtus de facto reuelauit futuram damnationem alicuius multitudinis particularis, non quidẽ abſolutè, ſed ſub conditione. Iſta ueritas ſufficienter probatur ex præſenti euangel. in quo habetur, ꝙ ipſe Chriſtus primo dixit iudæis, In peccatis veſtris moriemini. Sed ad oſtendendum, ꝙ talis reuelatio non erat abſoluta, ſed magis comminatoria, poſtmodũ adiecit & appoſuit conditionẽ, dicens. Si. n. non creditis, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro. Vtrum autem Deus poſſit de potẽtia abſoluta reuelare alicui in particulari ſuam futuram damnationem, definitè & aſſertiuè? Dicendum ꝙ non, niſi te abrogaret legem pręſentem, quæ eſt de ſpe futuræ beatitudinis habenda. Sed hoc relinquimus exercitio Sorbonico Pariſiano.

Sequitur in textu. Quo ego uado, ſ. in cęlum poſt paſſionẽ, & reſurrectionẽ, vos non poteſtis venire, ſ. tales quales eſtis. Soli. n. amici mei poſſunt illic venire; Vos autem non eſtis amici mei, ſed inimici, quærentes animam meã, ideo non poteſtis quo ego vado &c. Item in vobis eſt impedimentum contrarium ne poſſitis me ſequi in cęlum, videlicet culpa, & peccatum. Nam cum Pſal. interrogaſſet dominum, dicens, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis &c. Reſpondit illi dominus, dicens. Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam: Qui loquitur veritatem in corde ſuo, & huiuſmodi: uos aũt facitis totum oppoſitum, ideo quo ego uado &c. Nec certe ſoli iudæi impediũtur ab ingreſſu cęli, & à ſequela Chriſti propter ſuam iniquitatem, uerumetiam mali Chriſtiani, in quorum fine reperitur peccatum mortale. Eſt enim regula iuris regiſtrata Apoc. 22. quòd nihil coinquinatum, aut abominationem faciens intrabit in illam

cœlestem Hierusalem, vnde idem Psal. alibi proposuit quæstionem theologam, dicens. Qui ascendet in montē dñi, aut quis stabit in loco sancto eius? Cui responsum est à Spiritusancto, dicente, Innocens manibus, i. malis operibus, & mundo corde, i. qui non habet peccatum in corde. Itē qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem à domino &c. Modo practica si Christiani (de multis loquor) sint innocētes manibus, & si nihil habeant de alieno, siue per furtum, aut rapinam, vel vsuram. Item si sint mundi corde, non reseruantes rancorem aduersus nocentes se, aut per praua desideria, siue sint carnalia, siue spiritualia. Itē si non frequenter accipiant in uano animas suas per negligentiam bene operandi, cū tamen illas eis dederit Dominus ad bene operandum, vtpote ad sanctè meditandū, & contemplandum, ad feruenter Deum & proximū diligendum, ad perfectè de peccatis commissis dolendum, & huiusmodi. Item si non passim & indifferēter iurent in vanum proximis suis, sicut patet de multis mercatoribus, aut aliis debita contrahentibus, qui plerunq; iurant in dolo proximis suis, quia nō ita intendūt facere, sicut iurant se facturos. Tales ergo & similes non accipient benedictionem à domino, videlicet in die iudicij cū dicet. Venite benedicti patris &c. sed potius illā meledictionē. Ite maledicti in ignem &c.

Consequenter in textu euāg. pręsentis ponūtur duę quæstiones, quas fecerunt impij iudæi, videlicet vnā de Christo, & reliquam Christo, dicentes. Tu quis es? Ad quas respondet Christus in Euangelio.

Prima igitur quæstio iudæorū fuit illa quā fecerūt de Christo, dicētes. Nunquid interficiet seipsum, quia dixit, quo ego vado vos non po ve. Sed profecto, vt dicit, gl. or. stulta erat eorū qō. Si enim Christus interfecisset seipsum, hoc idē de seipsis iudęi facere poterāt, & ita frustra dixisset Christus, quo ego vado, vos non po. ue. Insuper seipsum interficere non est ire, sed per mortem remanere, Et ita patet magna uesania, & sto-

liditas

liditas in iudæorum interrogatione.

Ad hanc igitur qõnem iudęorũ rñdet Christus ostẽdens eorum imbecillitatem, di. Vos de deorsum estis, i. rudes & carnales, terreni & animales, qui non percipitis spiritualia, & quę Dei sunt, sed tm̃ terrena. Nõ sic autem est de me, quia ego de superius sum, s. à patre per æternam generationem procedens secundũ diuinitatem. Similiter secũdum humanitatẽ aliquo modo de superius sum. Tum ex parte animæ, quæ processit à Deo per creationẽ. Tum ex parte corporis saltẽ quo ad illius formationem. Non enim ab homine illud genitum fuit, aut formatum, sed à solo Spiritusancto. Luc. 1. Spiritussanctus superueniet in te, & virtus altiss. &c. Ex quo patet, ꝙ ego & vos multum differimus. Item est aliud in quo similiter differimus, quia uos de hoc mundo estis, s. per affectum & amorẽ inordinatum, ego non sum de hoc mundo, s. modo prædicto, sed potius de cęlo affectu, & desiderio. Vel nõ sum de hoc mundo per cõem nascendi modũ. Est aũt notãdũ, iuxta illud verbum Christi, ego de superius sum, ꝙ prædictum verbum debet multum nos reddere attentos circa auditionem sacri euãgelij, in quo Christus, qui de superius descendit, loquitur nobis frequenter de his, quæ in cœlo aguntur. Et ad hoc Chrys. in prologo super Ioan. dat talem similitudinem. Si inquit videremus aliquem repente de cœlo descendentẽ, qui arcana illa polliceretur veraciter se nobis dicturum, omnes certatim cõcurreremus. Sic est aũt, ꝙ Christus è cęlo ad terras venit, vt nos alloquatur, secundum ꝙ hic testatur, dicens. Ego de superius sum. Nunquid ergo attente debemus eum loquentem in sancto euang. audire, & voci eius obedire? Hæc ille.

Moraliter deuotus religiosus, aut qcunq; spiritualis hõ mente; & spiritu conuersans in cęlis, põt recte dicere hominibus mundanis & auaris, gulosis, & luxuriosis, superbis & elatis, vos de hoc mundo estis, videlicet voce, corde, & opere; ego non sum de hoc mundo, saltem affectu: vnde Aug. in hom. præsentis euangelij

ita loquitur,dicens.Si delectet te iste mundus, iam es immūdus.Si aūt te nō delectat,iā es mūdus..Hęc ille. Difficillimum tamen est aliquem esse in hoc mundo, qui non sit aliqualiter de hoc mundo,& qui non coinquinetur interdum aliquantulum ab eo. Et ad hoc propositū persuadendū Chry.super Mat. in opere imperfecto.hom.36.dat talē similitudinē, dicens. Sicut difficile est arborē iuxta uiā sitā fructus suos vsq; ad maturitaté seruare, sic difficile est virū fidelem iuxta istū mundum viuentem in suis operibus immaculatā iustitiam vsq; ad finem tenere. Recede ergo de via, & planta te in loco secreto,vt nec mundus tecū aliquid habeat commune,nec tu cum mundo. Hæc ille.

Sequitur ī textu.Dixi ergo vobis,ī.Christus Iudæis, quia moriemini ī peccatis vestris.Repetit ergo, quod prius dixerat, ad maiorem terrorē iudæorum sibi aduersantium,& in ipsum credere nolentium. Ideo subdit,di.Si.n.non creditis,quia ego sum,videlicet Deus & homo perfectus,moriemini in peccato vestro. Quærit autem August.in hom. hodierna,quid sibi vult hoc quod dicit Christus.Ego sum,nihil addendo.Et respōdet,ꝙ sensus est,Nisi credideritis,quia ego sum Dei filius:nisi credideritis,quia ego sum verbū patris : nisi credideritis,quia ego sum conditor mundi:nisi credideritis,quia ego sum formator, & reformator hominis,creator & recreator,factor & refactor,nisi hæc credideritis,moriemini in peccatis vestris. Glo.aūt ord. assignat aliam rationem, di. ꝙ ideo Christus non dixit.Nisi credideritis,quia ego sum Christus,vel filius Dei, vel huiusmodi, sed ad eos vtitur verbo æternæ essentiæ, sicut olim ad Moysen, quem mittebat ad liberandum Israel, vt ostenderet, quòd ipse idem erat, qui Moysen olim miserat ad liberandum filios Israel, dicens nomen suum esse, Ego sum, & qui tunc ueniebat per semetipsum liberare vniuersum mundum. Sed iterum quæri potest cur Christus loquitur iudæis modo in plurali, di. In peccatis vestris moriemini. Modo in singulari, dicens, Moriemini in pecca-

to vestro. Rndeo, ideo sic locutus est Christus iudæis, vt illis insinuaret, quòd & si multis peccatis essent irretiti, vnū tamē grauissimū præ cæteris erat, videlicet infidelitatis, circa Christi diuinitatem, quam credere nolebant. Et ex illo peccato multa alia pullulabant, videlicet īuidia aduersus ipsum Christū, similiter odiū, blasphemia, detractio, conuitium, & huiusmodi.

Secunda quæstio, & quam fecerunt iudæi Christo, fuit hæc. Tu quis es? quia.n. prius dixerat eis. Si non credideritis, quia ego sum, nec illis specificauerat quis aut qualis esset, ideo modo ipsum interrogant, dicentes. Tu quis es? Quasi dicerent, Nondum ostendisti nobis, nec dixisti, quis sis: & ideo modo volumus hóc scire à te. O perfidi iudæi, nonne frequenter ostendit vobis per euidentia miracula, quæ fecit, quòd ipse esset Christus, ita vt diceret, Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me. Io. 5. & 10. Nonne etiam frequenter vobis dixit aperto sermone, quòd ipse esset Christus? O maligni hoīes interrogate venerabilē dominum Nichodemum quid de eo sentiat, & ipse indubie dicet vobis, esse Dei filium. Sic.n. confessus est cū locutus est illi, di. Scimus qa à Deo venisti magister. Nemo.n. potest &c. Ia. 3. Item interrogate Martham sororem Lazari quid de ipso sentiat. Nōne ipsa dixit eidem, Ego credidi, quia tu es Christus filius Dei uiuī qui in hūc mundum uenisti? Io. 11. O peruersi homines, & nequiores diabolo. Nonne audistis loqui qūoq; semel Christo eiiciente dæmonia ab obsessis, clamabant, & dicebant eo, quia tu es filius Dei? Luc. 4.

Moraliter, si quæratur ab unoquoq; nostrū. Tu quis es? Profecto quilibet rndere poterit, & dicere. Ex parte corporis sum sperma fętidū, saccus stercorū, & cibus verminū, vt dicit deuotus Ber. lib. suarū meditationū, c. 3. ideo ex hac consideratione habet omnis homo materiā humiliationis, Micheæ 6. Humiliatio tua in medio tui. Ex parte vero animæ sum ad imaginem & similitudinē Dei factus, Christus sanguine redēptus, ratione donatus. Et ideo ex hac cōsideratione habet om

nis homo materiam gratiarũ actionis quo ad Deum: qui fecit eum talem. Similiter cum quilibet per mortẽ venerit ad ianuam paradisi pulsans, & dicens. Dñe, domine aperi mihi. Respondebitur sibi, Tu qui es? Forte dicet. Ego sum Papa vel Episcopus, curatus aut simplex clericus, abbas, vel monachus, rex aut rusticus, diues aut mendicus, & sic de quolibet statu. Et tũc quilibet interrogabitur iuxta statum suum. Heu quàm multum formidanda est ista responsio, Nescio vos, quæ data fuit fatuis virginibus. Matth. 25.

Ad præmissam igitur quæstionem, quam fecerunt Iudæi Christo dicentes. Tu quis es? Hic respondet Xps dicens, Principium, qui & loquor vobis. Quasi diceret, Ego sum æternum principium ex parte diuinitatis. Vel principium de principio, i. de patre, qui ex tẽpore factus sum homo pro vobis, vt possetis me intelligere. Multa habeo de vobis loqui. Non quidem ad vestram vtilitatem, sed potius ad vestrum malum, & damnationem, quod fiet in die iudicij. Ideo subditur, & iudicare, s. ad æternam damnationem si non credideritis. Qđ ergo Christus de iudæis ait multa habeo de vobis loqui, in malum ipsorum est. Vnde solemus communiter dicere de aliquo, qui nobis nocuit verbo. Talis locutus est de me. Et nota ꝙ Christus potest similiter de malis Christianis dicere. Multa habeo de vobis loqui, supple in extremo iudicij die. Sed quid de malo Christiano tunc loquetur Christus? certe illud Psal. Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarum, quo ad aurum, & præualuit in vanitate sua, quo ad superbum, & mundanum hominem. Itẽ quo ad detractatorem dicet illud Psal. Sedens aduersus fratrem tuũ loquebaris, s. ipsum diffamãdo, & denigrando: iõ subdit; & aduersus filiũ matris tuę, i. Ecclesiæ ponebas scandalum. Hęc fecisti, nec potes te excusare, quia omnia nuda sũt, & aperta oculis meis, & tacui supple ad tẽpus. Et qđ deterius est, existimasti iniq; ꝙ ero tui similis, quasi fauens tibi. Certe non sic, quia arguã te, videlicet

delicet in iudicio generali, & in conspectu omnium, & statuam contra faciem tuam, supple peccata tua, vel testes omni exceptione maiores. Itē luxurioso dicet illud Psal. Cum in honore esses, vtpote ad imaginē, & similitudinem Dei factus, non intellexisti, i. intelligere noluisti, & quod peius est, comparatus es iumentis, per ardorem libidinis, & similis factus es illis. Quia sicut iumenta coeunt cum omnibus suæ speciei indifferenter nec discernunt inter diem festum, & non festum, sic & tu luxuriose egisti, & vixisti. Hæc & multa his similia sunt, quæ locuturus est Christus de miseris peccatoribus in die iudicij, tam de perfidis iudæis, quàm de reprobis Christianis. Sed quia iudæi poterant dicere Christo. Ex quo tu habes potestatem talē ac tantam, mirum est ꝙ modo non iudicas hoīes, & vltionem de malis non sumis. Ideo se excusat cur hoc non facit in suo primo aduentu dicens. Sed qui misit me, s. pater ad incarnandum, verax est. Ac si aperte diceret. Modo non iudico quemquam, quia pater non misit me in isto primo aduentu vt iudicem mundum, sed vt saluē ipsum Io. 3. Et quę audiui ab eo ęternaliter hæc loquor in mundo temporaliter.


Tertio principaliter in præsenti euangelio fit mentio de diuinitatis Christi futura manifestatione, cum subditur. Cū exaltaueritis, inquit, idē Christus supple in cruce filium hominis, i. meipsum qui sum filius nō hominem, sed hominis tantū, quia solius Mariæ quo ad humanitatem: itē dicit filium hominis ad ostēdendū, ꝙ exaltatus est in cruce Dominus, & passus sc̄d'm humanitatem, eo ꝙ diuinitas in se est impassibilis, tūc congnoscetis glo. interli. aliqui ex vobis, ꝗa ego sum, supple Dei filius. Vnde de Cēturione dicitur Mar. 15. ꝙ visis signis mirabilibus, quæ apparuerunt in passione Christi, dixit, Vere hic homo filius Dei erat. Cætera autem, quæ sequuntur, plana sunt, &c.

Moraliter notandum iuxta illud verbum, Cū exaltaueritis filium hominis, &c. ꝙ debemus exaltare, & eleuare Christū tripliciter. Primo quidē in corde ꝑ

fidem

fidem, psal. Accedet homo ad cor altũ, & exaltabitur Deus. Vbi nota, quòd cor altum, est illud quod penetrat cœlos, & peruenit vsq; ad thronum diuinæ maiestatis, vbi videt oculo fidei personarum Trinitatem cũ essentiæ vnitate. Cum itaque accedit homo ad huiusmodi cor, altum tunc exaltatur in eo Deus, videlicet supra omne quod est. Quia secundum Beatum Ansel. Deus est quo maius excogitari non potest. Secundo vero in ore. psal. Magnificate dominum mecũ, & exaltemus nomen eius in idipsum. Tunc enim exaltamus Deum ore quando ipsum laudamus deuote, Eccl. 43. Exaltate eum quantum potestis, quia maior est omni laude. Tertio autem in opere, videlicet pęnitentiam agendo, Galat. 6. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Et nota quòd dicit in corpore vestro. Et hoc est contra illos delicatos homines vel mulieres, qui faciũt alios ieiunare aut peregrinari pro se. Exaltemus ergo charissimi benedictum Iesum modis prædictis, vt tandem dignetur nos exaltare in die visitationis, perducens nos ad illam cęlestẽ gloriam. Quam nobis concedat, qui in Trinitate, &c.

FERIA III. POST SECVNDAM DOMINICAM QVAD.



VPER cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi. *Matt. 23.*

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. ad senatusconsultum Orficianum. l. quotiens, dicit, quòd descendentes præferuntur ascendẽtibus in perceptione hęreditatis. Casus est talis. Sortes separatus à patris domicilio, pariter & bonis, ex legitimo matrimonio ꝓcreat filiũ. Nec multo post decedit relicto filio, patre & auo, atq; ꝓauo. Et q͞a hęreditas quã reliq͞t, & q͞ forte à patre recepit ꝓ sorte sua, aut ex ꝓprio acq͞siuit, ẽ pinguis, pater vult eã retrahere ad se, & facere propriã

aut

aut similiter auus, qbus se opponit filius, aut tutores illius. Quid iuris in hoc casu? Certe si lis vētiletur corā bono, & perito iudice, statim dicet & pronūciabit sententiam, quòd dicta hæreditas debet assignari filio defuncti, & non patri illius. Quia vt dicit lex præællegata, descendentes debent præferri ascendentibus in perceptione hæreditatis. Ista lex est conformis legi naturali, quæ vult vt pater thesaurizet filio.

Moraliter, in cęlo est maxima, & pinguissima hæreditas, quam oculus non vidit, de qua 1. Pet. 3. In hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Hæc autem hæreditas, est tam suauis, & delicata, quòd de ea loquens sapiens Eccl. 24. dicat, Hæreditas mea super mel, & fauum, i. dulcior est melle, & fauo. Hanc autem hæreditatem miser, & miserabilis, Adam perdiderat seu perpetuo vendiderat tanquam stultus, & indiscretus mercator, & hoc pro vno pomo. Ecce vile precium, & vilis commutatio. Quod diligenter attendens Dominus noster Iesus Christus illam ad se retraxit tanquam propinquus, secundum, quòd homo, dato prius precio illo de quo 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione, sed precioso sanguine Agni, &c. In cuius figuram legitur Leui. 25. quòd si quis vendidisset possessionem suā, frater eius aut propinquus poterat illā redimere, & se pro hærede reclamare, refundendo tamen precium datum. Quæ quidem lex adhuc hodie obseruatur saltem vsque ad præfixum tempus à die venditionis. Et hoc vulgo appellatur mercatus de bursa. Ad propositū vēditor hæreditatis cęlestis fuit Adā, vt dictum est. Hanc ergo hæreditatē Christus tanquā propinquus noster in humanitate illam ad se retraxit, non tantum pro se, quantum vt nobis illam restitueret secundum quòd prophetauerat Regius propheta Dauid, dicens. Tu es, qui restitues hæreditatē meā mihi. Oportet tamē, ꝙ simus capaces perceptionis dictæ hæreditatis, quod fit per gratiam baptismalem, in qua renascimur filij Dei. Modo vt argumētatur Apo.

Ro.8. si filij, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohære des autē Iesu Christi. Est autem hic summè notandū ꝙ secus est de perceptione hæreditatis cœlestis, & terrestris. Quantum enim ad hæreditatē terrestrem, il lam interdum filiæ absque earum culpa perdunt, etiā dato, ꝙ non sit hæres masculus propinquus, sicut pa tet in Regno Franciæ, in quo filia non succedit in Re gnum, sed masculus propinquus. Sic enim statuit Pha ramondus primus Francorum rex, quamuis infidelis, qui dicitur descendisse à Troia magna. Et de hoc edi dit legem, quæ vocatur Saliqua à sale. Nam sicut sal est cu[illegible]s, & condimentum ciborum, ita & lex prædi dicta Francorum moribus extitit condimentum vitæ melioris, maximè cum prius incomposite viuerent ho mines in Francia, vt dicit Gaguinus in Cronica sua. Narrat etiam August. in lib. 3. de ciui. Dei. c. 21. de Ro manis dicens, quòd olim apud eos lata fuit lex, quæ dicebatur Voconia, quæ interdicebat ne quis fœminā hæredem faceret, nec etiam vnicam filiam. Quam qui dem legem reprobat idē August. dicens, ꝙ nihil ini quius dici, aut cogitari potest. Dicit tamen ibi com mentator, ꝙ & si prædicta lex videatur esse iniqua in personis priuatis, posse tamen esse rationibilis in per sonis publicis, sicut sunt reges, & magni prīcipes, aut pro vtilitate reipublicę, sicut fit in Regno Frāciæ quā tū ad successionē coronæ Regiæ, vt dictū est. Ecce er go quomodo interdum filia legitima absq; culpa sua aut parentum priuatur temporali hæreditate patris. Sed ad hæreditatē cęlestē æque bene admittitur filia sicut filius. Nā sicut in hoc non est distinctio iudæi, & græci, ita neq; sexus à sexu, dūmodo decedēs sit in gra tia Dei. Vult.n. Deus omnes homines saluos fieri, vt habetur 1 Ti. 2. Sed quid est, ꝙ in perceptione hære ditatis descendentes præferuntur ascēdētibus? nisi ꝙ ad hęreditatem illam cęlestem admittūtur descenden tes per humilitatem, & repelluntur ascēdentes per su perbiā. Et istud aperte innuit Christus in euangelio hodierno, vbi reprobat superbiā, & inducit ad humili-

tatem

tatem. Et tandem concludit legem irrefragabilem, dicens, quòd omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur, videlicet in perceptione hæreditatis cœlestis.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisæi, omnia ergo quæcunque, &c. Mat. 23.] Scribitur extra de institutionibus. c. cum ad nostram, quòd nullus pōt sibiipsi dare beneficium. Casus est talis. Cum semel quadam Ecclesia Cathedrali istaret electio de futuro Episcopo, omnes canonici compromiserunt in quendam de collegio, & gremio suo, de quo magnam æstimationem habebant, quòd vellet vtiliter prouidere Ecclesiæ. Facta ergo compromissione, ille surrexit in medium, & ait. Domini mei ego talis eligo meipsum in Episcopum huius Ecclesiæ, quia in cōscientia mea nullum video aptiorem ad regimen huius Ecclesiæ. Quid iuris in hoc casu? Certe electio illa vana, & nulla est, quia vt dicit Innoc. III. in dicta decretali, nullus potest sibiipsi dare beneficium. Ista decretalis est conformis illo dicto, quod habetur in maiori vol. 8. quæst. 1. in scripturis, vbi dicitur, q̄ nullus debet honorē sibi assumere, sed supple, qui vocatur à Deo tanquam Aaron, vt dicit Apo. Hebr. 5. Ratio autem quare dicta electio non valeat est hæc, quia inter dantem, & accipiētē debet esse distinctio personalis. Similiter. C. de assessoribus. l. nemo. dicitur, quod nullus debet gerere vicem duarum personarum.

Moraliter nullum beneficiū est tale quale cōfertur in absolutione sacramentali. Huiusmodi autem beneficiū nullus pōt sibiipsi dare, ēt si esset Papa. Sed oportet omnē peccatorē cuiuscunque conditionis, gradus, aut status existat tale beneficiū ab alio obtinere, s. à sacerdote iurisdictionem ordinariā, siue delegatā habente. In cuius figurā legitur Leuit. 13. q̄ ille q̄ olim apud iudæos habebat signa lepræ, debebat se sacerdoti p̄sentare. Itē Mat. 8. legitur, q̄ cū quidā leprosus venisset ad Christum, dicens, Domine, si vis potes me

mundare

mundare, continuo respondit illi dicens, Volo, mūdare. Cumq; mundatus esset, ait illi Christus. Vade, ostēde te sacerdoti. Sed cur hoc præcepit dñs? Certe in signum, ꝙ Deus nunquam dimittit peccatum mortale in lege gratiæ quod per lepram designatur, nisi homo proponat tempore, & loco ostendere se sacerdoti peccata sua, illi confitendo. Vnde de pœn distin. 1. non potest. dicitur quòd nullus potest iustificari à peccato nisi fuerit peccatum ante confessus. Ante quidem in re vel in voto. Vnde legitur in historia B. Egidij abbatis de rege Carolo Magno, quòd cum haberet quoddam grande scelus in conscientia, quod etiam confiteri nolebat ex magna verecundia, tandem rogauit dictum virum Dei Egidium, vt pro eius salute dominū oraret. Quod cum celebrādo diuina hoc faceret, cecidit schedula quædam de sursum super altare cōtinēs pctm̄ dicti regis, pariter & remissionē illius, si modo cōfiteri vellet. Peractis igitur diuinis, vir Dei Egidius ad regem ingreditur, schedulam ostendit, quam rex per ordinem legit, peccatū fatetur, & cōfitetur, sicque illi remittitur. Vnde versus, Egidij merito Caroli peccata remitto. Ecce quomodo nullus postquā mortaliter peccauit, potest sibi dare beneficiū. Sed si velit beneficiū absolutionis sibi dari, illud habet ab alio potestatem habente humiliter petere. Hoc aūt voluit innuere Christus in euang. hodierno, cum docuit nos parere ecclesiæ prælatis, dicens, Super cathedrā Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate, &c.

In præsenti ergo euang. de tribus principaliter fit mētio, videlicet, De obedientia subditorū, ibi. Omnia quæcunque dixerint vobis, &c. De culpa prælatorum, ibi. Dicunt & non faciunt, &c. De instructione vniuersorum, ibi. Qui se exaltat humiliabitur, &c.

Primo igitur fit mentio de obedientia subditorum. Pro quo notandū, ꝙ vt refert euang. Matthæus, Christus semel fecit pulcherrimū sermonē ad turbas, idest ad simplices populares iudæorū, & ad discipulos suos dicens,

dicens, Super cathedram Moysi, &c. Circa quod quæri
tur quare Christus in prædicto sermone recitauit de-
fectus, & culpas malorum prælatorum, vt notatur in
præsenti euang. maxime cum illi absentes essent. Re-
spondeo, vt confutatio illorum esset turpis, & suis di-
scipulis in disciplinam, vt enim hic dicit gl interl. cõ-
futatio malorum, quamuis illis non semper profit,
sæpe tamen est correctio, & cautela bonorum. Da exẽ
plum de pia matre, quæ interdum narrat filiæ suę cul
pas aliarum mundanarum filiarum, dicens. Talis vel
talis filia sic, aut sic egit, propter quod est perpetuo de
honorata. caue ergo tibi à simili culpa, ne tandem in
similem labaris ruinam. Secus autẽ vbi quis refert de-
fectus absentium animo diffamandi eos, sicut solent
facere detractores, & susurrones. Dicit ergo Christus
turbis iudæorum, & discipulis suis, etiam consequẽter
omnibus deuotis futuris Christianis subditis, super
cathedram Moysi. interl. id est doctrinam legis, quam
Moyses docuit, sederunt scribæ, & Pariseí: per quos ĩ-
telligũtur Ecclesię docto. & prelati, pariter & vtriusq;
curiæ iudices, & præsides, & generaliter oẽs illi, q su-
per alios habent aliquam authoritatẽ siue tpalẽ, siue
spiritualẽ. Omnes enim tales sunt audiendi in his in
qbus bene dicũt, & similiter obediendũ est mandatis
ipsorum, præsertim vbi nõ excedũt limites rõnis, siue
suæ authoritatis. Opera verò eorũ si mala sunt, relinq
debent à subditis, nec ad talia oculum debent habere.

Moraliter. Notandũ conformiter ad B. Aug. lib. 3.
quæstionũ noui, & vet. testamẽti. q. 13. ꝙ duplex est ca
thedra, videlicet mortis, & vitę. Prima apud Psal. voca
tur cathedra pestilentię, & hoc in capite libri psalmo.
rũ, id est in illo psal. Beatus vir q non abijt in consec.
&c. Secunda vero vocatur cathedra vitæ. In prima ca-
thedra sedẽt. hodie multi prælati, & iudices, vt sunt si-
moniaci, ambitiosi, auari, lubrici, gulosi, & hmõi, intã
tum, ꝙ illi felices sunt saltem quo ad Deum, qui non
assumuntur ad prælaturã, siue iudicaturã, iuxta illud.
Beatus vir qui in cathedra pestilentiæ nõ sedit. In se-
cunda

cunda verò cathedra quæ est vitæ, sedet boni prælati qui stāt cū ouibus suiscustodiētes vigilias noctis sup gregē suū,ne,s.lupus infernalis veniat, & rapiat oues eorum. Similiter in dicta cathedra sedent boni iudices,& officiales, qui faciunt iudicium, & iustitiam in omni tempore, non suscipientes personas hominum, nec respicientes ad munera aut fauores,sed ad æquitatem,& veritatem.Et talibus summopere est obediēdum,& honor præstandus, iuxta illud verbum Apost. 1.Tim.5. Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur,tum ratione ordinis,quia presbyteri,tum ratione vtilitatis seu officij,de quo subditur, maximè qui laborant in verbo,& doctrina.Videat ergo vnusquisque ecclesiæ prælatus,& apud se diligēter consideret quomodo sedeat, an scilicet in cathedra vitæ,aut mortis.Vnde & Chryso.super Mat.in opere imperfecto,homil.45.exponens prædictum verbum, Super cathedram Moysi,&c.Et similiter recitatur in decre.dist.41.Multi. ad dños prælatos loquitur dicens, Videte vos sacerdotes, quomodo sedeatis super cathedrā quia non cathedra facit sacerdotem,sed sacerdos cathedrā.Non.n.locus sanctificat hominē, sed homo sanctificat locū. Nec omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus sacerdos est.Qui ergo bene sederit super cathedrā,honorē accipiet ab illa. Qui autē male sederit,iniuriam facit cathedræ. Hæc ille.

Quęri autem potest cur Dñs permittit Ecclesiā suā interdū etiam,& frequenter regi per pestilētes, & vitiosos prælatos, & cur non ita bene introducit in eā bonos sicut peruersos. Ad hoc respondet Greg.lib. 25. moral.c.20.qui exponens ibi illud Iob 34.Regnare facit hominē hypocritam propter pctā populi, dicit ꝙ irascente dño scd̄m merita nostra rectores accipimus scd̄m illud Oseæ 13. Dabo tibi reges in furore meo: quanuis plerunq; & electi subiaceant reprobis. Vñ & David Saulem pertulit. Sic ergo scd̄m merita subditorum tribuuntur personæ regentiū,vt sæpe q videtur boni accepto mox regimine pmutētur. Itē i fine dicti

capit

capituli concludit idem Greg. ita dicens, Certū inquit, est sibi inuicē merita rectorum & plebium ita connecti, vt sępe ex culpa pastorū, deterior fiat vita plebiū, & sępe ex merito plebiū mutetur vita pastorū. Hec ille. Et certè de hoc non est opus magna probatione, neq; magno testimonio, maximè cū hoc videamus ad oculum habere veritatem. Videmus enim in politia ecclesiastica mites homines interdū assumi in priores, abbates, aut præsules, qui statī mutantur in viros alteros, sed non semper in meliores. Et hoc forte, quia in talibus collegijs seu congregationibus non viuitur regulariter, sicut decet. Idem dic de politia ciuili, & de rectoribus illius.

Sequitur in textu; omnia ergo quæcunq; dixerint vobis interl. ad cathedrā pertinentia [seruate] in corde [& facite] in opere. Ex quo patet quod etiam malis prælatis & præpositis etiam dyscolis est obediendum nisi in his, quæ sunt manifeste contra Deū, aut bonos mores. In talibus. n. magis est obediendum Deo, quàm hominibus, vt dicit B. Petrus iudæis Act. 5. Item tales, sunt habendi in honore & reuerentia, quandiu tolerā tur ab Ecclesia in officijs suis. Et hoc patet exemplo, Dauid qui reuerebatur Saulem regem, quāuis ipsum sciret esse malum & à Deo reprobatū. Ex quo infertur, ꝙ nullus tenetur vitare missam sacerdotis concubinarij siue sit ꝓprius curatus, siue nō, siue sit occultus siue manifestus nisi per Ecclesiam iuridice talis declaratus. Neque etiam ad talem vitationem sufficit notitia facti, verū requiritur notitia iuris. Sic. n. fuit decisum in concilio Constañ. Et hoc ad tollendum omnē scrupulum à cordibus hominum, & ad sedandum multas quæstiones & rixas, quæ antea oriebantur. Sunt ergo mali prælati audiendi à subditis, in his. s. in quibus bene dicūt, & quæ pertinent ad cathedram suam, sed nō sunt imitandi in his in quibus male viuūt, io subdit Christus. Secundum opera eorum nolite facere, interli. Doctrinam tenete non vitam. Nam vt dicit Chrysost. super Matth. vbi supra frequenter de

homine malo bona doctrina procedit. Hoc autem probat aliquibus similitudinibus. Prima est de terra, & auro. Ecce inquit, uilis terra preciosum aurũ producit. Nunquid propter uilem terram pretiosum aurum cõtẽnitur? Non, sed sicut aurũ eligitur, & terra relinquitur, ita & vos bonam doctrinam accipite, & malos mores relinquite. Secunda similitudo est de floribus, & folijs herbarum. Ecce inquit apes flores herbarũ colligunt, & herbas, atq; folia relinquunt. Sic & uos inquit flores doctrinę colligite, & malam conuersationẽ relinquite. Tertia similitudo potest addi, videlicet de spinis & rosis, spinæ enim rosas & lilia producũt. Hõ aũt illic accedens aliquid collecturus, spinas vitat quantum potest, & rosas colligit atque odorat. Vade & tu fac similiter quo ad bonam doctrinã prælatorũ tuorum, & malam vitam eorũ. Propterea Aug. de verbis Dñi. serm. 49. exponens prædictũ uerbũ. Quęcũq; dixerint vobis &c. dicit sic. Si voluero me defendere apud Deum, & dicere, Domine, uidi clericum tuũ male uiuentem, & ideo male vixi, nunquid dicturus est. Serue nequam, nunquid à me audieras, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere? Hæc ibi.

Secundo principaliter in præsenti Euãgelio fit mẽtio de culpa, & offensione prælatorum. Hęc autem est multiplex, prout ipse Christus in sequenti textu proprio ore expressit.

Prima igitur eorum culpa est verbositas, quia dicũt & non faciunt. Nam vt dicit gl. interl. non concordat eorũ vita cum doctrina. Cũ tñ dicat Aug. in libello de 12. abusionibus, q primus gradus abusionis est, si sine bonis operibus prædicator fuerit, & q quod sermone docet actibus complere negligit. Itẽ Cato Poeta. Quæ (inqt) culpare soles, ea tu ne feceris ipse. Turpe est doctori, cũ culpa redarguit ipsum. Et Hiero. tertia parte epistolarum suarum, epistola 7. ad Nepotianum de uita clericorum scribens, ait. Non confundant opera tua sermonẽ tuũ, ne cũ in Ecclesia loqueris tacitus quilibet respondeat. Cur ergo hæc, quæ dicis ipse nõ facis?

Deli-

Delicatus certe magister est, qui pleno uētre de ieiunijs disputat. Accusare auaritiā & latro pōt. Sacerdotis ergo Christi mēs, os, manusq́; concordēt. Hæc ille. Insuper Chrys. super Matt. in opere imperfecto, homil. 10. ad propositū loquens, dicit sic. Ille vere docet qui docet & facit. Qui aūt non facit quod docet, seipsum condemnat. Est aūt melius facere & non docere, quam docere & nō facere: Q̄m qui facit etsi tacuerit, tamen aliquos suo exemplo corrigit. Qui aūt docet, & non facit, non solum neminem corrigit, sed adhuc multos scandalizat. Quis.n. non moueatur ad peccandum, cum viderit doctores pietatis peccantes? ergo per illos doctores, qui docent & faciūt magnificatur Deus. Per illos aūt, qui docent, & non faciunt, blasphematur Deus. Et post pauca. Si inquit bene doceant sacerdotes, & melius viuant, videntes hoc Gētiles dicūt, Benedictus Deus Christianorum, qui tales habet seruos. Nisi.n. esset iustus, nūquam populum suum circa iustitiam sic teneret. Non sic nostri philosophi, qui magna loquuntur, & nec modica faciunt. Si autē bene doceant, & male conuersentur, videntes hoc Gentiles dicunt, Qualis est Deus eorū, qui talia agunt? Nunquam.n. eos sustineret, nisi eorū operibus cōsentiret? Vides ergo quō laudatur Deus per ipsos p̄dicatores & prælatos. Blasphematur vero per verbosos, qui dicunt & non faciūt. Hæc Chry. vbi supra. Et nota, ꝙ possunt tales prædicatores & prælati verbosi comparari multis rebus. Primo quidem secundum Aug. in quodā sermone de Epiphania dn̄i, fabricatoribus arcæ Noe. Nā eorum medio aliqui saluati sunt, ipsi tn̄ diluuio perierunt. Secundo, secūdū eundē Aug. vbi supra, aceruis lapidum, Hi.n. ostendūt transeuntib. viam per quam incedere debent, sed tamen de locis suis nō mouentur. Tertio tales possunt cōparari crucibus uiarū, quib. brachia, & manus ligneæ affixa sūt, quasi ostēdētes trāseūtibus viā qua incedendum est. Nec tamen inde mouentur. Quarto possunt comparari cāpanis Ecclesiarum, quæ popu lum ad diuina & ad sermonē aduocāt intra

Ecclesiam, cum tamen ipse campanili stricte affixę Ecclesiā minime intrēt. Quinto possunt comparari chifris, quæ in se nihil valent, faciunt tamen valere literas minimas. Sexto possunt tales cōparari magistris operum, qui alijs imperant, sed in propria nihil laboris, aut parum faciunt: quinimmo frequenter faciunt bonum vultum in taberna tēpore quo subditi insudant labori. Ecce ergo quàm bene dictum est à Christo de talibus verbosis prælatis, seu etiam prædicatoribus. Dicunt & non faciunt, Chrys. vbi supra. Fidem prædicant, & infideliter agunt. Pacem alijs dant, & sibi non habent. Veritatem laudant, & mendacia diligunt. Auaritiam castigant, & cupiditatem exercent. Bene ergo in figuram dicitur Gen. 27. Vox quidem vox Iacob est, manus autem manus sunt Esau. Recte etiam figurantur per ficulneam, in qua Dominus non inuenit nisi folia; propter quod maledixit ei Mat. 21. Applicatio vtriusque figuræ est facilis.

Secunda culpa malorum prælatorum est austeritas nimia circa subditos. Sunt. n. circa seipsos nimiū misericordes, pij, & benigni: sed circa subditos crudeles, duri, & seueri: q̄a vt subditur in Euāgelio, alligāt onera grauia, & importabilia, & imponūt in humeros hominū, nō dicit in suos, quinimmo digito suo mouere nolūt, i. nec in minimis perficiūt, vt dicit interl. Et tñ naturalis æquitas exigit vt ille qui constituit aliquā legem, ipse primus eam impleat, iuxta commune prouerbiū. Patere legem quam tuleris. Et extra de const. cecū oēs, dicitur, ꝙ quilibet eodē iure vti debet q̄d ipse in alterū statuit. similiter. C. de legibus. l. digna vox. dicitur, ꝙ digna vox est maiestate regnantis legibus alligatū se principē profiteri. Hoc tñ intelligitur de debito honestatis, & cōgruitatis, nō aūt de debito necessitatis, vt dicitur ibidē gl. Istud autē est contra multos prælatos, & signanter religionū reddituatarū, siue sint priores, siue conuentuales, siue abbates. tales. n. sępe faciunt multa statuta, quæ volunt à sibi subditis inuiolabiliter obseruari, quæ tamē digito suo vix moue

re vellent, siue talia statuta cōcernant cultum diuinū, siue obseruātiam votorum ac ceremoniarum religionis. Volūt. n. & iubent oēs itéresse diuinis officijs diurnis ac nocturnis, & quidem bene. Ipsi vero vix audiūt bassam missam nisi dies fuerit solennis. De sequela verò chori nocturno tpe dicunt se ægrotare quotiēs intersunt matutinis, propter quod rarissime, aut nunquā illis intersunt. Item volunt omnia esse in communi bursa, dummodo illam custodiant. Similiter volunt subditos ieiunare aut a carnibus abstinere, vbi ipsi epulantur quotidie splendide. Præterea qñque satis tenue prouidetur monachis in communi loco, vbi mensa dñi abbatis est referta pretiosis potibus, & cibis, ita vt merito dici possit illud 1. Corin. 11. Alius quidem esurit, s. monachus claustralis, alius autē ebrius est, videlicet abbas Quis si quis os aperuerit conquerēs de tali regimine, disciplinatur, minæ, & terrores adhibētur, & interdum in carcerem recluditur. Similiter prædicta verba Christi possunt exponi de nonnullis episcopis ac eorundem vicarijs, quo ad sibi subditos clericos. Item de iudicibus, & officiarijs regijs, ac huiusmodi. Hi. n. & similes plerunque vtuntur seueritate, & rigore iustitiæ quo ad subditos puniendos, qui tñ vix vellent portare centesimam partem pęnæ pro grauissimis suis excessibns. Pręterea possunt prædicta verba exponi de multis curatis, & vicarijs, qui imponunt onera grauia, & quasi importabilia in humeros laicorū sibi confitentium, vtpote plura ieiunia, longas peregrinationes, largas eleemosynas, & hmōi. Sibi aūt mutuo sunt multū misericordes, & largi, ita vt forte pro actu nephario imponant semel miserere mei Deus, vel lętanias Sāctorum, aut aliquid simile. Et iō Chrys. super Mat. in opere imperfe. homi. 45. recte comparat tales sacerdotes illis, qui distribunt tributa in ciuitate, qui se reuelant, vbi tamen sunt potentes, & impotentes. Propter ꝙ ibi concludit dicens. Circa uitā tuā esto austerus, circa vitam aliorum benignus. Audiant te hominem parua mandantem, videant te grā.

dia facientem. Hæc ille. Et contra tales abusus clamat lex diuina Deut 25. dicens. Pro mensura delicti, erit & plagarum modus.

Notandum tñ, ꝙ tria sunt, quę debent nos inducere ad iniungendum paruas pęnitentias his, qui nobis cõfitentur. Primum quidem est prouocatio diuinæ misericordiæ quo ad nos. Vnde Chrysost. vbi supra. Si inquit eramus aliquando paruam pęnitentiam iniungendo, melius est de misericordia rationem reddere, q̃ de austeritate. Sic.n. agentes poterimus domino dicere illud Psal. Nam abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à consilio multo. Tu autem domine ne longe facias misera. &c. Ac si cõfessor talis, taliter diceret ad dñm: Dñe sicut fui alijs peccatoribus misericors, sic & tu esto mihi pius, & misericors. Scd̃m vero est consideratio liberalitatis diuinæ. Vbi .n. inquit Chrys. vbi supra. Paterfa. largus est dispensator nõ debet esse tenax. Deus autem est multum largus de sua misericordia, vt patuit in Dauid, qñ, s. prolatis ex corde per eũ tribus syllabis, videlicet peccaui. mox remisit illi omne pctm̃ suũ 2. Reg. 12. Itẽ ẽ adeo largus de sua misericordia, ꝙ aliqñ indulget grauissima peccata pro paucis lachrymis, sicut patuit in Petro, pariter & in Magdalena. Tertium autẽ est timor ruinæ ex parte cõfitẽtis, cui si imponatur grauis pęnitentia, forte illã nõ faciet, aut si eam faciat, hoc forte erit inuitè, aut forte nimis grauabit eũ. Et ad propositũ Chry. vbi supra ponit similitudinẽ de seruo adolescente, cui si graue põdus imposueris, necesse hẽt ipsum deponere, aut sub onere occũbere. Et breuiter melius est remittere aĩas ad purgatoriũ cũ modic[illegible], & leui penitẽtia, quàm cũ graui, quã de facili cõtẽnerent in infernum.

Secunda culpa malorũ prælatorum est vana gloria, siue appetitus humanæ laudis, quia omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hoĩbus, vt subditur in euang. Hoc tñ intelligitur de p̃latis hypocritis, quorũ appetitus laudis humanæ ostẽditur multipliciter ꝑ sequẽtẽ textum, & præsertim quo ad sacerdotes iudæorum,

de

de quibus dicit Christus primo, ꝙ dilatant philateria sua, i. chartulas, quas frontib. suis imponebant, in quibus erat scriptus decalogus, ut quasi religiosi viderentur in populis, velut continue habentes in cordib. suis memoriam dictorum mandatorũ. Secũdo, inquit Christus, magnificãt fimbrias, quas sup. deferebant in quatuor angulis palliorũ suorũ, in quib. alligabãt spinas acutas, ut sic siue eundo, siue sedendo pungerentur, & populus viso cruore diceret. Ecce quam iusti, & sancti sunt sacerdotes nostri, & q̃ durã vitã ducunt. Ecce qũo faciebant oĩa opera sua, vt viderentur ab hominibus.

Moraliter. Hodie apud Christianos (quod nephariũ est) illi dilatant philateria sua, qui portant supra se quasdã chartulas, & breuia, in quibus sunt aliquando figuræ, seu nomina ignota, & multa similia ad superstitionem pertinentia, in quibus confidunt, tenentes & firmiter credentes, quòd quãdiu talia habuerint super se, non tanget eos malũ, utpote ꝙ non morientur in bello si illic sint accessuri. Item ꝙ nunquã submergentur in aquis. Similiter ꝙ nunquam eos mordebit canis rabidus, insuper ꝙ consequẽtur tale, vel tale bonum, & ꝙ peruenient ad fines suos de omnibus, & sic de multis aliis fatuitatibus, & damnatissimis superstitionibus. Quæ oĩa reprobantur. 26. q. 5. si quis ariolos. vbi dicit Greg. ꝙ si q̱s philateriis vsus fuerat, anathema sit. Similiter hodie ĩter Christianos multi magnificant fimbrias suas, quales sunt illi, qui se iactant de bono, quod habent. Vnde solet communiter dici de iactatore, Talis magnificat fimbrias suas.

Consequenter Christus prosequendo suũ propositũ de ostensione appetitus humanæ laudis sacerdotũ veteris legis, tertio addit, ꝙ amant primos recubitus in cœnis. Tũ quia talia loca sunt honorabiliora; & solet ibi primo seruiri: tũ quia delicatiores cibi, & potus solẽt ibi offerri. Ex quo patet, ꝙ simul notabat eos Xp̃s de vana gloria, & de gula. Quarto addit ꝙ amant primas cathedras ĩ synagogis, ut prĩcipaliores videãtur. Quinto addit, ꝙ amãt salutationes in foro, ac si dice

ret, qđ amāt, & capiunt salutari ab hoībus cum in publicū procedunt. Sexto addit ꝙ amant vocari ab hominibus rabbi. Notandum tamē circa ista quatuor vltima vitia sacerdotū, quòd vt dicit hic gl. interl. dñs noster non vetat sacerdotes primos sedere ad mensam, seu in ecclesia, aut ab alijs salutari, siue rabbi vocari, sed illos arguit, qui talia indebitè appetunt. Contra quos omnes loquitur Chrysost. hom. 43. dicens, quòd qui appetit honorem terrenum, non videbit regnum cęlorum. Patet ergo quomodo sacerdotes iudæorum appetebāt humanam laudem sex modis. Practica quomodo multi sacerdotes moderni, quasi volentes iudaizare volunt imitari sacerdotes iudæorum.

Sequitur in textu. Vos autem nolite &c. Postquā ergo Christus detestauit, & reprehēdit vanam gloriā, & appetitū laudis humanæ sacerdotum iudæorū, consequēter per oppositum inducit sacerdotes nouæ legis ad humilitatem, & humanæ gloriæ vitationē, dicēs. Vos autem nolite vocari rabbi, nec vocemini magistri, i. non appetatis titulum honoris propter se. Vnus est. n magister vester Christus. Et patrem nolite vocare vobis super terram, i. nolite attribuere authoritatē generādi siue carnaliter, siue spiritualiter alicui terreno homini, sed tātum Deo, à quo omnis paternitas in cęlo, & in terra nominatur, vt habetur Eph. 3. ideo subditur, Vnus. n. est pater vester, &c.

Circa autē prædicta possunt moueri aliqua dubia, Primo igitur circa illud verbū, Amant primas cathedras in synagogis, quęritur. Vtrum aliquis clericus possit licite appetere bñficiū ecclesiasticū. Pro responsione notandum, quòd duplex est beneficiū ecclesiasticū, videlicet simplex, & curatū. Primū sine cura animarum, secundū cū cura animarū: primū potest clericus petere dūmodo alias sit idoneus. verbi gr. Est aliquis ecclesiasticus in hac ciuitate bonæ vitæ, conuersationis honestę, & competētis literaturæ, exiguū aut nullū habens patrimonium, nullum etiā possidēs bñficiū aut officium, propter quæ multā patitur penuriam,

Talis

Talis ergo siue per se, siue per interpositā personā potest procurare debitis, & honestis medijs aliquā capellam vel prębendam. Secus aūt esset si haberet sufficiēs patrimonium ad sui sustentationem scd̄m decentiam sui status. Ad hoc enim facit illud decretum, clericos. 1. q. 2. vbi dicitur, quòd illos clericos conuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur bona. Qui autem parentū bonis, & opibus suis sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium committūt, & per abusionem talium iudiciū sibi manducant, & bibunt. Hęc ibi. Secūdum verò beneficium, scilicet curatum nullus potest licitè appetere, nec per consequens petere, siue per se, siue per interpositam personam, etiam dato, quòd sit bene literatus atq; idoneus ad curam animarum suscipiendam. Nam talis eo ipso quòd se ingerit ad huiusmodi beneficium, videtur pręsumptuosus, & ambitiosus, & per consequens indignus secundum doctrinā B. Th. 2. 2. q. c. 110. arti. 5. in sol. ad tertiū. Insuper hoc vetat Apost. Heb. 5. dicens, nullum debere sibi assumere honorē, nisi qui vocatur à Deo tanq̄ Aarō. Ex quo patet, ꝙ talis se ingerēs ad beneficiū curatū, quod est beneficiū honoris, directe facit cōtra prohibitionē apostoli. Huius etiā opinionis est B. Aug. qui lib. 9. de ciui. Dei. c. 19. dicit sic. Locus superior sine quo populus regi non potest, etsi ita administretur vt decet, tn̄ indecenter appetitur. Propter qđ. C. de epis. l. quēquā. dicitur ꝙ Episcopus tm̄ debet esse ab ambitu se positus vt queratur cogendus, recedat rogatus, effugiat inuitatus, qa ꝑfecto indignus est sacerdotio, q nō fuerit inuitus ordinatus. Hæc ibi in forma. Dicit tn̄ B. Th quodl. 11. ar. 17. ꝙ contingit aliquē appetere ꝑlationē dupliciter. Primo quidē si īmineat necessitas vrgens, vtpote quia imponitur à superiori prelato, aut quia non inuenitur aliquis qui velit eā acceptare. Et tunc liceat eam appetere, & ad ipsam suscipiendā se offerre. Secūdo modo pōt aliquis prælaturā appetere sine hoc ꝙ imponatur à superiori, insuper etiā quādo

multi

multi inueniuntur idonei,& parati eam suscipere, & tunc nō licet eam appetere. Et huius rationē assignat idem doctor vbi supra, dicens, ꝙ talis sic appetens aut est iniustus, vtpote se præferēdo maioribus, & dignioribus, aut est præsumptuosus, uidelicet reputando se sufficientem ad præsidendum alijs. Hæc ille. Idem etiam dicit quodlibeto 2. art. 11.

Sed plerique cupidi, & ambitiosi clerici volentes se excusare à mortali peccato non obstante, ꝙ appetant beneficium etiam ep̄atum, allegant excusationes in peccatis, adducentes illud verbum Apost. 1. Tim. 3. vbi ait. Qui ep̄atum desiderat, bonum opus desiderat. Ad hoc est responsio in promptu. Nam quando Apost. dixit verbum illud, tunc qui erant primi in ecclesia., erant primi ad martyrium. Et ita qui tūc desiderabat ep̄atum, desiderabat mori pro Christo. Hoc autē opus bonū est & sanctissimum. Sed facio iudices oēs quotquot hodie desiderant ep̄atum, abbatiam, aut curā, si hoc opus desiderant. Et certe dicent, quòd non appetunt huiusmodi bonum opus, quinimmo si viderent tyrannos, & fidei inimicos gregem suum inuadere essent de primis fugientibus. Appetunt ergo tales non opus bonum, sed bonas opes, sicut patet de multis protonotarijs Apostolicis aspirantibus ad beneficia secularia, & regularia, & signanter vbi audiunt magnas esse opes. O quàm longe ergo tales distant a beato illo Aug. qui de seipso loquens lib. de vita, & moribus clericorum, dicit sic. Quod esse potui, esse nolui. Nec tñ quæsiui esse, quod sum. Elegi. n. in domo Dei abiectus esse magis, quàm habitare in tabernaculis pctōrū. Et post pauca. Adeo, inquit, timebā ep̄atū, vt in quo loco sciebā non esse ep̄m, non illo accederem. Sed dño seruus cōtradicere nō dēt, cui placuit mihi dicere, Ascēde superius. Sed profecto hodie pauci sunt inter clericos Augustinistę, & pauci Thomistę, qa fermè oēs appetūt prælaturā, dicētes pro sua iustificatione, ꝙ appetūt bñficiari nō vt pręsint, sed vt prosint. Nec similiter appetunt officium propter beneficiū, sed potius beneficium

ficium propter officium. Sed illis credet, q voluerit, qa non ego. In hoc enim manifeste mentita est iniquitas sibi, ꝙ postquā adepti sunt hmōi beneficia, vt in pluribus, nullā residentiam in eis faciunt, non curantes de muris, sicut neq; de moribus, sed inde hauriūt quicqd possunt, adeo vt libenter venderent lapides ædificiorū pro congregandis nūmis, circa quos totū videtur versari eorū studiū. Nunquid ergo tales tibi vidētur desiderare, nō quidē bonū opus, quin potius bonas opes?

Secundo quęritur iuxta illud primum verbū euāg. Super cathedram Moysi, &c. Vtrum oporteat ad cathedram pastoralem semper eligere meliorem, qui ibi sedeat. Responsio Domini iuristæ dicunt, ꝙ sufficit eligere bonum, & idoneum, vt patet extra de electione. c. cum dilecti. similiter aliqui theologi ita dicunt. Nihilominus B. Th. 2. 2. q. 63. arti. 2. tenet, ꝙ oportet semper eligere meliorem, non quidem simpliciter, & absolute, vtpote qui maiorem habet charitatem, aut gratiam. Tum quia sic omnes penè electiones possent calumniari, vno dicente, talis est melior, alio aliter. Tum quia non potest nobis sufficienter constare de tali bonitate, & ita omnes electiones essent dubię. Oportet ergo eligere meliorem secundum quid, hoc est ꝑ comparationem ad bonum commune, & quo ad hoc vtpote qui melius possit exercere quæ sunt officij pōtificatus, & melius cōseruare iura, & libertates Ecclesię. & huiusmodi. Stat. n. ꝙ minus bonus simpliciter sit vtilior Ecclesiæ siue propter potentiam, siue propter industriam secularem, vel huiusmodi. Qui ergo eligit in episcopum suum consanguineū, aut qui cōfert beneficiū Ecclesiasticū suo consanguineo postposito meliori vel simpliciter vel respectu boni cōmunis, talis est acceptor personarū, & per consequens peccat mortaliter. Secus autem vbi vterque esset æque idoneus. Et hæc omnia sunt de mente B. Th. vbi supra. Ad hoc etiam valet similitudo quam dat August. lib. de visitatione infirmorum. c. 2. de morbis corporū, pro quibus medendis, medici probatiores exquiruntur. Quanto

to magis, inquit, spiritualibus putredinibus animarũ adhibendi sunt medici subtiliores? Tales ergo vocandi sunt. Hæc ille. Item ad fratres in Eremo. ser. 14. dat aliam similitudinem, videlicet de regno Romanorum quod tandiu perseuerauit pacifice, quandiu sapientes ipsum rexerunt. Sed dum iuuenes & inexperti regnare cęperunt, dominiũ orbis terrarum perdiderunt. Applicatio est facilis.

Tertio quęritur iuxta illud verbum præsentis Euãgelij. Nec vocemini magistri. Vtrũ licet appetere gradum magisterij. Ad hoc dubium respõdet B. Th. quodlib. 3. art. 9. dicens, quòd sic, dummodo ille qui appetit sit idoneus. Et ratio eius est, eo ꝙ talis nõ appetit, nisi licentiam & opportunitatem alijs communicandi suam scientiam. Hoc autem est licitum. Nec est simile de appetitu prælaturæ, quia requiritur ad eam eminentia virtutis & sanctitatis, quam nullus scit certitudinaliter se habere. Potest autem quis scire & experiri se habere scientiam. Desiderare ergo scientiam, & actum docendi siue auctoritatem magistralem ad hoc ꝙ scientia sua siue prædicatio magis acceptetur ab auditoribus & maiorem fructum in eis habeat, est licitũ, & meritorium. Sed desiderare tãtum nomen absq; re, hoc malum est. Et similiter istud desiderare, vt quis reputetur magnus, & ab alijs atque prę alijs honoretur, ad inanem gloriam pertinet. Et ad hunc sensum loquitur Christus in pręsenti euangelio, cum ait. Nec vocemini magistri.

Tertio principaliter in hodierno euãg. fit mentio de instructione vniuersorum tam maiorum, quàm minorum, tam virorũ quàm mulierum, tam senũ quàm iuuenum, cũ subdit Christus, & cõcludit in fine euãg. di. Qui se exaltauerit, videlicet per elationẽ & arrogantiã, humiliabitur per pœnam & damnationẽ æternam, quia vt habetur Prouerb. 29. Superbum sequitur humilitas. Et qui se humiliauerit non sequitur, sed veraciter exaltabitur, sup. in cęlesti gloria, iuxta illud Iob 12. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Hic autem

tem sententię Christi alludit illud verbum Psal. Hunc humiliat, videlicet Deus superbum, & hunc exaltat, videlicet humilem. Item Luc. 1. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

Moraliter. Notandum ꝙ sicut instructor paruulorũ aliquando pluries repetit eandem lectionẽ, seu propositionẽ, vt sic eam fortius imprimat mentibus eorum, & similiter faber pluribus ictibus percutit caput claui vt ꝓfundius intret atq; indelebilius ligno adhæreat, ita & Xps velut summus magister noster volẽs lectionẽ humilitatis ꝓfundius & indelebilius infigere cordibus nostris, ipsam sępe reiterauit in sacro euang. sicut patet Luc. 14. Itẽ eiusdẽ 18. Et similiter in hodierno euãg. Ideo bene scriptũ est in decr. dist. 93. dñs noster. ꝙ Xp̃s verbis & factis exẽplum dedit humilitatis. Dicamus ergo ab eo in præsenti humiliari vt tãdem exaltemur in gloria cęlesti. Quam nobis &c.

FERIA IIII. POST SECVNDAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.



Scendẽs Iesus Hierosolymam assumpsit duodecim discipulos &c. Matt. 20.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. de muneribus & honoribus. l. vt gradatim. allegans iuriscõsultum Martianũ, dicit, quòd honores debẽt gradatim deferri ita vt a minoribus ad maiores perueniãtur. Casus est talis. Est aliquis peritus iurista licẽtiatus ĩ vtroq;, directe veniẽs de fornace, & vt vulgo dicitur, habẽs adhuc ignẽ in capite. Hic ergo vidẽs ꝙ habet amicos in curia regis, rogat eos vt pro eo intercedãt apud regiã maiestatẽ, quatenus constituatur primus præses supremæ curiæ parlamenti Parisien. aut Rothomagẽ. aut vt assumatur in cãcellariũ Franciæ, eo ꝙ officium per mortẽ alterius vacat. Supposito, ergo, ꝙ oẽs amici eius pro eo rogẽt apud regem ad dictũ finem, ipse rex non

exaudiet

exaudiet eós, sed prudenter rńdebit, & dicet, honores debere gradatim deferri, ita ut à minoribus ad maiores ꝑueniãtur, vt dicit lex præallegata. Iste aũt gaudis ſerus per caſum nõ fuit probatus i minoribus officijs aut honoribus, &c. Eadem ẽt ſententia habetur. C. de aduocatis diuerſorũ iudicum. l. nemini. Similiter iſta lex eſt conformis legi diuinæ, ſiue hiſtoriæ ſacræ ſcripturæ, ſicut patet Gen. 39. de Ioſeph, qui primò honoratus fuit in domo Phutiſaris. ita vt oĩa bona domus ſuæ eſſent in manu ipſius Ioſeph. Poſtmodũ vero perã plius honoratus eſt in domo Pharaonis regis Aegypti ita vt ſecundus eſſet poſt regem. Gen. 41. Dicendũ ergo illi, illud Iuuenalis, quòd nemo repẽte fit ſummus.

Moraliter. Summus honor cuius ſumus capaces, & quem ſumme debemus optare, eſt ꝙ poſſumus finaliter eſſe ciues regni cęleſtis. Nam quicunque ibi ſunt, maximo honore dotantur à Deo. Ad hunc itaque honorem cęleſtem nullus malus aſſumi poteſt, vtpote nullus ſuperbus, nullus auarus, nullus lubricus, & huiuſmodi: quinimmo cuilibet tali dicetur in articulo mortis illud Nume. 24. Priuauit te Deus honore diſpoſito. Acſi apertè diceret ſcriptura cuilibet baptizato morienti in mortali peccato. Deus diſpoſuerat tibi dare honorem illum cęleſtẽ, ſed propter peccata, quæ commiſiſti poſt baptiſmum, reddidiſti te indignum & incapacem tanti honoris. Soli ergo iuſti, & electi peruenient ad dictum honorem, Deo ſic diſponente Heſter. 6. Hoc honore dignus eſt quemcunque voluerit rex honorare. Sed nouerint vniuerſi, ꝙ ad dictum honorem nemo repente peruenit, ſed neceſſe eſt vnũquemque illic peruenire cupientem primum in præſenti exercitari in ſchola virtutis. Nã diues primum habet exercitari in præſenti in operibus miſericordiæ, & pietatis. Itẽ pauper circa materiam patientiæ. Religioſus circa obſeruantiam ſuæ regulæ, & ſtatutorum, iudex circa æquitatẽ. Aduocatus circa diligẽtiã veritatem, & fidelitatem. Coniugati circa continẽtiã. Virgines, & viduę circa pudicitiã. Et ſic de quolibet ſtatu.

ſtatu. Ecce quomodo gradatim ad cęleſtem honorē ꝑueniendum eſt, videlicet ſeipſum in præſenti exercitando in ſchola virtutis In cuius rei ſignū refert Auguſt. in lib. 5. de ci. Dei. c. 12. Similiter & Titus Liuius lib. 7. de ſecundo bello punico. Item & Valerius Max. lib. 1. de Romanis, qui olim fecerant duas ædes, quarum prima vocabatur ædes virtutis, ſecūda vero ędes honoris. Hę ergo ædes taliter erant diſpoſitæ, & continuæ, vt ſolū per ædem virtutis pateret ingreſſus ad ædem honoris. Et per hoc ſignificari poteſt, ꝙ per viā humilitatis, & non aliàs perueniemus ad honorē gloriæ cęleſtis, Et hoc nobis aperte inſinuauit Chriſtus in præſenti euangelio, in hoc, ſ. quòd duos diſcipulos petentes per matrem ſuam præ cæteris Apoſtolis honorari, remiſit ad exercitium ſiue ſcholam aut templum virtutis humilitatis, cum ait illis. Qui voluerit inter vos maior fieri, erit miniſter veſter.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Dic vt ſedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam, &c. Mat. 2 2] Scribitur extra de electione, & electi poteſtate. c. venerabilem, quòd in imperio non habet locum ſanguinis ſucceſſio, ſed tantum electio. Caſus eſt talis. Imperator moritur relinquens poſt ſe filium, qui vult imperare poſt eum, dicens, Pater meus imperauit. Cum ergo ſim indubitatus eius filius, volo imperare. Nunquid ergo talis debet ſine pluri imperare? Certe Innoc. III. reſpondet per præallegatam decr. ꝙ non, eo ꝙ in imperio non habet locum ſanguinis ſucceſſio, ſed tantum electio.

Moraliter, ſummum & deſideratiſſimū imperiū eſt cęleſtis gloria, in qua poſt generalem reſurrectionem animæ plene imperabunt corporibus. Ad huiuſmodi autem imperiū nō peruenitur iure ſucceſſionis. Quia vt dicit Hiero. & recitatur diſt. 40. non eſt facile, non ſunt Sancti qui tenent loca Sanctorū, ſed qui exercēt opera eorū. Peruenitur autē ad dictum imperium iure electionis. Iuxta illud Pſal. Beatus, ſup. eſt ille homo, quē, ſ. tu Deus elegiſti, & aſſumpſiſti, habitabit ī atrijs

tuis.

tuis. Vnde beati quasi Deo gratias agentes dicunt cũ Apost. Paulo illud Eph. 1. Elegit nos, sup. dñs ante mũdi constitutionẽ. Quis aũt ad cœleste imperium non perueniatur iure successionis, patet manifeste in hoc, s. ꝙ multi patres regnant cum Deo in cœlo, quorum filij impij cruciantur cũ mille dęmonibus in inferno. Hoc aũt possumus clare ostendere sub triplici lege, videlicet naturæ, scriptæ, & gratiæ. Primo. n. in lege naturæ liquet apertè Adã esse assumptũ ad imperium cœleste, à quo tñ exclusus est filius eius primogenitus Cain: idem dic de Abraham & Hysmaele filio eius. Idẽ de Isaac ex filio eius Esau Secundo in lege scripta Dauid assumptus est ad prædictum imperium cœleste, à quo tamẽ vt creditur exclusus est Absalon filius eius. Tertio in lege gratiæ multi viri sancti peruenerũt ad dictum imperiũ per martyrium, quorum tamẽ filij descenderunt in infernũ, & econuerso. Vnde in figuram huius legitur 1. Reg. 1[?]. ꝙ filij Saul non successerunt sibi in regno Israel, sed Dauid. O igitur pauperes peccatores nolite inaniter confidere in bona vita & sanctis operibus vestrorum prædecessorum, quia sicut filius non portabit ini quitatẽ patris, ita neque prēmiabitur in cęlo propter bonã vitam ipsius. Et huius rõ est, quia in imperio cœlesti nõ habet locũ sanguinis successio, sed tm̃ electio, vt dictum est. Hoc aũt male attendebat mater filiorum Zebedei. De qua dicitur in hodierno euang. quòd petebat à Christo vt suos filios Iacobum & Ioannem faceret sedere in regno suo immediatè post se, vtpote ratione consanguinitatis. Quorum petitionem reprobauit ipse Christus ostendens, quòd in dicto imperio non habet locum sanguinis successio, sed tantũ electio, cum ait, Nescitis quid petatis &c.

In pręsenti ergo euãg. de tribus principaliter fit mẽtio, videlicet, De passionis Christi prædicatione. ibi. Ecce ascendimus &c. De ambitionis filiorũ Zebedei repulsione. ib. Nescitis qd petatis. De indignationis aliorũ discipulorũ sedatione. ibi. Scitis ꝗa principes &c.

Primo igitur fit mentio &c. Nã vt refert euãgelista Matth. asc ndens Iesus Hierosolymã, quæ in loco alto sita era [assumpsit duodecim discipulos suos] tanquã per fectiores, & qui non possent de facili scandalizari ex his quæ illis erat dicturus [secreto.] Non. n. voluit Christus suam passionẽ omnibus & palàm manifestare, sed solum peculiaribus eius amicis. Et per hoc nos instruxit paucis & probatis amicis reuelare nostra secreta, iuxta illud verbũ Sapientis Eccl. 6. Consiliarius sit tibi vnus de mille. Itẽ Vegetius de re militari lib. 3. cap. 29. Quid, inquit, fieri debeat, tractato cum multis. Quid verò facturus sis cum paucissimis ac fidelissimis vel potius ipse tecũ: vnde & Ludouicus XII. Frãcorum Rex interdum dicere solebat. Si scirem biretũ meum scire meũ consiliũ, & propositum, mox ipsum in ignẽ proijcerem. Insuper Christus per talẽ modũ nos docuit celare ea, quæ nobis secreto committuntur & dicuntur, nisi forte vbi vergerent in deteriorem exitum, vñ Valer. lib. 3. c. 3. refert de Mutio Scæuola milite Rom. ꝙ cum comprehensus fuisset à Porsenna rege Ethruscorum, & ab eo districte exigeretur, vt secreta Romanorum cõsulum reuelaret, sin alias grauiter torqueretur, maluit manum suam dexteram foco comburi, quàm secretum reuelare. Similiter idem Valerius ibidem refert de Pompeio, qui potius digitum cremãdum præbuit quàm vellet secretum reuelare. Etiã ad propositum refert Ambro. lib. de Virginibus, de quadam muliere, quæ cum cogeretur à tyranno secretum reuelare & prodere, morsu linguam sibi abscidit, quã in faciem tyranni despuit, & hoc ne vi tormentorum extorquerentur ab ea dicta secreta veritatis. Ecce quàm fideles fuerunt olim pagani & infideles, tam viri, quàm mulieres ad non reuelandam secreta sibi commissa. Sed proh dolor longe ab his sunt multi Christiani etiam vtriusque sexus, qui cum vident forte ab alijs se offensos, mox se vlciscentes improperãt illis secreta tempore amicitiæ illis bona fide referata. Quo fit vt inter tales ĩterdum suscitentur hac oc-

casione immortales inimicitiæ, lites, & discordiæ: Et qđ deterius est, quandoq; nulla præfata occasione nō nulli faciles ad laxādū habenas, reuelāt aliena secreta, forte causa illis detrahēdi, aut forte alijs adulādi.

Sequitur in textu. [Et ait illis]. s. Christus discipulis suis. [Ecce ascendimus Hierosolymam] in quo patet manifeste voluntas patiendi in Christo. Et vt dicit gl. ord. Christus prædixit suis apost. suam passioné & resurrectioné, vt cū eum morientem viderent, resurrecturum non dubitarēt. [Et filius hominis]. i. virginis. Vel quia in forma humana passus est [tradetur principibus Sacerdotum & scribis] videlicet cooperante diaboli nequitia, Iudæ auaritia, Iudæorum inuidia, Gentilium sæuitia. [Et condemnabunt eum morte] Sed qa non licebat iudæis aliquem occidere, & signanter supplicio mortis, ideo subditur. [Et tradēt eum Gentibus] . s. Pilato & Romanis militibus. [Ad illudēdum, flagellandum, & crucifigendum.] Quantum ad primum nota quomodo Christus fuit illusus tripliciter: Primó in domo Cayphæ, Luc. 22. Velauerunt faciem eius, & pcutiebant eum dicentes, Prophetiza &c. Secūdo in domo Herodis, qui induit eum veste alba, Luc. 23. Tertio in domo Pilati quando genuflectebant coram eo dicentes, Aue rex iudæorum, Io. 19. Quantum ad secūdum nota similiter, quòd ipse Christus fuit tripliciter flagellatus. Primo in domo Cayphæ, ab illo qui dedit ei alapam dicens, Sic respondes pontifici? Ioan. 18. Secundo in domo Pilati, qui fecit ad columnam eum ligari & flagellari, Ioan. 19. Tertio in cruce in manibus & pedibus, vnde psal. in persona ipsius. Foderunt manus meas & pedes meos. Quātum ad tertium nota similiter, ꝙ Christus crucifigitur tripliciter. Primo in persona propria manibus Gentilium. Secundo in sanctis martyribus manibus tyrannorū, secundum ꝙ respōdit Petro fugienti, & eū interroganti, Domine quo vadis? Venio, inquit, Romam iterum crucifigi, sup. in te. Tertio in cordibus deuotorum catholicorū per feruentem meditationem passionis illius, atque piam cō-

passionem

passionem eiusdem. Et taliter erat crucifixus in corde apost. sui Pauli, qui dicebat Gal. 2. Christo cõfixus sum cruci. Propterea Aug. ad fratres in eremo. serm. 32. q ĩtitulatur ad leprosos, dicebat, Totus Christus figatur in nostro corde, qui pro nobis totus fixus est in cruce. Sequitur [Et tertia die resurget] Hoc autem addidit Christus ad consolationẽ discipulorũ suorũ, qui cęperunt tristari ex pręcedentibus verbis. Et nota, q̀ non dicit, resuscitabitur, sed resurget, in quo notatur resurgentis Christi potestas & diuinitas, quę resuscitauit corpus suum.

Mysticè, notandum q̀ Christus primo traditur gẽtibus, qñ aliqua magna querela subornant, & decipit blandis promissionibus aliquã puellam, & postmodũ eam tradit corruptori. Secundo illuditur in vtraq; curia, qñ scilicet dicitur vtriq; litiganti, quòd habet iustam querelam. Et similiter quando dicitur & promittitur quòd processus in breui expedietur, qui tamen postea durat per tempus & tempora. Tertio flagellatur, quando pauperes iniustè opprimuntur, nũc talijs grauissimis, nunc armigeris durissimis. Quarto crucifigitur, quando scilicet peccatum post pęnitentiam reiteratur Heb. 6. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei.

Quæritur circa hãc primam partem euangelij, quare tã frequenter recitatur Christi passio in ecclesia. Nam de ea fit mentio in euangelio dñicæ in quinquagesima. Similiter in hodierno euang. Itẽ quotiẽs quis celebrat de cruce, ꝓut solet cõmuniter fieri ferijs sextis, tũc legitur euãgeliũ, in quo fit mẽtio de dicta Xp̃i passione. Responsio. Istud fit propter tria. Primo quidẽ vt sic eã audita prouocemur ad æquanimiter tolerandum aduersa, Hebr. 12. Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionẽ, vt non fatigemini &c. Propterea dicebat Aug. in suo manuali. c. 22. In omnibus, inquit, aduersitatibus non inueni tam efficax remedium, quàm vulnera Christi. Secundo verò, vt sic prouocemur aggredi ar-

dus 1. Pet. 4. Christo passo & vos eadem cogitatione armamini, vt s. contemplatione illius non formidetis in cordibus vestris aggredi ardua, & difficila propter Dei honorem, & animarum vestrarum salutem. Antiquitus enim homines in bellis vtebantur elephātibus. Sed antequam ingrederentur bellum ante oculos eorum offerebāt sanguinem, vel aliquid simile in colore, vt sic magis animarentur ad bellum. Sic.n. fecisse legitur Antiochus pugnaturus contra Iudā Machabæorum. Habebat enim suo in exercitu 32. elephātos, quibus ostendit sanguinem vuæ & mori ad acuendos eos in prælium, vt legitur 1. Machab. 26. Applicatio est facilis ex dictis. Et ad hoc propositū est verbū Vegetij de re militari lib. 3 c 9. dicentis, ꝙ desperantibus crescit in bello audacia ad hortationem ducis, si nil timere ipse videatur. Ita in proposito. Tertio aūt hoc fit vt sic magis ac magis prouocemur dictā dominicam passionem iugiter habere in memoria, & in penetralibus cordium nostrorum. Hoc autem quantum prosit sequens declarat similitudo. Nam secundū naturales sanguis humanus fęcundat lignū aridum, intātum ꝙ si aliqua arbor incipiat ardescere, summum remedium est apponere humanum sanguinem ad radicē illius seu pedē. Insuper ferunt nōnulli, ꝙ si arbusculæ quæ rosarium dicuntur, sępe in radice perfunderētur humano sanguine, omni tempore ex se rosas producerent. Ad propositum homo est arbor euersa, quæ arescit per peccatum. Ad hoc igitur ꝙ virescat & fructum boni operis afferat, summū remedium est apponere ad radicem illius, i ad cor sanguinē Christi, qui est verus homo, & hoc per deuotā meditationem suæ pijssimę passionis. Nā talis meditatio sancta calefaciet cor & animā illius in amorē ardentissimum ipsiusmet Christi, atque in hunc modum incipiet cor humanum virescere per gratiam & charitatem, & afferre fructū boni operis.

Secundo principaliter in pręsenti euang. fit mentio de ambitione filiorum Zebedei, & de repulsione dictæ

ambitionis. Pro quo notandum, ꝙ cu Christus dixisset se resurrecturũ tertia die, statim auuncula eius Maria Salome credens tunc eum tẽporaliter regnaturum in throno regni Israel, auiditate fęminea, præsentia cupiens, atque immemor futurorum, accessit ad eum cũ filijs suis, videlicet Iacobo & Ioanne. di. Dic vt sedeãt hi duo &c. Bonum desiderium, inquit glo. ord. sed inconsiderata petitio, & ideo propter ignorantiã, & simplicitatẽ non meretur confundi. Vel potest dici, ꝙ sua petitio processit ex eo ꝙ audierat Christũ dicentẽ discipulis suis illud Matt. 19. Sedebitis super sedes 12. &c. Ipsa ergo timens ne Christus vellet Petrum, cui iam promiserat claues ecclesię, cæteris præferre, aut fortè Andream fratrem eius, quem primo vocauerat, rogauit eundẽ. Dic vt sedeant &c. Sed videtur esse aliqua discrepantia inter Matt. & Mar. Nam Mar. 10. dicitur ꝙ Iacobus & Ioannes dixerũt Christo Magister volumus vt quodcunq; petierimus facias nobis. At ille dixit eis. Quid vultis vt faciã vobis? Et dixerũt ei. Da nobis vt vnus ad dexteram tuã, & alius ad sinistram sedeat in gloria tua. Sed ad hoc potest responderi, ꝙ ista verba non dixerunt Christo in propria persona, sed ꝑ matrem suã loquentes. Timuerunt enim à Christo cõfusibiliter repelli si in propria peterent esse primi in regno ipsius, & ideo matri persuaserũt, vt pro eis hoc peteret. Credebant .n. ꝙ Christus potius eã exaudiret, quæ erat eius auuncula, quàm ipsos si in propria petiuissent.

Notandum est aũt, ꝙ hæc mulier tria petiuit à Xp̃o pro filijs suis, quæ cõmuniter solent matres filijs suis optare. Primo .n. petiuit pro ipsis quietem corporalẽ cũ ait. Dic vt sedeant hi duo filij mei. Secundo vero honorem seu honores [quia vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistrã.] Tertio diuitias [quia in regno tuo. [O quot sunt patres & matres huic mulieri similes. Sunt enim multum solliciti plerique parentes in procurãdis filijs suis honoribus, diuitijs, officijs, beneficijs, & huiusmodi, qui tamen de salute animarũ illo

rum parum aut nullo modo sollicitantur. Si .n. viderint illos pauperes aut ægrotantes, immoderatè tristātur. Si verò peccatores, & peruersos, nō tristātur, quinimmo interdum inde gaudent, vnde merito flere deberent. Item pleruuque timent eos castigare aut durè reprehendere de insolentijs suis plurimis, ne tristētur aut irascantur, sed dicuut dicti parētes, ꝙ oportet dimittere iuuentutem transire. Et ita ostēdunt facto & opere se esse corporum & non animarum parentes, vt dicit Chryso. sup Matth. in opere imperfecto. Homil. trigesimasecunda. Sed quid fecit Christus pro auuncula sua? Certe nihil, & quidem merito, quia errabat in petendo & deficiebat tripliciter, videlicet in ordine, in intentione, in materia. Primo quidē in ordine, quia ante meritū petebat filij premium, dicens. [Dic vt sedeant hi duo] qui nondum laborauerunt. Secundo vero in intentione. Habebat. n. hanc intentionem & iudicium, ꝙ Christus deberet filios suos cæteris discipulis præferre, eo ꝙ consobrini illius essent, ideo ait. Filij mei, & per consequens consobrini tui. Tertio autē in materia, quia petebat eis vana, vtpote mundanos honores & fastum seu pompā seculi. Ideo subdit [vnus ad dexterā tuam, & alius ad sinistram in regno tuo.] Possumus tñ dicere ꝙ dicta mater fuit in aliquo exaudita, videlicet quantum ad vtilitatem, quamuis nō ad voluntatem, in hoc, s. ꝙ B. Iacobus dicitur nunc sedere ad dexteram Christi in regno cęlorum per apertam visionem: Ioannes vero ad sinistram, secundum opinionē illorum, quæ dicunt esse translatum ad paradisum terrestrem cum Helia, & Enoch. Post iudicium verò generale sedebit pariter cū fratre suo in regno Christi & Dei.

Mysticè, isti duo filij significāt corpus, & animā humanam, pro quibus debemus cū omni instantia rogare dominū quandiu in hac mortali, & exigua vita sumus, vt tandē eos faciat sedere in regno suo cœlesti. Vnum quidem ad dexteram illius, videlicet animā, & hoc per apertam visionem diuinæ essentiæ. Alterum autem

autem ad sinistrã, videlicet corpus, & hoc per visionẽ humanitatis Christi glorificatæ in cęlis. Nihilominus priusquam ita fiat, oportet primum bibere calicẽ mortis. Quo hausto tandem electi ad gloriam peruenient futuræ resurrectionis.

Moraliter. Mater ista recte designat amorem carnalem parentum, & consanguineorum. Hæc ergo mater sępe persuadet dominis episcopis, cæterisq; ecclesiæ prælatis, vt habeant suos nepotulos seu consobrinos præ cæteris cõmendatos in collatione dignitatũ pręendarum, curarum, ac cęterorum beneficiorũ ecclesiasticorum in eorum dispositione existentium, ita vt vnus sedeat ad dexteram domini episcopi, aut archiepiscopi per adeptionem alicuius archidiaconatus: alter autem ad sinistram per adeptionem minoris beneficij quousq; vacauerit aliquod maius, quia forte expectatur mors alicuius magni canonici, ꝓ cuius mortem speratur, ꝙ iste succedet illi in præbẽda, aut huiusmodi. Et certe hodie multi prælati audiũt, & exaudiunt dictam matrem seu mulierem, i. carnalem amorem & parentelam. Vnde metricè dicitur. Mos est prælatis dare pręendas bene natis, id est, filijs nobilium. Aut bene nummatis sicut fit cum interuenit simonia, vel eorum sanguine natis. Ergo præbendæ non dicuntur, sed emendæ. Præbenda enim à præbeo præbes dicitur, quod idem valet in proposito sicut do das. Sed profecto hodie apud aliquos episcopos præbendæ perdiderunt nomen suum, & dicuntur emendę, eo ꝙ emũtur. Et si non forte pecunia numerata, saltẽ emuntur aliquo obsequio pręstito domino episcopo, aut supra, pro cuius recompensatione sibi datur præbenda, alias oporteret pecunialiter illi satisfacere. Nouerunt multi canonici, qui aliquando fuerũt capellani aut secretarij seu receptores & procuratores nonnullorũ dominorum episcoporum si vera sunt quæ dico. Diligẽter ergo attendant domini prælati dantes magnas dignitates ecclesiarũ suarũ, suis cõsanguineis, filijs forsè sororum suorum hoc petentiũ, ꝙ Christus tanquã

tis,] quia plerunque infirmitas corporis sanitas animę, iuxta illud Eccl. 31 Infirmitas grauis sobria facit animam. Item multi petunt à domino prosperitatem in omnibus. Sed talibus respondere potest. [Nescitis quid petatis] quia pro mille qui damnātur inter aduersa, decem millia damnātur inter prospera. iuxta illud psa. Cadent à latere tuo mille, & decē milia à dextris tuis. Item multi petunt à domino longā vitam. Quibus respondere potest [Nescitis, quid petatis] quia longam vitam plerunque sequuntur multa incōmoda, vtpote graues ægritudines, debilitates, impatientia, defectus temporalium, & huiusmodi. Ita vt oporteat frequenter tales declinare ad hospitale pauperum, & ibi cum rubore mendicare, & mori. Præterea Salomon Eccl 4. dicebat, Laudaui mortuos magis quàm viuentes. Item prædicta considerās regius propheta Dauid dicebat ad dominum orans. A cetera vt eruas me. Item multi petunt à domino vindictam de inimicis suis. Quibus ille respondere potest. [Nescitis quid petatis,] quia qui vindicari vult, à domino inueniet vindictam. Eccl. 28 Item multæ puellæ petunt & desiderant intrare matrimonium, vt sint dominæ seu magistræ, & liberæ à iugo, & disciplina parentū. Quibus respondere potest dominus [Nescitis quid petatis,] quia forte inuenietis maritum durū, & rebellē villanum, qui erit zelotypus de vobis, & qui tenebit vos arctius quàm pater, & sub quo forte nūquā habebitis diem bonum Item multi minus idonei, & indocti petunt alijs præesse. Quibus pōt dicere dn̄s. [Nescitis quid petatis.] Nā si semel fueritis sublimati sup alios, tunc patebit imperitia vestra, quæ forte nūc latet, & sic eritis in derisum omni populo, qūo estis honorati. Da exemplum de simia, quæ cum sursum ascēdit, tunc ostendit posteriora sua nudata. Vnde in prouerbio dicitur, Nescitur quid sit de aliquo monacho quousq; fuerit abbas. hoc est, prius latebant imperfectiones eius, quæ postea sæpe patēt cum habet oībus respondere. Itē multi existentes in matrimonio videntes

tes, q habent multam substantiam, nec hebent prolē, rogant dominum vt det illis filios, & filias, & pro hac re interdum faciunt multas peregrinationes, & vota. Quibus certe posset respondere dominus [Nescitis quid petatis] maxime cum scriptum sit. Eccl. 16. quòd vtile est mori absque liberis, quàm post se relinquere filios impios. Debent ergo tales considerare, q multi habent prolem, qui vellent eam extinctam, & qui maledicunt horæ in qua eā genuerunt, & q forte taliter illis accideret si prolē haberent. Et breuiter, vt dicit, Chry. super Matt. in opere imperfecto homil. 32. Non dēmus à Deo petere illud qđ iudicamus bonū esse, sed orantes in eius potestate debemus ponere, vt illud nobis, seu alijs pro quibus rogamus concedat. Et huius rationem assignat magister sen. li. 2. de beneficijs, dicens, q sunt aliqua nocitura impetrantibus, quæ non dare, sed negare beneficiū est. Aquam enim ægris negamus, aut sibi iratis ferrum, aut amentibus quicquid contra se vsuros ardor petit. Hæc ille.

Sequitur in textu. Potestis bibere, &c. Postquā ergo Christus reprobauit ambitiosam petitionem filiorum Zebedei, dicens. Nescitis, quid petatis, consequenter facit eis vnam quæstionem dicens. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? i. sustinere mortem ignominiosam, & crudelem, qualē ego passurus sum? Sed quare eos de hoc interrogat? Certe quia vt dicit, gl. ord. Nemo potest cum Christo regnare nisi passionem eius fuerit imitatus. Propter quod Actu. 14. dicitur, quòd per multas tribulationes oportet, &c. Sequitur discipulorum responsio. Dicunt ei. Possumus. Certe loquuntur tāquam inexperti propriæ fragilitatis, quod patuit in effectu in fuga tēpore passionis Christi. Taliter etiam loquuntur multi inexperti tanquā nihil sibi impossibile reputantes. Nam vt dicit gl. interl. inexpertis leuius videtur quod experti timēt, Ait illis. Calicem quidem meum bibetis. i. mortem pro nomine meo sustinebitis, quāuis differēter, quia vnus affectu tm̄, videlicet Ioannes, alter aūt affectu, pariter & effectu,

effectu, s. Iacobus. Ioannes. n. fuit in feruentis olei doliū missus, & in Pathmos relegatus, & ita animo non defuit martyrio, vt dicit gl. ord. Iacobus vero fuit ab Herode capite trūcatus. Audiant ergo homines mundani, & corde intelligant illi, qui in omnibus, & per omnia quærunt voluptates suas, & delicias in præsenti, quod santissimi Christi amici, & consobrini Iacobus, & Ioannes non intrauerunt regnum cœlorum, nisi primum gustato calice passionis, & aduersitatis. Quod si sic, quid ergo fiet miseris peccatoribus? Greg. lib. 4. moralium c 4. Si Deus sic cruciat quos amat, qd illi passuri sunt quos reprobat? Oportet ergo, inquit August. ad fratres in eremo, ser. 59. nos primo bibere calicem dñi, i. aduersa pati, sicut & dñs noster Christus, si velimus illic peruenire, vbi iam regnat sine fine. Sedere autem, inquit Christus, ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, nondum humiliatis, sed adhuc superbis, elatis, & ambitiosis, vt dicit vtraque glo. Vel non est meum dare vobis, secundum humanitatem, vt exponit August. lib. 1. de Trin. [Sed quibus paratum est à patre meo] scilicet per æternam electionem.

Tertio principaliter in præsenti Euangelio fit mētio de sedatione indignationis aliorū discipulorum Xpi. Cum. n Petrus, & Andreas similiter Thomas, & alij vidissent, & audissent matrem filiorū Zebedei rogantem Christum nepotē suum, vt faceret duos filios suos maiores post eū in regno suo [Indignati sunt de duobus fratribus.] Adhuc. n. carnales erant, & carnalia sapiebant. Si ergo indignati sunt super petitione duorū fratrū, quanto, magis indignati, & conturbati fuissēt, si illi intētū suū adepti fuissent? Et nota, q hæc indignatio seu inuidia procreata fuit à dæmone, q libēter ponit discordias inter fratres. Facit. n. ipse diabolus sicut astutus dux belli, q vt dicit Vegetius de re militari. lib. 3. procurat discordias īter hostes, vt sic frangātur vires eorū. Insuper facit sicut peritus piscator, q pcutit aquas vt turbētur, & inde pisces minus videāt

sibi

sibi imminēs periculū,& capturā,ita in proposito diabolus ponit frequenter discordias inter homines, & turbat eos etiam exterius, vt sic commoueat ipsos ad iram,& impatientiam, & sic impediat in eis rationis iudicium. Nota etiā ꝙ indignatio seu altercatio apostolorum forte fuit in hunc modum orta. Primo nēpe tres filij Mariæ Cleophæ,videlicet Iacobus minor,Simon,& Iudas audientes auunculam suam Mariam Salome rogantem Christum, vt filij sui cæteris præficerētur;indignati sunt dicentes,ꝙ sic fieret illis iniuria, maxime cum essent seniores,& de seniori matre,vt patet euidenter. Et ideo rogauerunt Christum consobrinum suum,vt essent primi in regno suo. Quo audito locutus est Petrus dicens, ꝙ se opponebat, ne ita fieret,maxime cum iam illi Christus principatum commisisset totius Ecclesiæ,di. Tibi dabo claues, &c. Mat. 16. Quo etiam audito, locutus est Andreas frater eius dicens,ꝙ nunquam permitteret ita fieri,eo maxime ꝙ ipse adduxisset ipsum Petrum primum ad Iesum,vt patet Ioan. 1. Cumq; sic altercarentur isti duo fratres, q̄s eorum esset maior,hoc audiens Thomas,ait. Certe debeo præferri vobis,qui estis pauperes,& simplices piscatores. Ego autem sum sapiens,& profundus theologus,& propterea vocor Thomas, quod interpretatur abyssus,supple scientiarum. Cum ergo docti, & literati debeāt preferri in dignitate, & honore simplicibus & indoctis,liquet aperte,ꝙ ego debeo præferri. Quibus auditis ait Mat. Et ego ero prius in regno magistri nostri Christi. Quid.n.fecistis pro eo laude dignū vos oēs qui prius estis locuti, nisi q̄a forte reliquistis nauiculas vestras,& modica retia forte iam fracta, & corrupta. Ego aūt cum essem thelonearius,multā pecuniā dimisi, vt pauper pauperē sequerer magistrū nostrū. Cūq; sic loqueretur Matthæus, surrexit Bartholomæus,& ait. Et ego peto primus esse in regno magistri nostri,maxime cū sim valde nobilis, quia descēdi de sanguine regio,vos autem oēs estis rustici, & filij rusticorū. Tandē autem Iudas, Per Deū ego nō p̄mittam

tam ista fieri. Quem.n.vestrum tantum honorauit magister noster Xps sicut me? vtpote mihi dando loculos seu bursam communem, in quo facto visus est multũ de me confidere plusquam de vobis. Et ideo peto simpliciter primus fieri in regno suo. Quo audito mox cęperunt cæteri apostoli clamare contra Iudã,& dicere. O Iuda non legisti in psal. quia in quorũ manibus iniquitates sunt dextera eorum repleta est muneribus. Noli ergo gloriari de bursa tibi cõmissa, quia non semper melioribus aut dignioribus datur. Patet ergo de indignatione discipulorum Christi.

Sequitur in textu.[Iesus autem vocauit eos ad se] anteq̃ pius pater vt ipsos ab errore reuocaret, vt pacẽ inter eos reformaret,& vt regulam bene viuẽdi,& bene præsidendi eis proponeret[& ait illis: Scitis quia principes gentium dominantur eorũ,& qui &c.]Egit nempe hodie Christus conformiter ad legem imperialem.ff de offi. præsidis.l.illicitas.dicentem, ꝙ bonus iudex debet ad cõcordiã laborare,& litigantes quantũ in se est conciliare Ideo ipse subdit,di. [Non sic autẽ erit inter vos. Deinde assignat eis regulam bene viuẽdi,cum ait.[Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri; sit minister vester. Et q̃ voluerit inter vos primus esse,erit vester seruus.] Non quidem ex conditione,sed ex charitate, & humilitate. Dicit autem Chrysostomus vbi supra allegatum est,exponẽdo hunc passum, ꝙ Sancti sibi inuicem debent esse subiecti, vt.s. minor maiori non inuideat quasi maiori, sed ei libenter obsequatur quasi præsidenti,quia maior est. Et similiter maior minorem non contemnat, sed libenter ei obsequatur quasi sibi seruienti. Hæc ille. Tandem Christus hortatur quosque maiores ad humilitatem suo santissimo exemplo ita concludens euangelium, & dicens.[Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare,& dare animam suam in redẽptionem pro multis.] Pro omnibus quidem sufficiẽter, sed pro multis,efficaciter.

Moraliter. Iuxta prædicta instituimur exẽplo Chri-

sti

sti reformare pacem inter discordantes. Hoc.n. valde laudabile est, & Deo acceptissimum. Et ad hoc agendū præcipue intendere debent parentes, & propinqui, exemplo Romanorū, de quibus refert Valerius Max. lib. 2. de insti. antiquis, dicens, ꝙ olim instituerant solenne conuiuium quod fiebat statuto tempore, ad qđ nullus admittebatur p̄ter cognatos, & affines. Et tunc si aliqua querela inter eos orta fuisset, adhibebant factores concordiæ, quorum arbitrio tollebatur, & sedabatur dicta querela. Refert etiam idem Valerius vbi supra, ꝙ quotiens inter virum, & vxorem aliquid iurgij intercesserat, ambo veniebant pariter ad templum deæ Viriplacæ, & ibi inuicem loquebantur quæ volebant. Gall. y se desgorgoest, atque postmodum placabātur. Propter ꝙ ipsa dea dicebatur viri placa, à placandis viris, & quia quotidianæ ac domesticæ pacis erat custos. Hæc ibi. O vtinā sic modo agerent multi Xpiani. Nam si sic agerent, non essent tot discordiæ inter multos matrimonio iūctos, nec similiter inter cognatos, & vicinos, sicut proh dolor ad oculū videre ē. Studeamus ergo concordiæ, & paci, quādiu ambulamus simul ī terris, vt sic tādē simul ꝑuenire possimus ad patem illā cœlestem. Quā nobis præstare dignetur, &c.

FERIA V. POST SECVNDAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.



OMO quidam erat diues, & induebatur purpura, &c. Luc. 16.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. ad legem Iuliam repetūdarum. l. 1. quæ incipit. vt vnius pœna, dicit, ꝙ pœna vnius est metus multorum. Casus est talis. In aliquibus regionibus malefactores adiudicātur morti ꝓ certis casibus, hoc modo. Nā in loco patenti affigitur palus ī terrā, cui alligatur cathena ferrea ꝓ vna extremitate, & hoc mediāte anulo ferreo, q de facili

cili voluitur in circumferentia dicti pali. Altera autē extremitas dictæ cathenæ alligatur collo dicti malefactoris: insuper per circuitū dicti pali, & ad certā distātiā illius apponūtur ligna de facili cremabilia, quibus imponitur ignis. Quem persentiens dictus malefactor, incipit se hinc inde voluere, quærens refrigerium, sed ex omni parte inuenit ardorem. Quo fit vt tandem totus adustus, & affatus cum mirabili illo cruciatu intereat. Quis si quæratur cur tam crudele mortis supplicium illi inferatur? Certe ad hoc respondet lex præallegata, ꝙ hoc fit vt pęna vnius sit metus multorum. Ista lex ciuilis est conformis legi Ecclesiasticæ, de qua habetur 11. q vlt. c. vlt. vbi dicitur, ꝙ Ecclesia ideo aliquos excommunicat, & pręcipit vitandos ab alijs, vt cæteri timeant. Deinde in fine dicti capituli concluditur prædicta propositio, videlicet vt pęna vnius sit metus multorum.

Moraliter. Possumus exponere prædictam legem dupliciter, secundum, quod duplex est pęna, scilicet temporalis, & æternalis.

Quantū igitur ad primum genus pœnæ, si quæratur cur Deus tam velociter eiecit Adam post peccatū suū de loco voluptatis? Certe hoc fecit vt eius pœna esset metus multorū, vt, s. posteri timerēt peccare, ne cōtingeret eos priuari paradiso cęlesti. Itē si quæratur cur dn̄s perdidit fermè totum mundū aquis diluuii. Ge. 7. Et similiter Sodomitas, eiusdem 18. Certe hoc fecit vt hoīes caueāt sibi ab omni peccato carnis, ne similiter illis contingat. Et propter eandem causam Paulus tradidit quendā Corinthū satanę corporaliter vexandū, cū esset valde lubricus, & incestuosus, vt patet. 1. Cor. 5. Similiter si quæratur cur dominus pcussit Giezi seruū Helisei lepra, vt patet 4. Reg. 5. Et similiter Ananiā, & Saphiram morte subita. Act. 5. Certe hoc fecit vt à cętero homines mēdaces, & auari caueant sibi ab vtroque vitio tam auaritiæ, quàm mendaci. Insuper si quæratur cur dominus tot, & tātis pęnis flagellauerit Pharaonem regem Aegypti? Profecto hoc fecit, ut di-

ſcāt reges, & principes nō opprimere populū ſibi ſubditum immoderatis talijs, tributis, atq; gabellis. Rurſum ſi quæratur, cum dominus iuſſerit quendā pauperem hominē, qui colligerat ligna in die ſabbati, lapidari, vt patet Num. 5. Certe hoc fecit vt futuri homines diſcerent ſeruare feſta eccleſiæ. Item ſi quæratur cur dominus mandauit quendā balſphemum lapidibus obrui iſtar canis rabidi, vt patet Luc. 24. Profecto hoc ideo fecit, vt cæteri timerent ſibi à balſphemia. Et multæ aliæ pœnæ olim peccatoribus inflictæ poſſent de facili adduci, quas pertranſeo, & quas ſimiliter inflixit illis dominus, vt cæteri ſibi timerent à ſimilibus peccatis ne incurat ſimiles pęnas. Propter, qđ dicebat Christus Luc. 13. Putatis, ꝙ illi 18. viri ſupra quos cecidit turris in Syloe, & occidit eos eſſent debitores præter eos, qui erant in Hieruſalē? Dico vobis, ꝙ non, ſed niſi pęnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis. Ac ſi diceret, Hoc omni factum eſt, vt pœna illorū paucorū eſſet metus multorū. Propterea ſcribitur 24. q. 4. guiliſarius, ꝙ Deus aliquando punit paucos, vt ex hoc multitudo ad pœnitentiā prouocetur.

Secundo poſſumus exponere prædictam legem de pęna æterna. Ita vt ſit ſenſus. Pœna vnius, ſup. damnati, eſt metus multorum, i. debet incutere metum, & timorem multi male agendi, ne ſic contingat eos tandem damnari, & perpetuo puniri cum illo vno. Sed quis eſt iſte vnus? Certe eſt Lucifer, qui propter ſuperbiam ſuam proiectus eſt in abyſſum inferni, vt habetur Eſa. 14 Huius ergo vnius pęna talis ac tanta debet eſſe metus multorum ſuperborum, ne. ſ. tandē eos contingat cum illo deſcendere, quia quos vna culpa tenet, eadem pœna claudit. Prouerb. 19. & 21. Peſtilente flagellato, id eſt dęmone peſtem peccati vbique diffundente dānato propter ſuperbiam ſuam, ſtultus, id eſt homo ſuperb. ſapientior erit in hoc, ſ. ꝙ ſe corriget timens ne ſimiliter ſibi contingat. Vel dic, ꝙ iſte vnus cuius pœna ęterna debet eſſe metus multorúm eſt diues Epulo, de cuius pęna dicitur in hodierno euang.

quòd

ꝙ sepultus est in inferno. Itē infra de eodem dicitur, ꝙ eleuans oculos cum esset in tormentis &c. Pęna ergo huius æterna debet incutere grauissimū timorē oībus diuitibus auaris & tenacibus, & qui inhumanissimi sunt ad pauperes, quia vt dicit Seneca de verborū copia. Ex vitio alterius sapiēs emendat suum. Itē poeta ille Cato. Fęlix quē faciunt aliena pericula cautū, Exemplu de leone, qui percusso catulo corā se, mox contremiscit & emendatur. Quemadmodū ergo bonæ matres interdum solent secum ducere filios suos ad locū supplicij cū fit iustitia de aliquo malefactore, vt eius viso supplicio, illi terreātur & timeant maleface re, ne tandē sic puniantur, ita etiam hac de causa hodie recitatur euangelium de diuite Epulone, & pęna illius in alio seculo, vt cæteri timorem habeant.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Luc. 16.] Scribitur extra de raptoribus.c.1.qđ incipit de illis. Crimen ibi puniendū est, vbi cōmissum est, quia vt dicit ibidē glo. ratione delicti quis efficitur de foro illius, in cuius territorio crimen cōmissum est. Casus est talis. Aliquis francus forefecit in Normania, vtpote in balliatu Ebroycens. Capitur ergo & in carcerem recluditur. Tandē ī ꝓsecutione sui processus inuenitur criminalis, propter quod adiudicatur morti. Quo audiēs petit remitti ad suum ordinarium. Quid iuris in hoc casu? Certe respondet concilium Meldense per præallegatam decretalem, ꝙ crimen ibi puniendum est, vbi cōmissum est. Cum ergo talis deliquerit in balliatu Ebroycen. consequens est vt ibi puniatur. Ad idē est quod scribitur in maiori volumine. 3.q.6.c.1. vbi dicitur, quòd causa semper ibi agi debet vbi crimen commissum est.

Moraliter. Vita pręsens est locus ī quo solemus delinquere. Et iō etiā in præsenti debemus punire errata nostra, maxime si cupimus euadere pęnas alterius seculi. Propter quod sanctus ille Iob rogabat Dñm ad hunc finē, dicens. Dimittę me dñe vt plangam paulu-

lum dolorē meum antequam vadam ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine. Eiusdem 10. Similiter B. Aug. orabat dñm, dicēs, Hic ure, hic seca, vt in æternū parcas. Causa autē & ratio cur viri Sancti petūt à Dño in præsenti puniri, est, quia vt dicitur Heb. 10. Horrendum est incidere in manus Dei viuētis. Vñ Matt. 3. cōminatur Dominus miseris peccatoribus, dicens, O progenies viperarum quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira? Item Esa. 33. Quis (inquit dominus miseris peccatoribus) poterit de vobis habitare cū igne deuorante? aut quis habitabit ex vobis cū ardoribus sempiternis? Prudenter ergo & cōsultè agūt illi, qui se puniunt in pręsenti, aut illatas pœnas patiēter ferūt, ne eos puniat dñs in futuro. Sic. n. egit Mauricius Imp. de quo refert do. Ant. in 2. par. chronicæ suæ, ꝙ semel visum est ei ꝙ Dñs loquebatur ad eū, dicēs, Maurici, tu aliqua peccata commisisti. Vbi vis ergo puniri? At ille, O bone Iesu hic puniar, vt sic possim euadere æterna tormenta. Quod & factū est. Nam nō multo post, Deo permittēte, Foca princeps militiæ suę ad se traxit corda militū, ita vt eum assumpserint in Imperatorē. Quo facto cępit acriter persequi dictū magistrū suū Mauricium, ita vt coegerit eum exulare cū vxore & filijs. Et tandem fecit ipsos crudeliter occidi. O igitur charissimi rogate dñm, vt vos in p̄senti vbi dereliquistis, puniat cū Mauricio, ne vos accerrimè in futuro puniat cum illo diuite Epulone, de quo legitur in euangelio hodierno, quòd sepultus est in inferno.

In hoc ergo euāg. de tribus principaliter fit mētio, secundum ꝙ describitur status diuitis, & mendici tripliciter, videlicet, In vita, in principio euāgelij. In morte. ibi. [Factum est vt moreretur &c.] Post mortē. ibi. [Cum autem esset in tormentis.]

Primo igitur narrat Lucas euang. parabolam, quam proposuit Christus de diuite Epulone & Lazaro mendico, quorū statum primo describit quo ad vitam istā. Et primo diuitis, in signū ꝙ diuites pro vita ista præferuntur

feruntur pauperibus. Diuiti.n ingredienti domũ alterius in veste candida dicitur, tu sede hic bene; pauperi autem in sordido habitu intranti dicitur, tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, Zach. 2. Primo igitur euãgelista describens statum diuitis pro vita præsenti dicit sic, Homo quidã erat diues. Sup quo dicit Amb. super Lucam. lib. 8. c. 70. Item glo. ord. Similiter & magister in hist. scholastica, ꝙ non fuit tantũ parabola, sed res gesta. Nam nomen mendici hic ponitur, cum dicitur nomine Lazarus. Nomen aũt diuitis non exprimitur. Tum propter indignitatem illius. Tũ propter significationem. Per hoc enim designatur, ꝙ nomina diuitum auarorum non scribuntur in libro vitæ, quæ est liber diuinæ prædestinationis, dicente psal. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Sed vbi scribuntur tales? Certe in mundo isto, in quo plerunque sunt multum nominati, Psal. Vocauerunt nomina sua in terris suis. Item Gen. 11. Celebremus nomen nostrum in vniuersas terras. Nomina aũt pauperum sunt scripta in cœlis, Luc. 10. Tũ propter aliam significationem, vt s. per hoc denotetur ꝙ diuites nomẽ, famã, & gloriã quam habuerunt in præsenti, amittet per mortem, secundum illud Psal. Perit memoria eorum cum sonitu. Econtrario autem pauperes tũc incipiẽt esse famosi & nominati, Prouer. 10. Memoria iusti cũ laudibus, nomen impiorum putrescet, i. deficiet uel putrescet, quia & si interdũ fiat sermo de nomine impiorum post mortem, hoc maxime est narrando malam uitã eorum, & notando defectus ipsorum. Dicunt tamẽ aliqui, ꝙ iste diues qui hic nominatur fuit Nabal, qui regnauit tempore Dauid, & qui durè respondit seruis Dauid petentibus panes tẽpore necessitatis, dicens. Quis est, inquit Dauid &c. 1. Reg. 25. Proposuit itaq; Christus in hodierno euãg. verã historiam, & hoc contra derisores auaros, qui derident prædicatores loquentes de pœnis inferni, de seueritate diuini iudicij, aut de operibus pietatis pauperibus exhibendis. Et qui similiter spernunt & contem

nunt corde, ore, & opere veros pauperes Christi. Sed antequam intremus in expositionẽ præsentis euang. sunt aliqua dubia, iuxta subiectam materiã, mouẽda.

Primũ igitur dubiũ est. Cur dñs voluit in præsenti seculo aliquos esse diuites, & aliquos pauperes. Videtur.n.ꝙ melius fecisset si diuitias omnibus æqualiter distribuisset. Insuper cum ipse dñs oẽs homines ex parte animæ æqualiter dotauerit, saltem in hoc ꝙ tã magnũ q̃ paruum fecit ad imaginem & similitudinẽ suã; Itẽ homo factus, pro redemptione omnium æqualiter sanguinẽ suum fudit, consequenter videtur dicẽdum, ꝙ etiã oẽs æquales facere debuerit quantum ad res secundas. Respõdeo, ex magna Dei ordinatione factũ est, & fit vsque hodie, vt aliqui abundent diuitijs, alij aũt deficiant, & hoc vt singuli habeant materiã merẽdi regnum Dei. Diuites quidẽ dando eleemosynã pauperibus. Pauperes verò patienter ferẽdo suam inopiã. insuper & orando pro diuitibus eos sustentãtibus. Et hoc est quod ait Aug. de verbis Dñi, ser. 25. vbi loqtur de diuite Epulone & Lazaro mendico, ita dicens. Diues & pauper duo sunt sibi contraria, sed tñ sibi necessaria. Diues.n. propter pauperẽ factus est, & pauper ꝓpter diuitem. Pauperis.n. est orare, diuitis vero erogare. Hæc ille. Item idem ser. 3. de natiuitate dñi, sic ait. Diuitem ideo te fecit Deus, vt dum superflua dares, remediũ peccatis tuis acquireres. Et te ideo pauperem fecit Deus, vt sufferendo breuem inopiam, æternam vitam acquireres Hæc ille. Da exemplum de cęco & claudo simul mendicãtibus. Nam quandoque contingit cœcum deferre in humeros suos claudum, sicque simul mendicare, in quo quidem casu cœcus ambulat pro duobus, & claudus videt pro ambobus, Applicatio est facilis.

Secundũ dubiũ est. Quis est melioris conditionis simpliciter diues aut pauper? Certe credo ꝙ dicitis in cordibus vestris diuitẽ esse melioris cõditionis. Et tñ à parte rei non sic est, quinimmo pauper est melioris cõditionis simpliciter. Quis si mihi credere nõ vultis

saltem

ſaltem credite diuo Aug qui in de ciu. Dei. lib.4.c.4 hoc expreſſe tenet, dicens, ꝙ diues ſemper eſt timoribus anxius, mœrore tabeſcens, cupiditate flagrans, nunquam ſecurus, iugiter inquietus, ꝑpetuis inimicitiarum contentionibus anhelans, multis miſerijs augens patrimoniū ſuū in īmenſum modū, cū cuius augmētatione aggregat ſibi curas amariſſimas. Pauper ātqui tñ mediocres habet diuitias, re parua eſt cōtētus, eſtque ſuis cognatis & vicinis chariſſimus, corpore ſanus, vita parcus, moribus caſtus, conſcientia ſecurus. Hæc ille. Propter quod dicit pſal. ꝙ melius eſt modicū iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Et reuera videmus pauperes lætiores animo & corpore diuitibus, qui ſolent triſtes & amaro animo vt in pluribus incedere. Et hoc propter ſolicitudines nimias, quas ingerunt diuitiæ huius ſeculi. Propter quod Chriſtus Luc.8. cōparat diuitias temporales ſpinis: item paupere ſunt de vita ſua ſecuriores. Nam vt dicit Iuuen. & ſimiliter Boetius de conſola lib. 2. proſa. 5. Cantabit vacuus coram latrone viator. Secus autem de diuitibus, qui ſemper timent exploratores ſibi inſidiari.

Tertium dubium eſt. Quid facere debent diuites vt non contingat eos ſepeliri in inferno cū diuite Epulone, ſed potius portentur ab angelis in ſinū Abrahæ cum mendico Lazaro. Certe Chriſtus tanquam ſapiētiſſimus conſiliarius dat eis ſalubre conſiliū Luc. 16. dicēs, Facite vobis amicos de māmona inquitatis, vt cū defeceritis recipiāt vos in æterna tabernacula. De pauperibus.n. dicit idem Chriſtus Matt. 5. Beati pauperes ſpiritu, qm̄ ipſorū eſt regnum cęlorum. Si ergo regnum cęlorum eſt pauperū, iuxta Chriſti teſtimoniū, conſequens eſt ꝙ ſi diuites velint illud habere, debēt ipſum ab ipſis pauperibus petere, atque ab eis mercari, dando .ſ. eis eleemoſynam, vt illi dent ipſis regnū cœlorum, & hoc ſuis præcibus, aut participatione egeſtatis eorum. Diuites. n. non poſſunt tutius reponere pecuniam ſuam, quàm in manu pauperis. Solent. n. in

terdum Romipetæ pro maiori securitate reponere pecuniam suam ad bancam Rothomagi, vel Parisius, seu Lugduni, vt eam recipiant Romæ, vel alibi. Sed tñ ex natura contractus quantumcunq; liciti nunquã tantũ recipiunt quantũ dederunt. In proposito verò semper plus recipiũt, quàm fuerit datũ in pios vsus. Nã diues qui dat pauperi propter Deum, tandem centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit, Matth. 19. Ecce charissimi quantum prodest dare eleemosynam pauperi propter Deum. Et ad hoc propositũ satis refert Val. Max. lib. 2. de institutis antiquis, dicens, ꝙ olim apud Gallos mos erat dare pecuniam indigentibus sub mutuo illis reddendam apud inferos, eo ꝙ persuasum habebãt, inqt auctor, aĩas hoĩum immortales esse. Quis si talia agebãt viri Gentiles & pagani, quãto magis viri Xpiani debẽt pauperibus fratribus suis Christianis mutuare vt cẽtuplũ recipiãt in cęlo? Nota si vis ad ꝓpositũ de mirabili palatio qđ ædificauit B. Th. Apostolus Gondophoro regi Indiæ per eleemosynas, quas fecit pauperibns ex maximis thesauris, quos illi dederat prædictus Rex ad palatiũ sibi construendũ. Quis si sic fecisset diues Epulo, profectò post mortem nequaquã sepultus fuisset in inferno, sed nunc cũ paupere, & mendico Lazaro gloriose regnaret in cœlo.

His ergo dubijs prælibatis & solutis, veniendum est ad expositionem euangelij, in quo fit mentio de sæpe dicto diuite Epulone, de quo concluditur, quòd sepultus est in inferno. Nec certe iniuria, quia de multis peccatis arguitur in prima parte Euangelij vt videre est.

Primo etenim arguitur & reprehenditur de auaritia quia diues erat. Non quidẽ tam effectu, q̃ affectu. Non enim possessio diuitiarũ multarũ reprobatur, sed inordinatus amor ad eas. Alias quomodo Abrahã iustus, quõ Iob, quomodo etiam alias multi imperatores, reges & principes sancti? Nam vt dicit Amam super Lucam. lib. 8. c. 70. nõ omnis paupertas sancta est, aut diuitiæ criminosę. Sed profecto pauci valde sunt diui-

tes

tes in hoc mundo qui bene vtantur diuitijs, & q sæpe non peccent in contrectãdo huiusmodi diuitias. Propter quod dicit scriptura Eccl. 11. Si fueris diues, non eris immunis à peccato. Sicut ergo perdifficile est nudis manibus diu contractare metallũ siue aurum sit, siue argentum, & non pollui ab eo, ita etiam communiter accidit de pollutione culpabili aĩæ diuitis. Et ideo in laudem & prærogatiuã singularẽ viri iusti diuitias possidentis dicitur Eccl. 31. Beatus diues, qui inuẽtus est sine macula, supple culpę auaritię, & qui post aurũ nõ abijt, s. affectus, nec sperauit in pecunię thęsauris, quos supple habebat Sed quia rara est hæc auis super terram, ideo subditur. Quis est hic, & laudabimus eũ? Fecit enim mirabilia in vita sua, quia mirabile est, & quasi miraculũ habere diuitias, & inordinate non amare eas, sicut difficile est contrectare spinas, & non pungi ab eis.

Secundo iste diues arguitur in pręsenti euangelio de vanagloria, quæ consistit in pompa, & præciositate vestium, quia induebatur purpura & byssο. Et ideo in eum inuehit Chrysosto. in homil. hodierna, quæ est 15. homiliarum suarum, dicens, quòd cinis puluis & terra, purpuram & sericum portat. Induebatur nempe vilis iste homo purpura exterius ad ostentationem & superbiam: bysso vero interius ad carnis mollitiem & delectationẽ. Super hoc etiã dicit Greg. in homil. hodierna, quæ est 40. homiliarum suarum, ꝙ si cultus vestium præciosarum peccatum non esset, nequaquam sermo diuinus tam vigilanter exprimeret, ꝙ diues purpura & bisso indutus in præsenti, nũc apud inferos torqueretur.

Circa quod notandũ ꝙ contingit homines & signãter mulieres multipliciter peccare circa cultũ vestiũ. Primo quidẽ propter sumptuositatem, quæ respicit præcium & valorẽ damni seu etiã foderaturæ aut duplicaturæ. Valde .n. indecens est cadauer putridũ veste tam prætiosa ornari, ex qua possent multi pauperes sustentari. Nota de tunicis duplicatis de serico, aut ve-

luto, saltē ad manicas & retro dorsum de grossa & vili tela. Ex quo patet ꝙ hæc omnia fiunt ad ostētationē. Secundo vero propter multiplicitatem & varietatē, sicut patet de illis vanis mulieribus, quæ variant vestes pro uarietate temporum, dierum, & festorum, qui surgētes è lecto aduocāt ancillā dicētes. Extrahe mihi tunicā de dominicis, siue de bassis festis, siue de mediocribus, siue de altis festis, vt verbis earum vtar. Tertio autem propter curiositatem quo ad modum & formam aptandi vestes, & cætera ad corporis ornatū spectantia. Practica de manicis vestium muliebrium quæ aliquando sunt adeo strictæ, ꝙ vix possunt trāsire earū brachia. Aliquando vero intantum largæ & diffusæ, ꝙ videntur pendere ad terras. Nota. n. de earum caputijs aliquando ita strictis ꝙ vix cooperiunt aures. Et ideo nō mirum si tales vanæ mulieres cum senescunt replētur doloribus capitis, dentium, catharrorum, & huiusmodi. Quarto denique propter ostentationem, & vanitatem mundanam, vt enim dicit Greg. in hodierna hom. Nemo prætiosis vult indui, vbi à nemine credit posse videri. Nota de illis mulieribus, quæ domi simpliciter vestiuntur, cum vero in publicum procedere volunt, tunc ornant se ad similitudinem templi quod in die festo circumornatur vndiq; honorabilius quo fieri potest. Et nota abusum & fatuitatem mundanorum, qui tanto plus aliquē honorāt, nō quanto melior fuerit, sed quanto ornatior incedit. Vnde legitur de quodam bono caphatore, qui cum videret contemptui se habere cū sua quotidiana & simplici veste, cogitauit ꝙ more mundanorum vestiret se pompatice. Quod cum fecisset & ab omnibus sibi obuiātibus multum reuerenter honoraretur ignorantibus personam, ille intra se dicebat. Grates tunica mea, grates tunica mea. ex quo patet quod multi honorāt vestes potius quàm homines. Et nota, quòd & si cultus prætiosarum vestium sit reprehensibilis in hominibus, nisi forte ratione nobilitatis, sicut patet in regibus, principibus, & similibus: aut dignitatis sicut patet in summo

mo pontifice, dominis cardinalibus, ac episcopis, & similibus: seu etiam officij, sicut patet in ministris iustitiæ, præcipue tamen reprehensibilis est in clericis, & religiosis, sicut patet in decretis. distin. 44. per totum Item. 12. q 1. quoniam. Item 21. q. 4. per totum. Item in clementinis de vita, & honestate clericorum. c quoniam. Item de statu monachorum eodem lib. c. ne in agro. Item de hoc habes in antiquis decretalibus sub eisdem titulis in plerisque capitulis. Vnde refert Hiero. in vita patrum de B. Anto. ꝙ cum sepelisset corpus B. Pauli primi eremitæ, tanquam hæres bonorum suorum tunicam ipsius sibi vendicauit, quam idem Paulus in modum sportarum de folijs palmarum sibiipsi contexerat. Hanc autem tunicam idem Antonius tã charam habebat quod ea induebatur in præcipuis solennitatibus, vtpote paschæ, pentecostes, natiuitatis domini, & huiusmodi. Deinde subdit ibi idem Hieronymus, dicens. Si optio mihi daretur, magis eligerem Pauli tunicam cum meritis eius, quàm regũ purpuras cum regnis suis. Videant ergo & corde intelligãt multi clerici, & monachi, qui mollibus vestiuntur tanquã in domibus regum sunt, aut supra, &c. De quibus timendum est ne tandem sequantur diuitem Epulonem in pęna, quem imitari voluit in pompa.

Tertio arguitur iste diues in præsenti euãgelio de ingluuie, & gula, cum subditur, [& epulabatur quotidie splẽdide] Peccabat ergo per gulã tripliciter. Primo qdẽ quo ad ferculorũ multiplicitatẽ, quia [epulabatur] Epulæ. n. ĩ plurali [à quo epulor epularis] varietatẽ ferculorũ importãt, Secũdo vero quo ad assiduitatẽ, quia [quotidie]. Secus si tm̃ semel in mẽse aut hebdomada. Tertio autẽ quo ad curiosam præparationẽ, quia [splendide.] Secus si fuisset simplici cibo contentus. Nec solum fuit iste homo gulosus, verumetiã luxuriosus, vt verisimiliter creditur, quamuis de hoc nihil dicat euãgelista. Sæpe enim, & quasi inseparabiliter sese concomitantur gula & luxuria, quia teste Hiero. prima parte epistolarũ suarum, epistola 49. venter

ter

ter mero æstuans, cito despumat in libidinē. Itē idem Hier. ser. 2. dominicę primæ in quadragesima dicit, ꝙ semꝑ est iuncta saturitati lasciuia. Vicina. n. sibi sunt venter, & genitalia, ꝙ pro memborū ordine, vitiorum ordo intelligitur. Similiter Gre. in suo pastorali. c. 43. dicit, ꝙ plerunque edacitas vsque ad luxuriā pertrahit, quia dum saturitate venter extenditur, aculei libidinis excitantur. Hæc ille. Insuper verisimile est, quòd ludis, & choreis fuerit deditus. Nam vt dicit idē Greg. vbi supra. ex gula solet sequi operis leuitas. Hoc autē probat per illum textum Exod. 32. Sedit populus mādu care, & bibere, & surrexerunt ludere. Da exemplū de vitulo saltante post quam bene pastus est lacte matris suæ. Ecce ergo quomodo vno inconuenienti dato multa contingunt, & quomodo vnum peccatum ad multa alia trahit, & præsertim gula, & ideo summopere cauenda est.

Postquam ergo prius de scripturis est status diuitis Epulonis, quo ad vitā præsentē, consequēter restat describere statum pauperis Lazari quo ad eandē vitam. De eo ergo subdit euangelista dicens. [Et erat quidā mendicus nomine Lazarus, &c. [Vbi notandum, ꝙ hæc singula verba reddūt diuitē Epulonem inexcusabilē corā Deo, & hominibus, & aggrauant eius dānationē, vt patere potest discurrendo per singula. In primis. n. dicere posset, qđ hæc est parabola, & res ficta. Cōtra. quia [erat.] Secundo dicere posset, ꝙ erāt multi petentes eleemosynā ad ianuā eius, nec poterat aut saltem nō tenebatur omnibus subuenire. Cōtra, quia [quidam.] Ergo non plures. Tertio posset dicere, ꝙ talis nō indigebat. Contra [quia mendicus.] Quarto posset dicere, ꝙ non cognoscebat eum. Contra [quia nomine Lazarus] Omnes. n. cognoscebant eum, & quia egēs erat. Quinto posset dicere, ꝙ fortis erat ad lucrādū vitam suam, & ꝙ non erat nisi vnus trutannus. Contra, q a [iacebat] videlicet præ debilitate corporis. Sexto posset dicere, ꝙ longe erat ab eo, & per consequens non mirū si non compatiebatur illi. Contra, quia [ad

ianuam

ianuam eius.]Septimo posset dicere, ꝙ nō videbat in eo signa prouocantia ipsum ad pietatem. Cōtra,quia [vlceribus plenus.] Octauo posset dicere , ꝙ petebat lautè refici. Contra,quia [cupiēs saturari.]Nono posset dicere, quòd petebat refici eodem cibo sicut ipsemet.Contra , quia [de micis.]Decimo posset dicere,ꝙ tales micę applicabantur ad aliquam vtilitatem domus suæ.Contra, quia [petebat de illis micis quæ cadebant de mensa diuitis .] Vndecimo posset dicere, ꝙ serui sui,aut ancillæ domus suæ porrigebant dicto Lazaro eleemosynam.Contra,quia[nemo illi dabat.] Quia crudelis,& immisericos dominus, communiter crudelē,& immisericordem habet familiam, dicente scriptura Eccle.10.Secūdum iudicem populi,sic & ministri eius.vnde Gall. Tel maistre tel varlet . Et quia pauperi mendico humanum denegabatur beneficiū, ideo forte nutu diuino bruta illi præstiterunt obsequium, & hoc in signum grauissimæ offensionis dicti diuitis Epulonis,& iustæ suæ dānationis.vnde sequitur.[Sed & canes veniebāt,] quos forte dictus Epulo destinabat cōtra dictū pauperem quotiēs ipsum videbat sedentē ad ianuā eius,vt eum suo latratu aut morsu inde exire compellerent, quem inuite videbat,tum quia mendicus,tum quia vlceribus plenus.At vero dicti canes plus actori naturæ obedientes, quàm domino suo,non solū illi non aduersabantur, verumetiā beneficium pro modulo suo quasi compatiendo illi impēdentes,[lingebant vlcera eius.]Propterea Chrys.homil.15. facit talem inuectiuam contra dictum diuitē, sic inquiens.O infelicissime hominum,& si præcepta Dei non consideras, saltem misere conditionis tuę,& time ne & ipse aliquando talis efficiaris. Hæc ille.Similiter deuotus Ber.li. de ꝑfecta conuersatione regularium.c.24.īuehit ī diuites huius seculi,ita dicēs,O diuites q̃ros videris Lazaros esurientes,ægrotos, nudos , & plus de mulis,& iumentis,plus de equorū faleris q̃ de istorum miserijs cogitatis. Hæc ille.Patet ergo descriptio status diuitis Epulonis,& Lazari ꝓ vita ista.
Mysti-

Mysticè notandum cōformiter ad B. Greg. in hom. hodierna, & iste diues rectè designat populū Iudaicū, q olim fuit diues in donis, & bonis spiritualibus. psal. Non fecit sup. Deus taliter omni nationi, & iudicia sua nō, &c. sicut sup. manifestauit nationi Iudaici populi. Pauper autem mendicus significat populum Gētilē, qui fuit olim valde vlcerosus per culpā, & infidelitatem. Hic ergo pauper cupiebat saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, quando Gentiles cœperunt esurire verbum Dei, & notitiam illius: quo quidem panem olim abundabant Iudæi, saltem respectu cæterarum nationum. Et nemo illi dabat, quia in primitiua Ecclesia Iudæi adeo spernebant Gentiles etiā conuersos ad fidem, quòd non dignabantur eos in lege, aut de lege Domini instruere, aut etiam cum eis loqui. Quòd autem Lazarus tandem delatus fuerit ab Angelis in sinum Abrahæ, & diues sepultus in inferno, rectè significat electionem gentium, & reprobationem iudæorum, secundum, quòd illis prædixit Christus Matth. 21. dicens, Auferetur à vobis regnum Dei. ecce secundum. Et dabitur genti facienti fructum illius. Ecce primum.

Moraliter & primo. Diues Epulo q induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide, rectè designat plerosque Ecclesiæ prælatos, qui ditantur supra modū de patrimonio crucifixi. Insup sup̄flue, & pōpose induuntur etiā interdum scarleto, aut serico: Similiter epulātur quotidie splendide, ēt supra multos magnos nobiles. Mendicus verò Lazarus significat pauperes religiosos mēdicātes, q frequēter multā penuriā patiuntur in rebus secundis. Hi ergo sæpe vadūt vsq; ad ianuas dictorum diuitū, quærentes micas mēsarum suarum, id est exiguas, & minutas eorū eleemosynas, vtpote frustū panis. Tandē post longā expectationē venit seruus eorū, dictus Nemo, qui dat talibus fratribus eleemosynā. Per cuius etiā manū diues Epulo mittebat eleemosynas suas mendico Lazaro iacenti ad ianuam eius. Nam vt dicit Ouidius lib. de factis.

Dat census honores, census amicitias, pauper vbique iacet.

Moraliter, & secundo diues epulo significat vt dictũ est ecclesiæ prælatos, & quosque beneficiatos: pauper autẽ mendicus designat pauperes clericos, & capellanos, qui sæpe sequũtur curias, & domos ẽporum, aut abbatum, & similium, vt habeant micas, i. pastũ etiã tenuem, Gall. le broust, & tandem capellulã vnam vel paruulum beneficiũ. Sed sæpe frustrantur sua intẽtione, quia nemo illis dat. Idem dic de multis vicarijs ecclesiarum parochialium, qui vix habent panẽ ad mãducãdũ, & tunicellã ad induẽdum. Magistri autẽ eorum .i. curati residentes in magnis ciuitatibus induuntur pompatice, & epulantur quotidie splendidè.

Moraliter, & tertio diues epulo est dominus prior hospitalis, siue huiusmodi hospitale sit communium pauperum, quod vulgo solet dici domus Dei, siue leprosorum aut huiusmodi desolatarum personarũ. Lazarus autẽ gerit personã quorũcunq; pauperum aut ægrotorum ibidem degentium. Dictus autem dominus Prior hospitalis est plerunque diues, non quidem de successione parentum, aut de proprio lucro, & labore, sed de substantia pauperum, eo ꝙ facit bona huiusmodi hospitalis tanquam sua. Induitur etiam quandoque pompatice, & preciose, atque epulatur quotidie splendide, & præsertim vbi redditus dicti hospitalis sunt magni. Mendicus autem Lazarus iacens ad ianuam diuitis epulonis, vlceribus plenus, & cupiens saturari de micis, quæ cadunt de mensa diuitis, recte designat quosq; pauperes ægrotos, & debiles etiã leprosos in dictis hospitalibus degentes, qui vix possunt habere micis, quæ cadunt de mensa dictorum huiusmodi Priorum hospitalium. Huiusmodi autem abusus diffuse reprobatur in clementinis, rubrica de religiosis domibus. c. quia contingit. vbi expresse dicitur, ꝙ illi qui occupant domos leprosarias, hospitalias, eleemosynas, & huiusmodi, & qui inde accipiunt quicquid possunt, permittentes pauperes penuriã pati,

ne percutitur, qui propria non largitur? Hæc ille. Et ſic patet de primo principali.

Secundo principaliter in præſenti euangelio fit mẽtio de ſtatu diuitis, & pauperis, quo ad mortem. Et primo pauperis cum ſubditur. [Factum eſt autem vt moreretur mendicus.] Notanter autem dicit vt moreretur mendicus, potius quàm Lazarus, quia ſola mendicitas in eo mortua eſt & defecit. [& portaretur ab Angelis.] ſcilicet anima eius. [in ſinu Abrahæ.] i. in locum pacis, & quietis, Quia enim huic mẽdico in præſenti denegata ſunt humanitatis beneficia, iõ congruè poſt mortem eidem deputantur Angelica officia. Et tunc impleta eſt prophetia pſalmiſtæ dicentis. Suſcitans de terra inopem, & de ſtercore erigens pauperẽ, ſupple mendicum Lazarum, vt collocet eum ſaltem per ſpem, quia tunc nondum erat aperta ianua regni cęleſtis, cum principibus, i. cũ Angelis ad ſenſum prædictum. Nota etiam quòd dicit [ab angelis.] & nõ ab angelo. Quia enim ſancti Dei angeli congratulantur fœlicitati ſanctorum velut per quos ruinæ eorum reparantur, ideo veniũt in multitudine magna ad obitum eorum, vt cum incredibili iubilo, & tripudio perducant in cęlum animas ipſorum, qui olim deferebãt eas in ſinum Abrahæ, i. in limbum, in quo erat Abraham, in cuius ſuperiori parte erat áliquantula lux, vt dicit hic gl. Hunc tamen locum euacuauit Chriſtus, per deſcenſum ad infernum. Quis autem boni angeli aſſiſtãt veris pauperibus, & iuſtis in mortis articulo tanquam delaturi animas ipſorum in cęlum, non ſolum hoc probatur ex præſenti hiſtoria, verũetiã ſunt ad hoc multa exempla fide digna. In primis enim refert Greg. homil. 15. & ſimiliter in dialogo ſuo lib. 4. c. 14 de quodã paupere Romano, cui nomẽ Seruulus, qui in toto tempore vitæ ſuæ tanta paralyſi ꝑcuſſus fuerat, ꝙ cogebatur continuè ſuper grabatum iacere. Neque enim manum præ debilitate vſque ad os ꝑducere valebat. Hic autem eleemoſynis, quæ ſibi dabãtur parce vtens, reſiduum pauperibus dabat, & hoc ꝑ manus

ſus fratrū ei ſeruientium. Cum ergo morti tandem appropinquaret, & aſſiſterent plerique clerici decātā tes pſalmos pro expectatione ſui exitus, repente cōpeſcuit voces pſallentium cum terrore magni clamoris, dicens. Tacete, Nunquid non auditis quantæ reſonant laudes in cęlo? Cumque ad eas laudes quas intus audiebat, aurem cordis intenderet, vltimum exhalauit ſpiritum. Quo facto, mox locus ille tanto odore repletus eſt, vt omnes ſtuperent. Refert etiam idem Grego. Homil. 35. & ſimiliter in prædicto libro dialogorum. cap. 16. de quodam ſancto monacho cui nomen Stephanus, qui ad omnem contumeliam patientiſſimus erat. Hic ergo cum ad extrema veniſſet, viderunt fratres, qui ei aſſiſtebant angelos illic ingredientes, qui ſuſcipientes animā eius ad cœlum deduxerunt. Hæc ibi. Multa, & alia exempla ad idem propoſitū poſſent adduci, ſi prolixitas in cauſa non eſſet.

Secundo deſcribitur ſtatus diuitis Epulonis quo ad mortis articulum, cum ſubditur. [Mortuus eſt autē & diues,] ſcilicet in amore diuitiarum vſque ad mortē incluſiue perſeuerans. Mortuus eſt inquam, & hoc triplici morte. Primo quidem morte naturæ, per quam anima ſeparatur à corpore cum mirabili dolore. Et hæc mors communis eſt bonis, & malis, diuitibus, & pauperibus, iuuenibus ac ſenibus, pſal. Quis eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem? Quaſi dicat, nullus Item idem pſal. alibi. Simul in vnum, ideſt in vnam mortis obligationem diues & pauper. Secundo vero culpæ per quam anima ſeparatur à Deo, Pſalm. Mors peccatorum peſſima. Et nota, quòd ly peccatorū in propoſito poteſt eſſe ſecundæ declinationis, ita vt ſit ſenſus. Mors quā faciunt peccata, eſt peſſima. Et re uera peſſima, quia extinguit vitam gratiæ, quę eſt vita optima animæ. Tertio morte gehennæ, per quam anima miſera ſeparatur à cœleſti beatitudine, & ſepelitur in profunditate pęnæ æternę, Pſ. Sicut diuites in inferno poſiti ſunt, id eſt in vno globo, vt magis ſe mutuo igneſcant. Mors depaſcet eos. Ecce quomodo

modo miser ille diues tripliciter mortuus est. Sequitur, [Et sepultus est in inferno.] Sic .n. loquitur scriptura ad insinuandum resurgendi à pœnis, seu euadendi impossibilitatem. Et nota ꝙ in dicto cimiterio sepeliuntur oēs parochiani diaboli, & hoc sine cruce, luce, & aqua benedicta. Ecce quàm mirabiliter mutatus est status pauperis Lazari, & diuitis Epulonis. Practica si vis modum. Vnde merito dicere possumus illud ps. Hæc mutatio dexteræ excelsi. Da exemplum de falcone & gallina. Nam falco quandiu viuit, multũ honoratur, in hoc, s. ꝙ super pugnum de die tenetur, de nocte vero super perticã in aula magistri sui reconditur. Item bonis & delicatis carnibus pascitur. Gallina vero extra cameram eijcitur, modicis granis pascitur, & plumis humilibus cooperitur. Sed post mortem fit totum oppositum. Nam falco super fimum seu sterquilinium proijcitur. Gallina autem interdum intra discum argenteum coram domino suo ad mẽsam præsentatur. Applicatio est facilis, & nota ꝙ sicut in obitũ pauperis Lazari atque omnium iustorum illic adsunt sancti angeli delaturi animas ipsorum in cęlum, vt dictum est, ita & in obitu diuitis Epulonis affuerunt penè infiniti dæmones delaturi animam eius ad sepulchrum infernale, sicut & in obitu cęterorum peccatorũ semper cõtingit. Et de hoc multa extant exempla, sicut de comite Matisconensi, quem diabolus multis vidẽtibus rapuit & secum tulit, & de multis aliis &c. Merito ergo possumus dicere de isto diuite illud ps. Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, quia erat diues [& præualuit in vanitate, quia induebatur purpura & bysso.] Et ideo non mirum si modo est sepultus in inferno.

Secundò principaliter in præsenti euangelio tangitur status diuitis & Lazari post mortẽ. Nam ille delatus est ad locum tormentorũ, iste vero ad locum quietis. Pro euidentiori ergo & cõpendiosa declaratione sequentis textus huius euangelij libet in præsenti de-

clarare modũ funeris & exequiarum diuitis epulonĩ in modum, qui sequitur.

Primò.n.huiusmodi funeralia seu exequias celebrauit quædã abbatissa, quæ appellatur diuina iustitia, q̃ ipsum deduxit vsque ad sepulchrũ inferni: ibiq; eum cũ omnibus dæmonibus, & reprobis hominibus sepeliuit: & hoc sine cruce, sine luce, sine aqua benedicta, vt dictũ est. Tali etiam modo illi sepeliuntur oẽs parrochiani diaboli vtpote blasphemi, vsurarij, & simoniaci, lubrici, gulosi, & inuidi, & iracundi, & hmõi.

Secundò quinq; fratres sui cantauerunt missam, nõ quidẽ de requiem, sed de gaudeamus. Gaudebant.n. more aliorum mundanorum de obitu fratris sui propter spolia multa & infinitas diuitias, quas illis reliquerat. Tunc ergo illi lætabãtur sicut lætari solẽt victores capta p̃da qñ diuidũt spolia, vt habetur Esa. 6.

Tertio tunc fuerunt celebratæ vigiliæ trium lectionũ, in quibus contra morem aliorũ defunctorũ ipse in propria cantauit lectiones, & pater Abraham responsoria. Primò enim cum esset in tormentis, voce multum lugubri cępit cantare primam lectionem dictarum uigiliarũ, di. Parce mihi dñe. Et hoc est quod dicitur in textu pręsentis euãgelij sub alijs verrbis, Pater Abraham miserere mei. Deinde lecta lectione, Pater Abraham incępit primum responsorium di. Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Et ideo non expectes misericordiam. Quia iudicium sine misericordia debet fieri illi, qui non fecit misericordiam: Tu autem noluisti facere misericordiam pauperi Lazaro, ideo &c. Secundo ipse idem cępit cantare secundam lectionem di: Tædet animam meam vitæ meæ, quia crucior in hac flamma. Et ideo rogo te vt mittas ad me Lazarũ, vt intingat extremũ digiti sui in aquam vt refrigeret linguam meam. Quia.n.iste diues Epulo inter epulandum nimium loquax fuerat, & multa turpia & scurrilia euomerat prout solent multi mundani in conuiuijs & bãquetis facere.

cere, eo q vt dicit Greg. in suo pastorali. c. 43. Gulæ debitos concomitatur superfluitas & immoderatio locutionis, ideo de cruciatu linguæ apud inferos specialiter queritur, eo quod scriptum est Sapientiæ. 11. per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.

Et nota quòd per cruciatũ linguæ in proposito nõ intelligitur cruciatus illius mẽbri, eo quod non erat in inferno corporaliter diues iste, sed intelligitur specialis pœna, quam in inferno patiebatur secundum animam tantum, & pro peccato linguæ, in quo excesserat, vt dictum est. Nihilominus post generalem resurrectionem corporum dictus diues specialiter torquebitur in lingua, sicut & per eam specialiter Deum offendit. Nam vt dicit magister historiarum conformiter ad Greg. vbi supra Epulones & glutones loquaces esse solent. Consequenter lecta lectione Pater Abrahã incępit responsorium secundum, dicens, inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt ad vos transire non possint, neq; inde huc trãsmeare. Et ideo nõ potes obtinere quod petis. Tertio cœpit cantare tertiam lectionem, & dicere. Manus tuę dñe fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu. Et iõ rogo te pater vt miserearis operis tui, mittendo Lazarum in domum patris mei Habeo enim ibi quinque fratres vt testetur illis, quę & quãto, supple hic patior [ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum] .s. meo exemplo, seu aliàs male uiuendo. Lecta ergo lectione statim pater Abraham intonauit alta voce tertium responsorium, dicens illi. Habẽt Moysen & prophetas, audiant illos, id est dicta eorum, quia sufficienter docent quæ sunt agenda, & quæ fugienda, quæ speranda, & quæ timenda.

Quarto dictis mirabilib. vigilijs pdictis magnus ille diabolus qui hũc diuitẽ traxerat in vita sua ad multiplicem culpam, incępit commendationem alta voce intonans, & dicens. Subuenite oẽs socij mei, occurrite omnes tortores inferni, quia ad vos defero bonã prædam, videlicet animam diuitis Epulonis. Quo

audito omnis illa infernorũ potestas occurrit illi prædæ. Sicque cum terribili & horribili strepitu & vlulatu sepulta est infelicissima sępe dicti diuitis anima in inferno nunquam inde exitura, nisi forte hora iudicij generalis, sed ad malum suum Nunquam etiam misericordiam habitura, nunquam Dei gloriam, aut Sanctorum eius visura. Ecce audistis charissimi diuitis & mendici triplicem differentiam secundum triplicem statum, videlicet vitæ, mortis, & post mortem.

Ex qua historia possumus ꝓ nostra informatione clare perpendere quonam pacto fœlicitas & gaudiũ huius seculi perducit ad ęternam miseriam, & quomodo cito improborum læta ad perniciem cadunt, vt dicit Sene. de verborum copia. Nunquid ergo fratres charissimi teste Aug. in ser. in vigilia Ascensionis Domini, melius est nobis post paucas angustias ad æternam beatitudinem peruenire, quàm post breuem lætitiam ad inferni profunda descẽdere? Et nota ꝙ ibi dat exẽplum de istis duobus, de quibus in pręsenti euangelio est sermo. Nam ruina præcedentium, ammonitio debet esse sequentium, vt dicit Chrysost. super Mat in opere imperfecto homil. 30. Debemus ergo memoriter retinere dictam historiam, vt timeamus male viuere, ne tandem contingat nos sepelrri in inferno cũ prædicto diuite. Famosi enim latrones solent communiter in furca affigi in illis, locis in quibus perpetrauerunt mala, vt ex hoc deterreantur alij à similibus facinoribus, vt cauetur. ff. de pęnis. l. capitalium. Sic & hodiernum euangelium ponit coram oculis cordium nostrorum suspendium diuitis Epulonis in furca inferni, vt timeamus eum sequi in culpa, ne tandem cõtingat eum sequi in pœna, vt dictum est. Non hunc ergo sequamur charissimi, sed potius sanctum illum mẽdicum Lazarum in virtute patientiæ & humilitatis quatenus eum sequi mereamur in cœlis. Præstante Domino nostro Iesu Christo &c.



OMO erat paterfamilias cui plantauit vineam Matth.11.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS.ff.de vsufructuarijs queadmodum caueat.l.j.q̃ incipit. Si cuius rei, allegans iuriscon. Vlpianũ dicit, q̃ si vsufructuarius, non bene vtatur re fructuaria, proprietario competit actio contra eum. Casus est talis. Est aliquis Burgẽsis ciuitatis Ebroycen habens aliquas possessiones, & maneria extra ciuitatem, quæ omnia locat alicui colono sub certo tributo & tali conditione, q̃ si aliquid demoliatur sub eo, tenebitur illud reparare ꝓprijs expẽsis, præ sertim si hoc processerit per negligẽtiã & defectũ illius. Hac igitur conuentione facta, post aliquot dies dn̄s locis illius illic accedens cernit omnia minari ruinã. Nam ex vna parte horreum cadit in terrã, similiter & stabula. Ex altera parte muri ex oĩ parte sunt rupti. Præter hæc, vineæ pariter & agri malè cultiuantur, & multa his similia. Et quod deterius est, colonus non soluit fideliter pensionem & cẽsum domino fundi. Quid ergo iuris in hoc casu? Certe respondet lex Imperialis præallegata, q̃ dn̄s fundi posset talem colonum abiicere à possessione sua, faciendo illi soluere totum interesse, & locare dictã possessionem alteri colono, qui reddat ei fructũ & censum tẽporibus suis.

Moraliter summus Dominus omniũ est dominus, de quo in Psal. Domini est terra & plenitudo eius. Huius autem domini dominium est tale ac tantum, q̃ dominatur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Iste ergo dominus commisit nobis bona sua, quæ sunt in mutiplici differentia. Nã quædam vocantur bona fortunę, alia bona corporis, alia bona naturæ, alia bona gratiæ.

Primo nempe cõmisit nobis bona fortunæ, & fecit

nos vsufructuarios talium bonorum, qñ dixit Gen. 1. Dominamini piscibus maris, & volatilibus cęli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terrã. Retinuit tñ semper sibi principale dominiũ faciendo nos tantum vsufructuarios. Vt enim dicitur extra de pignoribus. c. cũ constet. Ille proprie est vsufructuarius qui habet ius vtendi vel fruendi rebus alienis, salua rerum substantia. Et ideo si talis dilapidat aut distrahat huiusmodi bona, siue malè vtatur illis, potest merito inde expelli per verum dominum fundi. Sic est autem de bonis, quæ habemus in ordine ad Deum. Nam vt habetur. 1. Timot. 6. Nihil intulimus in hunc mundum, nihilque auferre possumus. Ex quo manifeste patet, quòd non sumus proprie, Domini bonorũ temporalium, Hoc autem manifestius declarabitur in morte cuiuslibet possessiones habentis. Cũ. n. aliqs canis insequitur duos homines collateraliter ambulãtes, ignoratur à transeuntibus cuius sit. Sed cum ab inuicem separantur, tunc habetur super hoc verũ iudiciũ, eo ꝙ semper sequitur magistrũ suũ: ita & in morte cuiuslibet diuitis bene apparebit, ꝙ non est verus dñs bonorũ temporaliũ, eo ꝙ ipsum non sequentur, sed mundũ, Iob 27. Diues cũ dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Item in psal. Ne timueris cũ diues factus fuerit homo, & cum fuerit multiplicata gloria domus eius. Qm̃ cũ interierit, nõ sumet oĩa, neq; descẽdet &c. Quinimmo illi diuites q̃ in præsenti abusi sunt bonis fortunæ, in mortis articulo grauiter reprehendẽtur à vero dño huiusmodi bonorũ, i. à Deo, & in pęnã eijcientur de habitationibus suis. Nec certe istud erit totũ, verũ etiam recludetur in teterrimum carcerẽ inferni, sicut patuit ĩ euãg. hesterno de diuite Epulone, qui tãquã dilapidator & abusor bonorũ dñi sui, tandẽ sepultus est in inferno. Ista ergo merito deberent põderare multi diuites huius seculi, q̃ cõsumũt maximã partẽ substantiæ suæ in mulieribus. & fructib. vẽtris, in bãq̃tis, ludis, & spurcitijs multis, & q̃ pauperibus vix dãt micã panis.

Secundo

Secundo commisit nobis dñs bona corporis, vt sunt sanitas fortitudo, agilitas, pulchritudo, seu formositas & huiusmodi. Cõmisit inquam, nobis huiusmodi bona Deus, sed ad bonum finem, vt. s. illis vtamur ad ipsius honorem, & animarum nostrarum salutem. Propter quod dicebat ps. ad dominũ. Fortitudinem meam ad te custodiam. Sed proh dolor, multi male vtuntur huiusmodi rebus corporalibus, quamuis sint solum vsuf ructuarij respectu earum. Hoc aperte patet in illis, qui exponunt iuuentutem suam & fortitudinẽ in choreis, saltibus, ludis, & venereis, & huiusmodi. Et propter hanc causam frequenter Dominus expellit tales dilapidatores prædictorum bonorum de mundo isto ante tẽpus secundum cõmunem cursum vitę humanę, psal. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. & Esa. 38. Dum adhuc ordirer succidit me.

Tertio commisit nobis dominus bona naturæ, qua lia sunt ingenij viuacitas & perspicacitas, memoriæ tenacitas, inclinatio & pronitas ad bonũ, & huiusmodi. Sed talis commissio nobis data est & facta ad debitum finẽ, vt dictum est de bonis corporalibus, vt. s. memoriam applicemus ad recordationem multiplicium beneficiorũ Dei tam generalium, q̃ particulariũ. Simi liter intellectum ad cognoscenda Dei mandata. Item voluntatem ad diligendum Deum super omnia, & proximum sicut nosmetispsos. Qui autem aliter vsus fuerit prædictis bonis, indubie meretur eijci de terra viuentium.

Quarto commisit dñs olim populo Iudaico bona gratiæ, dando illis sua mãdata in tabulis Lapideis scri pta. Item notitiam sui nominis, ita vt dicat psal Notus in iudæa Deus, in Israel magnũ nomen eius, sup. notũ est. Et breuiter non fecit taliter oĩ nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. At vero cũ illi essent solum vsufructuarij respectu bonorũ gratiæ Dei per malum vsum talium, Deus qui est verus dominus & proprietarius prędictorũ bonorũ, illa ab eis abstulit, & alijs, i. Christianis veris & synceris assignauit, & hoc est, q

 loquitur

loquitur Christus in præsenti euãgelio dicens, Malos male perdet, & vineam &c.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Auferetur à vobis regnum Dei. Matt.21.]Scribitur extra de postulando.c.cum sacerdotis. ꝙ aliquis amittit beneficiũ propter ingratitudinẽ. Casus decretalis est talis. Aliquis ecclesiasticus habuit præbendam in aliqua ecclesia cathedrali. Accidit aũt vt quidam suscitaret processum contra dictam ecclesiam, cuius partes fouebat dictus canonicus tanquàm aduocatus aut procurator illius. Super quo idignantur cæteri canonici, intantum ꝙ priuãt eum fructibus ecclesiæ illius. Super hoc igitur mouetur alius processus. Tandem materia deuoluitur ad sedem Apost. Quid igitur iuris in hoc casu? Certe respondet Papa Gregorius IX. ꝙ talis est spoliandus beneficio aut præbenda, si quam habet in dicta ecclesia. Quia, vt dicit decretalis præallegata, quis amittit beneficium suum propter ingratitudinem suam. Iste autem per casum fuit ingratus. Ad idem est quod scribitur in maiori volum.22. q.5 de forma. vbi dicitur, ꝙ quis propter ingratitudinẽ potest priuari beneficio à dño à quo illud recepit.

Moraliter. Dominus Deus contulit nobis multa & maxima beneficia, vtpote nos ad imaginem & similitudinem suam formando. Item nos à peccatis iustificando. Item notitiam nominis sui nobis conferendo. Similiter etiam pro nobis carnem assumendo. In cruce moriendo, seipsum nobis in cibum & potus in altaris sacramento exhibendo, cœlestem gloriam nobis præparando, & multa his similia. Pro his autem omnibus non querit à nobis argentum aut aurum, cibum aut potum, sed tantum deuotum seruitium. Vnde per psal. loquitur, dicens, Si esuriero, non dicam tibi, meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? quasi dicat, non. Quid ergo? Immola, inquit, Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Sed quid est sacrificium laudis, nisi gratiarum

tiarum actio? Sed, proh dolor, plerique reperiuntur ingrati de tot, & tantis beneficijs omnipotentis Dei. Vnde contra vnumquemq; talem inuehit scriptura, Deu. 32. dicens, Deũ qui genuit, i. generari fecit, dereliquisti, & oblitus es Dñi creatoris tui. Quãtũ aũt ipsi Deo displiceat huiusmodi ingratitudo, patet ꝑ id quod sequitur. Vidit dominus supp. ingratitudinẽ taliũ, & ad iracundiã concitatus est. Cuius concitationis ratio assignatur cum subditur, quia prouocauerunt eum filij sui, & filiæ. Sui, inquam, per creationem, & redemptionem. Sed non sui per imitationem, & mandatorum obseruationem. Quid aũt de talibus facturus sit dominus in alio seculo, aperte insinuat cum subditur. Abscondam faciem meam ab eis. Ac si aperte diceret, Tales ingrati non intrabunt in requiem meam. Et hoc est quod cõminatur illis in hodierno euangelio ipse Xp̃s dicens, Auferetur à vobis regnum Dei.

In præsenti ergo euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet, De diuinorũ beneficiorũ iudęis collatorum multiplicatione. In principio euangelij. De ipsorum iudæorum aduersus seruos Dei sæua trucidatione, ibi. Agricolæ apprehensis seruis, &c. De eorundem iudæorum iustissima reprobatione, ibi. Malos male perdet, &c.

Primo igitur in principio euangelij narrat euangelista Matt. parabolam, qua vsus est Christus ad iudæos, loquens, in qua describuntur, & tanguntur multa, & magna beneficia, quæ olim contulit dominus Deus populo suo Israelitico. Dicit ergo sic. [Homo erat paterfa. qui plantauit vineam.] Iste homo paterfa. secundum vtramque gl. s. ordin. & interli. & similiter secundum omnes expositores catholicos significat Deum patrem, qui habet multam familiam in cęlo, multam in mundo, multam in purgatorio. Qui autem sunt in inferno, non sunt de eius familia, sed potius de familia diaboli, & similiter omnes peccatores terræ ad eandem familiã pertinent, saltẽ secundũ præsentẽ iustitiam. Iste igitur paterfa. Deus plantauit

vineam,i.domum Isra.de qua Esa.5. Vinea dñi exercĩ tuum domus Israel. Transtulerat autẽ dominus hãc vineam de terra Iuda in Aegyptum tẽpore Ioseph,qñ illic descẽdit Iacob cum filijs suis,& vniuersa familia sua.Gen. 46. Sed successu temporis hanc vineã exterminauit quantum in se fuit, aper de sylua, s. ille rex Aegypti, qui ignorabat Ioseph, & singularis ferus, idem qui prius depastus est eam, i. depascere voluit, & laborauit. Hoc autem fuit qñ ipse Pharao præcepit obstetricibus, vt tempore obstetricandi adueniente masculos mulierũ Hebręarum interficerent. Exod. 1. Propter quod, & multa alia transtulit inde dominus dictam vineam, & ipsam in loco priori transplantauit,quãdo,s.filios Israel ad terrã promissionis reduxit in manu forti,& brachio extẽto. Et hoc est de quo loquitur,Psal.ad dominum dicens. Vineam de Aegypto transtulisti,i.synagogam de captiuitate Aegyptiaca in terram promissionis reduxisti, eiecisti gentes, s. Amorreos,Phereseos,Etheos, & huiusmodi idololatras præcludere volentes viam filijs Israel, ne redirent in terrã suã[& plantasti eam], s. vbi quondã prius fuerat plantata.Dux itineris fuisti in conspectu eius, supple ostẽdẽdo viã, signo de cęlo misso, secundũ illud Psal.Expandit nubem in protectionem eorũ,& ignem vt luceret eis per noctẽ. Postquã ergo prædicta vinea sic fuit transplantata in terra Iuda.paterf.i. Deus omnipotens sepẽ circundedit ei,i.angelorũ custodiã. Nã sicut sunt aliqui angeli à Deo deputati ad custodiam hoĩum in particulari, ita aliq deputati sunt ad custodiã collegiorũ,cõmunitatum,prouinciarũ, & huiusmodi prout pulchre deducit B.Th.1.par.q.113.art. 2. in sol ad primũ. Bene ergo per sedẽ in proposito intelligitur custodia angelorũ,quia sicut per sepẽ arcentur bestiæ ab ingressu vineæ ne eam demoliantur, ita & per custodiam angelorũ arcentur dæmones, ne tantum noceant communitatibus seu cõgregationibus, siue etiã particularibus hominibus,quãtum bene vellent,& optant.Insuper dictus paterfa. in vinea sua pdicta

dicta

dicta fodit torcular, ꝑ qđ intelliguntur præcepta legalia secundum gl. interl. quæ torquebãt iudæos, cohibentia quidem ipsos à malo, & cogentia ad bonũ, seu obseruantiam legis. Itẽ ædificauit in ea turrim, i. templum. Quod bene dicitur turris. Tum propter altitudinem ædificij. Tum propter rotunditatem summitatis illius. Tum ꝑꝑ securitatẽ refugij. His ergo omnibus sic dispositis, dictus paterfa. dictã vineam locauit agricolis, i. pontificibus templi, & legis doctoribus, vt. s. extirparent vitia tanquam spinas, & insererent virtutes tanquam bona semina in cordibus iudæorum. Et peregre profectus est, interl. Non locum, sed iudæos in suo libero arbitrio circa obseruantiam legis relinquẽdo. Sed quia iste sensus, quanuis literalis, paruam vtilitatem affert simplici, & rudi populo, ideo alius sensus requirendus est.

Allegoricè ergo tota ista parabola seu similitudo potest exponi de Ecclesia Christi. Homo igitur paterfa. est Christus, qui plantauit vineam, i legem euangelicam, vel legem Christianam. Quam quidem vineam irrigauit rore sui præciosi sanguinis, vt fertilis efficeretur. Huius autem vineę primi palmites fuerunt apostoli, iuxta illud Christi verbum. Ioan. 15. Ego sum vitis vera, & vos palmites. Item sepem circundedit ei, i. angelorum custodiam. Olim enim angeli erant custodes synagogæ iudæorum, sed ea relicta facti sunt custodes Ecclesiæ Christianæ. Vnde tunc dixerunt illud Hier 51. Curauimus Babylonem, & non est sanata, i. fecimus, quod in nobis fuit, nihil tamen in effectu ꝓfecimus. Et ideo derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam, id est in terram Christianorum, quibus supple sumus à Deo custodes deputati. In huius autem rei testimonium Christo passo, auditæ sunt voces per aera dicentes. Transeamus ab his sedibus, &c. Item dominus fodit torcular in hac vinea, per quod intelliguntur passiones, & diri dolores sanctorum martyrum. Ipse tamen Christus primo in hoc torculari grauissimè fuerat pressus, secundũ quod in per-

sona

ſona eius loquitur ſcriptura. Thren. 1. dicēs O vos omnes, qui tranſitis per viam, attēdite, & videte ſi eſt do. &c. Vel dic, ꝙ torcular eſt crux Chriſti, de quo Eſa. 63. Torcular calcaui ſolus. Turris autē huius vineę ſunt viri contemplatiui, ſimiliter doctores Eccleſiæ, & boni prelati, quales fuerunt Auguſt. Ambr. Hiero. Greg. Chryſoſt. Beda. Th. Aquinen. & ſimiles, qui fuerunt cęteris eminentiores ad modum turris, tū officij dignitate quo ad prælatos, tum vitæ ſanctitate, tū ſcientiæ ſublimitate. Hanc igitur vineam locat dominus agricolis, i. deuotis Chriſtianis, vt vnuſquiſque in ea laboret iuxta gratiam à Deo ſibi datam. Vnus bene præſidendo, alius bene docēdo, alius bene dictādo, & huiuſmodi. Tandem aut vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem, vt habetur 1. Cor. 3. Et ſic patet de ſenſu allegorico.

Moraliter. Iſta vinea ſignificat animam rationalem, quā plātauit paterfamilias Deus in corpore humano. Huic autem vineæ ſepem circundedit, i. angelicā cuſtodiam, Pſal. Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in, &c. Vel dic, quòd per ſepem intelligitur voluntas humana, eo ꝙ ſicut ſepe vinea bene clauſa manente beſtiæ illic non ingrediuntur, ita voluntate bene affectata vna cum Dei gratia, & auxilio, peccata non ingrediuntur animam per culpam, eo quòd ſola voluntate peccatur. Torcular autem huius vineæ eſt conſcientia, in qua debent fortiter comprimi commiſſa peccata. Torcula, enim dicitur à torqueo torques. Illa igitur bona conſcientia quæ torquetur vehementi dolore peccatorum, merito torcular dici poteſt. Turris vero huius vineæ eſt intellectus humanus, qui illuſtratus fidei lumine, eleuat ſe ſupra ſe, intātum, quod penetrat quodammodo cœlos per cognitionē cęleſtium æternorum. Similiter penetrat abyſſos per apprehenſionem tormentorum infernaliū, atque diuinorum iudiciorū. Vnde de viris cōtēplatiuis dicitur, pſal. ꝙ aſcendunt vſque ad cęlos, & deſcēdunt vſq; ad abyſſos, ſ. per ſanctā meditationem. Hanc itaque

que vineam locat paterfamilias vnicuique nostrũ, vt diligenter cultiuemus eam, atque mundemus per veram oris confessionem.

Vbi etiam notandum, quod debemus facere circa istã vineam spiritualem quicquid fit circa vineam materialem. Viticolæ enim primo solent facere paruas foueas circa pedem vineæ ad eam renouandum. Secundo solent ibidem apponere fimum siue stercora. Tertio solent tempore congruo ipsam putare. Quarto solent eam ligare ad paruum baculum vt sursum tẽdat. Hoc modo solent eam bis aut ter in anno laborare, malas herbas inde euellẽdo. Sexto, & vltimo eam vindemiant tempore suo, & racemum domi afferunt. Sic spiritualiter agendum est circa vineam animę. Primo etenim necesse est interdum ad retrahendum hominẽ à peccato cogitare de fouea inferni, siue de fouea sepulchri per recordationem mortis. Eccles. 7. Memorare nouissima tua, &c. Secundo oportet afferre fimum stercora, per diligentem recordationem propriæ miseriæ, & fragilitatis, considerando quæ, & quanta exeũt ab humano corpore per diuersas vias. Tertio oportet putare hanc vineã, auferẽdo malas cogitationes à corde, similiter verba ociosa, & vitiosa ab ore. Item mala opera à manu. Quarto oportet animã suam ligare ad baculũ crucis per spẽ diuinæ misericordiæ, & meriti passionis Christi. Hoc modo opus est hanc vineã pluries ĩ anno cultiuare, & nociuas herbas inde auferre, & hoc per sacramentalem cõfessionem, & maxime in præcipuis solennitatibus. Sexto, & vltimo hæc vinea vindemiabitur in mortis articulo. Tolletur.n. tũc anima de palmite humani corporis, & adducetur siue portabitur à suo bono angelo in domum domini, & hoc si decesserit in gratia. Sin alias, portabitur à diabolo in infernum. Studeamus ergo pro pręsenti sanctificare animas nostras per peccatorum dolorẽ, vt transportentur post hanc vitam ab angelo bono ad cœlestem gloriam.

Moraliter, & aliter vinea significat statũ religioni

siue

siue domum claustralē. Paterfa. designat reges, & principes, q olim ædificauerunt huiusmodi domos, vt ibi seruiatur Deo die ac nocte. Debet autē hæc vinea circūdari sepe bona vndiq;, id est bona clausura murorū, ita vt non pateat illic facilis accessus, nisi per loca ad hoc deputata, & hoc quando & quibus expēdit ingredi. Et quamuis huiusmodi clausura debeat in omni religiosa domo obseruari, præcipue tamen in monasterio monialium. Sic enim vult ille pater religionis Beatus Hieron. 3. part. epistolarum suarum. epist. 14. c. 25. dicit sic. Extra monasterij limites nulli omnino vestrum, o sorores charissime, fas sit pertransire. Et q̄ semel intrauerit ex sororibus, nunquam, si fieri potest, exire permittatur. Et post pauca. Murorum munitionibus sic vndique circumcingatur locellus vester, q vix auibus pateat aditus. Sic tendantur muri in altum, q non solum non liceat pedibus, sed nec oculis, quæ intus geruntur agnoscere. Ostia fortiter serentur clauibus. Sit vna vel plures fenestrulæ sic virgis ferreis vndique arctatæ, vt vix digito pateat aditus. Hæc ille. Ad idem etiam propositum Bonif. VIII. prout habetur de statu regularium. lib. 6. c. periculoso. mandat omnibus monasterijs monialium etiam cuiuscunque status aut conditionis existant, quatenus in suis monasterijs sub perpetua clausura pmaneāt, ita vt nulli earū liceat quauis occasione inde exire, nisi pp morbū, ex quo alijs timeretur de periculo. Et ad idē obligatur abbatissa seu priorissa nisi in casu, in quo deberet personaliter feudum domus reuelare ab antiquo dño. Similiter ibidē interdicitur ne ad eas accedant psonæ siue honestæ, siue inhonestæ, nisi subsit causa multū rationabilis, & adhuc cū licētia illius ad quē spectat. Hæc ibi in forma. Similiter ad idem propositū loquitur decretum. vt patet 18. q. 2. definimus. vbi præcipue interdicitur monachis ne ad sanctimoniales accedere audeant, vel etiam cum eis loqui, nisi in præsentia abbatissæ, & hoc per modica verba. Specialiter autem prohibetur viris ingressus ad monasteria sancti-

monia-

monialium ordinis fratrum prædicatorum. Nam illic ingredientes siue sint seculares, siue Ecclesiasticæ personæ in casibus non concessis per constitutiones earum, vel sine licentia magistri ordinis, aut alterius, ab eo auctoritatem habentis, sunt ipso facto excommunicati, nec possunt absolui præterquam in mortis articulo, nisi à summo Pontifice, vel à Generali dicti ordinis, vel ab aliquo habente super hoc specialem auctoritatem ab altero illorum. Hæc ex domino Ant. Florentino. 3. parte summæ suæ tit. 24. c. 70. Qui etiã ibi addit se vidisse bullam Papalem prędicta continẽtem. Et quod dictum est de sororibus ordinis Prædic. dicit suo modo esse intelligendum de sororibus S. Claræ, seu monialium ordin. minorum. Patet ergo, ꝙ non licet mulieribus ingredi monasteria virorum, nec viris ingredi monasteria sanctimonialium, præter casus concessos siue à iure, siue ab homine authoritatẽ habente. Et ad propositum facit id, quod legitur in legẽda B. Fiacrij. Nã ibi habetur, ꝙ rogauit dominum, vt nulla mulier impunè intrare posset eius monasteriũ, quod est in territorio Meldensi prope Parisius. Vnde aliquæ mulieres etiã nobiles, & generosæ ꝑsumentes illuc ingredi, diuinitus sunt ꝑcussæ. Aliquæ quidẽ cęcitate, aliquæ paralysi, aliquæ alijs modis varijs, vt plenius refertur in eadem legẽda, quã vidi, & legi ad longũ. Patet ergo diffuse de sepe vineæ domus claustralis. Scđo debet ibi esse torcular, per quod designatur locus capitularis, vbi debent torqueri, & puniri deficiẽtes scđm exigẽtiam casuũ, & defectuũ. Tertio debet ibi esse turris, id est ornata, & munda ecclesia, quę deuotionẽ excitet, non quæ distractionẽ, aut euagationem oculorũ generet. Et hæc est vinea, quã locat Dominus agricolis, i. personis religiosis, vt reddãt ei fructũ tpe suo, videlicet sanctæ obedientię, castimonię, & regularis obseruãtiæ. Sed profectò hæc vinea in plerisq; monasterijs vtriusq; sexus est male clausa. Nã ꝑ negligentiã, & desidiã sibi præsidẽtium sæpe ruũt muri, & mores, etiam in abundantibus abbatijs. De mul

tis alijs taceo,quæ etiam possent offendere pias aures si narrarentur. Et sic patet multiplex deductio vineæ. Et per consequens patet de primo principali.

Secundo principaliter in præsenti euangelio fit mẽtio de sæua iudæorũ trucidatione quo ad seruos Dei. Euangelista ergo continuans suã parabolam dicit, ꝙ cum tempus fructuum appropinquasset, idest cum opportunitas tẽporis se offerret, vt in iudæis aliquis fructus bonus inueniretur [misit seruos suos] videlicet Moysen, & Aaron legiferos [ad agricolas illos,] idest iudæos[vt acciperent fructus eius,] idest vt inquirerent fructum legis,qui est obedientia ad Deum, & ad prælatos. [Agricolæ autem] id est peruersi iudæi.[apprehensis seruis eius, alienum cæciderunt] vt Hieremiam[alium occiderunt.] vt Esaiam [alium lapidauerunt.] vt Zachariam. Quo viso [iterum misit alios seruos plures prioribus] gl.interl. i. choros prophetarum.[& fecerunt illis similiter.] scilicet eos occidendo,intantum, ꝙ semel impleuerunt Hierusalem sanguine prophetarum vsq; ad os,vt patet 4. Reg.21. Et hoc est quod illis improperat Christus Mat. 23.di. Hierusalem,quæ occidis prophetas, & lapidas eos q ad te missi sunt.Sequitur. [Nouissime autẽ].i. in vltimis temporibus.[misit ad eos filiũ suũ.] Iuxta illud Gall.4.At vbi venit plenitudo temporis misit Deus filiũ,&c.dicens.[Verebuntur forsã filiũ meũ.] Tũ quia potentẽ in miraculis.Tum quia veracem in doctrinis. Tum quia liberalem in misericordijs.Tum quia benignũ in peccatoribus suscipiendis.Tum quia innocentem,& irreprehensibilem in oĩbus vijs suis. Tũ quia eis promissum in prophetarum oraculis.Ex præcedentibus ergo patet triplex Dei patris benignitas erga iudæos.Primo magna, quia misit seruos suos ad eos.Secundo maior,quia illis occisis per eosdẽ,iterum misit plures prioribus.Tertio maxima, quia tandem misit ad eos filium suum vnicum coæternum, & consubstantialem. Econtra autem patet in iudæis triplex mirabilis crudelitas. Primo magna, quia occiderunt seruos

nos eius. Secundo maior, quia fecerunt secundis similiter. Tertio maxima, quia tantundem occiderunt filium suũ. Et hoc est quod subditur in euangelio Agricolæ autem, i, principes, & sacerdotes iudæorum vidẽtes filium eius, i. Christum, dixerunt intra se. Hic est hæres. Et vere locuti sunt, iuxta dictum apostoli Heb. 1. Quem constituit hęredem vniuersorum. Venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius, i. regnum iudæorum. Non quia crederent Christum habere verum, & iustum titulum ad dictum regnũ, sed quia videbant quòd populos multum fauebat ei, & volebat eum facere regem. Cogitabant ergo forsan inter se maiores iudæorum dicentes. Si hunc dimittimus diu viuere, vsurpabit sibi regnum istud, & ponet nos in maximo periculo, quo ad Romanos. Si autem ipsum occiderimus, sic agemus apud eosdem Romanos, quod dimittent nobis hoc regnum regendum sub certo tributo, & tunc benefaciemus manum nostram. Ecce quomodo prædicti iudæi meditati sunt inania. Sequitur in textu [Et apprehensum eum,] scilicet Christũ Dei patris filium. Apprehensum inquam tanquam latronem, tanquam seductorem, tanquam malefactorem. [Eiecerunt extra vineam.] i. extra Hierusalem. Heb. 12. Iesus vt sanctificaret populum suum, extra portã passus est. Et occiderunt. Non. n. satis fuit iudæis eiicere turpiter Christũ extra Hierusalẽ, nisi etiã ipsum interficerent, secundum quod improperat eis Petrus. Act. 3. dic. Actorem vitę interfecistis. Occiderunt autẽ eum non manibus, sed lingua, quando, s. dixerunt Pilato, crucifigatur. Ministri autẽ Pilati ipsum manibus occiderunt. Sed quomodo occiderunt eũ? Certe tripliciter. Primo quidẽ turpissime Sap. 2. Morte turpissima, &c. Secundo vero crudelissimè. psal. Foderunt manus meas, & pedes, &c Tertio autem iniustissimè. Iob. 16. Hæc oĩa passus sum absq; iniquitate manus meę. Idẽ 1. Pet. 2. Peccatũ non fecit, &c. O benedicta hora, ĩ qua iudæi Xp̃m à se eiecerũt. Nã ipsum eijciẽtes à finibus suis, eũ à se excluserũt, & gẽtib. miserũt, vt dicit gl. or.

V Quæritur

Queritur circa illud prædictum verbum [Hic est hę
res] Vtrum iudæi cognouerint de Christo, ꝙ esset ve-
rus filius Dei. Hanc quæstionē mouet B. Th. 3. parte.
q. 47. ar. 5. ad quam respondet per talem distinctio-
nem, inter iudæos quidam erant maiores, & docti, &
quidam minores, & absque literis. Maiores ergo vtpo
te principes, & legis doctores bene cognouerunt de
Christo quod esset messias in lege promissus, atque ho
mo sanctissimus, quia de hoc habebāt expressa testimo
nia ī lege sua, & prophetis, vt possent faciliter deduci,
& ostendi. Ignorauerunt tamen eum esse Dei filium.
Propter quod dicit Apo. 1. Corin. 2. de ipsis, ꝙ si domi-
num gloriæ cognouissent, nunquam ipsum crucifixis-
sent. Similiter & Petrus dicebat populo iudęorū. Act.
3. Scio, quod per ignorantiam fecistis, sicut & princi-
pes vestri. Nec tamen ista ignorantia eos à peccato ex
cusabat, saltem à toto, quia per opera quæ faciebat, &
quæ non nisi à Deo fieri poterant, bene poterant co-
gnoscere eum esse verum Dei filium naturalem, nisi
præstitissent huic cognitione impedimentum per suā
culpam. Sed propter inuidiam, & odium quod conce-
perunt aduersus ipsum, meruerunt excœcari, dicente
scriptura Sap. 2. Exęcauit eos malitia eorū. Et ita pa-
tet, ꝙ ignorantia iudæorum etiam maiorum, erat quo
dāmodo affectata, crassa, & supina. Propter quod dice
bat ipse Saluator Io 15. Si nō venissem, & locutus eis
non fuissem, peccatum non haberēt. Nunc autem excu
sationē non habent de peccato suo. Minores autē iu-
dæorū, i. populares, & qui ignorabant scripturas, vtrū-
que ignorauerūt de Christo. & ꝙ esset messias in lege
promissus, & similiter, ꝙ esset verus Dei patris filius na
turalis. Et hoc loquendo de multitudine dicti populi,
quia de aliquibus in particulari constat, ꝙ vtrunq; co
gnouerunt, sicut patet de cœco nato. Io. 9. Itē de para-
lytico curato Io 5. & huiusmodi. Veruntamē dicti po-
pulares visis miraculis Christi aliquando opinati sunt
eū esse Christū, i. messiā. Nihilominus postea decepti
sunt à suis maioribus, & rabinis, ita vt neq; crederent
eum

eum esse Dei filiũ, neq; messiam in lege promissum, vt dicit B. Tho. vbi supra. Et sic patet ad dubium, & per consequẽs de secũda parte principali huius euãgelij.

Tertio principaliter in præsenti euangelio fit mentio de iudæorum iustissima reprobatione, cum subditur [Malos malè perdet.] Nam postquam Christus proposuit iudæis prædictam parabolam, consequenter interrogauit eos vt ex eorum responsione confutaret ipsos, ita dicens. [Cum igitur venerit dominus vineę] supple ad iudicium. Vel venerit per ministros, & tortores suos Titum, & Vespasianum [Quid faciet agricolis illis?] Aiunt illi. [Malos malè perdet] siue in iudicio siue in aduentu prædictorum imperatorum Titi, & Vespasiani. [Et vineam suam,] idest ecclesiã vel sacram scripturam. [locabit alijs agricolis,] idest Gẽtilibus ad fidem conuertendis. Quibus conuersis [reddent ei fructum temporibus suis.] Nos ergo Christiani sumus secundi coloni vineæ domini, qui debemus & tenemur ei reddere triplicẽ fructum, videlicet cordis, oris, & operis. Fructus cordis est multiplex, videlicet cordis contritio, diuinæ legis meditatio, Dei beneficiorum recordatio, & pro ipsis gratiarum actio, passionis Christi frequens contemplatio, mortis, & iudicij generalis memoratio, proximi cõpassio, & huiusmodi. Fructus oris similiter est multiplex, videlicet vocalis cõfessio, diuinæ laudis iubilatio, gratiarũ actio, desolatorum consolatio, boni consilij impartitio, & similia. Fructus operis similiter est eleemosynarum largitio, deuota peregrinatio, infirmorum visitatio, peregrinorum receptio, & huiusmodi. Videat ergo, & diligenter apud se consideret vnusquisque si debitè reddat prædictos fructus patrifamilias de vinea, quam sibi locauit. Et certe multi sunt velut vineæ steriles nihil afferentes. Et tales merito deberent sibi timere ab imminenti damnatione. Nam vt inquit Saluator noster. Matt. 3. Omnis arbor, quæ non facit fructũ bonũ, excidetur, & in ignem mittetur, & ardet, id est ardebit. Alij sunt, qui non afferunt nisi folia pulchrorum

verborum, vt sunt illi, qui promittunt multa bona se facturos, sed hoc est totum. Et tales deberent attendere illud verbū apostoli Rom. 2. dicentis, ꝙ factores legis tantum iustificabuntur. Alij sunt qui afferunt pulchros flores bonorū operū, vt sunt illi qui habent interdum sancta desideria, & recta consilia, sed non habent iusta opera. Et tales sunt similes multis arboribus, quæ in vere mirabiliter bene florent, sed hoc est totum. Nā ad modicā pruinam cito pereunt. Alij vero sunt, qui reddunt omnipotenti Deo fructum bonorum operum. Et soli tales sunt laudandi tanquam virtuosi, de quibus Saluator Ioan. 15. Ego posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Studeamus ergo charissimi esse de numero talium, &c.

Moraliter, Notandum, ꝙ illa verba [Malos male perdet, & vineam suā locabit, &c.] possunt multipliciter exponi. Primo quidem de superbiētibus angelis. Tūc ergo summus ille paterfamilias Deus malos male perdidit, quando luciferum vnà cum sibi adherentibus malis angelis in abyssum inferni destinauit, dicēs illud Esa. 14. Ad inferna detraheris cum, &c. Consequēter vineam suam locauit alijs agricolis, quando decreuit humanam naturam eleuare in cœlum ad reparandum ruinas angelorum. Nam teste Isido. de summo bono lib. 1. c. 12. numerus bonorum angelorum, qui post ruinam malorum angelorum est diminutus, supplebitur ex numero electorum hominum. Secundo vero prædicta verba possunt exponi de malis religiosis dyscolis, & scandalosis, & qui nolunt nedum nō reformari in melius, sed nec de hoc loqui audire possunt. Quinimmo quantum possunt resistunt meliori vitæ, & toto posse impugnant viros zelosos ad hoc tam sanctum opus laborem impendentes. Sed profecto tales compellendi sunt intrare vitam regularem, & obseruare, quæ distinxerūt labia sua. Alias superior prælatus debet eos perdere, siue tanquam rebelles, corporaliter puniendo, siue ad alia monasteria bene regulata eiusdem ordinis eos destinando, & vineam

religio-

religionis seu domus religiosę locars alijs agricolis, i. viris reformatis vndecunque sint, qui reddant domino Deo fructum bonæ vitæ, & conuersationis religiosæ temporibus suis. Et ita practicatur hodie in noua reformatione nonnullorum monasteriorum, & conuẽtuũ etiam mendicantium. Tertio autem possunt prædicta verba exponi de multis curatis, & beneficiatis impudicam vitam ducentibus. Hos enim diœcesani locorum debent primo monere vt se corrigant in effectu. Quod si non fecerint, & pręcesserit trina monitio, debent ipsos suis beneficijs si quæ habent priuare, atque perpetuo ab executione suorum ordinum suspendere. Insuper & sententiam excommunicationis in tales ferre. Ita enim scribitur extra de cohabitatione clericorum, & mulierum cap. si quisquam. Item c. sicut. Ad idem est c. decernimus, & c. præsbyter in decretis dist. 28. Item dis. 32. erubescimus. Item dist. 81. clericus. Et multa alia capitula de hoc habentur hincinde in corpore juris canonici. Idem etiam practica de malis officiarijs curiæ ecclesiasticæ, similiter & secularis seu laicalis curię. Si enim rex aut princeps nouerit certitudinaliter aliquẽ de officiarijs suis, siue fuerit ballius, præses, locũtenens, procurator, aut aduocatus regius, siue quicũq; alius, male se habere in officio suo, debet ipsum deponere, & perdere tẽporaliter aut corporaliter scd̃m casus exigentia, & officium suũ locare, seu potius cõmittere viro probo, q reddat dño Deo fructũ iustitiæ tẽpore, & loco. Quarto, & vltimo possunt eadẽ verba exponi de malis Christianis, quos interdum perdit dominus temporaliter, vtinam non æternaliter, suscitando contra eos bella, & tyrannos, qui eijciant eos de habitationibus suis. Et hoc totũ propter peccata ipsorũ. Et ad hoc est textus 16. q. 1. reuertimini. Et hoc est, quod dicitur Eccl. 10 Regnum de gente in gentẽ transfertur propter iniustitias, iniurias, cõtumelias, & dolos. Et propter hanc causam, vt arbitror, Christiani olim inhabitãtes Græciã, & terrã sanctã, inde eiecti sunt. Non enim ęque displicet Deo

terram illam sanctam prophanari ab infidelibus, sicut à fidelibus,& Christianis. Da exemplum de cane,& homine stercorizantibus pariter in aula regis etiã in ipsius præsentia. Super quo facto liquet aperte, ꝙ rex magis prouocabitur contra hominẽ, quàm contra canem. ita in proposito. Nam omnes infideles idololatræ pariter & iudæi sunt in multis similes canibus, Christiani vero debent conuersari tanquam rationabiles propter lumen fidei super eos signatum. Et ideo vbi peccãt, magis displicet Deo eorum offensa quàm cæterorum. Propter eorum ergo peccata priuauit eos dominus habitatione terræ sanctæ. Et ad hoc propositum legitur in speculo exemplorum, quòd cum tempore Federici imperatoris, infideles cepissent terram sanctam inde eiectis omnibus Christianis, accidit vt quidã Galli illic peregrinarentur: Quo peruenientes adducti sunt ad regem ibi imperantem. Ille ergo cœpit eos interrogare quomodo lex Christi seruaretur in Francia. Cumque respondissent, ꝙ satis bñ, ille adiecit, dicens. Et ego dicam vobis legẽ,& vitam Christianorũ, qui nuper inhabitabant terram hanc. Certe omnes adeo dediti erant gulæ, ꝙ carnis illecebris, vt nihil omnino à pecoribus differrent. In superbia adeo in ipsis regnauit, vt non sufficerent cogitare quali modo vestimẽta sua inciderent, stringerẽt, atq; cultellarent. Idẽ dico de calceamentis. Et adiecit de seipso, di. Considerate vestimenta mea quàm simpliciter, & humiliter formata. Videtis.n. quod in ipsis nõ est plicarum multiplicitas, nulla superfluitas, nulla curiositas, quãuis ipsa vestiũ materia sit satis ꝑciosa. Ecce inquit ista sunt vitia ꝓꝑ quę eiecit Deus Christianos luxuriosos, glusos, superbos, blasphemos,& hmõi de terra ista. Nõ .n. potuit diutius sustinere tot,& tantas illorũ iniquitates. Putas ergo, quòd nostris viribus obtinuerimus eã. Nequaquã. Sed Deus illorum eis iratus illã nobis tradidit, ipsis primum eiectis in pœnam facinorum suorum. Ecce ergo quomodo Christiani male viuẽdo prouocant iram Dei contra se, etiã plus alijs nationibus.

bus. Et ideo timendum est ne Deus vna dierũ illos malos male perdat concitando contra eos Turcos,& infideles, qui eijciant ipsos de terra sua siue de Gallia, Anglia, aut Italia, sicut aliquando factum est in terris, quas de nouo acquisierunt supra Christianos.

Sequitur ĩ textu,[Nũquã legistis in scripturis &c.] Hic incipit Christus exponere iudæis suam parabolam, di. [Nunquã legistis in scripturis, id est in psal. quia lapidem, quem reprobauerunt ędificantes hic factus,&c.] Præterea id, quòd dicit magister in historia scholastica de quodam lapide, qui in constructione tẽpli Salomonis non poterat congruè aptari cuicunqꝫ loco ædificij apponeretur. Et ideo ędificantes ipsum tanquam omnino inutilem proiecerunt in quandam magnam foueam cum alijs purgamentis. Nihilominus optimè deseruiuit in summitate ipsius templi seu in consummatione illius ædificij, quod erat ad modum cuiusdam turris.

Mysticè iste lapis est Christus. Cor. 10. Petra autem erat Christus. Hic igitur lapis fuit à iudæis reprobatus. Nihilominus tandem positus est in caput anguli, quando sub vna fide coniunxit gentiles,& iudęos, qui in ipsum crediderunt. De cæteris autem iudæis, qui in eum credere noluerunt, subdit, dicens. [Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei] idest notitia scripturarum, vt exponit gl. interl. De quo quidem regno scribitur Luc. 17. Regnum Dei intra vos est, [& dabitur genti facienti fructus illius.] id est opera. Quemadmodum ergo secundum errorem Romanorum, prout diffuse tractat B. Augu de ciuit. Dei lib. 3. circa principium per plura capitula, olim Dei reliquerunt Troiam propter peccata inhabitantium, insuper, quia non venerabantur ab eis debito honore,& se transtulerunt ad Romanos, qui ipsos honorificè susceperunt, ita & Christus, qui est verus Deus, & summe colendus, videns, ꝙ iudæi ipsum non reciperent prout debebant, quinimmo eũ persequebantur, ipsos reliquit, & gratiã suã vnà cum notitia scripturarũ sa-

erarum ab eis abstulit, & hæc omnia dedit populo gentili in ipsum credenti.

Moraliter. Notandum iuxta illud verbum [Auferetur à vobis regnum cœlorum] quòd regnum cœlorum specialiter aufertur propter easdem causas, propter quas reperimus in sacra scriptura aliquos regnũ temporale perdidisse. Primo enim regnum temporale perdidit Nabuchodonosor propter superbiam, quã do dixit, Nonne hæc est Babilon, &c. Dañ. 4. Sic etiam regnum cęlorum multi perdunt propter superbiam suã. Propter ꝙ dictum est lucifero Esa. 14. Ad inferna detraheris cum superbia tua. Secundo regnum temporale perdidit Saul propter auaritiam suam, sicut patet 1. Reg. 15. vbi legitur ꝙ ex auaritia reseruauit pinguia de præda Amalech, cũ tamen dñs præcepisset totum debere mactari, & occidi. Sic etiã propter eãdẽ causam perditur regnum cęlorum 1. Cori. 6. Auari regnum Dei non possidebunt. Tertio regnum temporale perdidit Balthasar propter gulã, vt patet Dan. 5. vbi legitur, ꝙ eo egregie ad mensam epulante apparuit subito manus scribẽtis ad parietẽ hæc verba. Manae Thetel, Phares, i. diuidetur regnũ tuum, & dabitur Persis, & Medis. Sic etiã multi perdunt regnũ cęlorũ propter crapulam, & ebrietatẽ, quia vt habetur 1. Cor. 15. Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt.

Sequitur in textu. [Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur. Super quem autem lapis iste ceciderint, conteret eum.] Lapis iste, vt dictum est, Christũ significat. Super hunc itaque lapidem cadit Christianus cũ mortaliter peccat. Et tunc cõfringitur ꝑ amissionẽ gratiæ non tñ conteritur, quia adhuc ꝑ pœnitentiã ad salutẽ reseruatur, vt dicit gl. ord. Super illũ autẽ cadit lapis prædictus, qui nõ credit in Christum. Et talis totaliter conteritur, quia nihil ĩ eo manet spiritualis ædificij. Secus in Christiano peccante, in quo manent fides, & spes, quanuis informes. Et hæc expositio est de mẽte Chrys. super Mat in opere imperfecto. hom: 39. Aliam expositionem ponit Augu. lib. 1. quæ-

stionum

ctionum euangelicorum.c.30. vbi exponens prædictū verbum dicit, q̄ illi cadunt super lapidem Christum qui peccant in vita. Et tales non omnino conterūtur, quia adhuc restat eis locus pœnitentiæ & tempus, sed super illos cadit lapis, quos in mortis articulo inuenit Christus in mortali peccato. Et tales totaliter cōteruntur, quia vltra non est spes de eorum salute. Possumus & tertio hunc textū exponere de peccato mortali & veniali. Qui .n. peccat venialiter si prius erat in gratia, cadit quidem super lapidem, quia in aliquo modo offendit Christum. Manet tamē in eo fundamētum spiritualis ædificij, quod est fides, spes, charitas. Talis ergo aliquo modo confringitur saltem dispositiue ad mortale, sed tñ non conteritur. Cadit enim talis in gratia, sed non à gratia. ps. Cum ceciderit, non collidetur, i. non omnino peribit, quia dn̄s supponit manū suam, i. auxilium gratiæ suæ. Item alibi. Impulsus euersus sum, vt caderem, sup. ad tentationem carnis, mundi, aut diaboli, & dominus suscepit me. Super illum autē cadit lapis, i. grauitas peccati, qui peccat mortaliter. Nam talis omnino conteritur quantū ad gratiam, charitatem & merita præcedentia. Et ideo qui stat, videat ne cadat, vt ait Apo. 1. ad Corin. 10. Tādem in fine euangelij concluditur iudæorum malitia, qui ostenderunt facto esse verum, q̄ de ipsis prius dixerat Christus. Ipse .n. notauerat eos de crudelitate aduersus filium patrisfamilias. Et ipsi hanc crudelitatē facto ostenderunt quādo ipsum tenere & occidere voluerunt. Sed tñ nō fuerunt ausi propter timorem turbarum defendentium Christū. Simus ergo de numero talium turbarum defendentes querelam Christi, & ipsum in membris suis, vt tandem ad eius regnum peruenire valeamus.

Quod nobis concedat qui, &c.



OMO quidam habuit duos filios. *Luc.15.*

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. In authenticis collatione 8. rubrica vt cũ de appellatione cognoscitur. §. aliud quoque dicit, ꝙ filius amittit hęreditatẽ paternã propter multa, vtpote si grauem iniuriã parentibus suis intulerit. Item si cum maleficis hoĩbus vt maleficus cõuersatus fuerit. Itẽ si præter voluntatẽ parentũ inter arenarios, vel mimos se sociauerit, & in hac professione permanserit. Itẽ si parẽtibus suis manus intulerit. Similiter si eos in causis criminalibus, quæ non sunt aduersus principem vel rẽ pub. accusauerit. Item si vitæ parentũ suorum per venenũ, vel alio modo insidiari tentauerit. Propter has igitur causas, & nonnullas alias ibidẽ contentas filius amittit hæreditatẽ patris. Hęc lex est conformis glo. super capitulũ Quintauallis, extra de iureiurando, vbi assignantur 14. causæ, ꝓpter quas potest pater exhęredare filiũ suũ, inter quas expressè ponũtur prædictæ. Casus potest poni de facili conformiter ad prædicta.

Moraliter, prædicta lex potest multipliciter exponi, secundũ qđ Deus, qui est vniuersalis pater oĩum habet multiplicẽ differentiã filiorũ, quos priuauit & priuat hæreditate sua cœlesti propter ipsorum culpam.

Primogenitus .n. Dei patris filius ĩter vniuersas creaturas fuit lucifer, de quo scribitur Ezech. 31. ꝙ cedri nõ fuerũt altiores eo in paradiso Dei. Abietes nõ adæquauerũt summitatẽ eius. Et breuiter oẽ lignum paradisi non est assimilatũ illi & pulchritudini eius. Per quæ verba vult ostẽdere propheta eminentiã luciferi supra cæteros angelos, tã in naturalibus, quàm in gratuitis. Et ideo quod hic dicitur & pulchritudini eius, referẽdũ est ad gratuitatẽ ipsius luciferi, qui ad initiũ

ſui eſſe. Item de eodē ſcribitur Iob. 40. ꝙ ipſe eſt prin
cipium viarum Dei. Principium quidē dignitate, ſed
non temporis prioritate. Nam oēs angeli ſimul creati
ſunt. Vnde gl. vbi ſupra dicit, ꝙ Deus luciferum emi-
nentiorē reliquis angelis fecit. Similiter Bern. de ad-
uētu Domini ſerm. 1. dicit expreſsè, ꝙ lucifer fuit pri
mus inter angelos, quem ſuperbia in diabolum com-
mutauit. Hoc etiam expreſsè tenet Iſido. de ſummo
bono lib. 1. c. 12. Patet ergo qūo lucifer fuit filius Dei
primogenitus, & hoc inter puras creaturas, quod ad-
ditur propter filium Dei vnigenitum. Huic ergo filio
primogenito aſſignauit Deus pater ꝓ hereditate ſua
& ſorte cęlum. Sed qūo amiſit hanc hæreditatē patris
cęleſtis. Certe propter ſuperbiam ſuam, vtpote inſurgē
do aduerſus patrē ſuum Deū: hoc aūt fuit quando di
xit, Ero ſimilis altiſſimo Eſa. 14 Contra quē pater cœ-
leſtis tulit ſen tentiam emancipationis dictæ hære-
ditati, dicens, Non ſic erit vt dicis fili nequiſsimè, ſed
velis nolis ad inferna detraheris cum ſuperbia tua.
Sicq́; factum eſt. Si igitur huic ac tanto filio primoge
nito ſuperbienti non percepit Deus, quid faciet ſuper
bo homini? Si ſuperbia de cœlo traxit ad infima in-
ferni luciferum, quomodo ſinet ſurſum aſcendere ho
minem ſuperbum? Certe non video.

Secundo genitus aūt Dei patris filius fuit Adā, quē
formauit ad imaginē & ſimilitudinē ſuam Gene. 1.
Et huic filio pro hæreditate ſua dedit & aſſignauit pa
radiſum terreſtrem. Inſuper dedit illi dominium piſciū
maris, volatilium cęli, atque beſtiarum terræ, vt patet
vbi ſupra. Sed qūo amiſit iſte filius dictā hæreditatem?
Profecto quia accuſauit patrem ſuū cœleſtem crimi-
ne maximo. Hoc aūt fuit quando volens culpam ſuā
defendere, & quaſi Deū īculpare, dixit, Mulier quā de-
diſti mihi, dedit mihi de ligno & comedi, Gen. 3 Qua
ſi diceret ad patrē cęleſtē. Tu es in cauſa trāgreſsionis
meæ, in hoc, ſ ꝙ dediſti mihi mulierē, q̄ eſt arma dia-
boli ad impugnandum hominem, & ideo me decepit.
Propter hanc igitur opprobrioſam, & iniurioſam
accu-

accuſationem Deus pater eiecit filium ſuum ſecundo genitum, videlicet Adam de hæreditate ſua, i. de paradiſo terreſtri, & miſit ipſum in exilium huius terræ miſerabilis, in qua hodie habitamus.

Tertiogenitus vero Dei patri filius fuit populus Iudaicus, quem dñs filium ſuū primogenitū vocat in ordine ad populū Chriſtianū. Exod. 4. di. Filius meus primogenitus Iſrael. Huic aũt filio primogenito pro parte hæreditatis ſuæ dedit Deus pater terram promiſsionis lacte & melle manentem. Sed dictam hæreditatē perdidit dictus miſer filius, eo ꝙ contra uoluntatem ipſius patris cęleſtis ſociauit ſe inimicis eius, hoībus maleficis & infamibus, i. gētibus quæ idololatræ erāt & omni ſpurcitia plenæ: Et propter hoc ipſos reprehēdit pſ. dicens, Cõmixti ſunt, ſup. iudæi inter gentes, & didicerunt opera eorum, ſup. mala, & ſeruierūt ſculptī libus eorum. Ecce aperta ipſorū idololatria. Hunc aũt filium tertio genitū imitantur multi Chriſtiani ſe cõiungentes & comiſcentes malis & peccatoribus, qui eos ſuo malo exemplo ducunt ſecum in infernū.

Quartogenitus demū Dei patris filius eſt populus Chriſtianus, quem præ cæteris quo ad multa diligit, & ſignanter eo ꝙ in ſenectute. i. in fine ſeculi eum genuit verbo. ſ. virtutis ſuæ. Huic autem filio pro ſtatu præſenti dedit benedictionem ſuam & gratiam, pro hæreditate eandem repromittens hæreditatem cœleſtem. pſ. Dominus pars hæreditatis meæ. Ecce primū. Tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi. Ecce ſecūdum. Sed profecto hanc hæreditatem ad quā ius acquiſitum fuerat in baptiſmo, frequenter amittit, & perdit populus Chriſtianus propter graues iniurias, quas plerunque infert patri ſuo cęleſti multipliciter peccando, & ſignanter vitam lubricā & carnalem ducendo. Et ideo merito deſignatur per filium prodigū, de quo dicitur in præſenti euangelio, quòd [diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe.]

SECVNDA INTRODVCTIO.

Diuiſit illis ſubſtantiam ſuam. *Luc.* 15] Scribitur extra

tra de parochijs.c.si Episcopus ꝙ maior natu debet di uidere,& minor eligere.Casus est talis. Moritur pater familias relinquens post se multos filios & multā sub stantiam.Celebratis igitur ex more exequijs illius, di cti filij in vnum conueniunt pro diuidenda patris sub stantia.Quis si inter eos vertatur in dubiū, quis eorū debet partes facere.Gall les lothz, & quis primo eligere: certe ad hoc respondet cōcilium Aphricanū per dictam decretalem, ꝙ maior natu debet diuidere, & minor eligere.Et de facto ita vbique practicatur.

Moraliter.Magnus pater omnium est Deus,iuxta il lud Deut.32.Nunquid non ipse est pater tuus,qui pos sedit te,& fecit, & creauit te? Item Malac.2.nunquid nō vnus pater est omnium? Iste autē pater habet duos filios,s.Christum, & quemlibet hominem. Ipse vero Christus est senior siue maior filius. Tum quia Deus verus & homo perfectus. Tum quia ante luciferum à Deo patre genitus.Propter quod Apost.Rom.8.vocat eum primogenitum in multis fratribus.Item in decre tis dist.40. multi dicitur ꝙ ille est maior apud Deum qui est iustior. Modo constat, ꝙ Christus iustior est cæteris filijs Dei patris,vtpote qui peccatum nō fecit vllum.Cæteri autē in Adā saltem peccauerunt & egēt gratia Dei,ad eos mundādum & iustificandū. Ex quo ergo Christus est maior natu filiorum Dei, restat ꝙ ad eum spectat diuidere bona Dei patris.Cæteris autē hominibus spectat eligere. Diuidit aūt iste frater bona Dei patris quando ponit ante oculos nostros ignē & aquā,id est bonum & malū,vt dicit Ecclesiastic.15. Hoc autem fit quādo dominus nos relinquit ī manu consilij nostri. Sed proh dolor iunior filius frequēter eligit peiorem partem,s.culpam in præsenti, ad quā ineuitabiliter sequitur æterna damnatio in futuro. Et de huiusmodi diuisione figura legitur Gen 13. vbi dicitur quòd Abraham dixit ad Loth filium fratris sui. Non sit quæso iurgium inter me & te, neque inter pastores meos & pastores tuos,fratres enim sumus.Ecce vniuersa terra corā te est.Recede ergo à me

obse-

obsecro. Si tu sinistram elegeris, ego dexterã tenebo. Vel si tu ad dexteram ieris, ego ad sinistram pergam. Quod exponens August. lib. 6. de ci. Dei. c. 20. dicit, ꝙ ex hoc passu effecta est consuetudo inter homines pacifica, vt quando aliquid terrenorum partiendum est, maior diuidat, & minor eligat. Ad propositũ per Abraham, qui interpretatur pater multarum gentiũ, Christus designatur, qui est pater omnium iustorum. Loth autem significat quemlibet peccatorem. Dicet ergo Christus in die iudicij cuilibet peccatori ꝙ vadat ad aliam partem, eo ꝙ non poterunt simul habitare in hæreditate cęlesti, maxime cum nõ sit conuentio Xpi ad Belial, neq; lucis ad tenebras, vt dicitur. 2. ad Corinth. 6. Hæc autem omnia designãtur per parabolam euangelij hodierni, vbi dicitur, quòd adolescens filius per quem significatur quilibet pronus, accepta substantia sua, id est corpore & anima abijt in regionem longinquam, id est, infernum. Filius vero senior, id est Christus, vel quilibet iustus mansit domi cum patre, id est in cœlo. Ioan. 8. Filius manet in domo in æternum.

In præsenti ergo euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet de damnosa & flebili auersione peccatoris. ibi. [abijt in regionem longinquam] de fructuosa & pia reuersione pęnitentis, ibi. [In se autem reuersus] de amorosa & iocunda receptione Dei miserantis. ibi. Cum autem longe esset.

Primo igitur &c. Sed ad melius intelligendũ & mẽtibus nostris imprimendũ tria prædicta, proponit nobis Christus in hodierno euangelio parabolã de quodam adolescente totaliter mundano & pleno voluntate sua, atq; omnino inebriato delitijs huius mũdi, qui nec Deũ timebat, nec hoĩes reuerebatur, etiã propriũ patrem nõ erubuit derelinquere & grauiter contristare. Et quia non poterat plene desideria sua praua implere ad nutum in domo dicti patris, ideo vna dierum proteruè dixit ei. [Pater da mihi portionem substãtiæ quæ me cõtingit.] Fuit autem huiusmodi eius petitio

multum

multum iniusta & irrationabilis, eo quod filius in bonis paternis nullum ius habet viuente patre. Nā quo ad hoc i nullo differt filius à seruo, vt dicit Apo. Gall. 4. In cuius etiā rei signū, filius non potest facere testamentū, vt cauetur. C. qui testamenta facere possunt. l. seniū quidē. §. filium. Et ideo furtū cōmittit si quid de bonis parentum aufert ipsis inuitis aut nescientibus, nisi forte verisimiliter præsumat hoc illis esse gratū. Pater aūt huius fatuelli adolescentis more multorū patrū plus iusto condescendēs iniquæ voluntati eius, partitus est bona sua sibi & fratri suo seniori. Quo facto dictus gallandus vendidit vili prætio totam partē suam. Non enim erat illi curæ de prætio, dūmodo haberet pecuniam ad manum. Accepto ergo inde prætio statim comparauit sibi egregium equum, similiter vestiuit se in habitu mali & dissoluti garsonis, Gall. ensperlucat. Quibus expeditis, calcaribus cępit equum pungere, & patre insalutato velocissimo cursu domū exiens abijt de ciuitate in ciuitatem. Et quocunque audiebat gartiunculos sibi similes, illic se trāsferebat quousq; deuenit in regionē longinquam. Et quandiu habuit denarium in bursa, fecit egregium vultum, epulādo quotidie splendide, vacando etiam ludis varijs, comessationibus & ebrietatibus, atque spucitijs multis, atque in hunc modū prodige viuendo in breui cōsumpsit & dissipauit totam substantiam suam, etiā vsq; ad camisiā, ita vt vix haberet viles panniculos ad tegēdum miserā carnē suam. Cumque egere cępisset, nec panē ad manducandum haberet, verebatur eleemosynā ostiatim petere. Et ideo se fecit seruū cuiusdā magni diuitis agricolæ regionis illius, cuius pascebat porcos, nihilq; lucrabatur pro omni labore suo nisi tenues expensas, ita vt plerunq; desideraret vrgēte inedia saturari de siliquis, quas porci comedebant, i. de quibusdam radicibus herbarum sic dictarū, quas porci effodiebant de terra. Sed cū vellet illas rapere & deuorare, iusto Dei iudicio porci contra ipsum insurgebant. Vixit autē aliquāto tempore in tali angustia &

fame

fame, in frigore, & nuditate, & huiusmodi miserijs. Ecce ad quem finem tandem deuenit fatuellus ille gallādus & prodigus adolescens. O quot iuuenes & adolescentes imitati sunt hunc miserum prodigum, quorū prodigalitas igluuies & luxuria deduxerūt eos de maximis diuitiis ad extremā inopiam. Qui sic inopia affecti videntes ꝙ fodere non volebant, insuper mendicare erubescebāt, dederūt se prædæ & latrociniis, atq; homicidijs, insidiantes transeuntibus vias publicas. Quorum multi tandem comprehensi sæua morte interierunt, atque in hunc modum deduxerunt canitiem parentum cum mœrore & luctu ad inferos. Ecce charissimi audistis parabolam. Nunc superest requirere alium sensum prçter grammaticalem.

Mysticè ergo secundum vtranque glo. in hac parabola designatur vocatio Gentium ad Christi fidem, & reprobatio iudçorū ab eadem, ita vt casus vnius sit reparatio alterius. Iste igitur homo est Deus pater, duo eius filij sunt duo populi. Maior aūt filius est populus judaicus, minor vero populum gentilem designat. Hic ergo iunior filius accepta portione substantiæ suæ à Deo patre, dissipauit eam viuendo luxuriose. Hoc aūt fuit quādo gentiles abusi sunt bonis à Deo sibi collatis tam naturalibus quàm corporalibus & temporalibus. Tandem aūt pauit iste filius porcos quando gentilis populus dedit se idololatriæ immolādo filios suos & filias dæmonis. Sed quia iste sensus mysticus est cōmunis & vsitatus apud doctos & literatos viros, parū autem ædificatiuus quo ad simplices & indoctos, qui non delectantur in magnis & altis subtilitatibus, sed magis in materia morali, ideo supersedeo ab vlteriori prosecutione huius sensus.

Allegorice, pie tamen interpretando sequentia, iste filius prodigus est Christus, qui fuit quodammodo ꝓdigus de bonis suis & de immensis thesauris gratiarū & meritorum suorum, in hoc, s. ꝙ tā abundanter & liberalissime huiusmodi thesauros impartitus est omni volenti. Quinimmo ad hoc omnes inuitabat, dicēs illud

lud Io.7. Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Quemadmodum ergo astuti, & mundani homines sequuntur prodigos, & tales quærunt, sperantes de facili adhuc habere ab eis, ita & nos miseri peccatores debemus diligenter sequi hunc prodigum benedictum Christum, sæpe impetrandæ ueniæ de peccatis nostris ab eo pariter gratię, & tandem gloriæ in futuro. Nā totus plenus est bonis indeficientibus, utpote in quo sunt oēs thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, vt habetur Collos. 2. Vñ Amb. de virtutib. li. 5. Oīa. n. inquit, habemus in Christo, & oīa nobis Christus est. Si vulnus curare desideras, medicus est. Si febribus æstuas, fons est. Si grauaris iniquitate, iustitia est. Si auxilio indiges, virtus est. Si mortem times, vita est. Si cœlū desideras, uia est. Si tenebras fugis, lux est. Si cibum quæris, alimentū est. Gustate igitur & videte q̄m suauis est Dñs, beatus vir qui sperat in eo. Hæc ille. Ecce q̄uo iste filius prodigus abūdat bonis oībus à Deo patre sibi collatis. Abiit aūt tunc in regionē longinquam, quādo de cęlo descendit ad terras. Insuper quodammodo dissipauit substantiā suā cū meretricibus, q̄nquidē gratiam suā abundantissime largitus est peccatorib. sicut patet de Petro, Matthæo, Paulo, Zacheo, & hmōi. Similiter & peccatricibus, sicut patet de Magdalena, cum dixit ei, Remittuntur tibi peccata tua. Luc. 7. Itē de muliere in adulterio deprehensa, cui ait, Ego te non condemnabo, uade, & ampl. &c. Io. 8. Tunc autē pauit iste filius prodigus porcos, q̄n prædicauit verbum salutis incredulis judæis, vel quando satiauit multitudinem illorū, nunc ex quinq; panib. & duob. piscib. Io. 6. Nūc vero ex septem panibus. Mar. 8. Et certe adhuc hodie frequenter pascit porcos iste filius prodigus, quod maxime fit cum ipsum sub specie sacramentali sumunt multi in mortali existentes. Sed væ illis porcis. Tandē iste filius prodigus cępit egere, q̄n. s. esuriebat salutem omnium. Ioan. 4. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. Voluntas aūt patris, qui miserat illum, erat ut procura-

ret hominum salutem. Et quia pauci in ipsum crediderunt, ideo cœpit egere. Tandem hic filius post multas angustias & penurias quas in mundo isto pascendo porcos passus est, redijt ad patrem suum in sua iucūda ascensione, à quo fuit benignissime & iucūdissime receptū etiam cum symphonia angelorum. psal. Ascendit Deus in iubilatione, &c.

Moraliter filius prodigus est quilibet peccator, qui totiens recedit à patre cœlesti & ab eius gratia, atque simul pergit in regionem longinquam inferni, quotiens mortaliter peccat. Sunt autem tres pessimæ focariæ seu maquerellæ, quę extrahunt ipsum de domo & seruitute patris cœlestis, & faciunt eum currere velocissime in dictā regionem longinquā inferni, & quæ similiter traxerunt filium prodigum ad perditionem.

Prima maquerella est adolescētia effrenata. Nā vt habetur Gen 8. Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malū ab adolescētia. Item in decr. 12. q. 1. cap. 1. quod incipit omnis ætas. dicitur quòd omnis ætas ab adolescentia in malum prona est, nihilque incertius quàm vita adolescentium. Est enim simile de adolescentibus tam viris, quàm mulieribus sicut de vitulis aut equorum seu asinorum pullis, qui aliud non desiderāt quám saltare & currere. Hic loquere de choreis ad quas currunt adolescentes vtriusque sexus, & de insolentiis quæ ab eisdem ibidem fiunt. Nam vt dicit Ambro. super psal. Beati immaculati ser. 16. Iuuentus ad amorem liberior, ad lapsum incautior, ad infirmitatem fragilior, ad correctionem durior. Hæc ille.

Secūda focaria est libertas nimia. Nihil n. periculosius in mundo, & nihil magis trahēs ad peccatū, & signanter ad lasciuiā q̄ libertas cōiuncta cum adolescētia. Hæc. n. est pessima combinatio faciens penè infinitas p̄sonas ruere in uaria & nephāda peccata, sicut patuit ī effectu de Magdalena. Est. n. libertas cū flore iuuētutis, tanquā gladius in manu furiosi. Et ideo expedit adolescētes militare sub iugo & disciplina seniorū

alias

alias vix abstinebunt à peccatis. Ideo mādat B. Petrus talibus, dicens, Adolescentes subditi estote senioribus 1. Pet. 5.

Tertia maquerella seu focaria est temporaliū abundantia, Cum enim quis est iuuenis, siue vir, siue mulier existat, & videt se in libertate cōstitutum, insuper & diuitijs refertū, de facili trahitur ad illicita. Ezec. 16. Hęc fuit iniquitas Sodomæ, i. iniquitatis eius causa, saturitas panis & abundantia, & ocium. Et in psal. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorū, s. adolescentiū habentium abundantiam temporalium bonorū vnà cum libertate propria. Sequitur transierunt in affectū cordis, idest insecuti sunt suas prauas concupiscētias & affectiones inordinatas. In huius etiam rei signum hic dicitur de filio prodigo, ꝙ uixit luxuriose. Patet ergo de tribus maquerellis, quę fuerunt causa auersionis filij prodigi à patre suo, quarum etiam consilio reliquit domum eius, & abiit in regionem longinquam, & quæ similiter faciunt apostatare à Deo multos peccatores & peccatrices.

Secundo principaliter in præsenti euang. fit mētio de fructuosa & pia reuersione peccatoris pęnitētis ad Deū, cū subditur. [In se autem reuersus &c.] Pro quo notandum, ꝙ sicut diabolus mediante prauo consilio triū prædictarum maquerellarum seu focariarū traxit de domo pij & boni patris ad se miserū peccatorē per culpam, ita benignissimus Deus & pater misericordiarum, qui nemine vult perire, sed oēs ad pęnitentiam reuerti, & qui nō cessat clamare per os Ezechielis ꝓphetę, dicens. Nolo mortem peccatoris, sed magis, &c. Qui etiam alibi clamare non cessat ad animam peccatricem, dicens, Reuertere reuertere ad me sunamitis, & ego suscipiā te, Can. 6. Misit tres ancillas sibi acceptissimas, quæ diligenter hincinde perquirerēt filiū prodigum, i. peccatorem, nec cessarent currere quousque ipsum inuenissent, & hæ tres ancillæ exprimūtur in pręsenti euangelio.

Prima igitur ancilla per quā Deus reuocauit olī fi-

lium prodigum & in dies reuocat multos peccatores ad se, dicitur tẽporalium penuria. Et hæc ancilla tangitur cum dicitur de filio prodigo, ꝙ in pascendo porcos cœpit egere. Nam vt dicit Seneca de verborũ copia, calamitas virtutis est occasio. Vñ & de filijs Israel legitur in psal. ꝙ clamauerunt ad dominum cũ tribularẽtur, propter ꝙ de necessitatibus liberauit eos. Itẽ psal. de seipso loquens ait, Ad dominum cũ tribularer cla. Nec qnidem frustra, quia exaudiuit me, Da exemplum de falcone qui auolauit, sed tandem egestas & fames ipsum compellit frequenter ad magistrum suũ redire. Da etiam exemplum de scholari Parisien. quẽ rerum inopia cogit repetere domũ patris cum omni festinatione. In huius etiam figuram legitur Gen. 8. ꝙ cũ Noe emisisset columbam de arca, nec illa pastũ inuenisset eo ꝙ nondum cessassent aquæ, ad arcã cito reuersa est. Coruus vero quia inuenit cadauera super natantia aquis, & quibus libenter vescitur, non redijt ad arcam. Ad propositũ columba designat illos, qui redeũt ad dominũ occasionaliter ob deffectum tẽporalium bonorũ. Coruus vero significat illos, quos tẽporalium copia seu delitiæ huius seculi detinent quodammodo ligatos in peccatis suis, ita vt faciliter ad Deum redire nequeant, sicut patet de multis magnis vsurarijs & diuitibus huius seculi. Et ideo valde vtile est multis peccatoribus vt ad penuriam & egestatem deueniant.

Secunda Dei ancilla per quã reuocat ad se filiũ prodigum, i. pauperem peccatorẽ, dicitur illuminatio diuina. Et hæc notatur in præsenti euãg. cũ de filio prodigo subditur, In se aũt reuersus dixit, Quanti mercenarij in domo pa. &c. Nã diuina illuminatio facit hominẽ peccatorẽ ad seipsum redire, propriã miseriã & culpã agnoscere, periculum suũ perpendere, Dei ineffabilem misericordiam ponderare, diuinum iudicium timere, pœnas inferni exhorrere, atque cœlestem gloriam appetere & desiderare. Et nota, ꝙ hæc Dei ancilla, i. illuminatio diuina est adeo necessaria ad

reuocandum filium prodigum perditum, quod numquam suam miseriam recognosceret si non primo diuina illuminatio ad eum de prope accederet. Propter quod Dauid post adulterium suum rogabat dñm dicens, Deus meus illumina tenebras meas. quasi diceret, O domine Deus fac me recognoscere culpā meā, & vniuersa delicta, q̄ obtenebrant conscientiā meam, intellectum pariter & rationem. Item alibi idē ait ad Dñm Illumina oculos meos, sup. interiores, ne vnquam obdormiam in morte, i. in peccato mortali, vel ne differam pęnitentiam vsque ad mortem. Postquam ergo diuina illuminatio accessit ad filium prodigum, mox ab ea tactus & illustratus dixit. [Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem &c.

Circa hoc igitur notandum quòd prædictum verbū potest multipliciter exponi secundum quod sunt multa genera mercenariorum abundantium panibus, & aliorum qui deficiunt.

Primo mercenarij secundū gl. ord. mystice sunt iudæi, qui olim spe mercedis tēporalis seruiebāt Deo, & eius mandata obseruabant, attendentes illā Dei promissionem Esa. 1. Si me audieritis bona terræ comedetis. Et de facto quādiu obseruauerunt Dei pręcepta, abundauerunt panibus. i. temporali substantia. Filius aūt prodigus qui conqueritur de inopia famis populū Gētilem designat, qui olim fame peribat, eo qđ non habebat verū panē doctrinę salutaris seu sacræ script. qualem habebant ipsi iudæi. Sed quid factum est huic filio prodigo? Certe in aduentu Christi famelici saturati sunt, qñ. s panis sacri euāglij cępit porrigi populo Gentili ministerio Apostolorum, quem summa auiditate accepit, & sibi incorporauit.

Secundo mercenarij secūdū eandē gl. sunt Christiani, q spe mercedis & retributionis æternalis seruiunt Deo ieiunādo, peregrinādo, & alia sācta exercitia opere adimplendo, iuxta illud quod scriptū est in ps. Inclinaui cor meū ad faciēdas iustificationes tuas in æter

num propter retributionem. Et tales mercenarij abũdant panibus, videlicet gratiarum & virtutum, atque multiplicium meritorũ. Filius autem prodigus est miser peccator in peccatis suis perseuerans, qui fame perit quo ad animam quantuncunque lautè pascatur corporaliter.

Tertio mercenarij sunt viri docti & literati, qui spe mercedis æternalis insudãt die ac nocte circa studiũ sacræ script. & similiter qui alijs prædicant verbũ salutis, & tales abundant panibus. i. meritis, vel etiam internis consolationibus. Nam studium sacræ script. apud bene affectatum hoc habet propriũ, ꝙ reficit pariter & recreat interiorem homine, iuxta id quod scriptum est de viro literato Eccl. 15. Cibauit illũ dñs panem vitæ & intellectus. Qui aũt versatur circa humanas sciẽtias, circa poesim, circa leges, & artes liberales merito dicere potest cum filio prodigo. Ego hic fame pereo, eo ꝙ huiusmodi scientiæ magis inflant ventrem intellectus, quàm veraciter reficiant seu pascant. Et ideo recte cõparantur siliquis quas porci comedunt, & quibus filius prodigus cupiebat implere vẽtrẽ suũ. Nam sicut siliquæ, i. legumina sic dicta sunt interius vacuæ, exterius autem virides & pulchrę, sic etiã sciẽtiæ mundanę videntur quidem exterius pulchræ & delectabiles, quia interdum sunt de pane lucrando: interius vero paruam aut nullam vtilitatem afferunt nisi forte peccatum, propter abusum.

Quarto mercenarij sunt multi prælati Ecclesiastici qui intuitu mercedis tẽporalis magis quàm propter Deum aut animarũ suarũ, seu aliorum salutem, faciũt se ordinari & promoueri ad sacros ordines, ne. s. perdant beneficium iam susceptum, quod vacaret nisi infra tempus præfixum à iure facerent se ordinariũ. Et qa tales vt in pluribus potius querũt lanã & laç ouiũ suarũ, quàm earundẽ salutẽ, ideo bene mercenarij hic appellãtur. Pastor. n. in hoc differt à mercenario, quia ille querit ouiũ suarum commoditatem & vtilitatẽ, non autem earum substantiam temporalem, qua-

lis

lis erat Paulus, qui Corinthijs scribebat, di Non quero quæ vestra sunt, sed vos. 2. Corin. 12. Ille vero querit non animas, sed tēporalia lucra. Vnde Io. 10 ait Christus. Mercenarius, & qui non est pastor videt lupum venientē, i. aduersitatē aliquam supra gregē dominicū insurgentem, & fugit, eo ꝙ non pertinet ad eū de ouibus, i. non est illi curæ de salute ouium, sed bene pertinet ad eum de lana & lacte ouiū. Vnde cū alicui grosso millordo Ecclesiastico seu protonotario presentatur aliquod beneficium, mox inquirit quantum valeat in portatis. Non autē inquirit de quo sancto fundata est Ecclesia, vel quales sunt parrochiani. Sed vnū quemq; talem breuitatis causa remitto ad prophetā Ezechielem. 30. c. Qui si bene masticauerit quæ ibi scribuntur ad propositum, credo ꝙ habebit cor durius adamante, si non merito timuerit pelli suæ, & si non flectatur ad penitētiam & satisfactionem decōmissis. Ecce quales mercenarios habet hodie Ecclesia loco prælatorum. Pauper autem prodigus qui pascēdo porcos fame perit, recte designat capellanos & vicarios dictorum mercenariorum, qui tenent beneficia ad firmam tam altam, quod vix habent panē ad comedēdū, pro potu autem sepius aqua vtuntur. De vilitate aūt vestium talium taceo, quia satis liquet aperte ꝙ plerunquē vtiliter induuntur in diminutionem honoris status ecclesiastici. Sed quid est ꝙ pascunt porcos, nisi quia sunt plerunque absque literis, & ideo sæpe in administratione sacramenti confessionis vbi occurrunt casus graues & difficiles, faciliter expediunt, absoluentes à dextris & sinistris, à quibus possunt, & qbus nō, non discernētes inter lepram & lepram. Ecce quomodo pascunt porcos, i. subditos peccatores. Et quia in tali casu cœcus ceco ducatum præstat, ideo ambo in foueam cadunt. Matt. 15.

Quinto mercenarij sunt filij nobilium & diuitum seu consanguinei aut affines episcoporū, & cęterorū ecclesiasticorū prælatorū, q promoti ad clericatū etiā quantūcunq; sint indocti, seu ecclesiæ inutiles, nihi-

Dominus abundāt panibus,i.multitudine beneficiorū & prouentuum ecclesiasticorum.Quibus etiam adiungimus illos,qui obsequūtur magnatibus, similiter & q sequuntur curias regū, ac principū, sicut sunt plerique protonotarij.Quibus insuper patres fatimus multos iuristas pariter & medicos ad clericatum promotos,iuxta id quod metrice dicitur, & recitatur in gl. super procemium digestorū §.nos vero,super illo verbo doctissimi.Dat Galienus opes,dat sanctio Iustiniana.Ex alijs paleas,ex istis collige grana.Sed quid sibi vult.Ex aliis paleas, supp. collige?Certe significat, ꝙ promoti in alijs facultatibus siue artium , siue etiam theologiæ,communiter fame pereunt.i. multā penuriam quo ad temporalia patiuntur , quia vix possunt obtinere exiguū beneficiū aut præbendā,seu capellā. Quia si virtute pragmatice sanctionis,seu nominationis,conformiter ad rubr.de electionibus,ibidē cōtentam velint intrare aliquod beneficium simplex,vel cōpositum,tot inueniunt difficultates & processus,quod nisi fuerint multum astuti,post consumptionē modicæ substantiæ suæ ad parentum coguntur totum relinquere. Et ita hodie videmus verbum Christi impletu Luc.10.vbi ait.Omni habenti dabitur & abūdabit, ab eo autem qui non habet, supp.beneficium,& quod habet, videlicet ius prætensum vel acquisitum , auferetur ab eo.

Sexto mercenarij sunt multi religiosi reddituati,seu beneficiati,qui intrauerūt religionē talē forte vt laute viuerent siue vt priores aut abbates fierent,& forte pactione interueniēte,quod simoniacum est. Sicut de aliquibus vidimus qui vno & eodē die fuerunt ad habitū monachalē recepti , pariter & professi, & in crastino abbates creati. Nonne tibi videtur merito tales mercenarios debere vocari?Hi ergo abundāt panibus vtpote tenentes mēsam quasi regiam. Pauper aūt monachus qui portat pondus diei & æstus,merito potest interdū dicere.Ego hic,s.in cōmuni loco refectionis, fame pereo , eo ꝙ frequenter male prouidetur cōmunitati.

nitati. Opulenter autem mensæ domini abbatis, ita vt merito dici possit illud verbũ Apo. 1. Corin. 11. Vnus quidẽ esurit, s. monachus claustralis; alius autem, videlicet dominus abbas aut prior, ebrius est.

Septimo mercenarij sunt domini canonici, qui spe mercedis temporalis, & distributionum materialium veniunt ad ecclesiam, & ad horas canonicas quamuis breuem interdum residentiam in ipsis faciant. Nihilominus abundant panibus, tum quia grossum præbẽdæ magnum est aliquando, tum quia distributiones quotidianæ bonæ sunt. Pauper autem capellanus, q interest singulis horis à principio vsque in finem, merito dicere potest. Ego hic, i. in Ecclesia ista, fame pereo, quia vix habet panem ad edendum pro omni labore suo. Hoc idem etiam potest dicere pauper religiosus mendicus, qui multam penuriam patitur tam intus, quàm extra. Testis, est qui loquitur. Patet ergo multiplex expositio prædicti verbi.

Tertia ancilla per quã pater misericordiarũ reuocat pauperem filium prodigum, i. peccatorem ad suã misericordiam, vocatur Propositũ melioris vitæ. Hæc autem an cilla notatur in illis verbis filij prodigi dicẽtis. [Surgã, & ibo ad patrem meũ.] Ecce propositũ melioris vitę, & emendę pro futuro, Can. 3. Surgã, & circuibo ciuitatẽ, quęrens quẽ diligit aĩa mea. Hæc est igitur ancilla Dei, quæ reuocat peccatorẽ de peccato ad gratiam, de seruitute ad libertatẽ, de faucibus inferni ad ianuã Paradisi, de manibus, & laqueis diaboli in amplexus brachiorũ Dei. Et nota ꝙ multi peccatores dicunt cum filio prodigo. Surgã, & ibo ad patrẽ meũ, sicut sunt illi, qui interdum Deo miserante habent bonum pro positum, & initium virtutis, sicut cũ vsurarius proponit confiteri, & restituere acquisita per vsurã. Itẽ cũ concubinarius proponit eijcere ancillã. Itẽ cum superbus proponit humiliare statũ suũ, eo ꝙ nimius est. Item cum beneficiatus proponit residere super beneficiũ, & hmõi. Sed certe de multis dixerim, hoc totum est, quia raro sequitur effectus seu

execu-

executio boni propositi. Audiant ergo tales Chrysost. super Ioan. in prologo ita dicentem. Non solum nobis opus est voluntate. Neminem inquit noui, qui ad cęlum euolare nollet, re tamen ipsa oportet cōformare voluntatem. Et ibi dat exemplum de mercatore cupientem ditari, cui non sufficit solus animus, sed nauem parat cum omnibus requisitis ad nauigandum. Itidem inquit, & nos oportet voluntatem rei applicare. Et sic patet de secundo principali.

Tertio principaliter in præsenti euangelio fit mentio de amorosa, & iucunda receptione Dei miserantis, quo ad filium prodigum, i. peccatorem ad eum reuertentem Sed priusquam ostendamus modum quem pater tenuit in huiusmodi receptione, prius opus est describere modum, & formam, quam obseruauit dictus filius, & de comitatu, quem tunc secum habuit. Pro quo notandum, ꝙ cum prædictæ tres ancillæ patris cęlestis reuocassent eum ad domum patris, & de facto ad veniendum se præpararet, diuino nutu occurrerent ei tres egregiæ Dominæ, & quæ magnam auctoritatem habent in curia patris cęlestis. Quæ sciscitato ab eo ꝙ vellet redire ad patrem suum, cœperunt inde gaudere, & manibus plaudere, de hoc Deū laudātes, & illi dicentes, quòd libenter ipsum associarent, si modo vellet cuncta agere earū consilio. Quo respōdente, ꝙ sic, cœperunt sigillatim eum docere modum, quem tenere deberet cum ad patrem veniret.

Prima igitur domina vocabatur Oris cōfessio, quæ dixit ei. Quamprimum venies ad patrem tuū, humiliaberis corā eo, genua in terram flectendo, & humiliter dicendo. [Pater peccaui in cęlum, & coram te.] Cum ergo ille venisset ad patrem, fecit sicut edoctus fuerat à prædicta domina, & ait. [Pater peccaui in cęlū.] gl. interli. i. coram angelicis spiritibus, & sanctis aīabus. Vel [peccaui in cęlum] pro quanto terrena ꝓposui cęlestibus, visibilia inuisibilibus, & trāsitoria bonis perpetuò manentibus. Vel peccaui in cęlum, ponendo quantum in me fuit terram sursum per amorem tem

poralium

poralium ſuper omnia, & cęlum deorſum per contẽptum,& negligentiã cęleſtium,& æternorum. Cum tamen ſcriptura dicat Pro. 25. Cęlum ſurſum, ſupple per amorem,& terra deorſum, per contemptum . Sed heu quid mihi eſt in cęlo, & à te quid volui ſuper terram? Quid dicat. Valde ſtultus fui relinquendo, & contemnendo tam magnum bonum pro tam exiguo, & modico. Ideo peto veniam dicens, Peccaui in cęlum. Sequitur. [Et coram te] qui omnia vides. Heb. 4. Omnia nuda ſunt, & aperta, &c. Et Boe. de conſol. lib. 5. proſa. 6. Magna inquit vobis eſt ſi diſſimulare non vultis, neceſſitas indita probitatis, cum omnia, &c.

Secunda domina vocabatur Cordis contritio, quæ ſimiliter dixit filio prodigo. Iſtud eſt conſilium quod tibi do, veniens enim ad patrem tuum proſternes te ad terram, donec erigat te, & dices ei. [Pater iam nõ ſum dignus vocari filius tuus.] Veniens ergo dictus filius ad pedes patris ſui,& veniam ex corde querens ait illi. [Pater iam nõ ſum dignus vocari filius tuus.] Et hoc propter multa. Primo quidem, quia à te proterue receſſi, vnde plurimum te contriſtaui, & ſignanter cum nullam occaſionem dederis mihi à te recedendi. Hoc autem non debet facere bonus, & ſapiens filius, quinimmo filius ſapiens lætificant patrem. Prouer. 10. Secundo, quia magnam portionem ſubſtantiæ tuæ, quam dediſti mihi, prodige viuendo cum meretricibus conſumpſi. Hoc autem debet facere verus filius naturalis tanti patris. Tertio quia vilem ſeruum diaboli me cõſtituit, & illi homagium fecit. Hoc autem grauiſſimum eſt coram oculis tanti patris. Ecce ergo quare non ſum dignus vocari filius tuus.

Tertia domina vocabatur Voluntaria ſatisfactio, quæ ſimiliter dixit ei. Quãprimũ acceſſeris ad patrẽ tuũ,& eum humiliter ſalutaueris, offer te ad omnem bonã rationem,& ſatisfactionem, dicens illi [Fac me ſicut vnũ de mercenarijs tuis.] Veniens ergo ille fecit ſicut edoctus fuerat,& dixit patri. [Pater fac me ſicut vnũ,&c.] Ac ſi aperte diceret. Ecce ego me offero ad

omnem

omnem satisfactionem possibilem, & qualē mihi imponere volueris. Et hoc est quòd dicit Augu. de pœn. di. 5. consideret. Ponat inquit se pęnitens omino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil sibi reseruans sui, vt omnia eo iubente paratus sit facere pro recuperanda animæ vita, quæcunque faceret pro euitanda corporis morte. Hæc ille.

His ergo præmissis ex parte filij prodigi ad patrem redeuntis, consequenter videndum est quomodo eum receperit pater. Notandum ergo iuxta textum euangelij, quòd ipsum recepit tripliciter.

Primo quidem velociter [Nam cum adhuc longe esset, occurrit ei pater.] Per quod designatur quanto affectu desiderat dominus nostram conuersionem, in hoc scilicet ꝙ præuenit nos. Psal. Misericordia eius præueniet me. Super quo Aug. dicit, ꝙ misericordia Dei præuenit nos, vt velimus bonum. Rogare ergo debet Deum peccator ad ipsum redire volens, & dicere illud psal. Exurge in occursum meū, & vide, supple pium desiderium meum quod habeo de redeūdo ad te. & nota, quòd in reditu filij prodigi ad patrem misericordia, & veritas obuiauerūt sibi. Misericordia quidem ex parte patris, qui accurens osculatus est eū. Veritas vero ex parte ipsius filij dicentis. Pater peccaui in cœlum, & coram te. Iam non sum dignus vocari filius tuus. Ecce vera veritas.

Secundo pater recepit filium suū honorabiliter dicens ad seruos suos [Cito proferte stolam primā, & induite illū, & date ei anulum in manu, & calceamenta in pedes.] Per hoc autē significatur, ꝙ præcedētia merita restituuntur peccatori ad Deū per pœnitentiam redeunti. Et in hoc facto apparet maxima Dei misericordia, bonitas, & liberalitas, qui iuste potest dicere omnibus vere pęnitētibus eos consolando illud Luc. 21. Capillus de capite vestro non peribit, i. minimum opus vestrū prius factū in gratia, quātuncunq; postea ꝑ sequens pct̄m fuerit mortificatum, tamen vobis redeuntibus ad me per veram pęnitentiam non peribit,

sed

sed illud vobis restituã, Psal. Folium eius non defluet:

Tertio pater recepit filium suum lætanter, dicens ad seruos suos. Adducite vitulum saginatum, & occidite, vt manducemus, & epulemur. Ibi etiam audita est symphonia, & chorus signa lætitiæ. Et hæc omnia fecit fieri pius pater propter aduentum, & regressum filij sui. Per hoc autem designatur gaudium quod hñt angeli Dei super vno peccatore pœnitentiam agente Luc. 25. Vnde Greg. hom. 34 dicit, ꝙ maius gaudiũ fit in cœlo de peccatore conuerso, quàm de stante iusto. Et ibi dat exemplum de duce belli, qui plus diligit illum militem, qui post fugam reuersus hostem fortiter prẹmit, quàm illum qui nunquam terga vertit, & qui nunquam aliquid fortiter fecit. Similiter, inquit, agricola plus illam terram diligit, quæ post spinas, vberes fruges profert, quàm eam, quæ nũquã spinas habuit, & nunquam fertilem messem produxit. Hæc ille. Ecce igitur audistis charissimi quomodo, & qualiter exultare facimus sanctos Dei angelos qñ cõuertimur ad veram pęnitentiam. Caueamus igitur ne eosdẽ contristemus redeundo ad vomitũ, sed in dicta conuersione perseueremus, atq; proficiamus vt augeamus eorũ lætitiã, & tandem ad ipsorum peruenire valeamus societatem. Quam vobis concedat qui, &c.

DOMINICA TERTIA QVADRAGESIMAE.



RAT Iesus eyciens dæmonium, & illud erat mutum. Luc. 11.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de iure deliberandi. l. scimus, dicit, quòd miles magis debet scire arma, quàm leges. Casus est talis. Est aliquis vir multum nobilis, vtpote Baro vel Comes, vnicum habens filium, quem intendit habere hæredem, & quem etiam tempore suo intendit ponere in

seruitio imperatoris vel regis ad defensionẽ reip. Est ergo qō si dictus nobilis debeat nutrire filium suum toto tpe suæ iuuentutis in studio literarũ, & postmodum ipsum iã grandæuũ offerre principi ad artem militarem exercendam. Respondetur, ꝙ non, sed debet instrui statuto tempore in arte militari, quia vt dicit lex prædicta, Miles debet magis scire arma, quàm leges. Et ideo talis debet quandiu iuuenis est, assuescere arma, & militiam, vt sit in posterum habilior ad defendendam rempublicam.

Moraliter, sicut duplex est malitia, s. corporalis, & spũalis, ita etiam duplices sunt milites, videlicet corporales, & spirituales, visibiles, & inuisibiles. Sed primis omissis dicendũ tñ erit de secundis. Isti ergo iterum sunt duplices, secũdum, ꝙ duplex est rex, scilicet Christus, & diabolus. De diabolo quidẽ scribitur. Iob 41. ꝙ ipse est rex super omnes filios superbiæ. Et iste rex habet multos milites sub se. & militãtes sub vexillo suo, qa reuera multi sunt superbi, & elati, et multo plures quàm humiles. Vñ admiratiue possumus dicere illud Iob 25. Nunquid est numerus militũ eius? De Christo vero scribitur Apoca. 19. quod ipse est rex regum, & dominus dominantium. Et huius regis iterũ sunt duplices milites Primi quidẽ vocãtur milites honoris, quales sunt sancti angeli, q semel præliati sunt cũ dracone infernali, qui & pualuerũt. Apoc. 12. Nũc autẽ assistunt honorifice regi suo Christo in cęlo. Tales etiã milites honoris sunt omnes beati regnantes cũ Xpo. Alij vero vocãtur milites laboris, quales sunt omnes iusti viatores, qui hñt multa & pati, & sustinere, in præsenti, pugnando nũc contra mundũ, nũc cõtra carnem, nũc contra dæmonẽ. Pugna contra mundum est valde periculosa propter illius cauillositatẽ, & astutiã seu fraudẽ. Propter quod Aug. ad fratres in eremo. ser. 21. qui intitulatur de fallacia mundi, vocat eum proditorẽ, eo quod multa bona promittit, sed cuncta mala affert. Promittit enim vitã quietã, & gaudium, sed donat mortem, turbationem, & męrorẽ. Et

ideò

ideò ibi concludit Aug. ꝙ ipse mundus est periculosior blandus, quàm molestus. Pugna etiam contra carnem est valde periculosa, & signanter propter illius cõtinuitatẽ, & proximitatem. Propter, ꝙ dicit August. in libello de honestate mulierum, ꝙ inter oĩa Christianorum certamina, sola dura sunt prælia castitatis, vbi quotidiana pugna, & rara victoria. Pugna similiter contra diabolum est valde periculosa, & signanter propter illius fortitudinem. Iob 9 Si fortitudo quæritur, robustissimus est. Patet ergo quam bene scriptũ est Iob 7. ꝙ milia est vita hominis super terram. Ad propositum ergo legis propositæ descendentes, dicimus, & magis expedit militibus regis regũ Iesu Christi scire arma, quàm leges, vtpote modum pugnandi contra mundum per contemptum terrenorum, contra carnem per castitatem, contra superbum diabolum per humilitatem. Hæc enim tria, s. contemptus terrenorum, seu liberalitas, castitasq́;, & humilitas, multũ iuuant, & prosunt ad salutem, & ad resistendum tribus aduersarijs prædictis, magis quàm leges, & scientiæ humanæ. Maxime cum dicat Apost. 1. Cor. 8. ꝙ sciẽtia inflat. glo. interl. si sola est. Vnde ad ꝓpositum satis dicit Hiero. 3. parte epistolarum suarum, epistola 7. ꝙ multo melius est rusticitatẽ sanctã habere, quàm eloquentiam peccatricem, Exercitemus igitur nosipsos charissimi in isto bello contra prædictos tres hostes animarum nostrarum, & signanter contra dæmones, quia vt dicebat sanctus ille pater monachorũ Antonius, exercitatos ad supplantandũ habemus inimicos. Et Paulus Ephe. 6. Non est, inquit, nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ. glo. interli. i. aduersus hoĩes, qui sunt fragiles, & visibiles, sed aduersus principes, & potestates qui sunt fortes, & inuisibiles, vt dicit eadẽ gl. aduersus mundi rectores tenebrarũ harũ. i. aduersus dæmones rectores hominum mũdanorum ambulantium in tenebris peccatorum suorũ. Et ideo inquit Paulus ibidem, accipite armaturam Dei gl. interl. i. virtutes, quibus Deus armat suos milites. Et de

ista

ista pugna tertia loquitur Christus in præsenti euangelio, cum ait. [Dum fortis armatus custodit atrium, in pace sunt omnia, quæ possidet: Sed cum fortior eo surrexerit, tunc aufert, &c.]

SECVNDA INTRODVCTIO EX EPIST.

Omnis fornicator, & immundus non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Ephesi. 5.] Scribitur extra de bigamis nō ordinandis c. 1. quòd incipit vt bigami, ꝙ bigami prohibentur ne ad ordinem ascendant. Casus est talis. Sortes habuit duas vxores, cum quibus forsan nunquam habuit pacem. Post mortem igitur secundæ considerans apud semetipsum quantum periculum illi immineat tertiò contrahendo, vult promoueri ad sacros ordines, maxime cum sit sufficienter literatus. Quæritur vtrum hoc possit. Respondet concilium Aurelianēse per dictam decretalem, ꝙ non, quinimmo, vt dicitur extra de bigamis, in nouellis Grego. X. c. alterationis. bigami clerici ipso iure cadunt à priuilegio, tonsura, & habitu clericali. Prædictam etiam decretalem confirmat id, quod habetur. 32 distin. feriatim. Vnde dicitur, ꝙ bigami ad subdiaconatū pròuehi non possunt. Idem etiam habetur 31. q. 1. quomodo.

Moraliter sicut bigami secundū iura dicūtur illi, qui bis aut pluries contrahunt, ita etiā apud Deū illi reputantur bigami, qui bis, tertio, aut quarto redeūt ad peccatū. In die ergo iudicij cū summus ille Pontifex Christus venerit ad vallem Iosaphat celebraturus generales ordines, deputando electos ad diuersos ordines angelorū pro differētia meritorū, ꝑdicti bigami nō poterunt ad dictos ordines promoueri nisi forsan fuerit cū eis dispensatum per sedem apostolicā, i. per sacramentalem absolutionem, quæ principaliter fit à Christo. Quid ergo fiet de talibus bigamis? Profecto illi confusibiliter detrudētur vbi nullus est ordo, sed sēpiternus horror inhabitat. Nam sicut bigamus perdit priuilegiū clericale, & efficitur de foro ciuili, ita etiā miseri peccatores, & signāter fornicatores, & adulteri, qui diuidunt corpus suū, nunc commiscendo cum

soluta,

soluta, nunc cum vxorata efficiuntur de foro ciuili, i. diaboli, & perdunt priuilegiũ clericale, i. priuilegium illud quod prius habebant per gratiam baptismalem ad regnum cœleste. Et hoc est quod ait Apost. in epistola hodierna, ũ inqt. Omnis fornicator, aut immundus non habet hæreditatem in Regno Christi & Dei.

PRO EADEM DOMINICA DE EVANG.

Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia quæ p. Luc. 11.] Scribitur extra de constitutionibus c. q̃ in ecclesiarum, quòd vasallus feudum alienare non potest sine consensu domini sui. Et nota quòd decretalis principaliter loquitur de feudo ecclesiastico. Casus est talis. Sortes tenet quasdã possessiones alicuius abbatiæ, aut capituli ad certum censum perpetuum. Postmodum videns ꝙ quædam aliæ possessiones sunt sibi vtiliores, permutat cum possessore earum. Quæritur vtrũ hoc possit licite facere. Respõdet Innoc. III. per præallegatam decretalem, ꝙ non potest hoc facere sine cõsensu principalis domini, aut ecclesiæ, cuius est vasallus ratione talis feudi.

Moraliter nos sumus omnes vasalli Dei & feudatarij, quia quicquid habemus, siue illud sit corpus, siue anima, siue temporalis substantia, hoc totum habemus à Deo: & per modum feudi illud tenemus. Propter quod dicebat Apo. 1. Cor. 3. quid habes quod nõ accepisti? Et ideo de omni eo quod habemus, tenemur facere homagium Deo. De anima quidem per deuotam orationem, & promptam obedientiam. De corpore vero per ieiunium & carnis macerationem. De rebus autem exterioribus per eleemosynarum largitionem. Sed profectò pauci sunt veri vasalli, & feudatarij Dei Nam secũdum leges imperiales in omni feudo facta inuestitura requiritur iuramentum fidelitatis sub hac forma, vel simili. Ego talis iuro ad sancta Dei euangelia quòd amodo ero fidelis tali, vel tali sicut vasallus debet esse dño suo, & quòd nunquã me armabo contra eum. Sed proh dolor penè oẽs Christiani cũ veniunt ad annos discretionis, frangunt

fidelitatem Christo in baptismo promissam, & se adiũgũt aduersario suo diabolo, quasi dicentes. Volumus hũc regnare super nos. Multi ẽt armãt se armis malitiæ & nequitiæ contra eundem supremũ dominum, vt sunt blasphemi, periuri, mẽdaces, detractores, susurrones, & similes. de quibus in ps. Dentes eorũ arma, & sagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Et ideo oẽs tales merẽtur amittere feudũ suũ, i. corpus & animã. Teneamus ergo charissimi fidelitatẽ præstitam in baptismo domino nostro naturali, s. Iesu Christo, & non declinemus ad partem aduersarij sui, quẽ idẽ Christus in præsenti euangelio vocat fortem armatũ. De quo etiam postea dicit. Qui non est mecum, contra &c.

In præsenti ergo euãgelio de tribus principaliter fit mẽtio, videlicet De diuina potẽtia insuperabili. In principio euangelij. De diuina sapientia imperscrutabili. ibi. [Vt aũt uidit cogitationes &c.] De humana excellẽtia cõmendabili. ibi. [Beatus venter qui te &c.]

Primo igitur fit mentio &c. Pro quo notandum ꝙ vt refert Lucas in prænsenti euangelio, Christus valde excellenter & manifestè declarauit suam omnipotentiam, plura magnalia operando circa vnum & eũdem hominem, cum ait. [Erat Iesus eijciẽs dæmoniũ, & illud erat mutum]. i. reddens hominem mutum, vt dicit interli. Mat. autem 12. dicitur, ꝙ dictus homo erat cœcus. Marcus vero addit quòd erat surdus, vt patet Marc. 9 Quatuor ergo signa magna in vno & eodẽ homine perpetrata sunt. Cęcus videt, surdus audit, mutus loquitur, possessus à dæmonio liberatur. [Et cum eiecisset dęmonẽ locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ]. i. simplices & minores. Maiores vero, vtpote scribæ & pharisæi calumniabantur miraculum, & blasphemabant Christũ, dicentes. [In beelzebub principe dæmoniorũ.] Non mirum autem si tales sic loquebantur de Christo, quia vt dicit Seneca epist. 11. Malus omnia in malũ vertit. Quis aũt fuerit iste Beelzebub princeps dæmoniorũ saltem secundũ opinionẽ Iudæorũ, pertransco propter vitandum prolixitatem,

Sed

Sed vide si vis super glo.ord. Sequitur [& alij tentātes signum de cęlo quęrebant ab eo] Sed quale signū? Forte terribilia & insolita tonitrua sicut factum est tempore Samuelis 1 Reg. 12. Vel descensum ignis de cęlo, sicut factum est tempore Heliæ 3. Reg. 18. Itē 4. Reg. 1. Vel descensum mānę de cœlo, sicut factum est tempore Moysi Exod. 16. Vel stationem solis sicut factum est tempore Iosue. Eiusdem 10. Vel retrogradationē ipsius solis sicut factū est tēpore Ezechiæ, Esa. 38. Vel descensum lapidum de cœlo, sicut factū est tēpore prædicti Iosue. Eiusdem 1. Vel sonitum equorū, & curruū per aerē, sicut factum est tēpore Helisei super castra Assyriorum oppugnātiū Samariam 4. Reg. 7. Hæc igitur signa, vel his similia quęrebant iudæi à Christo, quorum proprium est signa quęrere, prout ipse improperauit eisdem Ioann. 4. dicens. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Et quia Christus non faciebat similia signa prioribus, de quibus loquitur scriptura sacra, quamuis multa alia faceret, ideo ipsum reprobabant iudæi, dicentes illud psalm. Signa nostra non vidimus, sup. ab isto homine fieri. Non. n. fecit descendere ignē de cęlo, neque manna, lapides, neq; fecit stare solem, aut retrocedere; & sic de alijs, de quibus dictum est, ideo iam non est propheta, sup. ille magnus, qui venturus est in mundum, æstimandus à nobis. Et sic de doctore prophetarū loquebatur falsorum vesania iudæorum.

Queri autem pōt iuxta literā, cur in istis tribus dñicis primis Quadragesimæ sit mētio de diabolo in euāgelio. Nā in euāgelio primæ dñicæ legitur, quod diabolus tētauit Xpm. Similiter in euang. dñicæ secūdæ legitur, quō ipse diabolus vexabat filiam mulieris Cananeæ. In euang. aūt hodierno habetur, ꝙ possidebat hominē quē mutū reddebat, vt iam dictum est? Rñdeo hoc ideo ordinauit ecclesia ad significandum ꝙ diabolus plus tentat homines in Quadragesima, & similiter in die ieiunij, quàm alijs tēporibus, quia forte inuidet sanctitati tēporis, & bonis operibus, quæ fiūt in

die ieiunij, aut quia tunc videt multos exire laqueos suos per pęnitentiā & confessionem, quàm alijs tēporibus totius anni. Hoc.n. proprium habet ipse diabolus ꝙ maxime illos tētat, qui sunt Deo familiariores & in eius seruitio deuotiores, vt notatur 3.q.1. nulli. Et ideo bene admonet scriptura unumquemque poenitere volentem, dicens illud Eccl. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in timore, & praepara animā tuā ad tentationem. Da exemplum de custode carceris currere post captiuum exeuntem. Item de cane currente post prędam semel de ore suo elapsam. In huius etiam figuram legitur Exod. 14. ꝙ cum filij Israel exirent de terra Aegypti, & de seruitute durissima Pharaonis, leuantes oculos suos viderunt Aegyptios post se, & ideo timuerunt valde. Applicatio est facilis ex dictis. Et est hic notandum, ꝙ ipse diabolus tempore quadragesimae specialiter tentat homines de tribus peccatis. Primo quidem de peccato cordis, per iram & rancorem, per impatientiam & huiusmodi. Et ista tentatio significatur per filiam mulieris Cananeae, quę in domo matris possidebatur à dęmone, & male vexabatur ab eodē. Secundo verò de peccato oris, per lites & iurgia, per mendacia & periuria, per detractiones & oblocutiones, & huiusmodi. Et haec tentatio significatur per illum daemoniacum, de quo in praesenti euang. legitur, qui tandem locutus est. Tertio autem tētat de peccato operis, vtpote de furto & rapina, de ludis quibus innititur sors, de luxuria, & crapula, & huiusmodi. Et haec tentatio significatur per tentationem Christi in deserto.

Moraliter notandum conformiter ad gl. ord. ꝙ iste dęmoniacus significat quemlibet peccatorē, circa quē operatur diabolus spiritualiter, quicqd fuit in ipso dę moniaco corporaliter. Vt n. prius dictum est, iste daemoniacus erat mutus, coecus, surdus, à daemonae possessus. Sic & ista quatuor patitur peccator spiritualiter. Primo nēpe peccator efficitur mutus à laude diuina. dſ. Os habēt sup. peccatores, & non loquentur, s. laudes

des Deo decãtando. Quis si peccator aperuerit os suũ ad Deum laudandum, hoc parum est, quia nec Deo gratum, nec sibi meritorium vitæ æternæ, eo ꝙ non est speciosa laus in ore peccatoris, Eccl. 15. Nam qui Deũ orat, nec à peccato cessat, similis est illi qui principem salutat verbo, sed irritat facto. Item peccator est mutus quo à se, eo quòd frequenter non audet cõfiteri peccata sua, diabolo eum ad hoc impediente. Sicut enim lupus inuadens ouẽ aut porcũ, primo stringit guttur illius, vt nõ clamet, sic & diabolus stringit guttur & claudit os pctõris, vt non clamet in cõfessione. Insuper repræsentat corã oculis pctõris cogitãtis confiteri, ignominiam & enormitatem scelerũ suorũ, vt sic erubescat illa confiteri, quasi in hoc faciens restitutionem dicta enormitatis culpæ, quam ab ipso peccatore abstulerat cum eum ad peccatum traxerat, quasi dicens illi. Quid uis facere? Si enim confitearis tale, vel tale peccatum, tu es perpetuo diffamatus apud confessorem tuum, qui bona sentit de te. Et ideo expecta ad aliud tempus hoc, vel illud confiteri. Forte veniet aliquis prædicator, qui te non cognoscet, & cui audacter confiteri poteris. Vel forte venient aliquæ indulgentiæ ad quas curres, & ibi presbytero ignoto confiteberis. Et sic per tales astutias reddit diabolus multos mutos in confessione, quam faciunt corã proprio sacerdote, & signanter mulieres, quæ lapsæ sunt in peccatum carnis.

Secundo vero peccator efficitur cœcus. Facit.n. diabolus circa hominem peccatorẽ spiritualiter, quod facere solet coruus circa hominem suspẽsum corporaliter. Iste enim primo ab eo aufert ambos oculos ne ipsum videat, & se ab eo defendat. Sic ille ab hoĩe peccatore aufert ambos oculos interiores. Primo quidẽ oculum dextrum, vt nõ aduertat quanta bona peccãdo miserabiliter amittit. Secundo vero sinistrum, vt non recordetur iustorũ iudiciorũ Dei, neque similiter videat quanta mala incurrit peccãdo. Bene ergo scriptũ est de qibus peccatoribus Sap. 2. Excæcauit eos mali

tia eorum,& nescierunt sacramenta Dei,i.illa grãdia & occulta præmia, quæ præparauit Deus diligẽtibus se,[neq; sperauerunt mercedẽ iustitię].i.nõ considerauerunt horrẽda & stupẽda supplitia, quæ pro omni mercede illis ꝑparauit diuina iustitia in inferno. Ecce quõ peccatores sunt vtroq; oculo mẽtis excœcati. Sed ꝙ deterius est,de hoc non aduertunt,neq; ita esse credunt,aut recognoscere volũt, in hoc aliquo modo similes uxori Senecæ,de qua idem Senec.epist.50. dicit sic, Harpastes uxor mea fatua subito desijt uidere, incredibilem rem mi Lucilli tibi narro,sed uerã. Ne scit enim se esse cęcam. Pedagogum suũ rogat ut migret,di.domũ tenebrosam esse.Deinde subiungit,dic. Hoc autẽ quod in illa ridemus,multis accidit. Nemo enim se auarum intelligit , nemo cupidum , sed dicit vnusquisque.Nõ ego ambitiosus sum,sed nemo aliter Romę viuere põt Nõ ego sumptuosus su,sed vrbs ipsa magnas exigit impensas.Non est meum vitium,quod iracundus sum ,aut lubricus , sed hoc adolescentia facit. Deinde concludit,di. Difficulter ergo ad sanitatẽ peruenimus, quia nos ægrotare nescimus . Hæc ille. Ecce quomodo peccator est cœcus .

Tertio autem peccator est surdus,& præsertim quo ad diuina,& salutaria,quæ negligit,aut non vult audire.Quinimmo quandoq; talia contemnit audire, siue sint prædicationes , siue salubres exhortationes , siue sancta, & recta consilia aliorum, Psal. Aures habent , sup.peccatores, & non audient.sed prædicta,aut similia . Et in hoc sunt similes aspidi surdæ,& obturanti aures suas,ne exaudiat uocem incantantium.Pro quo notandum , quòd natura,& astutia aspidis,i.serpentis sic dicti,talis est. ꝙ quamprimum uidet hominem incantare eam volentem , ne vocem ipsius audiat, mox vnam aurem affigit terræ , alteram uero obturat sum mitate caudæ suæ . Sic in proposito est de peccatoribus,de quibus merito potest intelligi illud quod præmittit Ps.ad prædicta verba de aspide,dicens,Furor illis secundum similitudinẽ serpentis.Quasi diceret. Si

quis

quis prædicator veritatis aut prælatus attentet reprehēdere insolentias, & peccata multorū, & signanter maiorum, vtpote prælatorū Ecclesiasticorū, dominorū temporaliū, seu officiariorum publicorum etiā vtriusque curiæ, siue etiam diuitum & potentium huius seculi, aut virorum litteratorum, mox incipiunt furere ad modum aspidis, & venenum suum effundere aduersus eū. Et de hac historia legitur Mar.6. de Herode qui furens ad modū serpentis, venenum suū effudit aduersus beatum Ioannē Bapt. eumq; decollari fecit, eo quod reprehenderet eū de incęstu. Ita & adhuc hodie prædicatores veritatis si contingat eos tangere & carpere vitia prælatorum, statim audiunt nuncium dicentem. Citeris corā nobis &c. Si officiarij fuerint regis forte exulantur ad sonitum tubæ, aut forte nocturno tpe mittuntur cū modica tela ad piscandū pisces in profundis aquarū, & huiusmodi. Tales etiā ad instar aspidis obturant aures suas ne audiant vocē incantantiū, i. prędicatorum. Vnā quidē obturant terra, id est solicitudine nimia tēporalium, quia dato ꝙ assistant interdum prædicationi, vt tamen aduertūt ad ea quæ dicuntur. eo ꝙ habent cor suum versatū circa temporalia. Aliam vero aurem obturāt cauda, i. spe diu viuendi, dicentes apud se, ꝙ nondum aduenit tempus ieiunandi, aut eleemosynas dandi, seu testamentū cōdendi, siue etiam aliena restituendi, & huiusmodi. Bene ergo ad propositū de cœco & surdo loquitur Dñs Esa.42. dicens, Quis cœcus nisi seruus meus? & quis surdus nisi ad quem nuncios meos misi?

Quarto & vlt. peccator est dæmoniacus. Nā oēm talē possidet diabolus interius in anima tanquam proprium seruū, & trahit ac ruere facit de peccato in peccatū 2. Pet.2. A quo quis superatus est, huius & seruus est. Solet.n dæmoniacus ligari, furere, clamare. Sic & peccator est ligatus ꝓprijs peccatis. iuxta illud ps Funes peccatorū circūplexi sunt me. Itē furit frequēter per iram & impatientiam. Item sæpe clamat iurando, peierando, & nomen domini blasphemando. Patet er-

go quomodo per peccatum efficitur ſpiritualiter mutus, cœcus, ſurdus, dæmoniacus. A tot igitur & tantis malis, libera nos domine.

Secundo principaliter in præſenti euang. fit mētio de diuina ſapientia imperſcrutabili, quæ declaratur cū ſubditur de Xp̄o. [Vt autē vidit cogitationes eorū, dixit eis, Omne regnū in ſeipſum diuiſum &c.] Vbi nota ſecundum glo. ordin. ꝙ Xp̄s in hoc ꝙ nō rn̄dit ad verba iudæorū, ſed ad cogitationes eorū, dedit certum ſuæ diuinitatis ſignum, in hoc.ſ.ſecreta cordium rimator. Hoc.n.ſibi dominus tanquā proprium reſeruauit, vt cogitationes intueatur, & iudicet,ſ.ſingula ſingulorū, quia vt dicit do. Hugo card. in poſti. ſua, homines poſſunt cognoſcere quaſdam aliorum hominū cogitationes: de quibus etiam agnoſcendis populo cō poſuit vnum lib. Vnde & Sap.7. dicit, ſapiēs, ꝙ Dn̄s dedit illi ſcientiam cognoſcendi cogitationes hominū. Quòd verbū exponens de Lyra, dicit, ꝙ humanæ cogitationes poſſunt dupliciter cognoſci. Vno modo certitudinaliter, & ſic non poſſunt cognoſci niſi diuina reuelatione. Alio modo ꝑ cōiecturā, videlicet ex ſignis exterioribus, & ſic homines ſapientes frequenter cognoſcunt cogitationes aliorum, videlicet de ipſis coniecturando per huiuſmodi ſigna. Poſtquā ergo oſtēdit iudæis ſuam ſapientiam imperſcrutabilem, in hoc,ſ. ꝙ cognouit cogitationes eorum, conſequenter oſtendit illis fortiſſimis & pluribus rationib. ꝙ non in beelzebub principe dæmoniorum eijciebat dæmonia, ſicut illi falſo intra ſe iudicabant: hoc autē probat quatuor modis, ſecundum quod ſunt quatuor ſpecies argumentationis, quæ ſunt ſyllogiſmus, inductio, enthymema, exemplum.

Primo igitur arguit contra eos ſyllogiſticè & hoc ſic [Oē regnū in ſeipſum diuiſū diſolabitur, & domus ſupra domū cadet.] Ecce maior. Minor aūt quę implicite cōtinetur in textu eſt talis. Sed ſic eſt ꝙ regnū ſathanæ. i. ptās eius non deſolatur neq; cadit, quinimmo ſtat & ꝑſeuerat atq; in dies magis ac magis augetur

tur.Ergo falsum est,ꝙ regnum eius sit diuisum. Esset autem regnum Sathanæ diuisum, si in Beelzebub principe dæmoniorũ eijceret dęmonia, quia sic vnus diabolus alteri aduersaretur:ergo falsum est,quòd in Belze ub principe dæmoniorum eijcio dæmonia.

Moraliter.Notandum iuxta prædictum verbũ.[Oē regnum in seipsum diuisum, &c.] quòd quadruplex est regnũ videlicet cœleste.ecclesiaste,spirituale, secundum, ꝙ quadruplex est sensus sacræ scripturæ, videlicet anagogicus,allegoricus,moralis,literalis. Primum regnum voluit diuidere lucifer, qñ voluit esse similis altissimo, ita vt quasi essent ibi duo reges,s. Deus,& lucifer,& ꝙ quilibet ibi haberet subditos,videlicet Deus humiles,& mansuetos:lucifer autem elatos,& superbos.Sed non præualuit lucifer. Quinimmo tanquam schismaticus,& totus seditiosus, de prædicto regno expulsus est vnà cum sibi adhe tibus. Sicq; regnum permansit vsque hodie,& deinceps integrum,& indiuisum. Illic ergo non peruenient neque habitabũt viri schismatici,monopoliatores,superbi,& arrogantes,sed tandē descendent cum suo rege in infernum.Secundum regnum,videlicet ecclesiæ militantis voluerunt olim diuidere hęretici,qui multi erant, vt patet 24.q.3 quidã autē hæretici. vbi enumerantur octoginta differentiæ hęreticorum,præter,eos qui postea surrexerunt. Nihilominus dicti hæretici quãtuncũq; multi, & acuti non potuerunt prædictum regnũ diuidere,eo ꝙ habet optimum protectorem Xp̃m, qui dicit Mat.28. Ecce ego vobiscum sum vsq; ad cõsummationem seculi. Hoc etiã præfiguratũ fuit in tunica Christi inconsutili,quæ diuisa non fuit.Tertiũ regnũ quod est spirituale,certe intra nos est.Nam in homine est intellectus tanquam rex, & voluntas tanquam regina.Sæpe autem diuiditur istud regnum,ꝙ fit quotiens intellectus bñ,& recte iudicat de agendis, & voluntas peruersa elegit.Quartum regnũ,quod est temporale.multum appreciatur, multum appetitur,& ꝓ eo assequēdo mortales homines multa pati sunt parati.

ti. O quot millia hominū interdū moriūtur in bello quod geritur pro adoptione regni tēporalis. O quot virgines stuprantur. O quot ecclesiæ violantur, & spoliantur. O quot homines ad pauperiem, & inopiam deducuntur. Et breuiter pene infinita mala hac occasione committuntur. Hiusmodi autem temporale regnum si semel fuerit intra se diuisum, siue per bella intestina, siue ꝑ partiales, siue per ambitionē principādi in populo, desolabitur, & domus supra domum cadet propter ruinam inde sequentem, siue secuturam. Et de hoc historiam habemus 3. Reg. 12. in regno Israel, quod post mortem Salomonis fuit in duas partes diuisum. Nam vnam partem habuit Roboan filius ipsius Salomonis, reliquā vero, & maiorem occupauit Hieroboam filius Nabal. Ex qua quidem partitione, & diuisione quot & quanta mala secuta sint, longum esset enarrare. Item legitur 1. Mach. 1. ꝙ Alexander Magnus in extremis agens apud Babiloniam, noluit monarchiam suam in filium transferre, ne, s. apud posteros par illi in potentia, & virtute legeretur. Sed instituit successores sui imperij 12. viros, quos socios in iuuentute habuerat. Hæc tamen ordinatio non stetit Nam tantum quatuor ex illis regnauerunt, sibi inter se monarchiam diuiserunt, vnoquoque diadema capiti suo imponente. Sed quis enumerare posset quot mala postmodum secuta sunt. Similiter legitur in chronicis regum Francię Guaguino referente, ꝙ Glodoueus q primus inter reges Christianos regnauit in Frācia, quatuor filios habuit, quorū qlibet regiū diadema sibi imposuit Nam vnus dictus est rex Aurelianen. alter Parisien. alter Suession. alter Meten. Nec multo post grauissima bella inter eos orta sunt, quæ causa desolationis, & ruinæ totuis regni extiterūt. Ecce qūo oē regnum in seipsum diuisum desolatur. Nec certe verbū Christi solū habet verum de regno, verumetiam de oī congregatione aut politia humana. Nā si aliqua ciuitas fuerit in se diuisa, siue collegiū, aut domestica cōgregatio, consequens est vt cito labatur, & ruat. Et

hinc

hinc est, q videmus magnas domos diminui, & quasi ad nihilũ redigi pp diuisiones, & partialitates, quæ sępe post mortẽ patris suscitantur inter fratres. E contrario aũt videmus illas domos familias ꝓsperari vbi regnat pax, & vnitas, propter q dicebat psal. Ecce quã bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.

Secundo Christus in præsenti euangelio arguit cõtra iudæos quasi inductiue, sic dicens. [Si ego in Belzebub principe dæmoniorum eijcio dæmonia] vt supple dicitis [filij vestri in quo eijciunt ?] Et nota secũdum glo. or. q isti filij iudæorum sunt apostoli, qui ab eis descenderunt. Hi ergo filij iudæorũ aliquando eijciebant dæmonia secundum quod dicitur Mar. 6. q multa dæmonia eijciebant. Hanc autem virtutem attribuebant iudæi virtuti diuinæ, & nullo modo diabolo. Et ideo Christus inductiue sic arguebat cõtra eos. [Si in Belzebub principe dæmoniorum eijc[illegible] dæmonia, filij vestri]. i. Petrus, Andreas, Iacobus, Ioannes, Philippus, & sic de alijs, [in quo eijciunt ?] Si ergo per vos virtute diuina hoc faciunt, ergo a fortiori & ego eadẽ virtute hoc facio. Non. n. est discipulus supra magistrum. [Et ideo ipsi iudices vestri erunt.] Nõ quidem potestate, sed assessorie, secundum illud Mat. 16. Sedebitis super sedes duodecim iudicantes, &c.

Tertio Christus arguit contra iudæos in pręsenti euangelio exẽplo. Adducit. n. exemplum fortis armati, custodientis, & occupãtis aliquod castrũ. Contra quẽ insurgens fortior si ipsum semel vicerit, mox ipsum inde expellit vita salua, remanentibus tñ spolijs intra atriũ. Et hoc est quod ait Christus. Cũ fortis armatus custodit atriũ suũ, in pace sunt omnia, quæ possidet. Si autem fortior, &c. in proposito iste fortis armatus secundum gl. ord. est diabolus, qui est fortis, & cũ hoc armatur. Fortis quidem ratione naturalium viriũ, quæ in eo remãserũt. Iob 9. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. Itẽ est armatus armis malitię, & nequitiæ, vtpote superbię, & arrogãtiæ, inuidię, & iracũdię. Habet. n. pro lorica inuidiam, pro galea superbiã, pro

scuto

scuto proprie malitiæ defensionē, pro arcu seu balista tentationem,& nocendi volūtatem. Iste igitur armatus ante Christi aduentū custodiebat atriū suū in pace,id est mundū, in quo principabatur sine contradictione.Sed tandē venit in hunc mundum fortior eo .s.Christus qui vicit eū tum in deserto. Vade satana. Mat. 4.tū à corporibus obsessorū quandoq; eū expellēdo.Luc.4.Exibant dæmonia à multis clamātia, &c.tū manibus cruci affixis contra eum pugnando. Et tunc abstulit ab eo,vniuersa arma,in quibus confidebat,potentiā eius refrenando. Insuper abstulit ab eo spolia sua,i. animas sanctorū patrū de limbo eas educendo. Vel spolia,idest peccatores, & signanter idololatras à quos ad se traxit Christus rectam fidem inspirando.

Moraliter. Notandum est iuxta prædictum verbum. Cum fortis armatus,&c. ꝙ iste armatus est diabolus, vt dictum est. Videnda sunt ergo duo circa huiusmodi pugnam. Primo quidem videndum est de ipso diabolo pugnante. Secundo vero de modo illi resistendi ab eo, qui impugnatur. Quantum igitur ad primum notandum, quòd iste fortis armatus pugnat, &c. Pugnat in campo huius mundi contra homines tripliciter. Primo quidem à longe cum arcu seu balista incauti aspectus. Et hoc homo pugnauit contra Dauid, atq; ipsum vicit. Hoc autem fuit quando ipse Dauid vidit Bersabeæ ex aduerso domus suæ se lauantem super solarium domus suæ. Qui statim exarsit in concupiscentiam eius,missoque pro ea dormiuit cum ipsa. 2.Reg. 11.O quàm multi sunt etiam clerici,& religiosi contra quos pugnat hoc modo diabolus à longe, videlicet per incautum aspectum, non credentes forte in hoc graue habere peccatū,cū tamen Christus Matt.5. dicat. Qui viderit mulierem ad concupiscendum,&c. Nam teste Isid lib.2.solliloquio.Oculi sunt prima tela libidinis.Mens quoque per oculos capitur. Tolle ergo inquit occasionem peccandi,si vis esse à fornicatione tutus.Propter quod quidē orabat, Psal.dominū dicens.Auerte oculos meos ne videant vanitatem,i. mu-

liebrem

liberem formositatem, quæ non est aliud quam maxima vanitas. Ecce ergo quomodo diabolus pugnat cõtra aliquos à lõge. Secundo pugnat quandoq; de prope, & hoc cum hasta impudici sermonis. Et hoc modo pugnauit contra castissimam Susannam per duos senes, quando dixerunt ei. Commiscere nobiscum, nã in concupiscentia tui sumus, Dan. 13. Ecce hasta impudici sermonis. Non tamen præualuit ipse fortis armatus contra fragilem mulierem, eam protegente Dei gratia. O quis enumerare posset quot mulieres, tam solutas, quàm ligatas prostitauerit iste fortis armatus per hastam impudici sermonis? In cuius rei testimonium improperauit Danieli duobus senibus prioribus qualiter soliti erant tanquam satellites diaboli pugnare contra filias Israel, dicens eis. Sic faciebatis filiabus Israel. Propterea dicit Apost. 2. Corinth. 15. quòd corrumpunt bonos mores colloquia praua. Tertio diabolus pugnat contra hominem manu ad manum, videlicet cum gladio tactus impudici. Et hoc modo pugnauit, contra Thamar medio Amon fratris sui, qui clã eã oppressit 2. Reg. 13. Sic ẽt pugnauit contra sanctissimum Ioseph quandoquidem illa impudica mulier vxor Phutifaris in conclaui existens accepta fimbria vestimenti eius, dixit ei. Dormi mecũ. Sed non p̃ualuit, quia ille relicto pallio in manu eius fugit foras, Gen. 39. O quis posset hodie inuenire vnũ secundũ Ioseph in mundo isto. Ecce quomodo pugnat fortis armatus contra nos tripliciter.

Quantum ad tertium videndũ est quomodo poterimus huic tã forti armato resistere. Vbi notandũ, quòd debemus illi resistere, & in hoc bello tã periculoso nos gerere sicut se gerunt viri strenui, & in arte militari exercitati quotiẽs est q̃stio de aduersarijs impugnãtibus castrũ, seu fortalitiũ à Rege suæ custodiæ cõmissum. Primo nẽpe tales diligentius obseruant debiliorẽ castri partẽ ne per eã de facili subintrẽt aduersarij. Sic & nos dẽmus diligẽter cõsiderare ex qua parte fragiliores sumus, & ad peccandũ procliuiores, q̃a certi

esse

esse debemus, ꝗ ex illa parte nos impugnat fortius hostis antiquus. Verbi gr. Communiter tentat iuuenes de luxuria, clericos de impatiētia, & ira, melancholicos de tristitia, diuites de auaritia, & vsura, pauperes de furto, alios de gula, alios de superbia, alios de inuidia, alios sic, secundum quòd viderit eorum animos, & naturalem complexionem inclinari. Vnde Greg. in moral. li. 14. c. 6. dicit, ꝗ inimicus humani generis intuetur vniuscuiusque mores, considerans cui vitio sint propinquiores. Et illa opponit ante faciem, ad quæ cognoscit facilius inclinari mentem, vt blandis ac lætis moribus sæpe luxuriam, nonnunquā vanamgloriam. Asperis verò mentibus iram, & superbiā aut crudelitatem. Ibi ergo decipulam ponit vbi esse semitem mentis conspicit, quia illic periculū deceptionis inserit, vbi viā esse inuenerit propinqui cogitationes. Hæc ille. Secundo custodes castri, qn̄ sentiunt aduersarios ingredi castrū forte per viā subterraneam, aut per viam arctam, non expectant, qđ oēs illic ingressi fuerint, sed admodū quo illic introeunt, ipsos occidunt. Sic & nos quādo sentimus aliquē motū insurgere siue luxuriæ, siue iræ, aut superbiæ, mox debemus ipsum occidere, & extinguere recurrēdo ad Dei auxilium, & ad passionis Christi meritū, psal. Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos, i. motus primos, ad petrā, i. ad Christum per recordationē suæ passionis. Tertio custodes castri si viderint aduersarios iā occupasse bassam curiā castri, nec commode posse illos inde repellere, recurrunt, & se conuertunt ad principalem munitionē castri, quæ Gallice vocatur le dōgeon. Sic & nos cū sentimus tentationem notabiliter insurgere atq; præualere debemus ad Christū refugere, & dicere cū Psal. Domine refugiū factus es nobis. Vnde idē Psal. alibi ad propositum loquens ait, Petra refugiū herinacijs. Nā sicut herinacius siue hericius, cū insequitur à canibus aut hominibus, solet refugere ad foramen petrosum, seu ad murū nō capiatur, & occidatur, ita & nos cū tentamur siue à carne, siue à

mundo

mūdo aut diabolo, debemus ad Christū(qui est petra, vt dicit Apost. 1.Cor. 10.) refugere, ne vincamur à tentatione. Sic.n. faciebat Sanctus ille pater, & doctor Aug. prout de seipso testatur in suo manuali c.22. ita dicens, Cū me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Christi. Cū me præmit caro mea, recordatione vulnerum domini mei resurgo. Cum diabolus parat mihi insidias, fugio ad viscera misericordiæ domini mei, & recedit à me. Si ardor libidinis moueat membra mea, recordatione vulnerum Domini mei Iesu Christi extinguntur. Et breuiter in omnibus aduersitatibus non inueni tam efficax remedium, quàm vulnera Christi. Hęc ille.

Quarto Christus argumentatus est cōtra impios iudęos enthymematice, dicens, Qui non est mecū contra me est. Et qui non colligit mecum, dispergit. Ac si diceret, Diabolus nō est mecū per consensum in vnum: ergo est contra me, i. mihi aduersans: ergo falsum est, ꝙ in Beelzebub, &c. Itē sic argumentatus est Christus diabolus sup. non colligit mecum ad pacē, & vnionē, ergo dispergit; ergo falsum ē ꝙ dicitis, s. ꝙ ĩ Beelzebub principe, &c. Voluit ergo Christus per ꝑdicta verba manifeste probare, ꝙ diabolus nō cooperabatur sibi in expulsione dęmonū, nec similiter in cęteris eius operibus, eo ꝙ sunt adinuicē contrarij. Ac si diceret sc̄d̄m gl. ord. Verè opera mea nō conueniunt cū operibus satanæ, quia omnino cōtrarij sumus. Ego. n. sum humilis, ille superbus. Ego volo saluare, ille perdere. Ego mūdus, ille immundus. Ego volo colligere ad fidei vnitatē, ille verò dispergere per hæresim, & schismatum varietatem. De me enim scriptum est. Alias oues habeo, quę non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. De illo scriptum est vbi supra. Lupus rapit, & dispergit oues. Ecce, quàm sumus contrarij.

Moraliter. Notandū, ꝙ Christus potest merito hodie dicere de malo populo Christiano, ꝙ olim dixit de diabolo, videlicet, [Qui nō est mecū cōtra me est.] Vñ deuotus Ber. serm. 1. in conuersione B. Pauli super

illo

illo verbo, Act.9. Saule Salue, quid me persequeris, dicit sic, Nunc quod grauius est ipsi Christū persequūtur qui ab eo vtique Christiani dicuntur. Amici tui Deus, & proximi tui aduersum te appropinquauerunt & steterunt. Conturasse quidem contra te videtur vniuersitas populi Christiani à minimo vsque ad maximum. Egressa insuper est iniquitas à senioribus iudicibus vicarijs tuis, qui videntur regere populum tuū. Heu heu domine Deus, quia ipsi sunt in persecutione tua primi qui videntur in ecclesia tua diligere primatum, & tenere principatum, quorum certe misera conuersatio est plebis tuæ miserabilis subuersio. Hæc ille. Ecce quō populus Christianus tam clerus, quàm reliquus male viuendo contrariatur Christo. Et hæc est vna de causis cur iudæi, & infideles multi non conuertūtur ad fidē scd̄m q̄ innuit Aug. in ps.25. exponendo illū versum, in ecclesijs benedicā te dn̄e. Multi, inqt, infideles nolunt esse Christiani, excusantes se per malos Christianos, & dicentes, Quid mihi persuades, vt Christianus sim? Ego fraudē à Christiano passus sum, & nunquā feci. Falsum mihi iurauit Christianus, & ego nunquā. Et cum ista dicunt, impediuntur à salute sua. Hæc il. Non aduersemur ergo charissimi Christo in præsenti, ne aduersetur nobis in extremo magni iudicij die, & dicat. Ite maledicti in ignem æternum.

Sequitur in textu. Cū immundus spiritus, &c. Per hęc verba voluit Christus veraciter retorquere in iudæos, q̄ sibi falso īponebāt: dicebāt.n. eū intra se habere Belzebub principē dæmoniorū, cuius virtute, & auxilio faciebat miracula sua. Postquā ergo seipsum super hoc iustificauit, & scd̄m quadruplex genus argumētationis hoc esse falsum euidētissime probauit, vt supra patuit, hic cōsequēter ꝓbat veraciter ipsosmet iudæos intra se habere dæmonium, di. Cū immundus spiritus exierit de homine, idest à populo Iudaico, ambulat per loca, &c. Sed quia similem textum supra, videlicet fer.4. post primā dominicam exposuimus tam mysticè, quàm moraliter, ideo supersedēdum est ab ulteriori

teriori expositione huius clausulæ. Et sic patet de secundo principali.

Tertio principaliter in præsenti euãg. fit mẽtio de humana excellẽtia cõmendabili, videlicet in Christo, cũ subditur. Beatus venter q̃ te por.&c. Hæc.n. fuerũt verba Masellæ discipulæ beatæ Marthæ, q̃ audiẽs iudæos Christũ blasphemantes, & dicentes, ꝙ in Beelzebub prĩcipe dæmoniorũ eijciebat dæmonia, tanq̃ vera Xpi discipula, licet forte occulta, nõ potuit ultra cohibere animũ suum, sed in impetu spiritus sui prorupit in laudem Saluatoris, non timẽs minas aut terrores iudæorum. Extollens ergo uocem suam in signum ardentis amoris & cõstantiæ mirabilis, dixit, Beatus uẽter qui te por.&c. Dicit tñ Aug. in lib. de bono coniugali, exponens prædictũ verbu, ꝙ beata Virgo Maria fuit beatior percipiendo fidẽ Christi, q̃ concipiendo eius carnẽ. Et post pauca subdit, dicens, ꝙ materna ꝓpinquitas nihil Mariæ profuisset nisi felicius Christũ corde q̃ carne gestasset. Hæc ibi in forma. Et nota, ꝙ venter beatæ Virginis merito dicitur beatus, & hoc ꝓpter tria mirabilia, q̃ in eo operatus est dñs. Primo enim in eo Deus factus est homo, verbũ infãns, æternus tẽporalis, immortalis mortalis. Secũdo vero quia ille fuit q fecit huiusmodi ventrẽ beatum & virgineũ, factus est homo in eodem. Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Tertio aũt, quia maius se continuit. Vnde canit ecclesia. Quem cœli capere nõ poterant tuo gremio contulisti. Sequitur, [& vbera q̃ suxisti] sunt sup. beata. Ex quo patet ꝙ Christus solius matris suæ Virg. Mariç suxit vbera, quia sola eius vbera fuerunt & sunt benedicta. Vnde canit ecclesia. Ipsum regem angelorum sola virgo lactabat vbere de cœlo pleno. Et istud est contra nonnullas mulieres delicatas, quæ dediguantur aut timent in propria lactare paruulos suos, ne forte perdant decorem suũ, aut ne nimium attenuentur, & macræ fiant. At ille dixit. Quinimo, quasi diceret Non solum illa quæ me portauit, & lactauit, beata est: immo etiam Bea-

ti qui audiunt verbum Dei [corde] & custodiunt illud opere, quia non auditores legis tantum, sed factores iustificabuntur. Rom. 2.

Circa aũt hoc vltimũ verbũ euangelij notandũ; ꝙ verbum Dei primo est diligenter audiendum, quia vt dicit Aug. ho. 26. & similiter recitatur in decr. 1. q. 1. interrogo. Non minus reus erit qui verbũ Dei negligenter audierit, quàm qui corpus Christi in terrã cadere negligentia sua permiserit. Secundo est diligentius memoriæ commendandũ, quia vt dicit Seneca ad Lucilium epist. 2. Non prodest cibus corpori, qui statim sumptus emittitur. Tertio est diligantissime opere implendũ Iac. 1. Estote factores verbi, & non auditores tãtum. Hoc igitur fac, & viues. Sic enim beatus erit in spe in præsenti; & in re i futuro, videlicet per gloriæ æternæ adeptionem. Quam nobis cõcedat &c.

FERIA II. POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAG.

QVANTA audiuimus facta in Capharnaum &c. Luc. 4.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. ad legem Corneliã de sicarijs. l. 7. is qui cũ telo. dicit; ꝙ aliquãdo affectus tãtũ punitur sicut effectus. Casus est talis. Sunt duo hoĩes Petrus & Paulus currẽtes post vnũ tertium, videlicet Ioannem, habentes gladios euaginatos in manibus suis, quærẽtes eũ occidere. Sic tñ accidit ꝙ Petrus prępuenit Paulum in percussione Io. dãs sibi vulnus lætale. Quo viso Paulus nõ ꝑcutit eũ, quia videt ꝙ mortuus est. Vel forte non occidit eũ, eo ꝙ gladius eius cecidit in via, vnde tristatur Aut forte ideo nõ occidit, qa vi detinetur ab assistentibus. Quid iuris ĩ hoc casu? Certe opus est vt talis Paulus habeat gratiam remissionis, alias est criminalis, eo ꝙ ĩ illo casu affectus tantũ punitur sicut effectus, vt dicit lex prędicta.

dicta. Ista lex ciuilis est conformis legi Ecclesiasticę. de hoc habetur extra de sponsalibus.c. vlt. quod incipit adolescens. Vbi dicitur ꝙ affectus malus culpatur licet non sequatur effectus.

Moraliter. Notandum ꝙ duplex est iudicium in generali, videlicet diuinum & humanum, sicut duplex est forus, scilicet Dei & hominum. Tunc ponuntur aliquæ veritates.

Prima igitur veritas. Loquendo de foro humano siue de iudicio humano tā ciuili q̄ ecclesiastico, affectus quantuncūq; malus qui stat in finibus cogitationis, & q̄ exterius non se prodit, non punitur in tali foro. Et huius ratio est. Nā in tali foro proceditur secundum allegata & probata. Modo affectus malus, & qui omnino stat & latet in finibus cogitationis peruersæ, probari non potest. Igitur &c. Et hoc est quod ait Augustinus, vt recitatur. 32. q. 5. Xpiana. Latentia inquit peccata vindictā nō habet, eo. s. ꝙ probari nō possunt. Similiter ad idē est ius ciuile, vt patet. ff. de pœnis. l. cogitationis, vbi dicit imperator & mandat, quòd cogitationis pęnam nemo patiatur. vbi dicit gl. hoc verum habere qn̄ est status in finibus cogitationis. Hęc etiā lex est canonizata de pœ. dist. 1. cogitationis. vbi similiter dicit gl. ꝙ cogitatio mala non debet puniri ab homine, sed bene à Deo. Adde secundum, ꝙ manet in finibus cogitationis, vt dictum est.

Secunda veritas. Loquēdo de foro humano tā ecclesiastico q̄ ciuili, affectus malus prodiens seu procedēs ad actū exteriorem malū, bene punitur in dicto foro, etiā dato ꝙ effectus secutus nō fuerit. Sic. n. dicunt iura vt patet. C. de furtis. l. si quis seruo. Itē de pęnitētia dist. 1. à c. Si quis non dicā rapere, vsque ad capitulū cogitationis, recitantur & approbantur multæ leges ciuiles, quæ hoc dicunt. Da exēplum de illo qui attētauit, & totum studiū suum apposuit veneno interficeret imperatorē, vel regem, aut principem, vel etiā quēcunq; aliū. Nam & si in hoc casu non fuerit mors alterius secuta, qa tamen nata erat sequi, ideo talis si de-

prehendatur & conuincatur, de mala voluntate tantum puniri debet, quantum si actus exterior secutus fuisset. Da etiam exemplum de muliere propinante venenũ lætale suo viro, vt citius se expediat de eo, & alteri nubat, forte lenoni suo. Da insuper exẽplum de illo, qui fecit quod potuit ut proderet ciuitatẽ aduersariis. Qui si super hoc facto deprehẽdatur, dato ꝙ effectus non sequetur, nihilominus reus est mortis.

Tertia veritas. Loquẽdo in foro Dei, affectus malus plene, & formaliter deliberatus tantum punitur saltem, quo ad pœnam essentialẽ, quàm puniretur si esset coniunctus actui exteriori, hoc supposito, quod non intendatur si coniungatur actui exteriori, quòd tamen difficillimum est. Da exemplũ de duobus, quorũ vnus vult fornicari, qui iõ ñ fornicatur, quia deest illi materia & oportunitas, alter uero de facto fornicatur. Vterque ergo istorum in foro Dei æqualem patietur pœnam, supposita æqualitate affectus & voluntatis in utroq;. Da ẽt exẽplũ quod ponit Aug. super ps. 125. Et similiter recitatur de pœ. dist. 1. si propterea, videlicet de volente furari efficaciter, qui iõ non furatur eo ꝙ ille à quo uoluit furari, forte non meruit perdere substantiam suã. Talis inquit pro furto damnabitur, etiam dato ꝙ ipse foris furtũ non cõmiserit, nec alter aliquid perdiderit. Insuper dat idẽ August. ibidem exemplũ de volente occidere, de quo dicit sic. Decreuisti hominẽ occidere, adhuc viuit homo, & tu homicida puniris, uidelicet in foro Dei. Et huius ratio est, quia voluntas in malis reputatur pro facto. Propterea dicit Hieron. & recitatur de pœ. di. 1. omnis iniquitas, quòd ille, qui vult efficaciter aliũ occidere, quãuis non occidat, nihilominus est homicida quo ad Deũ, quia quãuis gladio non occidat, tamen voluntate occidit. Patet ergo intentum de punitione affectus mali in foro Dei. Et iõ iudei, qa ut legitur in euangelio hodierno, duxerunt Christum in supercilium montis, vt sic præcipitarẽt eũ & crudeliter occiderent, dato ꝙ in effectu Christum non occiderint,

rint,nihilominus quo ad Deum peccauerunt mortali ter,& incuurrerunt reatum homicidij.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Multi leprosi erant in Israel, sub Heliseo propheta. Luc. 4.

Scribitur extra de iureiurando.c.quēadmodū, ꝙ lepra superueniens soluit sponsalia. Casus est talis. Plato contrahit per verba de futuro cū Bertha, quæ tunc apparet sibi sana,& incolumis. Postmodū aut ante diem nuptiarū illa efficitur leprosa. Quid iuris in hoc casu. Certe non tenetur eā ducere in vxorem, quia vt dicit Innoc. III. in dicta decretali, lepra superueniēs soluit sponsalia,& impedit matrimonium contrahendū, quāuis non dirimat contractū, quia vt dicitur 17. q. 2. ne quis. In promissionibus subintelligendum est rebus stantibus ut nunc. Et ibi datur exemplū de eo, qui dat gladium suum custodiendum alicui sub pacto, ꝙ illū sibi restituet quotiens repetierit. Si ergo postea efficiatur furiosus, vel velit alium occidere, ille apud quē deposuit, non tenetur illum ei restituere, eo s. quòd res non sunt in eodem statu sicut prius.

Moraliter, Christus in baptismo affiauit animas nostras, promittens eas ducere de præsenti interitu ab hoc seculo cum solemni celebatione nuptiarum in cœlo. Attendere ergo debemus quales erant dictæ animæ cum primùm Christus ea affiauit. Nam tunc erant immunes culpa & pęna, hoc operante efficacia baptismi. Si igitur postea superuenerit aliqua enormis deformitas per mortalem culpā in ipsis animabus non tenetur Christus eas introducere secum in domum suam cœlestem. Quis si contra eum obijcere velint ex illis verbis Mar. 16. vbi ipse Christus ait. Qui crediderit,& baptizatus fuerit, saluus erit. Vtiq; poterit illis respondere, ꝙ conditio non stat: quia sensus prædictæ propositionis est, quòd qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, dummodo perseueret in gratia baptismali. Vbi ergo conditio non stat, non tenetur Christus talibus dare vitam æternam, sed tanquam leprosos & immundos potest meritò à se repellere

repellere. In cuius figurã legitur Deutero. 24. ꝙ si homo in veteri lege accepisset vxorem, quæ non inuenisset gratiam coram oculis eius propter aliquam fœditatem, tunc poterat scribere libellum repudij, & dare in manu illius, & dimittere eam de domo sua. Vbi ad propositũ per hominem vxorem ducentẽ intelligitur Christus, qui ducit animas nostras in sponsas in baptismo, saltem initiatiue. Huiusmodi aũt vxores incipiunt tunc displicere huic ac tanto sponso quando maculantur & fętent per mortale peccatum. Propter quod rationabiliter dabit illis libellũ repudij in die iudicij quando dicet eis illud Matt. 15. Ite maledicti in ignem ęternum. Sicq; confusibiliter mittẽtur in leprosariam inferni. Quorum fœditas & lepra significatur per lepram Naamã Syri, de quo legitur in hodierno euangelio.

In præsenti ergo euang. de tribus principaliter fit mentio, videlicet De iudæorũ vana petitione in principio euangelij. De Xp̃i gratiosa excusatione, [Amen dico vobis, quia nemo prophetã. De eorundem iudęorum furiosa intentione, ibi. [Repleti sunt omnes &c. Primo igitur &c. Pro quo notandum ꝙ vt refert Lucas euangelista, vna dierum pharisæi & grossi millordi ciuitatis Nazareth habentes Xp̃m præsentẽ in ciuitate sua, ĩ qua ẽt ipse Xp̃s cõceptus, & nutritus fuerat ꝓ magna parte suæ iuuentutis, venerũt ad ipsum & quasi cũ magna auctoritate dixerũt ei. [Quãta audiuimus.] supple miracula [facta] à te in Capharnaũ. fac & hic in patria tua supple tot & talia. Audiuimus. n. quãuis nõ credamus qđ incerta fama de te vulgauit, videlicet ꝙ curaueris seruũ Centurionis in Capharnaũ ægrotantis & decumbentis. Matt. 8. Itẽ quod ibidem quendam dæmoniacum curaueris. Luc. 10. Similiter & socrum Simonis à febre releuaueris & sanaueris subito, vbi supra. Item quod in eadem ciuitate Capharnaũ multos dæmoniacos, & infirmos varijs lãguoribus curaueris vno & eodem die, videlicet, post solis occasum, vt patet ibi supra. Fac ergo talia ĩ patria tua.

Queritur

Quæritur cur Christus non fecit tot, & tanta miracula in Nazareth sicut in Capharnaum. Maxime cum post regressum Ioseph de Aegypto ipse Christus vsque ad trigesimum fermè suæ ætatis annũ in dicta ciuitate manserit, propter quod etiam Nazarenus vocabatur. Ad hoc quæsitum sufficientissimè respondet Christus in præsenti euangelio, cum ait[quia nemo propheta acceptus, &c.]Sed præter hanc rationẽ, & causam, possumus plures alias assignare secundum, ꝙ ciues ciuitatis Nazareth deficiebant, & errabant turpiter in sua petitione. Primo. n. deficiebant ex parte incredulitatis, quam ostẽderunt verbo, Christo di. Quãta audiuimus facta in Capharnaum, quæ tñ non credimus esse vera, vt exponit gl. inter. Vnde & Mat. 6. dicitur, ꝙ Christus non poterat in Nazareth vilam virtutem facere, nisi ꝙ paucos infirmos curabat, & mirabatur, i. ad modum admirantis se habebat propter incredulitatem eorum. Et nota, ꝙ dicit[non poterat.] s. de iustitia, quod tamen poterat absolute, & de omnipotẽtia. Iustitia enim exigebat, vt propter illorum ciuium incredulitatem, miracula apud eos Christus nõ faceret. Non ergo, vt inquit glo. ord. viluerat Christo patria sua, qui amabat ciues, sed incredulitas eorum hoc non merebatur. Et forte hodie apud Christianos miracula nulla, aut pauca fiunt propter eandem causam, s. propter eorum incredulitatem. Nã hodie multi sunt Christiani solo nomine, apud quos etiam fides perijt. Aut si fidem habent tamen mortua est, de multis loquor. Fides, ĩquit Iacobus, sine operibus mortua est. Iac. 2 Modo constat de multis Christianis, ꝙ nõ habent Christianorum opera. Igitur aut fidem non habent, & per consequẽs Christiani nõ sunt, aut saltẽ eorũ fides mortua est, vtpote non viuens per charitatẽ. Non vt dicit Hier. 3 parte epistolarũ suarũ, epist. 85. qui Christũ tm̃ ore, & nõ opere laudat, ipsum negat. Si ergo quæ dicis firmiter crederes, Deum timeres, & de peccatis tuis verecundareris. Hæc ille. Secũdo deficiebãt iudæi ĩ sua petitione, quam Christo hodie fe-

uerunt ex parte falsæ æstimationis. Credebant.n. Christum esse patriæ suæ multum obligatum, eo ꝙ ibi educatus fuisset, vt dictum est, cum tamen oppositū esset omnino verum. Vnde & dixerunt ei. [Fac & hic in patria tua.] supple signa, quæ alibi operaris. Nec tamen fuit patria Christi exors beneficiorum diuinorum, vt ait Amb. super Lucam lib. 10. Quod inquit maius miraculum, quàm ꝙ in ea natus est ipse Christus. i. cōceptus? Nā omnis conceptio est natiuitas in vtero. Tertio deficiebant iudæi in sua petitione ex parte materiæ. Petebant enim signa ex quadam curiositate. Non ergo vt in Christum crederent, sed forte vt aliquid noui viderēt. 1. Cor. 1. Iudæi signa petunt. Quarto ex parte intentionis peruersæ, vt scilicet eū reprehenderent si in signo deficeret. Quinto ex parte modi petēdi, q̃a cum imperio & proteruè petebant, dicentes [Fac &c.] Cum tamen potius dicere debuissent cum omni mansuetudine. O egregie & sanctissime propheta bene veneritis ad ciuitatem vestrā, in qua conceptus & nutritus fuistis. Rogamus ergo vos vt pro reuerentia aduētus vestri ad nos, dignemini curare infirmos nostros sicut nuper audiuimus vos curasse infirmos ciuitatis Capharnaum. Non sic autem locuti sunt, sed magis cum auctoritate & imperio, dicentes. [Fac & hic &c.] ideo exaudiri non meruerunt. Et sic patet solutio ad quæsitum.

Secundo principaliter in pręsenti euangelio fit mētio de Xp̄i gratiosa excusatione ad iudæorū indiscretā & præsumptuosam petitionem, cū ait. [Amē]. i. verè dico vobis, q̃a nemo ꝓpheta acceptus est in patria sua, s. cū debito honore & reuerentia. Quasi diceret secundū gl. interl. Ideo non operor inter vos miracula, non quia patriam oderim, cui beneficium natiuitatis meæ cōtuli, sed quia estis increduli, & quia nemo ꝓpheta acceptus est ī patria sua. i. raro aliter cōtingit, quia vt habetur Micheæ 7 Inimici hominis domestici eius. Vnde etiam legitur Marc. 6 ꝙ iudæi despectiuè de ipso Christo loquebantur, dicentes. Nonne hic est

faber

faber filius Mariæ. frater Iacobi, &c. gl. interli. i. cognatus. Sequitur. Et scandalizabantur in illo, videlicet ipsum cõtemptui habentes propter hanc causam. Deinde ipse Christus excusat se ab operatione miraculorum in ciuitate sua Nazareth, siue in patria sua, & hoc per duo exempla, siue per duplicem historiam sacræ scripturæ. Prima est de Helya. Secunda autem de Helyseo, qui ambo fuerunt sanctissimi prophetæ, nec tamen signa sua fecerũt apud compatriotas suos, sed potius extraneos. Helyas quidem multiplicando farinam, & oleum mulieris viduæ ciuitatis Sareptanę tempore famis, vt patet 3. Reg 28. Helyseus vero sanãdo Naamã Syrum à lepra sua 1. Reg. 5. Non mirũ ergo si Christus, qui est caput prophetarum, non faceret signa sua in patria sua, cum etiam Helyas, & Helyseus, atque cæteri minores prophetæ minus in patria sua, quàm in alijs ciuitatibus fecerint signa sua, fuerintque minus ibi honorati, quia vt dicit gl ord. propemodum naturale est ciues ciuibus inuidere. Nec. n. considerãt præsentia viri opera, nec pariter virtutes, sed fragilẽ potius recordantur infantiam. Et ad hoc propositum facit historia de quodam famoso prædicatore, qui dum prædicaret per quadragesimam Rothomagi, quadam die quidam rusticus de villagio suæ natiuitatis illic affuit. Cũ ergo videret ex omni parte populũ accurrentem ad sermonem eius, interrogauit vnum de transeuntibus, quo pergeret tantus populus, & tã velociter. Cumq; alter respondisset, ꝙ ad sermonẽ talis fratris, exprimendo nomẽ ipsius, ait rusticus. O quã stultus, & leuis est populus huius ciuitatis, qui sic currit post talẽ prædicatorẽ. Ego inquit optimè noui eũ: Sumus. n. de eadẽ parochia. Certe cũ interdum venit ad nos, parũ curamus de eius prædicatione, q bñ nouimus eũ, & parẽtes suos. Simul. n. didicimus alphabetum, sed per Deum non erat eo aliquis rudioris intellectus in toto gymnasio nostro. Ecce quomodo, vt in pluribus, homines potius recordãtur fragilẽ aliorũ infantiam, quàm considerent præsentia eorum

opera

opera. Nota etiã historiam de illo rustico, qui nolebat adorare imaginẽ crucifixi parochiæ suæ, eo ꝙ erat facta de trunco pyri orti sui. Patet ergo, ꝙ nemo propheta, &c. Vnde etiam videmus hodie quòd clerici facilius promouentur ad beneficia in terra aliena, quàm in sua. Et similiter medici, & chirurgici, iudices & aduocati, artifices, & mœchanici plus æstimantur in solo alieno, quàm in proprio. Ecce. n. Ioseph affligitur in terra sua, etiam à proprijs fratribus. Gen. 37. Qui tñ exul factus, & in Aegyptum captiuus descendens, tantum exaltatur in curia regis Aegypti, vt curam totius regni sui in manu sua posuerit, essetq; secundus post regem, Gen. 40. Item Abrahæ dictum est à dño. Gen. 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monstrauero tibi, faciamque te crescere in gentem magnã. Item Maria, & Aaron murmurabant cõtra Moysen fratrẽ suum, qui alieni obedicbant, Numeri 12. Item 1. Reg. 25. legitur, ꝙ Nabal valde cõtẽpsit Dauid compatriotam suum, quamuis esset rex à dño constitutus, ita vt despectiue diceret seruis ipsius Dauid petẽtibus panes pro domino suo rege. Quis est Dauid, & quis est filius Ysai? Bene ergo scriptum est Marc. 6. ꝙ nõ est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Et est verbum Christi loquentis ibidem.

Allegorice iuxta illud verbum præsentis euangelij [quando clausum est cœlum, &c.] Notandũ ꝙ clausio cœli annis tribus, & mẽsibus sex, recte significat ignorantiam fidei, & mysteriorum eius. Apertio autẽ cœli designat reuelationẽ ipsius fidei, & mysteriorũ eius. Quæ quidem apertio seu reuelatio facta est tẽpore legis gratiæ, propter ꝙ Christus de tanto bñficio gratias agẽs Deo, Lucæ 10. dicebat. Confiteor tibi dñe pater cœli, & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, i. sanctis patribus veteris testamenti, & reuelasti ea paruulis. i. humilibus Christianis. Itẽ ibidẽ dicebat Xp̃s iudęis. Multi reges, & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & au

dire

dire, quæ vos auditis, & non audierunt. Ecce quomodo in nouo testamento apertum est cęlum, & descendit pluuia gratiarum, & virtutum omnium.

Moraliter tunc clauditur cœlum, quando exigentibus demeritis hominum Deus non dat pluuiam congruo tempore, nec similiter rorem, sed potius ardorē vehementem; humorem terræ desiccantem, ad quem sequitur terræ sterilitas, & per consequens fames, atque omnium bonorum temporalium egestas, & penuria. Sic enim comminatur ipse dominus transgressoribus mandatorum suorum. Deuter. 28. Dicit. n. Plinius in naturali historia. li. 8. cap. 9. ꝙ elephantes indomiti & quasi rabidi, domantur fame, & verberibus. Sic & per egestatem, & terrę sterilitatem corrigit Deus insolentiam peruersorum hominum. Vnde refert Gaguinus in chronica regum Francię, quòd tempore regis Ludouici filij Caroli simplicis, fuit tant caristia bonorum in Francia vt sextarius frumenti. 34. libris Turonen. venundaretur, cum tamen de cōmuni cursu duabus libris eiusdem monetæ comparari soleat. Verisimile est aūt talē caristiam accidisse ꝑꝑ blasphemias, & multa vitia carnalia, quibus nostra gens Gallica implicari, & infici solet. Sed quomodo poterimus aperire cœlū sic contra nos quandoque clausum? Certe recurrēdo ad eū, ꝗ claudit, & nemo aperit, aperit & nemo claudit, & hoc per deuotam orationē, & cordis compunctionē, & humiliationē. Iac. 5. Orauit Helias, & cęlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum, vt patet 3. Reg 18. Sic enim aperuit ipsum cęlum populus Attrebaten. Pro quo notandum, quòd circa annum domini millesimū aut paulo plus tanta contigit terræ sterilitas, & siccitas per totum territoriū Attrebaten. ꝙ per plures annos non cecidit vlla aquæ gutta, aut ros de cęlo super dictum solum. Cumque antistes dictę ciuitatis vir eximię sanctitatis iudicaret hoc ex ira Dei magna procedere, monuit vniuersum populū ad orationis suffragium, dicens nullū aliud adesse remediū, simul indicēs ieiunia, eleemosynas, processio

nes publicas,& solennes,ac cætera pietatis opera, vt sic saltem placaretur Deus,quia teste Ouidio in li.qui est sine titulo. Flectitur iratus voce rogante Deus. Nec multo post quodam in die mane facto repertum est totum illud solum, quod artesiam dicunt, manna coopertum. Quod mox ad solis ardorem liquefactũ est, præter modicam portionem quæ intra vrnam inter thesauros ecclesiæ cathedralis dictæ ciuitatis ad perpetuam rei memoriam in hanc vsque diem reseruatur. Sicque ex tunc terra illa velut à domino impinguata dedit fructum suum vberrimum. Propter qđ ab habendam immortalem memoriã tanti beneficij singulis annis dominica prima post Pascha, in qua legitur euangelium. Ego sum pastor bonus, celebratur insignis processio in dicta ciuitate, in qua defertur Manna, pronunciaturque sermo ad populum in eadẽ processione, quem aliquando fecimus assumpto themate illud Exo.16.Manhu. Vnde,& super hoc habentur metra. Attrebati mãna, Romæ pluit vnctio sancta, videlicet in die natiuitatis domini. Hierusalem sanguis,s.in passione domini. hæc sunt tria signa salutis. Patet ergo,quomodo cœlum, quod clauditur ab influentia sua propter peccata hominum,aperitur,& reseratur per deuotum orationis suffragium. Nam sic ipsum aperuit Helias, vt dictum est similiter, & pius pastor Attrebaten.vnà cum suo deuoto clero, & populo. Et in hoc datur nobis documentum orandi dominum,sterilitatis aut siccitatis tempore.

Quæritur circa prædictam historiã de Helia, quare ipse tẽpore famis potius missus est ad mulierẽ viduã, quàm ad alias personas egentes, quæ multæ erãt tũc tẽporis tã in Sarepta regionis sydoniorũ,quàm in terra iudeæ,& galileę.Respondeo hoc iussit dñs ipsi Heliæ sic fieri,ad insinuandum ꝙ tam diuites,quàm potẽtes huius seculi,pariter & iudices debent suo modo præcipuè subuenire viduis, & pauperibus, ac cæteris humano auxilio destitutis.Ita.n. præcipit ipse dñs in sacra scripturã frequenter,vt ibi.Esa.1.Subuenite oppresso,

presso, iudicate pupillo, & causam viduæ suscipite. Hoc .n.pietatis genus est summe Deo gratum, & acceptum. Propter quod ipse Esaias vbi supra in persona domini loquens taliter agentibus subdit,dicens. Venite, & arguite me, supple si non remuneraue-ro vos pro tali pietatis opere. Et per oppositum ipse dominus valde indignatur quando talis miseræ personæ iniuste opprimuntur etiam ab his,à quibus supportari,& defendi merito deberēt.vnde Exod.22.postquam præmisit dominus dicens. Viduæ, & pupillo nō nocebitis,mox subiunxit,di.Si læseritis eos, vociferabuntur ad me,& ego audiam clamorem eorum. Maxime autem tales puniet dominus in generali iudicio. Nam tales oppressores viduarū, & pupillorū in dicto iudicio, secundū vaticinium Ps. Turbabuntur à facie eius. Sed cuius eius? Certe patris orphanorū,& iudicis viduarum. In quibus verbis ipse Ps.vocat Christum patrem orphanorum,& iudicē uiduarum. Turbabuntur ergo tales à facie Christi iudicantis,quando illis improperabit,quod pupillo nō iudicauerunt, neq; causa viduæ ad eos est ingressa,vt habetur Esa.1.Et sic patet de Helia misso ad mulierem viduam,& quid significet clausio celi facta tempore suo.

Consequenter videndū est aliquid de alia historia, quæ tangitur in præsenti euangelio,videlicet de Naamā Syro,leproso,postea sanato p merita, & pces Helisei pphetæ. Nā cōstat, ꝙ aquæ Iordanis fluuij nō habuerūt naturalē virtutē cū curandi à lepra. Et iō restat dicere hoc esse factum per merita viri Dei Helisæi.

Allegorice ergo seu mystice Naaman leprosus, sed postea Dei gratia à lepra curatus,recte designat populum gentilē,qui fuerat olim leprosus lepra infidelitatis, sed in Christi aduentu fuit mundatus à lepra sua per mūdationē sacri baptismatis,iuxta id, qđ diu ante prophetauerat Ezechiel in persona domini.36.c.dicens.Effundam super vos aquam mundam,& mundabimini ab omnibus,&c.Et hoc tam à culpa,quàm à totali pena,vt patet de conse. dist.4. per baptismum.

Moraliter

Moraliter. Iste Naamã leprosus significat quẽlibet peccatorem, & signanter superbu, auarũ, luxuriosum, secundum tres proprietates lepræ Est.n. lepra primo morbus contagiosus. Et quantum ad hoc significat superbiam, quæ est cõtagiosa, vtpote transiens de vno in alium per communicationem, Eccl. 13. Qui communicauerit superbo, induet superbiam. Secundo lepra est morbus sitibundus, & alteratiuus Et quantum ad hoc significat auaritiam, quæ non satiatur, Eccl. 5. Auarus non implebitur pecunia. Tertio lepra est morbus fœtidus. Et quantum ad hoc significat luxuriam, quæ facit fœtere miserum hominẽ coram Deo, & hominibus. Iohel. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Sed quõ poterit peccator ab hac lepra mundari? Certe necesse debet se lauare ad instar Naamã, sed non in aquis Iordanicis, quin verius in aquis cõpunctionis, & contritionis, psal. Lauabo per singulas noctes lectum meum, &c. Vel ista aqua, in qua lauari debet leprosus peccator, vt mundetur à lepra, est gratia Spiritussancti, Psal. Lauabis me domine, & super niuẽ dealbabor. Sed quid est, ꝙ solus Naaman mundatus est à lepra? Certe per hoc designatur paucitas recte pœnitentiũ post lapsum. Propter quod dicit venerabilis pater Amb. lib. 2. c 10 Item libro de vnica pœnitentia. Et similiter recitatur de pæ. dist. 3. reperiuntur. Facilius inquit inueni, qui innocentiũ seruauerint, quàm qui congrue pœnitentiam egerint. Hoc tñ dictum secundum gl. debet intelligi de perfectissima pœnitentia, quæ non solũ delet peccata, verũetiã peccãdi extirpat affectum. Et hanc pœnitentiã habere difficillimũ est. Vel secundũ eandẽ gl. intelligitur de integritate carnis, siue de virginitate. Et tũc ẽ sensus. Facilius inuenitur, qui seruet virginitatẽ, quàm qui post corruptionẽ carnis seruet verã continẽtiam. Nã semel lapsus facilius cadit. Itẽ facilius est ad virtutẽ erigere nouos q̃ ueteres, & in peccatis suis assuetos reuocare ad rectũ viuendi modũ. Da exemplũ de illis qui dicũt ꝙ mallent nouam erigere domũ à fundamẽtis, quàm

talem

talem vel talem antiquam reparare. Patet ergo quàm pauci sunt, qui perfectè pœniteant post lapsum. Et ideo, qui stat, videat ne cadat.

Tertio principaliter in præsenti euang. fit mentio de iudæorum furiosa intentione circa Christum, cum subditur. [Et repleti sunt omnes in synagoga ira hæc audientes] eo, s. ꝙ Christus videbatur eos tangere visceraliter de incredulitate sua, & ꝙ propterea nō erāt digni, quòd apud eos faceret aliquod signum. Insuper quia videbatur præferre deuotionem Gentilium deuotioni eorum. Bene ergo de talibus prophetauerat Psal. dicens, Exarsit ignis sup. iræ (in synagoga eorū) .i. in congregatione eorum. Sed quia talem ignem non extinxerunt in præsenti, ideo modo grauiorem patiuntur ignem, videlicet in inferno, de quo subditur, Flamma sup. infernalis [combussit peccatores].i. iudæos, qui antonomaticè, & per quandam abundantiā malitiæ appellantur peccatores. Sequitur, [& surrexerunt, & eiecerunt eum extra ciuitatem]. s. Nazareth, super quo dicit Beda, & recitatur in glo. ord. ꝙ ipsi iudæi facto de seipsis ostenderunt esse verum, ꝙ ipse Dñs prædixerat, ꝙ, s. nemo propheta acceptus est in patria sua, quia de facto eiecerunt eum extra ciuitatem suā. Et ideo salutem non merentur, qui Saluatorē de suis finibus expellunt. Hæc ibi. Sequitur, [Et duxerunt illum, vsque ad supercilium montis, super quē ciuitas illorū erat ædificata, vt præcipitarēt eū.] Vnde locus ille vsq; in hodiernū diē vocatur saltus. Et in hoc facto ipsi iudæi ostenderunt se peiores magistro suo diabolo, scđm gl. ord. Ille. n. tm̄ ait Christo, Mitte te deorsum Mat. 4. Isti autē facto ipsum mittere deorsum conantur. [Ipse autē transiens per mediū illorū ibat] In quo apparuit Christi immensa virtus & potentia. Refert autē magister in hist. scholastica, ꝙ cū pijssimus Iesus de manibus iudæorū tanquā de ore leonū fuisset elapsus, & per mediū illorū de summitate rupis descēderet, atq; sub rupe adiacēte latere vellet, subito ad tactū vestimentorum eius saxū illud

subter-

subterfugit, & ad instar ceræ solutum quādā concauitatē fecit, in qua Dñicum corpus reciperetur. In quo quidem loco vniuersa lineamenta, & ruge vestis atque vestigia pedū eiusdē Christi vsque in hodiernum diē apparent, sicut testantur illi, qui viderunt. Hæc ibi.

Ex prędictis possumus inferre tale corollariū, ꝙ ira est periculosissima bestia. Istud sic patet. Multa.n. peccata possunt interius celari, & abscondi. Non sic autem est de ira. Non.n. se intra se continere potest, neque similiter in visceribus cordis humani abscondi. Sed velut quoddam pa:um dæmonium conscientiā, & animum torquens, extra visibiliter atque sensibiliter aperte seipsam manifestat, tam ore per effrenatū sermonem, quàm facie per immutatum colorem, quàm etiam per cætera membra per tremorem, & titubationem. Interdum etiam per violentam manuum iniectionem, sicut patet in proposito. Bene ergo dicebat moralis ille Seneca lib 1. de ira, ꝙ ira non est aliud quàm breuis insania. Item post pauca. Cætera, inquit, vitia abscondi possunt: ira vero se profert, & prodit in faciem exeundo. Et quanto maior fuerit, tanto effrenescit manifestius. Vnde idē vbi supra, post pauca cōparat hoies iracundos pluribus aīalibus ferocissimis.

Primo quidem apris, qui spumant, & dentes ostendunt cum sunt in furore.

Secundo vero tauris, qui postquam irati sunt, spargunt hincinde cum cornibus, & pedibus terram.

Tertio autem leonibus, & rabidis canibus, qui nemini parcunt, nec domesticis, nec extraneis. Prædicta autem de facili applicari possunt hominibus iracundis, & signanter, quā diu sunt in suo magno igne iræ, & impatientiæ. Deinde idem Seneca in prædicto libro refert grandia mala, quæ operatur prædicta sæua, & crudelis bestia ira, ita dicens, Ira est quæ destruit munitissimas ciuitates, & eas funditus prosternit. Ira est quæ venena propinat, & homines occidit. Ira est quæ ecclesias euertit, & prophanat cū bellum imminet. Aspice, inquit, solitudines ꝑ multa

millia

millia ſine habitatore deſertas. Has ira exhauſit. Hæc il. Cum ergo videmus caſtra olim munitiſſima ad terrā proſtrata, ſi quæramus, quis hoc fecit, aut in cauſa fuit, merito reſponderi poteſt, quòd ira. Idem dic de multis ciuitatibus ad terram deiectis, ſimi liter & de pleriſque eccleſijs, & locis ſacris, ac huiuſmodi. Ecce quàm crudelis, & immaniſſima eſt hæc beſtia ira. Et ideo merito eam cauere debemus.

Moraliter. Per habitantes ſynagogæ ciuitatis Nazareth, qui irati ſunt aduerſus Chriſtum, eo quòd diceret eis veritatem, propter quod ipſum turpiter eiecerunt extra ſuam ciuitatem, & quod amplius eſt, ipſum hac occaſione voluerunt præcipitare, & occidere, vt patet ex præcedentibus, recte ſignificantur prę lati Eccleſiaſtici, & clerici, qui iraſcuntur vehementer aduerſus prædicatores ipſos de ſuis vitijs, & inſolentijs etiam quantuncūque diſcretè reprehendentes, vt pote de concubinatu, aut beneficiorum pluralitate, ſeu de irreuerentia ad diuina & huiuſmodi. Vñ quandoque propter tales reprehenſiones, & increpationes, interdicunt eis prædicationis officium per ſuas diœceſes. Inſuper qñque volunt ipſos prædicatores quantuncunq; exemptos ad ſuas curias trahere, mittentes ad eos vnum, Citetis coram nobis, &c. & de ipſis iudicate. Propter quos abuſus tollēdos ſanctiſſime ſtatuerunt ſummi Pontifices Romani, vt in nullo ſubderentur diœceſanis locorum dicti prędicatores, & ſignanter de quatuor ordinibus mendicātiū, qui portant pōdus diei, & æſtus quo ad p̄dications officiū. Et de fratribus quidē Prædicatoribus pariter, & minoribus extat textus formalis ſuæ exceptionis à iuriſdictione, & poteſtate ordinariorū, extra de exceſſibus præl. c. nimis iniqua. Itē. c. ſed quod incipit, praua. Hodie autē fratres Auguſtinenſes, & Carmelitæ eodē priuilegio gaudent. Bñ aūt dictū eſt per ſapiētē, Salo. Prouer. 15. Non amat peſtilēs eū, qui ſe corripit: & Tullius de vera amicitia. Veritas, inquit, odiū parit. Moneo tñ patres mēdicātes ne in ſuis prædicationibus indiſcretè

& effrenate latrent contra viros ecclesiasticos,& prę latos,ponentes in cœlum os suũ,& facientes trabẽ de festuca,s.scandalũ addentes scandalo,ne, s. aliter faciẽtes incidant in canonẽ,in clemẽtinis rubr.de priuil.c.religiosi.vbi præcipitur in virtute sanctæ obediẽtiæ,& sub interminatione maledictionis æternæ, ne religiosi in suis sermonibus detrahant ecclesiarũ prȩlatis,notãtes sup.eos ĩ particulari,vt dicit Io. And. in gl Licet tñ in gñali, & caute corũ vitia reprehendere,vt inquit idẽ Io. Sic ergo agant,& pdicẽt patres mendicãtes,vt nullus merito scãdalizetur, sed bonis, & honestis medijs,atq; sermonibus sale cõditis oĩum ac singulorũ salutẽ procurare studeãt, vt tãdem æternam mercedem percipere valeãt.Quã nobis cõcedãt.

FERIA III. POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.



Respiciens Iesus discipulos suos, dixit Simon Petro, Si pec. *Matth.*18.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. de neg. gestis.l.sed an vltro. § is autẽ.allegãs iurisconf. Vlpianũ,dicit,ꝙ si quis fideliter negociũ alterius gesserit,dato, ꝙ ipsum negotiũ non fuerit suum effectũ sortitũ, nihilominus potest petere expẽsas.Casus est talis.Plato grauiter, & periculose ægrotans iubet ad se medicũ accersiri.Quo aduẽtato laborat quãtũ potest vt releuetur æger, etiam nihil omittẽs de concernẽtibus artẽ suã.Nihilominus, quia non est in potestate medici,vt semper releuetur æger,ideo inualescente morbo moritur ægrotus.Quo mortuo, medicus petit expẽsas sibi refundi. Hoc aũt facere recusant hæredes defuncti Platonis,dicẽtes, ꝙ in nullo profuit illi. Si ergo hæc lis ventiletur corã perito iudice, quã sentẽtiã dabit?Certè dicet, ꝙ hæredes aut similes curã bonorũ defuncti habentes,debent satisfacere dicto medi

co,

eo, maxime cum dicat lex imperialis præallegata, ꝙ si quis fideliter negotium alterius gesserit, dato ꝙ ipsum negotium,&c.

Moraliter. Prędicta lex potest multipliciter exponi, secundum, ꝙ multiplex est medicus, videlicet Christus, curatus, deuotus catholicus.

Primus igitur medicus, & qui est decanus cæterorum medicorum est Christus; qui de seipso loquens, Matt.6. dicit, Nō est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Idem habes Luc.5. Iste igitur summus, & cœlestis medicus, de terra creauit medicinam, vt habetur Eccl.38. Quæ quidem terra aliud non fuit, quàm ipsius dignissima humanitas, de qua in cruce fluxit mundi medicina. Aegri autē seu patientes sunt omnes mundi peccatores, quos omnes ac singulos paratus est sanare à morbis animæ prædictus medicus. Et propter hanc causam descendit in hunc mundū, vocatus tamen, & postulatus præcibus sanctorum patrum. ps. Sanat omnes infirmitates tuas, & Luc.6. Virtus de illo exibat, & sanabat oēs, sup. quātū in se erat. Si qui ergo non sanantur à morbo peccati, & culpæ; nullo pacto debent hoc imputare huic ac tanto medico: nec similiter suā futurā dānationē, maxime cū ipse dicat Oseę 13. Perditio tua Israel ex te, in me aūt auxilium tibi. Et quia iste medicus secūdū præsentiā carnis assumptus est in cęlū, qui nusquam deest sc̄d̄m præsentiā, & potētiā diuinitatis; ideo nobis reliquit suos famulos pro medēdis nostris plagis, i. culpis. Et hi sunt ecclesiæ p̄lati, quibus p̄cipit in euāgelio hodierno, vt sint soliciti intendere ad infirmos, & mederi eorum vulnera, etiā septuagies septies si opus fuerit. Ecce videris charissimi, q̄ sollicitus sit iste cœlestis medicus de salute omniū nostrū. Quis vbi labor suus, ac famulorū suorū fuerit suum plenariū effectū consecutus, videlicet per efficacem procurationem nostræ salutis? tunc tenemur illi ad expēsas, id est ad ingētes gratiarū actiones. Hæc est enim tota merces, quā petit à te

pro omni labore suo, & pro omnibus beneficijs suis Christus. Quis si non, adhuc nihilominus tenemur ad dictas expensas, i. ad debitas gratiarũ actiones. Et qa illas non poterunt soluere ipsi miseri peccatores, iõ perpetuo recludentur in carcere inferni tanquam in pœnã. Qui cum ibi se repererint, nullam occasionem habebunt plangendi se de prædicto medico, quia fecit pro eorum salute, quod potuit, &c.

Secundò, medicus est quilibet Ecclesiasticus prælatus, vtpote curatus in ordine ad parochianos suos, quos debet mederi cum videt eos ægrotare. Tum verbo salutis eos à peccatis suis reuocando. Tum pro eis deuotè dñm orãdo. Tũ sacramẽta ecclesiastica sibi cõmissa illis ministrando. Et ideo propter has causas, & similes, ipsi subditi tenemur ei ad expensas, i. ad vitæ suæ sustentationem, vtpote ad decimarum solutionem de omnibus agris suis, & fructibus possessionum suarum, & etiam de animalibus suis, & huiusmodi. Vnde & Iacob Gen. 28. dicebat ad dominnm. Cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Qui autem possessiones non habent tenetur ad decimas personales, vtpote de illis bonis, qui lucrantur negotiando, siue operando manibus suis, & huiusmodi. Vnde Aug. dicit, & recitatur 16. q. 1. decimæ. De militia, inquit, & de negotijs atq; artificio, redde decimas. Hoc tamen obseruandum est scd͠m consuetudinem patriarum, ut ait B. Th. 2. 2. q. 87. art. 2. in sol. ad primum.

Tertius medicus est quilibet fidelis catholicus, qui zelat salutem proximi sui. Quẽ si viderit ægrotare ꝑ culpã mortalẽ, medetur ipsum fraterna correctione, qa vt habetur Eccl. 17. Vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo. Quis si peccans eũ audierit, in effectu suã vitã emẽdando, tunc ipse corripiẽs reportabit maximũ lucrũ, vtpote cooperator suæ salutis existẽs. Vnde Iac 5. Si quis ex vobis errauerit à veritate, & cõuerterit quis eũ, scire debet, qm̃ qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ suæ, saluabit animã eius à morte, & operit multitudinem peccatorũ. Si verò eũ non

audierit,

audierit, sed quod deterius est, monita sua salutaria spreuerit,& irriserit,non tñ propterea perdet talis pęnā suā,sed habebit expensas suas à dño,i.æternū prę mium pro huiusmodi charitatis opere,Ezech.3.Si an nūciaueris impio,sup. impietatem suā vt se corrigat, & ille non fuerit conuersus, ipse morietur in impietate sua,tu autem animam tuam liberasti. Ac si dicat propheta,Fecisti,qđ debuisti, nec habes vlterius peccatum,si ille non se correxerit,quinimo magnum habes meritum apud Deum. Et hoc est opus ad quod Christus in præsenti euang. nos admonet,dicens, Si peccauerit in te frater tuus,vade,& corripe eū &c.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Si peccauerit in te frater tuus,vade, &c. Matt.18.] Scribitur extra de treuga,& pace.c.treugas.ꝙ sententiam ecclesiasticam debet præcedere trina monitio. Casus est talis. Est aliquis sacerdos, qui accusatur apud suū diœcesanum de incontientia, seu alio crimine notorio. Quo audito diœcesanus monet eum semel, bis, ter,vt caueat sibi ab huiusmodi peccato, & scandalo, eijciendo concubinam suam. Ille autem tanquā obstinatus, & immemor suæ salutis renuit ita facere. Quid ergo iuris in hoc casu? Certe in tali casu dictus diœcesanus potest in eum ferre sententiam ecclesiasticam tanquam contra contumacem, & scandalosum. Item enim decernit Alexand. III. per præallegatam decretalem.

Moraliter. Nulla sententia est magis aut tantū timenda sicut illa, quā pronūtiabit Episcopus Christus in die iudicij contra reprobos,dicētes,Ite maledi.&c. Quia tñ dictus Pontifex Christus non vult mortē peccatoris,nec aliquos perire,sed omnes ad pęnitētiā reuerti. iō multipliciter admonet pauperes peccatores ad emendationem morū,& vitæ. Tum per internas inspirationes Ioā.3.Spiritus vbi vult spirat,& vocē eius audit. Tū per corporales castigationes. Greg. Mala quę nos hic præmunt,ad Deū ire compellūt. Tū ꝑ aperta scandala. In ps. Imple facies eorū ignominia, & quæ-

sent nomen tuũ dñe. Tũ p suos prædicatores, Lu. 14. Misit seruos suos hora cœnæ, i. in fine mundi, dicere inuitatis, vt venirent. De hoc etiã figura legitur Exo. per plura capitula, in quibus legitur, q dñs non solũ bis, aut ter, verumetiã pluries monuit Pharaonem regem Aegypti, vt dimitteret populum suum in pace. Ille autem velut contumax procaci ore respondebat dicens, Nescio dominum, & Israel non dimittam. Vidẽs ergo Deus incorrigibitatẽ illius tandem fecit de eo tam seueram vltionem, vt de eo perpetua memoria maneat. Ad propositum, quis est Pharao nisi obstinatus peccator, quem multipliciter admonet Dominus, vt dictum est, & tñ sæpe ad eum redire per pœnitentiam refugit? Propter quod non mirum si sæpe contra ipsum irascatur, & tandem ipsum demergat in profundo putei infernalis. Iste enim est finis indisciplinatorum, & incorrigibilium hominũ, qui nolũt audire vocem Domini, neque virorum proborũ salutẽ eorum procurantium, & charitatiue ipsos corrigẽtium. Propter quod tandem vitandi sunt tanquam Ethnici, & Publicani, vt dicit Christus in euangelio hodierno.

In pręsenti ergo euãgelio de tribus prĩcipaliter fit mẽtio, videlicet De fraterna correctione. In principio euangelij. De clauiũ iurisdictione, ibi. Quęcũq; alligaveritis. De petitionũ exauditiõe. ibi. Si duo ex vo. &c.

Primo igitur fit mentio, &c. Pro quo notandũ, q vt refert Matthæus in euangelio hodierno, Christus vna dierũ eiecit oculos pietatis ĩ discipulos suos, & signãter super Petrũ tanquã in eũ qui erat futurus Ecclesię pastor, & quem specialiter volebat: instruere qualiter deberet in futurũ se habere in corripiẽdis delictis subditorũ. Nec quidẽ tunc solum Petrum instruxit Christus, verumetiã omnes Ecclesiæ pręlatos atq; singulos catholicos, dicens. [Si peccauerit in te]. i. te solo sciẽte. Vel in te. i. te suo malo exemplo corrũpẽdo, seu ẽt iniuria vel cõtumelia afficiendo, vt exponit gl. interl. secus si in Deũ, quia tunc nõ est nostri arbitrij, vt dicit gl. ord. Frater tuus, fide vel ordine, aut pfessione.

Nam.

Nam quilibet talis est frater noster, eo ꝙ fraterno amore debemus ipsum corripere.[Vade.]Non ergo ꝑ solum rescriptum ipsum corripias, sed verbo. Nam plus prodest correctio verbalis, quàm quæ fit scripto, quia vt dicit Hiero. ad Pauli. de omnibus diuinæ historiæ libris scribens, habet aliquid latentis energiæ viua vox. Est autem energia vis affectiua effectus. Vade ergo,nec parcas tuis laboribus,aut corporeis passibus,vt peccatorem ab errore,& periculo damnationis æternæ reuoces Pro cuius etiam salute non pepercit Dei filius proprio sanguini, [& corripe eum]quia vt dicit gl.ord.ita peccat, qui videns fratrem peccare tacet,sicut qui pęnitenti non indulget. Nam qui postea dicit,si pœnitet dimitte,præmittit, si peccauit increpa[inter te, & ipsum solū.]interl.ne publice correptus verecundiam perdat, qua perdita in peccato permaneat. Sicut ergo,inquit de Lyra, medicus corporalis si debito modo procedat, nititur inducere sanitatem cum minori dispendio corporis, videlicet sine membri abscisione si fieri possit, ꝙ si non potest, tunc abscindit membrum minus nobile, vt conseruetur magis nobile,vel etiam totus corpus: sic ille qui fratrē peccātē occulte corripit, debet charitatiue procedere,& tentare si possit illum emendare absq; detrimēto suæ famæ, eo ꝙ fama cōputatur inter maiora bona hoīs,citra virtutes. Et ideo corripiens fratrē debet quantum potest eius famam conseruare. Patet ergo qūo debemus regulariter proximum occulte peccantem,etiam occulte & secrete inter eū & nos corripere.Sunt tamen duo casus secundū doctores, in quibus propter imminēs periculū non est necesse correctionē talem præmittere, etiam quantuncūq; peccatū sit occultum, sed sine admonitione secreta debet hoc denunciari ei,qui potest prodesse. Primus casus est de hæretico occulto volente alios corrūpere,& inficere. Secundus casus est de illo, ꝗ est omnino deliberatus prodere ciuitatē hostibus.In primo.n. casu dēt sciens peccatū tale in proximo reccurrere ad pastorem ani-

marum hortatus vt inuigilet supra gregem suũ, eo ꝙ lupus est inter oues. In secundo casu debet talis recurrere ad rectorem ciuitatis, hortans eum vt inuigilet diligenter circa custodiam ciuitatis, & pro causa. Et istos duos casus ponit B Tho. 2.2.q.33.art.7. dicens, ꝙ in illis duobus casibus debet sciens statim procedere ad denunciationem, vt huiusmodi nocumentum, seu malum impediatur, nisi, inquit, forte aliquis firmiter æstimaret, ꝙ statim per secretam admonitionẽ posset huiusmodi mala impedire. Sequitur. [Si te audierit] pœnitendo, vel à peccato cessando [lucratus eris fratrem tuum] gloss. interli. per alterius salutem salus tibi acquiretur. [Si autem te non audierit] i. secretam tuam correctionẽ gratiose non susceperit, adhibe tecum vnũ vel duos testes, qui velint prodesse, & non obesse. Et hoc intelligitur, quando proceditur per modũ denunciationis, quia vbi proceditur per modũ accusationis, non satis est habere vnum testem, sed ad minus oportet habere duos, iuxta illud Deut. 19. Non stabit vnus testis contra aliquẽ, sed in ore duorũ vel triũ, &c. vt hic allegatur. Quis si eos nõ audierit, vtpote incorrigibilis existẽs [dic Ecclesiæ.] i. prælato ecclesiastico vt eũ moneat, etiam sub pęna excommunicationis, secundum exigentiam casus. Quis si Ecclesiã non audierit, i. si prælato eum monenti seu excommunicanti non obedierit, sit tibi sicut ethnicus, i, gentilis, & publicanus, i. infamis. Ex prædictis ergo possumus summarie elicere, ꝙ delinquentes secundum ordinem charitatis debent sic corrigi. Primo quidẽ in priuato. Secundo vero coram paucis. Tertio autem coram multis.

Prima correctio debet inducere illum, qui corripitur, in amorem corripientis. Secunda in timorem. Tertia in pudorem, & verecundiam.

Circa autem materiam istam de correctione fraterna, & ad maiorem illius elucidationem, atque aliquã piarum mentium consolationem, & pacationem, hic inseruntur aliquæ veritates.

Prima

Prima igitur veritas. Præceptum de correctione fraterna non obligat, nisi certis conditionibus cōcurrētibus & circunstātijs debitis obseruatis, secūdū quod ait B. Th. 2.2. q. 33. ar. 2. Prima igitur cōditio est ꝙ obseruetur oportunitas loci & temporis. Loci quidē vt fiat secrete, & præsertim vbi peccatū est secretum. Sic enim præcipit fiendum Christus in præsenti euangelio, vt iam patuit. Tēporis vero vt expectetur ꝙ passio sit sedata in eo qui peccauit. Tunc.n. est magis susceptiuus disciplinæ. Secūda cōditio est ꝙ habeatur probabilis æstimatio emendæ ex tali correctione. Nā vbi quis verisimiliter crederet delinquentem ex sua correctione deteriorē fieri, vtpote ꝙ ex hoc ad impatientiam & ad opprobria induceretur, tunc non esset corrigendus per proximum, ita.n. dicit Aug. primo de ci. Dei. c. 9. Qui inquit malis corripiendis, parcit, metuēs ne deteriores ex hoc efficiantur consilium est charitatis. Hęc ille. Vbi ergo verisimiliter æstimatur, ꝙ tales deficientes non bene caperentur correptionem charitatiuā quantūcunq; benignam & gratiosam, quinimmo prorumperent in verba iniuriosa, & huiusmodi, tunc est ab huiusmodi correctione desistendum, secundum beatum Th. vbi supra art. 6. Vbi etiam post oppositum allegat gl. super illo verbo Prouerb. 6. Noli arguere derisorē ne oderit, dicentem. Non est timendū ne tibi derisor cum arguitur contumelias inferat, sed hoc potius prouidendum ne tractus ad odiū inde peior fiat. Hinc ad propositū Hieron. in proęmio super Esdram, & accepit ex Salustio in lib. qui intitulatur Catilinarium. Frustra niti, nec quid aliud fatigādo nisi odium quęrere, extremæ dementiæ est. Tertia cōditio siue circunstantia requisita antequam quis obligetur ad fraternam correctionē, est peccati & offensę grauitas. Quamuis enim bonum sit corripere venialiter peccātem, non est tamen de necessitate præcepti, alias essemus multum occupati, eo ꝙ multi peccant venialiter, etiā nobis scientibus & pręsentibus. Insup ex hoc sequi possent iurgia & lites inter simul discūbentes.

bentes & huiusmodi. Sunt & aliquæ aliæ conditiones quas breuitatis causa omitto pro præsenti.

Secunda veritas. In correctione fraterna modus adhibendus est, vt. s. fiat cum mansuetudine, & cõpassione, non autẽ cum duritia, & asperitate in ps. Qm̃ supuenit mansuetudo, corripiemur. Propterea 3. Reg. 19. in figuram huius legitur, ꝙ egressus est spiritus grandis & fortis subuertens montes, & conterens petras ante dñm. Deinde sequitur. Nõ ĩ spiritu Dominus. Et post spiritum comotio. Non in cõmotione dñs. Et post cõmotionem ignis. Non in igne dominus. Et post ignem sibilus auræ tenuis. Et ibi dominus. Vbi ad propositum per spiritum in montibus intelligitur correctio quæ fit cum asperitate, comminatione, & obiurgatione. Et talis correctio mentes malas non conuertit, nec prodest, sed magis obest. Item per spiritum in cõmotione intelligitur correctio q̃ fit, quãdiu qui corrigitur est in furore suo & igne magno. Et similiter talis correctio magis obest, quàm prodest. Item per spiritum in igne intelligitur correctio, quæ fit cum infamia & scandalo illius qui corrupitur, etiam prætermisso ordine charitatis, quam tradidit nobis Saluator in euangelio hodierno. Nam sicut ignis de facili saltat de loco ad locum, ita aliqui leues sunt ad reuelandum & palam faciendum vicinis suis facta aliorũ. Et similiter talis correctio cum sit peruersa, non prodest. Propterea dicitur, nõ in igne dominus, Sequitur. Et post ignẽ sibilus auræ tenuis, per quod intelligitur gratiosa & mansueta correctio fratris delinquentis, quæ multũ prodest ad emẽdationem eiusdẽ delinquẽtis. Ideo subditur. Et ibi dominus, supple per gratiam, & boni propositi inspirationẽ, videlicet quo ad eum, qui deliquit. Patet ergo qualiter faciẽda est correctio fraterna. Bene ergo dicunt peccantes & signanter ex humana fragilitate. Quoniam superuenit mãsuetudo &c. Nam in tali correctione plus debet esse de oleo lenitatis, quàm de vino asperitatis. Da exemplũ de illo Eremita, de quo legitur in vitas patrũ, quod cum ambularet

bularet per deserta, & obuium haberet quendam insigne latronem, ait illi. Quo vadis diabole? Cui alter, ex quo vocas me diabolum, ergo faciam sicut diabolus. Et continuo occidit eum. Nec multo post occurrit ei alius eremita benigne salutans eum & dicens. Salue mi frater, quo vadis? Ad quem ille. Hodie lucratus es animam meam per dulce eloquium tuum. Sicque emendauit vitam suam. Maximè autem prædicta mansuetudo & lenitas obseruāda est quotiens est quæstio de corripiendo aliquam personam difficilē ad increpandum, aut in officio constitutam, seu in aliquo eminentiorem eo qui corripit. Nam in correctione talium inchoandum est à verbis allectiuis & attractiuis, vt sic lucretur ꝓximus. Vnde Isid. lib. 3. de summo bono. c. 43. Ingenium, inquit, boni doctoris est incipere à laudibus eorū quos salubriter obiurgatos corrigere cupit. Et ad hoc propositū dat Greg. in suo pastorali. c. 41. similitudinē de equo indomito, quem primo blanda manu tangimus, vt plenius eū nobis postea subiugemus. Dat etiā similitudinē de populo amaro cui dulcedo melius adiungitur, ne ipsa aspera amaritudo quę saluti profutura est in ipso gustu primo sentiatur. Et hoc est quod ait Sen. de verborū copia. Obiurgationi inquit semper blanditię aliquid admisce. Est etiā bonū in tali correctione vti aliqua bona persuasione, & non primo tangere vulnus delinquētis, & signanter quando est quæstio de correctione superioris, aut personæ eminentis. Nā sic prudenter egit propheta Natham quando voluit reprehendere regē Dauid super adulterio suo & homicidio. Proposuit enim ei parabolam de diuite, qui rapuerat vnicam ouiculā pauperis. 2. Reg. 12. Vade & tu qui alium corrigere efficaciter cupis, fac similiter.

Tertia veritas. Maxima pars mūdi negligit & omittit corrigere delinquentes propter triplicē rationem omnino friuolam & insufficientem, nec per cōsequēs eos à mortali culpa excusantem. Prima igitur ratio est timor Dei. Timent enim nōnulli offendere Deum

si fra-

si fratres suos delinquentes correxerint aut reprehēderint, dicētes. Quid ad me de facto alterius? satis est mihi saluare animam meam. Habet Deum iudicē, saluet seipsum si vult. Sed hunc vanum timorem condēnat pariter & reprobat Aug. in regula ad fratres, dicēs. Magis quippe innocētes nō estis, si fratres vestros quos iudicando corrigere potestis, tacendo perire p mittis. Secunda ratio est timor proximi. Dicunt enim multi. Si correxero talē, vel talem, turbabo eum, & inde tristabitur, nec faciet bonum de die. Insuper cōfundetur in semetipso, & se deijciet. Melius est ergo vt eū derelinquam sic. Sed iste timor est vanus & malus. Nā salus aliorum est prçferenda paci eorū. Propter quod Eccl. 4. notāter dicitur. Ne reuerearis proximum tuū in casu suo, nec retineas verbum in tempore salutis. Verbum sup. fraternæ correctionis. Tertia ratio est timor proprij damni. Dicunt enim nonnulli intra semetipsos. Si talem vel talē quantumcunq; gratiose reprehendero, perdam gratiam eius, nec vnquam faciet mihi bonum, cum tamen mihi multum beneficus, & pernecessarius sit. Sed iste timor similiter est vanus & vitiosus, eo ꝙ tales præferūt proprium commodum temporale saluti aliorū. Timēt enim lucrari animas Deo, ne perdant fauorem hominum. In quo quidē facto ostendunt plus diligere seipsos quàm Deū. Vnde Aug. de ci. Dei lib. 1. c. 9. Plerunque, inquit, à malis obiurgandis & corripiendis hominibus male dissimulatur, cum scilicet delinquentium inimicitias deuitamus, ne impediant & noceant nobis in istis temporalibus rebus. Hæc ille. Patent ergo tres veritates circa materiam de fraterna correctione. Et per consequens de primo principali.

Secundo principaliter in præsenti euangelio fit mētio de clauiū potestate & iurisdictione, cū subdit Saluator. [Amen amē dico vobis, quæcunque ligaue. &c.] Quia. n. Xp̄s promiserat de homine incorrigibili & obstinato, quia esset vitandus tanquam excōmunicatus, ideo volens ostendere excommunicationem & ecclesiæ

eclesia auctoritatem nō esse contemnendam, ait. [Quæ cunque ligaueris super terram.] Interl. vinculo anathematis, erunt ligata & in cœlo. i. diuino iudicio. Voluit ergo Christus per hæc verba innuere ꝙ Deus approbat sententias & censuras ecclesiæ, dumodo nō sit error in iudicio aut facto. Ex quo patet ꝙ huiusmodi censuræ sunt timendæ tāquam ore Dei prolatæ. Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Et qui vos spernit, me spernit. Vbi autem est error in facto, sententia quidē tenet & ligat quo ad ecclesiā & in foro exteriori, sed non quo ad Deum, & in foro interiori. Vnde gl. ord. super illud Leu. 24. Ecce aūt egressus &c. dicit ꝙ interdū foras quis mittitur & intus est. Et interdū ecōtra qui veraciter foris est, intus retineri videtur. Ex quo patet ꝙ aliquis est excommunicatus quo ad ecclesiā, qui tamen est ábsolutus quo ad Deum. Da exemplum de illo qui contraxit clandestinè & in occulto cū Bertha, & postmodum in facie ecclesiæ cum Maria. Nam in illo casu ecclesia coget eum habitare cum secūda, & iam adhibendo excommunicationē ne quouis modo præsumat cū prima cohabitare, & tamē in foro diuino est totum oppositū. Nam habitando cum Maria continuè adulteratur, quod prohibet dominus. Propterea extra de sententia excommunicationis cap. inquisitioni, dicitur, ꝙ quis potius debet sustinere excommunicationem, quàm illi debitum reddere, quę nō est vera vxor. Econtrario autē aliquis est absolutus quo ad ecclesiam, qui tamen est excommunicatus quo ad Deum. Nam quilibet peccator, tam publicus, quàm occultus, est quo ad Deum excōmunicatus, eo ꝙ omne peccatum mortale separat à Deo, & ab vnitate ecclesię triumphantis. Et tamen non quilibet est talis excommunicatus quo ad ecclesiam, vt constat. Ita enim dicitur 24. q. 3. certū. Omnis impius & si non ab ecclesia, tñ a Deo separatus est. Est ergo auctoritas ecclesiæ multum formidanda, & similiter excommunicatio ab ea lata siue iuste siue iniuste timenda est, vt dicit Grego. hom. 26. Et similiter recitatur in decre-

tis.

cis.11.q.3.quibus. Timẽdum est, inquit Greg. ne aliis nostris culpis exigentibus meruimus excõmunicari. Et tamen vnus casus, in quo excõicatio nullo modo est timenda, quando.s. continet intollerabilem errorem. v.g. Si aliquis episcopus diceret. Ego excommunico omnes subditos meos adeuntes ecclesias fratrũ mendicantium huius ciuitatis, vel eis eleemosynas dãtes. Et hoc nisi exprimat causam legitimã, aut sit omnibus nota. Quantum autem timenda sit huiusmodi excõicatio, patet tali exemplo, Refert enim Petrus Damianus in quodam sermone de quodam uiro multum nobili, qui contraxerat cum sua consanguinea. Cum ergo fuisset propter hoc excõmunicatus, nec paruisset censuris ecclesiasticis, quinimmo eas spreuisset, canes in nullo tetigerunt reliquias panum conuiuij dictarum nuptiarum, quæ in platea illis proiectæ fuerant. Cum autem ad tam euidens signum iræ Dei Ille incorrigibilis remaneret, repente fulgure de cęlo cadente super cubiculum, in quo dormiebat mirabiliter interijt, sicut corpore ita & anima, non dubito. Ecce quanto periculo corporis & animæ subiacent excõmunicati, & qui censuras ecclesiæ non timent.

Tertio principaliter in præsenti euangelio fit mentio de piarum petitionum fideli exauditione, supple à Deo, cum subditur, Iterum, inquit Christus, dico vobis, quia si duo ex vobis fidelibus consenserint, supple de corrigendis peccatoribus, de excommunicandis rebellibus, aut etiam de omni re salutari petenda opportune, super terram, ubi est opportunitas merendi, de omni re quancunque petierint, fiet illis à patre meo, dummodo supple talis petitio habeat omnes debitas circunstantias, quæ sunt orare pie, & pro se, & perseueranter. Nam his tribus conditionibus concurrentibus semper oratio exauditur, & si non semper in promptu, quia fortè non ita expedit, finaliter tamen conceditur, quod petitur. Nullus ergo miretur, neque contra Deum murmuret si non semper in promptu obtineat à domino, quod petit in oratione,

ne. Quia forte hoc fit, ut discat in oratione perseuerare, & per cōsequens magis ac magis mereri. Aut quia non pie & ad salutem animæ suæ petit, sed potius cōtra. Aut quia non pro se, sed pro alio orat, qui per peccata sua impedimentū præstat ne oratio boni, & iusti viri, quam pro ipso facit, exaudiatur. Nota ad hoc exēplum in uitis patrū de illo sancto patre, qui imposuerat in humeros cuiusdam grauis peccatoris saccū plenum lapidibus, vt extra cellam deferret. Sed quantū cunque ille exire laboraret, non tamē præualuit, eo ꝙ sanctus pater à parte posteriori retrahebat dictum saccum. Cumque ille super hoc patrem interrogaret quid hoc significaret, dixit ille, ꝙ similiter ille resisteret peccando ne orationes suæ eum iuuarēt ad exeūdum de peccato. Deinde ostendit Christus quantum prosit sanctā societas [Vbi] inquit [sunt duo vel tres.] multo fortius ubi 20. vel 50. siue centum, sicut in regularibus cęnobijs. [congregati in nomine meo] i. ad honorem nominis mei [in medio eorum sum] hoc. n. in effectu ostendit quando post suam resurrectionem apparuit suis discipulis in unum congregatis. Io. 20. Item duobus discipulis euntibus in Emaus & de ipso loquentibus, ut patet Luc. 24.

Notādum est autem circa hoc ꝙ congregatio, quæ fit in noīe dn̄i valet ad multa. Primo quidē ad impetrandū Dei, & sanctorum angelorū præsentiam. Psal. Præuenerant principes, i. angeli, coniuncti psallentibus, ecce sancta cōgregatio, in medio iuuēcularū &c. Vnde legitur in vitis patrū, ꝙ cum quidā sancti patres loquerentur adinuicem de salutaribus, uisi sunt sancti angeli in medio eorū stātes, & in hilari uultu illis congratulantes. Cumq; sermones suos diuerterent ad alias materias, inde recedebāt dicti angeli, & mox accedebant dæmones inter eos in specie porcorum. Secundo vero valet ad resistendū cōtra malignorum spirituum nequitiam, & ad eijciendum à consortio hominum dictorum spirituum præsentiam. Cum enim diabolus odiat Deū summé, nō potest de eo audire bene

loqui,

loqui, sed tantũ male sicut neq; illi homines q gerũt rancorem in cordibus suis contra aliquos. Dicit.n. Vegetius de re militari. lib. 1. c. 9. ꝙ nihil est quod magis faciat milites vincere hostes suos, q̃ incedendo seruatus ordo, atq; exercitus vnitas. Cum verò dispergitur exercitus, tunc de facili vincitur. Sic etiam suo modo loquendum est de bello contra dæmones, quibus nõ possumus melius resistere q̃ vnanimes habitare ĩ sancto. ps. Ecce q̃ bonũ & quàm iocundũ habitare fratres in vnũ. Hic cadit exẽplũ quod narrat Greg. in suo dialogo. lib. 2. videlicet de quodã discipulo B. Benedicti, qui tentatus de recessu, noluit ad instantiam dicti patris in monasterio ac sancta congregatione seruorum Dei remanere. Cum ergo monasteriũ egressus fuisset, mox inuenit draconem aperto ore eũ deuorare volentẽ. Quod ille cernens, ac stupens, cœpit clamare ac dicere, Succurrite fratres, succurrite, q̃a draco iste vult me deuorare, nec possum illi resistere. At illi accurrentes ipsum inuenerunt, sed minime draconem viderũt. Ipsum tñ fratrem trepidantẽ atq; palpitantẽ ad monasterium reduxerunt. Qui statum promisit vitæ stabilitatem, atq; deinceps multum religiose conuersatus est. Tertio valet sancta congregatio ad placandã Dei iram. vñ legitur Gen. 28. ꝙ Dñs dixit Abrahæ se veniã daturum ciuitatibus, quas postea subuertit dummodo in ipsis inueniri possent decẽ iusti. Et forte modernis temporibus parcit dñs ad tempus multis ciuitatibus, in quibus vigent grauissima & nephandissima scelera & hoc propter merita & preces sanctorum congregationum in illis degentium, & signanter religiosarum domorum regulariter viuentium. Hinc Hiero. in prologo super vitas patrum Sanctorum, inquit, virorum meritis debet imputari adhuc stare mundum. Quarto & vlt valet ad faciliorẽ petitionem, & exauditionẽ. Hoc autem aperte innuit Christus in præsenti euang. cum ait, Si duo ex uobis consenserint super terram de omni re quacunque &c.

Cõsequenter in fine euãgelij præsentis proponitur

quæstio

quæstio à Petro quam soluit Christus. Quia.n. prius dixerat Christus Petro. Si peccauerit in te &c.hac occasione motus ipse Petrus Christũ interrogat, dicens. Dñe quotiẽs peccabit in me frater meus, & dimittã ei? Vsq; septies? Credidit.n.se Petrus aliquid magnũ dicere, etiam timens ne excederet, vt dicit Chrysost. super Matt. homil. 52. Sed quare potius dixit Petrus vsq; septies, quàm vsq; quinquies, vel decies, aut huiusmodi? Respondeo, quia scriptum est Prouer. 24. Septies in die cadit iustus. Vel forte propter septem peccata mortalia. Cui Christus, Non dico tibi vsque sept. sed vsque sept. s. totiens dimittes fratri tuo quotiens ille peccauerit in te, postmodũ reconciliatus tibi fuerit. Augustinus autem de verbis dñi. serm 25. exponẽs prædictum verbum. Quotiens peccabit &c. querit ita dicẽs. Si frater tuus peccauerit vsq; septuagies octies, nunquid poteris ei dimittere? Et respondet dicens, Audeo dicere, vt etsi septuagies octies peccauerit, ignoscas. Et si centies peccauerit, centies ignoscas. Et quid dicam? Certe quotiens peccauerit, totiens ignosce. Deinde arguit contra seipsum dicens, Ergo ego ausus sum supergredi modũ dñi mei Ille in septuagesimo & septimo numero ignoscendi limitẽ fixit. Hunc ego limitẽ transilire præsumã? Consequenter respõdet dicẽs, Non est verum. Nõ sum ausus plus aliquid. Nam ipsum dñm meum audi loquentem in Apostolo suo, vbi modus & numerus præfixus non est. Ait.n.s. Coll. 3. Donãtes vobismetipsis si quis aduersus aliquẽ hẽt querelã, sicut Deus in Christo vobis donauit. Hæc Augu. ubi supra. Patet ergo q̃ pius & misericors est dñs Deus noster Iesus Christus erga pauperes pc̃tores, ad sinum suæ misericordiæ recurrere volentes, & quàm misericordes illius esse voluerit Ecclesiæ prælatos. Nullus itaq; peccator amodo diffidat de Dei misericordia, ẽt si millies septies peccauerit, sed agat pœnitentiã super commissis delictis, vt tandẽ valeat peruenire ad cœlestẽ gloriam. Quam nobis cõcedat &c.



Ccesserunt ad Iesum Scribæ & Pharisæi dicentes. Quare &c. *Matth.* 15.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C.de alēdis liberis à parentibus.l.j. quæ incipit parentū.dicit,ꝙ filij facti diuites tenentur alere parentes.Casus est talis Sortes pauper pasto r ouiū genuit ex legitimo thoro Platonē.Hic ergo Plato factus grandæuus arte vel industria, seu quauis alia via deuenit ad magnas diuitias, ita vt apud ignotos potius reputetur filius nobilis,ꝗ pastoris.Pater ergo eius forte senio grauatus,non habens vn̄ inopē sustentet vitam,accedit ad ipsum causa suste ntationis.Quam ille velut inhumanus filius eidē denegat. Dictus ergo Sortes hoc videns trahit filium ad iudicium , casum exponens iudici. Quid ergo debet peritus iudex in hoc casu facere? Certe debet dare sententiam pro dicto Sorte contra Platonem eius filium,conformiter ad legē prædictam,dicentē,ꝙ filij facti diuites tenentur alere parentes. Ista lex est ciuilis & conformis legi diuinæ, de qua habetur Eccl. 7. vbi præcipit dn̄s filio sustentare parentes,cū ait,Retribue illis qūo & illi tribuerunt tibi . Similiter ista lex est cōformis doctrinę Apost.qui 1.Tim.5.dicit,Si qua vidua filios & nepotes habet, discat primum domum suam regere , & mutuam vicem parentibus reddere .

Moraliter,ista lex potest tripliciter exponi,secundū triplicem parentum differentiam. Habemus enim parentes cœlestes,& spirituales,& carnales.

Primo igitur habemus parentes cœlestes, & hi sunt Deus & sancti cum eo gloriose regnantes.De ꝗbus potest intelligi illud Eccl.20.Laudemus viros gloriosos & parētes nostros in generatione sua.Hos itaq; parētes debemus alere,non quidē in se,maxime cum nec Deus,nec Sancti eius bonorū nostrorum egeant.Insuper

per nec Deus nec sancti cũ eo gloriose regnãtes carnes taurorum manducant, nec sanguinem hircorum potant. Est ergo à nobis alendus dominus in suis mẽbris,& similiter in sibi deuotis famulis alédi sunt Sãcti. Hoc autem fit cum egenis eleemosynam petentibus in nomine Domini, aut sanctorum eius pie subuenimus,ita vt tam Christus,quàm Sancti ipsius quasi nobis regratiantes valeãt sigillatim dicere illud Mat. 25.Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

Secundo habemus parentẽs spirituales. Et hi sunt præcipue qui nobis Ecclesiastica sacramẽta ministrãt, vtpote baptismum,confirmationẽ,ordinem,pœnitentiam. Item qui nobis præsunt. Item qui nos instruunt, vt p̄dicatores diuini verbi,siue alias cooperantes nostræ saluti. Vnde & Paulus Corinthijs,quibus prius prædicauerat,postmodum scripsit, dicens, In Christo Iesu per euangelium,ego uos genui 1.Cor.4.Item ibidem vocat Thimotheum filium suum charissimum, non quidem per carnalem propagationem, maxime cum ipse Paulus in virginitate permãserit,sed potius per spiritualem regenerationem.Similiter B.Ioannes in sua prima canonica per singula capitula vocat illos,quos in fide,& de fide instruxerat,filios suos.Hodie etiam per Dei gratiam non desunt tales patres in ecclesia Christi,vt sunt qui sacramẽta alijs ministrãt. Item qui alijs verbum salutis prædicãt,& huiusmodi. Hos itaque parẽtes debent filij diuites facti alere. Et propterea decimæ soluuntur curatis & prælatis.Prædicatoribus autem,& signanter mendicantibus hodie tenues eleemosynæ fiunt ab his,quos regenerant verbo salutis.Propterea dicit Pau.1.Corinth.9. Si nos vobis spiritualia seminamus, non magnum est si carnalia vestra metamus.

Tertio habemus parẽtes carnales, à q̄bus habemus & recipimus communiter tria bona, videlicet esse,nutrimentũ,documentũ.Et ideo talibus in recognitionẽ tantorum beneficiorum debemus non solum honorẽ aut reuerentiã,verumetiam in casu corporalem sustẽ-

tationem, præsertim vbi ipsi deficiunt, & nos abundamus. Vñ Amb. super Luc. li. 8. Pasce, inquit, patrem tuū, pasce matrem tuam. Et si paueris matrē, adhuc non reddidisti ei dolores neq; cruciatus quos pro te passa est. Non reddidisti ei obsequia, quibus illa te gestauit Non reddidisti ei alimenta quæ tibi tribuit, tenero pietatis affectu immulgens labijs tuis vbera. Nō reddidisti ei famem quā illa pro te tolerauit. Tibi illa ieiunauit, tibi illa manducauit. Tibi illa quem desiderauit cibum non accepit. Tibi vigilauit, tibi fleuit, & in illā egere patieris? O fili quantum tibi sumes iudicium, si non pascas parentem. Illi debes quod habes, cui debes quod es. Hæc ille. Ecce quō filius diues factus, debet alere parentes, præsertim egentes. Et hoc idem innuit Christus in præsenti euang. in quo reprobat traditionē scribarū & phariseorū tanquam aduersantem dictæ subuentioni parētum, vt postea patebit.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Honora patrem tuum & matrem tuā. Exo. 20. Itē Matt. 15.

Scribitur extra de filijs presbyterorum. c. vt filij, ꝙ filij illegitimi non debent promoueri ad sacros ordines, neque ad prælaturam. Et hoc sine dispensatione sedis Apostolicæ, vt dicit ibi glo. Casus est talis. Aliquis ecclesiasticus plura habens beneficia habet concubinam ordinariā, ex qua generat plures filios, quos statuto tempore facit diligenter edoceri. Cumq; peruenerint ad debitam ætatem, sentiens se iam senio confectum, vult illis resignare beneficia sua in toto, vel in parte. Vel forte talis prælatus est Episcopus, qui vult talibus filijs prouidere de melioribus beneficijs suæ diœcesis. Propter quod insignit eos sacris ordinibus. Quid iuris in hoc facto? Certe ad hoc respōdet concilium Pictauiense, dicens, quòd Episcopus nequit facere istud neq; illud saltem absque dispēsatione sedis Apost. quia, vt dictum est, filij illegitimi non debēt promoueri ad sacros ordines neq; ad prælaturā. Quis si queratur quare hoc? Ad hoc respōdetur ꝙ redduntur inhabiles propter horrorē sceleris parentum,

scilicet

scilicet propter incontinentiam eorum, vt notatur 15.q.8.cum multæ.

Moraliter duo sunt genera filiorum.s.legitimorum & illegitimorum.Primi sunt iusti & boni,qui sunt filij Dei & ecclesiæ.Secundi sunt iniusti & peccatores, qui sũt filij diaboli,etsi nõ per naturã, tamẽ per culpã de quibus Io.8.loquitur Christus,dicens,Vos ex patre diabolo estis.Nam vt dicit Chrysost. cuius quisque opera facit,eius filius esse cõprobatur. De talibus etiã filijs scribitur Deut.32.Generatio peruersa est & infideles filij. Huiusmodi ergo filij cũ venerint ad articulum mortis,& petierint ab illo summo Pont. Christo promoueri ad sacros ordines angelorum, & ad illa summa beneficia ecclesiæ triumphantis,dicentes.Domine domine aperi nobis,certe dictus Pontifex respõdebit illis illud Matt. 24. Nescio vos, i.non approbo miseram vitam,quam duxistis in mundo.Et ideo non poteritis hic ordinari cum angelis meis,neque beneficium cœleste,aut hic prælaturam habere. Sed velitis nolitis oportet vos illic descendere, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Io. 10. Scire enim debetis ꝙ sicut filij illegitimi non possunt promoueri ad sacros ordines in terris,sic neque peccatores in cęlis.Sed nunquid talibus filijs illegitimis adhuc in hac valle miseriæ ambulãtibus superest aliquod remediũ vt promoueantur in futuro ad ordines angelorũ? Certe ita,& illud est dispensatio sedis Apost.quę fit authoritate Christi,illegitimos per peccatum, habilitãdo ꝑ pœnitentię sacramentum. De numero autem filiorũ illegitimorum erant illi iudæi, de quibus dicit Christus, quòd non honorificabant patres suos, vt patet in euangelio hodierno.

In præsenti ergo euang. de tribus principaliter fit mentio,videlicet, De quorundam iudæorum superba præsumptione in principio euangelij. De eorundẽ à Christo iusta reprehensione.ibi. Quare & vos &c. De salubri eiusdem Christi instructione.ibi. Et cõuocatis ad se turbis.

Primo igitur &c. Pro quo notandum ꝙ vt refert Euangelista Matth. vna dierum accesserunt ad Hierusalē ab Hierosolymis scribæ & pharisęi, dicentes. Quare discipuli tui transgrediūtur &c. gl. interl. Mira stultitia. Filius enim Dei non est subiectus traditionibus hoīum. Ipsi.n. volebant in accusatione sua retorquere culpā discipulorū si qua fuisset, in magistrū suū Xp̄m, ideo dicunt. Quare discipuli tui &c. Et nota ꝙ non dicunt Christo. Quare discipuli tui trāsgrediuntur præcepta Dei? Sed tantum traditiones seniorum. Tū q̄a ipsi apostoli huiusmodi pręcepta fideliter custodiebāt, vtpote qui iam erant scholam virtutis professi. Tum quia ipsi scribæ & pharisęi plus erāt soliciti de obseruantia dictarum traditionum, quàm diuinorum præceprorum. Hos autem iudæos imitantur pleriq; iudices vtriusque curiæ, qui grauius reprehenduntur, & ad maiorem emendā ponunt transgressores statutorū humanorum, vtpote edictorum regum ac principum, aut ordinationum synodalium, quàm diuinorum præceptorū. Idem dic de multis prælatis religionum, qui quandoque grauius puniunt transgressores suorū statutorum, seu etiam minutarum cerimoniarū religionis, quàm grauiter in legem domini peccantes. Nota de illo prælato religionis in Pictauia, qui quendam de suis subditis conuictum de lapsu carnis cōdemnauit ad soluendum sibi pintam vini albi, eo quod huiusmodi vinum valde diligeret, vna cum certa portione butyri recentis, & pane. Vera sunt q̄ refero. Nota etiā ꝙ sicut scribæ & pharisęi hodie reprehenderunt pauꝑculos Christi discipulos de modicissimo defectu, qui etiam culpabilis non erat, cum tn̄ permitterent grauissima scelera impunita, quæ maiores īter eos cōmittebāt in dies, ita & hodie dn̄i officiarij vtriusq; curiæ grauiter puniunt pauperes & simplices pro paruis eorum defectibus, vbi tamē impune euadere permittūt grossos millordos & potentes, multa etiam nephanda & scandolosa perpetrantes. Propter quod Anacharsis philosophus merito comparabat humanas le-

ges telis arencarum, prout refert Valerius Max. lib. 7. c. 2. Nam sicut huiusmodi telæ retinēt & inuoluunt paruas muscas, fortiores autē transmittunt, ita inquiebat pauperes & humiles constringuntur legibus, diuites autem ꝑponentes minime illis alligantur. Materia aūt de qua iudæi reprehendebant Christi discipulos, tāgitur cum subditur. Non .n. lauant manus suas cum p.m. Ecce friuola reprehensio. Verisimile est autē, ꝙ si potuissent eos de graui defectu reprehendere, non tacuissent. Non est tamen credēdum, quòd Christi discipuli passim & indifferenter mensam accederent non lotis manibus. Sed bene verum est, quòd eas non lauabāt tam frequēter sicut dicti iudæi, qui crebro, i. frequenter suas lauabant, videlicet quotiēs noua esca apponebatur mensæ. Insuper à foro venientes nō mā ducabant nisi prius baptizarentur, i. lauarentur, vt habetur Marc. 7. Carnaliter intelligentes illud Esa. 1. Lauamini, mundi estote. Cum tamen illud verbum spiritualiter sit intelligendum. Insuper est inconueniens Christi discipulos interdum manducasse non lotis manibus, maxime cum esuries vrgebat, & aqua ad lauandum deerat.

Moraliter. Notādum, ꝙ per discipulos Christi q̄ nō lauant manus suas cū panem manducāt, possumus intelligere multos sacerdotes indigne accedentes ad altare, qui nō lauant manus suas ab operibus malis. Cuiusmodi sunt multi cōcubinarij, simoniaci, crapulę & ebrietati dediti pariter & alearū ludo. Cūctis .n. liquet aperte ꝙ si quis rogaret regē pedibus eius ꝓuolutus tenens stercus in manu, non solū non flecteret eū ad misericordiā, verūetiam vehementer cōcitaret ipsum ad irā & vindictam. Sic est autem de deprecāte dominū pollutis manibus per opera mala. Propterea Esa. 1. dicit dominus. Cū multiplicaueritis orationes vestras nō exaudiā vos, manus .n. vestræ sanguine plenę sunt. Hos ergo peccatores deberet timor Dei retrahere à p̄ctō, vt saltē ad altare nō accederēt, nisi primū corde & ore confessi. Exemplo illius capellani cuiusdā ma-

gni domini. Hunc enim cum dictus dñs vidisset quodam mane per fenestrã cameræ suæ perperam agere cũ quadã ancilla in horto, non multo post eum accersiri fecit, dicens, ut mox se præpararet ad celebrãdum missam, ille autem conscius recẽtis culpæ, considerãs etiam parte ex altera, ꝙ non poterat de facili habere copiam confessoris, excusauit se apud dñm suum à celebratione missæ, dicens se comedisse vnum prunum cum deambularet per hortum soluens officium matutinum. Quod audiens dominus eius plus dilexit eũ quàm prius, videns quòd non voluerat ad altare accedere manibus, id est opere pollutus. Alij aũt non lauant ora sua à malis verbis cum panem sacramentalem habent mãducare, vt sunt multi detractores & bilingues, periuri, & mendaces, turpia & iniqua loquentes. Alij vero non lauant corda sua à cogitationibus cũ habent huiusmodi panem manducare, vt sunt illi qui iram & odium seruant in corde aduersus ꝓximos suos, vel qui viuunt in proposito perseuerandi in peccatis suis, in quibus sunt assueti. Quis si tales exterius cõfiteantur, noscere tamẽ debẽt, ꝙ tota aqua maris nõ posset eos lauare. Bene ergo dictũ est à regio propheta Dauid in figura sumptionis sacramenti altaris de panibus propositionis. 1. Reg. 21. quòd qui mũdi sunt maxime à mulieribus, manducent ex eis. Sed, vnde tãta indeuotio, & irreuerẽtia ĩ plerisq; presbyteris ad altare accedẽtibus, cũ tñ videamus multos laicos vtriusq; sexus in paschate cũ tremore & digna pręparatione accedere? Certe istud operatur nimia frequẽtatio huius sacramẽti, & signanter quo ad eos, q magis causa lucri, quàm deuotionis celebrant. Omne. n. qđ multum frequentatur, tandem vilescit, & minus appretiatur. Et ad hoc propositum dat magister Iordanus ordinis fratrum prædicatorum, in lib. qui intitulatur vitas fratrum ordinis prædicatorum, exemplũ de sacrista, ita dicens. Sacristas nostræ Ecclesię, eo quòd habet frequẽter circuire maius altare, & per chorum transire, non facit nisi modicam inclinationem, vbi tamen

cæteri fratres profundius inclinant. ita in proposito dicendum est &c.

Secundo principaliter in præsenti euãgelio fit mẽtio de scribarum, & pharisæorum à Christo iusta, & rationabili reprehensione, cum ait. Quare, & uos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Clauum.n. clauo retrudit Christus in sua respõsione. Quasi diceret, secundum glo. ord. Si mandata Dei contemnitis propter traditionem hominum, quare arguitis discipulos meos qui mandata hominum dimittunt, vt scita Dei custodiam?

Est autem notandum circa hoc ꝙ multis generibus & differentijs hominum potest improperari, & dici prædictum verbum, videlicet. Quare transgredimini mandatum Dei propter, &c.

Primo quidem potest dici dominis episcopis, & archiepiscopis. Quare transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Mandatum enim Dei est, vt cessante omni legitimo impedimento domini curati faciant residentiam in suis beneficijs, secundum, quòd figuratiue scribitur Luc. 2. ꝙ pastores custodiebant vigilias noctis supra gregem suum. Hinc etiam Mat. 24 ait Christus. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus eius, inuenerit sic facientem. Sed ferme omnes domini episcopi quodãmodo transgrediuntur mandatum Dei prædictũ propter traditionem suam, quæ est talis, quòd quilibet curatus suæ diœcesis non residens super beneficium, soluat pro non residentia de qualibet libra prouentuũ dicti beneficij vnum solidum, ita ꝙ de beneficio valente centũ libras percipiunt iure vel iniuria cẽtũ solidos. Quis si plus, etiam plus. Et ita propter hmõi lucrum nõ cogunt curatos residere in beneficijs suis. Quinimmo forte bene vellent de residẽtibus, ꝙ non residerent ꝑꝑ causam prædictã. Et tamen huiusmodi absentia sic est quodãmodo contra mandatum Dei,

vt

vt probatum est, ita etiam est contra communẽ dispositionem iuris, vt patet 7.q. 1. si quis in clero, vbi dicitur, ꝙ non licet bñficiato vltra tres hebdomadas abesse. Itẽ ibidẽ cap. præsentium, dicitur, ꝙ vbi quis sine causa legitima nō residet super beneficiū suū, iuste potest substitui alter. Itẽ extra de clericis non residentibus. c. ex parte, dicitur, ꝙ clericus nolens residere suꝑ beneficiū suum, postquā fuerit sup̃er hoc admonitus debet priuari beneficio. Et multa habentur in eadem rubrica, quæ faciunt ad propositū. Vide ibidem si vis.

Secundo potest improperari multis transgredientibus ieiunia de præcepto Ecclesiæ propter quædam ieiunia deuotionalia. Quare transgredimini mandatum, &c. Huius generis sunt illi, qui in casu vbi occurrit ieiunium, quod est præcepto Ecclesiæ in feria sexta, illud non soluunt, vt possint adimplere in crastino suum ieiunium deuotionale, quod facere solent omni sabbato ob reuerentiam beatæ virginis, se excusantes de primo ieiunio, & dicens non posse vtrunque facere. Et tamen in tali casu potius deberent infringere secundum ieiunium, quàm primum, pro quanto opus præcepti est præferendum operi consilij. Idem practica de illis, qui faciunt suas peregrinationes in die festo, forte non audientes missam quancunque, quas etiam peregrinationes possent sine notabili sui detrimento facere alio die.

Tertio prædictum verbum potest retorqueri cōtra quasdam mulierculas, quæ formant sibi grauẽ cōsciẽtiā si oporteat eas aliquid operis facere in die sabbati post meridiẽ. Quinimmo cōdēnant, & reprobant vicinas suas manibus operantes hora prædicta. Et quod deterius est, reputāt illos prædicatores hæreticos, qui aliter dicunt, videlicet licere operari in die sabbati ęque bene post meridiem sicut ante. Et tñ hmōi mulierculæ plerunq; nô formidant manualiter operari in die festo, & præcipuè, qđ vocant bassum festū. Cum tamen nullum festum, quod est de præcepto Ecclesiæ, aut de cōsuetudine patriæ sit bassum, sed oẽ tale altū

est

est. Aliqua tamen sunt strictius obseruanda, & aliqua minus. Harum autem fatuellarum muliercularū praua, & indiscreta consuetudo reprobatur in decretis, de consecr. dist. 3. peruenit. vbi expresse dicitur, quòd illi iudaizare videntur, qui diem sabbati obseruare volunt. Insuper sunt antichristi præcursores, qui talem diem præcipiet obseruari, vt habetur ibidem.

Quarto prædictum verbū ad literam retorquet Xps contra scribas, & phariseos iudæorum reprehendentes discipulos suos de modico, vbi tamen ipsi reprehensibiles erant in multo, ideo ait, [Quare, & vos trāsgredimini mandatum Dei propter, &c. Nam Deus dixit.] sup. Exod. 20. [Honora patrem tuum, & matrem tuā] honore, s. duplici, videlicet reuerentiali, & reali, s. vitæ necessaria si necesse fuerit illis ministrando. Nam secundum beatum Tho 2.2.q.122. art. 5. in sol. ad tertium debemus de perse parentibus nostris in eo, ꝙ parentes sunt honorem, & reuerentiam. De per accidens autem vitæ sustentationem, inquantum scilicet. indigentes sunt. Insuper Deus dicit Leuit. 20. [Qui maledixerit patri vel matri] non tā verbo aut signo, quàm facto [morte moriatur. Morte, in quā æterna, dicit interl. Quāuis etiā talibus filijs mors corporalis seu tēporalis infligeretur. s. lapidationis, vt patet Deut. 21. Et propter hanc causam Absalon patri rebellis, immo quærens ipsum priuare regno, iusto Dei iudicio supensus capillis suis ad arborē, & confossus lācea ipsius Ioab miserabiliter interijt, corpore. s. & anima, vt prçsumitur. 2. Reg. 18. Deut. 27. Maledictus, qui non honorat patrē suū, & matrē suā, dicet omnis populus. Amen [Vos autem scilicet scribæ, & pharisçi dicitis] tortuose exponētes mādatū domini. Quicūq; dixerit patri vel matri, munus quodcunq;, est &c. Pro intellectu huius textus notandum, ꝙ vbi scribæ, & pharisæi videbant aliquem senē habentem filiū iam potentē ad regendū domumfami. accedebāt ad ipsum filiū, atque dicebant ei, Ecce charissime, cernis patrē tuū iā senem, & habentem substantiam multam, quid libēter dabis

dabis, & offeres in templo pro ministris illius,& persuadebimus ei efficaciter vt resignet tibi omnē substantiam suam,& eris amodo dn̄s,& magister domus? Ille autem respondebat tantum vel tantum. Et conuentione inter eos facta[quæ sapiebat certe naturam simoniæ] illi veniebant ad patrem dicentes ei multa bona de filio suo, & ꝙ bene faceret illi relinquendo ex toto regimen domus suæ, eo ꝙ non esset amplius casus suus intromittendi se de negotijs tēporalibus, sed,quòd daret se quieti pro residuo vitæ suæ,illique optime subueniret filius suus laute, & abunde eum pascēdo,& huiusmodi. Sicq; ad eorū persuasionē fraudulentam pauper pater resignabat substantiam suam filio suo. Ille autem postmodum satisfaciebat dictis mediatoribus iuxta promissa iniqua. Quis si postea contingebant dictum patrem egere aut conqueri, ꝙ nō bene pasceretur iuxta promissa filij, respondebat, & dicebat ei filius, qūo pro salute animæ suæ fecisset magnam donationem ministris tēpli de bonis illius, nec amodo haberet vnde posset eum ita laute reficere,vt optabat aut consueuerat. Et ita per talem modū talis filius,inquit Christus,non honorificabat patrem suū aut matrē suā,sed magis inhonorabat,s. alimenta consueta denegando eidem.[Et irritum fecistis] vos sup. Scribæ,& Pharisæi talis abusionis inuentores[mādatum Dei].s. de honorandis parentibus temporalia illis ministrando in casu,vt dictum est, propter traditionem vestram. Et vere iniqua,& valde mala traditio erat ipsis scribis,& pharisęis,videlicet sub prętextu,& colore pietatis procurare,vt ita loquar, mortē patris, aut matris dicti filij, atque impietatem sub nomine pietatis inducendo,vt dicit glo. ordin.

Notandum est autē circa istud præceptum de honorandis parentibus à filijs,quòd multi filij pessime, & inhumanissime se habent ad parentes suos. Nam inter eos sunt quidam inobedientes, quidam crudeles,quidam infideles.

Primo igitur nonnulli filij sunt parentibus forma-

liter

liter aut saltē æquiualenter inobediētes, proteruè,& superbè illis respondentes, ipsos irritantes,ad impatientiam inducentes, & qñque eos saltem implicite dementātes,& dicentes eos nescire,quid proferant,& ꝙ sunt omnino idiotæ, & similia. Et contra tales filios sic parentibus inobedientes, & sic irreuerentes, statuitur pœna scd̄m triplicem legem,videlicet diuinam,ecclesiasticam,ciuilem. De lege quidem diuina patet Leu.20.Itē Deut.21.Ex quibus passibus habetur expresse,ꝙ tales filij scd̄m legē veterem debebant lapidari,& occidi. Similiter de lege Ecclesiastica patet in decr.dist.86.in singulis: vbi dicitur ī fine illius capituli,ꝙ despiciens parentes necessitatis tempore,meretur mortem temporalem,& ęternam.Similiter 6.q.1.infames: dicitur, quòd qui aduersus parentes armātur,vbique notam infamiæ incurrunt. Item de lege ciuili patet.C.de inoffi.testa.l.liberi, vbi dicitur ꝙ filij ingrati atq; parentibus inobedientes,merentur exhæredari.Idem etiam habetur in authenticis.colla.8. rubr.vt cum de appel.cognoscitur.§. aliud quoque.

Secundò sunt aliqui filij crudeles, & inhumani ad parentes. Nā quantuncunque cognoscāt eos penuriā pati in frigiditate, & nuditate uiuere,siti,& fame laborare,senio lāguere, & huiusmodi,nulla tñ cōpassione ad eos ducuntur. Sed quod deterius est, & oēm excedit inhumanitatem atque malitiā, eo qñq; persequūtur,mortē ipsorū optantes.Insuper ipsos qñq; decognoscētęs,Deut.32.Est generatio, q̄ dicit patri suo & matri suæ,non noui vos.Et in hoc melioris cōditionis multo sunt pleriq; infideles pagani, q̃ multi Christiani. Et de hoc historiā habes in Valerio Max.lib.5. de quadā filia pagana,quæ matrē propter sua scelera per iudicē adiudicatā perire fame in carcere,proprio lacte pauit,pariter & sustentauit per plures dies. Qd̄ audiens dictus iudex, & pietatē eius ad matrem animaduertens, amore illius donauit vitam matri. Nec certè solū superātur multi mali Christiani quo ad exhibitionem sustentationis in ordine ad parentes ab

ipsis

ipsis paganis, verum etiam ab auibus cœli. Refert s. Ambro. in hexame. lib. 5. c. 16. de ciconia, quæ tantæ pietatis est ad patrem, & matrem, q ipsos in senectute deplumatos proprijs pēnis fouet atq; pascit abundāter. Econtrario autem multi filij laborant deplumare parentes suos senio confectos, interdum clam auferē do eorum bona, dicentes, q æque bene deuenirēt ad eos post mortē ipsorum. Et per consequēs, q in hoc non habent peccatum, quod tñ falsissimum est. Sed de hoc alia. Sunt autem nonnulli filij adeo praui, & cupidi possessionis paternæ, q destituunt eos possessione sua etiam inuitos, procurantes, vt ponantur sub tutela tanquam insensati, & idiotæ. Et ad hoc propositū refert Gaguinus in chronica sua de Ludouico Francorum Rege, & Imperatore filio Caroli Magni, quæ propter morū cōsuetudinem dictus est Ludouicus Pius, dicens, q cum senuisset, vocauit ad se tres filios suos, videlicet Lotharium, Pipinum, Ludouicum, diuidens illis suum dominium in hunc modum. Lotharium. n. consortem imperij secum fecit. Pipinum verò Aquitaniæ præfecit. Ludouicum autem in Bauariam legat. Post hæc autem dicti filij, tum ambitione dominandi, tum forte seducti à malitiosis viris, coniurauerunt vno animo in patrem, parantes aduersus eū exercitum maximum. Quo apprehenso, in monasterio B. Medardi apud Suesson. ciuitatem adhibita arctissima custodia eum recluserunt, multa sibi innocenti morti obnoxia imputantes. Deum ipsum coegerunt à se abdicare Imperatoriam dignitatem, & assumere cucullū monachalem. Cū ergo dictus Ludouicus pius esset in tali calamitate constitutus, epistolā edidit, per quam posteros reges, & principes, ac cæteros cautos reddidit, ne sui exemplo filijs suis vita comite tantā authoritatem præberent. O quanta crudelitas in patrem. O quāta seueritas in imperatorē, & regem. O quanta inhumanitas in piū Ludouicū. Quibus ergo animalibus merito possumus cōparare tales, nisi caniculis? quæ quamdiu nutriuntur lacte matris, illi applaudūt. Sed

post

post quam totam substantiam eius hauserunt, & grandescunt, ipsam relinquũt tanquã oĩno extraneã, quinimmo ipsam dente mordant, si cibũ ante eas capere nitatur. Quibus adhuc frequenter parcit, nisi grauiter molestetur. Applicatio est facilis ex dictis.

Tertio sunt aliqui filij infideles, i. non fideles ad parentes. Et huius generis sunt illi, qui vt alliciant ipsos parentes ad sibi benefaciendum, spondent se illis multa bona facturos in posterum, promittentes, ꝙ nũquam egebunt quãdiu ipsi habebunt morsum panis, aut denariũ in bursa, quos tamen egenos factos interdum permittunt mendicare, & mori in communi hospitali. Et de talibus filijs merito põt dici illud Deut. 32. Generatio peruersa est, & infideles filij. Alij autẽ promittunt patri aut parenti morienti, cuius sperant esse hæredes, ꝙ audacter confidat in eis quo ad legata sua, & testamenta, adijcientes, ꝙ cito, & fideliter se expedient de huiusmodi. Et tamen plerunque nihil faciunt, aut non integre, aut nõ cito, sed tarde. Et de talibus potest intelligi illud psal. Dilexerunt eum, supple patrem aut parentem, in ore suo, scilicet ore promittentes illi bona multa post mortem, sed non corde, eo ꝙ talis promissio non transiuit guttur. Ideo sequitur. Et lingua sua mentiti sunt ei. Eo. s. ꝙ aliud habebãt in ore, & aliud in corde. Ideo sequitur. Cor aũt corũ non erat rectum cum eo, s. patre aut parente. nec fideles habiti sunt in testamento eius: quinimmo infideles, & proditores. Verè ergo bñ fatuus est, ꝗ cõfidit in talibus filijs. Nota ad hoc propositũ de patre diuite, & moriente, relinquẽte multã substantiã tribus filijs suis quos post se relinquebat. Quos cũ postea interrogasset, quid pro remedio aĩæ suæ promitterent se facturos, & primus magna promisisset, similiter & secundus, tãdem tertius, & iunior subridens ait. Pater rideo cũ audio fratres meos ita palam mentiri. Scitote, ꝙ nõ tenebunt vobis promissum. Ego aũt nihil promitto vobis, sed rogo vos vt quãdiu adhuc habetis administrationẽ bonorũ vestrorũ, illa distribuatis ĩ ꝓ-

pria

pria in pios vſus. Hunc ergo filium cum audiſſet pater, multum laudauit eum, fecitque iuxta eius conſilium. Vade tu diues, & potens, & tu fac ſimiliter, & attende, quid dictum ſit ex Pſal. videlicet, ꝙ impij filij fideles non ſunt habiti in teſtamento patris. Noli ergo teipſum magis credere filijs tuis, ꝗ̃ tibi ipſi. Propterea iura pœnas traxerunt contra filios, & hæredes defunctorum, qui negligunt adimplere teſtamenta eorum. Nam ius canonicum præcipit tales excommunicari, vt patet 13 q. 2. clerici. Item extra de teſta. c. tua nos, &c. dicitur, ꝙ executores teſtamentorum ſunt compellendi per epiſcopos exequi voluntatem teſtatoris. Quis vbi fuerint inuenti negligentes, tūc ipſi epiſcopi debent talem executionē aſſumere, & diligenter adimplere. Item 11. q. 1. Syluester. additur pœna temporalis contra tales. Nam ibi dicitur, ꝙ ſucceſſor non ſeruās teſtamentū defuncti eſt exhæredandus. Similiter ius ciuile prouidet huic negligentiæ, vt patet C. de epis. l. teſtator, vbi dicit lex, ꝙ ſi executores teſtamentorum præmiſſa monitione fuerint negligentes, tunc in pęnam debent priuari taxa quam eis reliquerat defunctus intuitu talis executionis, & ad epiſcopū pleno iure deuoluitur hmōi executio. Hæc ibi. Et nota, ꝙ taliter negligentes exequi teſtamenta defunctorum vocātur ſcđm iura homicidę, & ſacrilegi. De primo patet 13. q. 2. clerici. De ſecundo vero patet 17. q. 4. ſacrilegium. Apud autem Pſal. & ſacram ſcripturam vocantur infideles, vt ſupra patuit. Et ſic patet de tribus generibus malorum filiorum.

Sequitur in textu, hypocritę bene, &c. Quia. n. iudęi prius reprehenderāt diſcipulos Christi de negligētia circa frequentem lotionem manuū ſuarū cōformiter ad traditiones ſeniorum, per hoc oſtendentes plus ſe curare de lotione exteriori, quàm interiori, qđ ad hypocriſim pertinet, ideo in præſenti euangelio vocat eos hypocritas, dicēs, hypocritę bñ prophetauit de vobis Eſa. 29. c. in perſona domini, dicens. Populus hic labijs me honorat, i. ſuperficialiter legē cuſtodit, ſed


non ad

non ad intentionem legiſlatoris, cor autem eorū, i. intentio peruerſa longe eſt à me; quia non approbo intentionem eorum. Sine cauſa tollunt me docētes, &c. Quaſi diceret, Doceant populum quantuncunque voluerint de obſeruandis traditionibus ſeniorū. In hoc enim perdunt laborem ſuum, quia non dabo eis propter hoc præmium in cęlo.

Moraliter. Non ſolum de iudæis, verumetiam de multis Chriſtianis hodie merito conqueritur dominus, & ſignanter de eo, quòd male orant. Videntur.n. multi ipſum honorare in oratione ſua, qui à parte rei ipſum non honorant niſi ſuperficialiter, & ore. Et horum oratio ſimilis eſt orationi ſimiæ, quæ tantum exterius mouet labia ſua. Valde.n. verecundum eſt, ꝙ orans dicat ad dominum. Deus in adiutorium meum intende. aut illud Pſal. Verba meá auribus percipe domine, & intellige clamorem meum. Intende voci orationis meæ, &c. & ꝙ ipſemet orans non intendat ſibi ipſi, nec Deo, ſed forte potius coquinæ, aut rebus exterioribus, ſicut patuit de illo presbytero venationi dedito, & volatui auium, qui cum celebraret miſſam parochialem, & veniſſet ad cantandum Per omnia, loco de Surſū corda, clamauit honga, ſicut ſolitus erat clamare poſt aueș ſuas pręddales. Et certè, vt dicit deuotus Ber. in lib. ſuarum meditationū c. 8. magna puerſitas, & inſania eſt, quando præſumimus loqui in orōne cum domino maieſtatis, & inſenſati mētē auertimus, & ad neſcio quas ineptias cor noſtrū conuertimus. Et poſt pauca. Magnam, inquit, iniuriā Deo facimus cū illū deprecamur vt noſtras prèces exaudiat, quas qui fundimus, non audimus. Deprecamur illū, vt nobis intendat, & nos nec nobis nec illi intendimus, ſed qđ deterius eſt immūda ī corde verſando, fœtorē horribilem eius aſpectibus ingerimus. Hæc ille. Bene ergo cōſulit Aug. in regula ad fratres, dicens, Pſalmis & hymnis cum oratis Deum, hoc verſetur in corde, qđ profertur in ore. & pſ. Pſallite dño pſallite ſapienter, i. corde ſicut ore. patet ergo de ſecūdo principali.

Tertio principaliter in præsenti euãg. fit mẽtio de fructuosa Christi instructione,& simul de satisfactione ad querimoniã judæorũ aduersus discipulos suos de eo, ꝙ non lauabant ita frequenter manus suas,sicut canebant traditiones seniorum, cum ait,Non qđ intrat in os,coinquinat hominem?sup.de per se,quan uis bene de per accidens,s. propter excessum,sicut patet de crapula,& ebrietate. Vnde poeta Cato, Nã nullum crimen vini est, sed culpa bibentis. Et Greg. lib. 30.moral.c.27.Neq; inquit cibus,sed appetitus in vitio est.Sed qđ de ore exit,coinquinat hominẽ,i.aĩam Nam vt dicit Chrysto. homil.3. in epist. ad Titum. Deus nihil fecit immundum, sed peccatum solũ est, quod coinquinat omnia,& facit ea immunda.Animã .n.tangit & penetrat, eamq́; sordibus inquinat. Hæc ille.Consequenter Christus ostẽdit, quæ sunt illa quę veraciter coinquinant hominem,exemplificando de multis peccatis tam cordis,& oris, q̃ ẽt operis. Textus est clarus. Reliqua pertranseo ne tædio afficiam lectorẽ. Studeamus ergo charissimi lauare nõ manus aut corpus,sed potius cor nostrũ, dicentes ad dñm cũ Ps.Cor mũdũ crea in me Deus,&c.Nam,qui habuerit cor mũdũ in præsenti per gratiã, iuxta Xpi promissionẽ Deum videbit in cęlesti patria. Quam nobis, &c.

FERIA V. POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.



Vrgens Iesus de synagoga, introiuit in domũ Simonis. Luc.4.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C.de diuersis rescrip.l.vniuersa.allegans Imperatorem Zenonẽ,dicit, ꝙ si curia vel vniuersitas seu ciuitas aut prouincia ob causam publicam fuderit preces, manare eas decernimus.Casus est talis.Angli antiqui hostes gẽtis Gallicanæ, nuper euerterũt muros ciuitatis Morinẽ.qua

si se

si se vindicantes, quod nō poterant magis nocere regno Franciæ, prout sperabant. Ciues ergo, & clerus dictæ ciuitatis videntes desolationem suæ ciuitatis, & ruinā, parte ex altera considerantes non posse eā per seipsos reparare, adeūt Regiā maiestatem humiliter supplicantes, vt dignetur huic ac tantæ ruinæ opē ferre. Quibus auditis, quid responsurus est rex? Certe debet eos benigne consolari super dānis, q̄ reportauerūt in bonis sustinētes querelā eius, & quod in effectu porriget illis manū adiutricē in facto reparationis dictæ ciuitatis. Sic.n. vult & iubet æquitas, atq; lex prędicta, quę dicit, quod si ciuitas ob causam publicam præces fuderit, debet obtinere, quod petit, cuiusmodi est in proposito.

Moraliter prædicta lex potest dupliciter exponi, secundum quod duplex est ciuitas, videlicet ecclesiæ militantis, & triumphantis.

Prima igitur ciuitas est ecclesia militans, de qua in ps. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam, videlicet pastor Ecclesiasticus, siue curatus fuerit, siue Episcopus, aut supra. Nam sicut Christus principaliter fundauit hanc ciuitatem, ita etiam est principalis custos illius. Sub eo aūt est immediatus custos, & quasi locum tenēs eius generalis summus Pontifex. Cæteri autem prælati sunt locum tenentes particulares, vtpote Episcopus in sua diœcesi, curatus in sua parochia, abbas aut prior in monasterio. Ista igitur ciuitas habet ciues suos, qui sunt iusti, & deuoti catholici. Peccatores autem proprie non sunt ciues huius ciuitatis, sed potius ciuitatis Babylonicæ, seu diaboli. Si ergo prædicti ciues, i. iusti fuderint deuotas preces ad eū qui est rex regū, & dn̄s dominantiū, profectò exaudientur, dummodo petāt pie pro se, & perseueranter. Quis si petierint pro alio, similiter exaudiētur, dūmodo ille obicē nō ponat, vt dictū est in p̄cedentibus. Si.n. tm̄ valuit apud dn̄m oratio Moysi, vt ipse dn̄s pepercerit populo Israelitico quē prius delere voluerat pp idololatriam, quā exercuerat in adorando vitulum aureū (vt patet Exo. 32.)

quid dicendum erit de oratione multorum iustorũ,& amicorum Dei? maxime cum dicat Hier. vt communiter allegatur, nullibi tamen inueni, ꝙ impossibile est præces multorum non exaudiri.

Secunda ciuitas est Ecclesia triumphans, de qua potest intelligi illud Psal. Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas. Nã ibi est sedes Episcopalis, quia ibi Christus præsidet. Itẽ est ibi multitudo ciuium, videlicet angelorum, & hominum in vnum vnitorum per amorem, & mutuam pacem: Et hoc importat hoc nomen ciuitas, quod idem valet sicut ciuiũ vnitas. Si ergo isti ciues fuderint preces ad regem glorię, proculdubio illas exaudiet. In cuius figuram legitur 1. Reg. 14. quòd cum Saul vellet occidere filium suum Ionatham, eo ꝙ modicum mellis necessitate, & fame vrgente comedisset contra edictum suum, populus restitit, & tm̃ fecit, ꝙ non fuit occisus. Ad propositũ Saul volens occidere filium suum Ionatham propter transgressionẽ præcepti sui, designat Deum omnipotentem volentẽ scd̃m rigorem, & debitum iustitiæ perdere pauperem peccatorem, qui transgressus est mãdatum ipsius. Sed interdũ interueniunt preces ciuium cęlestiũ; quibus Deus nihil denegat, ideo impetrant apud eũ quæcunque petunt. Propterea in collecta de oibus Sanctis sic orat ecclesia dominũ, dicens, Quæsumus vt desideratã nobis tuæ propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Et similiter in vltimo respõsorio eiusdẽ diei oramus, dicẽtes ad dominũ, Adiuuẽt nos eorũ merita, quos propria impediunt scelera, excuset intercessio, quos accusat actio, &c. Similiter, & in letanijs Sanctorũ oramus dicẽtes. Sãcta Maria ora pro nobis. Sãcte Ioan. Bap. ora pro nobis. Sancte Petr. ora, &c. Ecce qũo ꝓuocamus ciues regni cęlestis orare ꝓ nobis, nec certe sine causa q̃a plerunq; summus rex Xp̃s eorũ meritis, & ĩtercessionibus nobis imparti tur multiplicia bñficia, tã spiritualia, q̃ corporalia. In cuius rei signum legitur in euang. hodie. ꝙ ipse Xp̃s ad istãtiã discipulorũ suorũ curauit socrũ Simo. à feb.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Exibant dæmonia à multis clamantia, & dicentia, quia tu, &c. Luc. 4.] Scribitur extra de his, quæ vi, metusvè causa fiunt, c. perlatum, ꝙ assensus coactus, & per violentiam extortus non valet. Casus decretalis est talis. Quidam vir habuit vxorem suam suspectam de adulterio. Propter quod præcipit famulis suis, vt eam ducant ad siluam, & ibi occidant. Quam cum illuc duxissent, & vnus eorum iã teneret gladium euaginatum, vt ipsam iugularet, alij misericordiores dixerunt ei. Noli eam adhuc interficere, sed saluemus eius vitam, quia bona est, & honesta, nec aliquando nobis molesta fuit. Deinde dixerunt illi. Ecce domina nostra, hic prope est monasterium monialium si promiseritis illic velle ingredi, & profiteri non interficiemus vos. At illa assensit, vt sic mortem euaderet, atque sacrum velamen assumpsit ibidem. Tandem autẽ audita morte viri sui ad seculum redijt, & alium virum duxit. Quo facto instant moniales contra eam petẽtes vt redeat ad monasterium. Qua renuente consulitur summus Pont. Alexand. III. Qui mandat, ꝙ si probetur ita esse ꝙ illa timore mortis sacrũ velame susceperit, qđ in professione datur monialibus, professio non tenet, eo ꝙ vt dicit prædicta decretalis. Assensus coactus, & per violentiam extortus non tenet. Ad idem est quod scribitur in maiori volumine. 20. q. 1. c. præsens. vbi dicitur, ꝙ coacte intrans monasterium, si postea non cõsenserit, liber exibit. Et ibi ponitur casus de quodã iuuene, quẽ inuitum pater posuerat in religione quadam, qui mortuo patre exiuit.

Moraliter pęnitentia est velut quædam religio sancta, de qua potest intelligi illud Iac. 1. Religio munda & immaculata apud Deu, & patrẽ hæc est, s. pœnitẽtia quæ est velut porta cęli: iuxta illud Mat. 3. Pęnitentiã agite, appropinquabit regnũ cęlorum. Multi autẽ voluerunt saltem apparenter, & simulatorie in extremis positi intrare hanc religionẽ, qui tñ minime eam intrauerũt, eo ꝙ nõ propter offensam cõmissam, sed po-

rius propter vitandam pœnam pęnitere videbantur. Et de hoc historiam habemus de Antiocho viro scelleratissimo, de quo legitur 2. Mach. 9. ꝙ cũ horribiliter fœteret, & vermes de corpore eius miserabiliter scaturirent, orabat dominũ scelestus à quo non erat misericordiam consecuturus. Itẽ de Esau dicit Apost. Heb. 12. ꝙ non inuenit locum pœnitentiæ, quamquã cũ lachrymis inquisisset eam. Similiter Pharao sentiens se à dño flagellari, rogabat Moysen, vt pro eo intercederet ad dñm pro amotione plagarum suarum. Quo orante & plagis cessantibus ipse deterior, quàm prius efficiebatur. His igitur reprobatis viris sunt similes pleriq; Christiani, qui inter aduersa videntur iterare religionẽ pęnitẽtiæ, proponentes, vt videtur, morũ emẽdationẽ, qui tñ aduersis cessantibus, & dño manũ suæ iustitiæ reuocante seu retrahẽte, fiunt postmodũ multo deteriores. Testes sunt multi vsurarij, simoniaci, auari, raptores, lusores, luxuriosi, crapulosi, suꝑbi. Nota de illo vsurario infirmo q̃ cũ timeret mori, fecit magnũ testm̃, insuper iussit vsuras ꝑ eũ cõtractas efficaciter restitui, & sic de alijs. Cũq; postmodũ Deo miserãte priorẽ recuperasset sanitatẽ, nihil fecit de omnibus, q̃ paulo prius mandauerat fieri, sed vixit vt prius. Cumq; quidã vir honestus eũ moneret suꝑ his, ait illi. Qđ præcepi fieri, hoc feci credẽs tũc mori. Itẽrũ ergo renouo testamentum meũ, ordinãs omnia, & singula per me indebitè acquisita debere restitui, ne forsan dãner cum impijs. Interim aũt ero usufructuarius prædictorũ bonorum. Talis ergo ostẽdebat se nõ veraciter pęnitere. Tales ergo attẽdãt ꝙ nõ sunt Deo grata seruitia coacta, vt dicit Gre. & recitatur 23. q. 6. Iã vero. Quinimo tales sunt quodãmodo similes illis dęmonibus, de q^bus legitur ĩ euãg. hodierno, ꝙ ad imperiũ Xpi inuitè exibant à corporibus obsessorũ, &c.

In præsenti ergo euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet de opere magnæ misericordiæ in principio euangelij. Potentiæ. ibi. Cum sol occubuisset. Sapientiæ. ibi, Facta autem die, &c.

Primo

Primo igitur fit mentio,&c. pro quo notandum, ꝙ vt refert B.Lucas , Christus surgens de synagoga iudæorum,quæ erat in ciuitate Capharnaum,quę est in Galilea,vbi etiam paulo ante curauerat quendam dæmoniacum intrauit in domum Simonis, i. Petri apostoli,qui Galileus erat,& forte de dicta ciuitate oriũdus,pp ꝙ dicitur ibi habuisse domum. Synagoga autem erat locus seu domus publica , in qua conueniebant iudæi diebus sabbatinis ad audiendum legisperitos docentes legem Moysi. Socrus autem Simonis, i. mater vxoris Petri tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum,videlicet discipuli Christum pro illa. ex præsenti textu trahitur,quod mariti dẽnt exemplo Petri diligere matres,& parentes vxorum suarum , & de ipsis curam gerere si necesse fuerit.Et simili modo debent vxores se habere ad patres,& matres,cæterosq; parentes maritorum suorum.Nam per talem modum nutritur,& fouetur pax, & mutua charitas inter virũ & vxorem. Sed aliter profecto multæ vxores faciunt . volunt.n.dominari in domo, & ꝙ omnia stent ad nutum earum.Item volunt habere claues domus, & similia,ita vt pauperculę matres virorum suorũ,& pręsertim vbi fuerint viduæ,sint quasi earũ ancillæ.Vñ propter rigorem,& difficultatem quã inueniunt in nuribus suis,coguntur pauperculæ viduæ aut amarã ducere vitam dũ se vident sic deijci, quæ prius dominabantur,aut domum exire,& sub tuguriolo habitare in frigore,& nuditate,in siti , & fame. Ecce quomodo iam videmus impletam prophetiam Malach.7. dicentis,ꝙ ante iudicij diem nurus cõsurget aduersus socrũ suã : non sic egit sancta illa Ruth , quæ post mortem viri sui filij Noemi,adhæsit ipsi Noemi socrui suæ tanquã ancilla dominæ suæ,ita vt amore illius victa reliquerit propriam patriam, & venerit vsque Bethleem,ibique manserit cum ipsa Noemi,vt patet Ruth.1.

Sequitur in textu.Et stans super illã,i. Christus iuxta prædictam febricitantẽ,vel forte extendendo manum super illam:imperauit febri, & dimisit illã. Ma-

thæi autem 8. & similiter Mar. 1. dicitur, ꝙ Christus tantum tetigit manum eius, & cõtinuo sana surrexit. Et continuo surgens ministrabat illis. Aliter ergo sanata est hæc mulier à febre per gratiam Christi: & aliter cæteri sanantur arte medicorum siue per viam naturæ. Vt enim dicit glo. ordiñ. super hoc passu: natura le est febricitantibus incipiente sanitate lassescere, & molestiam ægritudinis sentire, Sed sanitas, quæ domini datur imperio, tota simul redit, & in eo robore firmat, vt suis adiutoribus ministrare sufficiat. hoc autem est proprium solius medici cęlestis.

Mystice, secundum quod tangitur in eadẽ glo. ord. domus Simonis siue Petri est circuncisio commissa eius apostolatui, sicut & præputium paulo, vt habetur Gal. 2. Socrus autem Simonis est synagoga, quæ est mater Ecclesiæ Petro commissæ. hæc ergo socrus tenetur magnis febribus, scilicet infidelitatis quo ad Deum, & inuidiæ quo ad populum Christianum, quem etiam libenter proprijs dentibus dilaniaret, si modo daretur illi facultas. Discipuli autem Christi sunt veri Christiani, qui reddentes bonum pro malo rogant dominum, vt dignetur sanare huiusmodi socrum ab vtraque febre prædicta. vnde in die Veneris sancta orat specialiter Ecclesia ad hunc finẽ. Verũ in collecta, quæ ad hoc legitur, non præmittitur Flectamus genua, sicut in cæteris: & hoc in detestationem illius irrisionis Iudæorum: quando scilicet Christo in cruce pendenti genua flectabant illudentes ei, & dicentes. Aue Rex Iudæorum. Tandem tamen redibit Christus in domum Simonis, & sanabitur socrus eius: & hoc in in fine seculornm; quando scilicet reliquię Israel saluæ fient: vt habetur Esa. 10 Tunc enim teste psal. Christus dispersiones Israelis congregabit. Item alibi de hoc loquitur idẽ Psal. dicens, Conuertentur supple Iudæi ad vesperam, i. in fine mundi: & tunc famem supple diuini verbi patientur vt canes, i. vt gentiles patiebãtur in primitiua Ecclesia, & circuibunt ciuitatẽ, s. Ecclesiæ Christianæ explorãtes mores

&

& sectam Christianorum. Quorum sancta exemplaritate trahentur ad fidem. Et tunc fiet vnum ouile, & vnus pastor, vt promisit Christus, Ioan. 10.

Moraliter ex prædictis instruuntur febricitantes recurrere ad Dñm & ad Sanctos eius, siue per se, siue per amicos suos. Specialiter autē ad illos Sanctos, qui habent specialē gratiā à dño impetrandi sanitatē cōtra talem morbū, vel talē, pro sibi deuotis famulis. Vñ ad hoc propositū refert Aug. lib. 2. de ci. Dei. c. 14. de Romanis quod cū colerent plures deos & deas, specialiter tamen colebant deam Febrem: non quidē vt eos iuuaret, sed vt illis nō noceret, & erat de numero malarum dearū. Vt enim scribit Valerius li. 2. inter deos & deas aliqui erant boni, & aliqui mali. Bonos ergo colebāt Romani vt eos iuuarēt in necessitatibus suis. Malos vero ne illis nocerent.

Nos autem Christiani fatemur tantum vnum esse Deum qui fecit cęlum, & terram, & omnia reptilia in eis. Ponimus tamen pluralitatem Sanctorum & Sanctarum, qui sunt quodammodo dij, s. participatiue, iuxta illud psal. Ego dixi dij estis. Sed tamen omnes sunt de numero bonorum. Hos itaque deos, aut, vt rectius loquar, veneratissimos Sanctos debemus inuocare in omni tribulatione & necessitate nostra & præcipuè Beatā Virginē q̄ est mater veri Dei Iesu Christi. Vult enim diuina clemētia & liberalitas singulis sanctis singulos conferre honores, vtpote honorando istū sic, illum sic. hinc est quod certi Sancti reclamātur cōtra certas ægritudines & necessitates, sic videmus de beato Huberto, de Laurentio, de Mathurino, de Menna, de Ioanne Baptista, de Fiacrio, & huiusmodi. Et ideo, vt dicebat Varro (prout refert August. lib. 4. de ciui. Dei. c. 22.) non solum necesse est scire nomina deorum, verum etiā oportet scire officia eorū. Nō. n. inqt, expedit optare à Libero (qui & Bacchus dicitur) aquam: cū ipse sit Deus vini. Nec similiter à nymphis vinum, quæ sunt deæ aquarum. Ita in proposito vult Deum, quòd recurramus ad talem, vel talem sanctorū

pro

minutioni intendere debent fures, & latrones, vsurarij, & simoniaci, ac similes.

Secunda species febris dicitur quotidiana, quæ similiter est multum periculosa: hęc aut febris designat gulam & ingluuiē, quæ quotidie inuadit & torquet hominem. Nam quantumcunque homo bene & laute epulatus fuerit hodie, crastino mane paratus idem facere. Nec eius venter quiescit murmurare & cōqueri de domino suo, quousq; illis satisfecerit. Et ita iuxta vulgare prouerbium prout Gallice dicitur, *Cest tous les jours a refaire & a recommenser.* Vnde Seneca ad Luciliū epistola 10. Venter præcepta non audit, poscit, appellat. Non est tam molestus creditor, paruo tamē dimittitur si illi das quod debes, nō qđ potes. Nota historiā quæ habetur in speculo exemplorum dis. 4. exemplo 22. de illo qui vagabatur per quandam ciuitatem clamando cunctis audientibus iustitia iustitia. Cumque adductus eēt corā iudice, & interrogaretur cur sic clamaret, & quis ille esset de quo tā importune conqueretur, ait: Certe inquit habeo vnum creditorē cui sępe satisfeci, sed omni die repetit iterū atq; iterum debitum, ac si nunquā illi satisfecissem. Et quod grauius est, mihi minatur mortē si illi non satisfecero. Ad quē iudex. Et quis est ille creditor tā iniquus? Certè, inqt ille, est venter meus &c. Ecce quomodo gula assimilatur febri quotidianæ: hac autem febre laborabat prædictus diues epulo quia epulabatur quotidie splendide. Ecce febris quotidiana.

Curatur autem huiusmodi febris per ieiunium & debitā abstinentiam ciborum & potuum, eo quod per abstinentiam carnis sanantur pestes mentis. Et ad hoc persuadendū dat diuus Amb. libro de Helia & ieiunio ca. 11. similitudinem de pueris, in quorum visceribus interdū vermes nascuntur ex cibi indigestione, qui nequeūt extingui nisi cū amarior potus infunditur, aut medicamentorum vis asperior inolescit, quorum odore moriantur. Ita etiam virtus ieiunij ingressa animę profundam culpam latentem interficit. hæc ille.

Tertia

Tertia species febris dicitur tertiana. hęc autem febris significat retardationem, seu etiam nullitatem satisfactionis. Sunt enim nonnulli, qui postquam peccauerunt, conteruntur quidem atque confitentur, sed deficiunt in tertio signo, qui satisfacere negligunt in præsenti, expectantes fortè satisfacere in alio seculo, hoc est in purgatorio. Sed certe qui purgatorium quęrit, nescit quid petit. Propter quod sanctus ille Iob 10. ca. orabat dominum, dicens. Dimitte me, vt plangam paululu: dolorem meum antequam vadam &c. Sed vnde causatur huiusmodi febris tertiana? Certè á malitia diaboli impedientis fructum satisfactionis. Vnde legitur de quodam dæmoniaco possesso à pluribus dęmonibus, quos cum adiurasset quidam vir sanctus vt dicerent quot essent, & quibus nominibus appellarétur; respondit vnus pro omnibus, dicens, quod erant tres numero, quorum primus vocabatur claudens cor: secundus claudēs os: tertius claudēs bursam. Et ego, inquit sum ille qui loquor tecum. Nam soleo homines post peccatum commissum impedire à satisfactione, & restitutione. Curatur autem huiusmodi febris tertiana per diligentem considerationem pœnarum Purgatorij: Nam qui bene considerat & apud se ponderat quàm graues ac diuturnæ sunt pœnæ purgatorij prouocantur ad satisfaciendum in præsenti, nisi fuerit durior adamante. Et per talem modum penè infiniti peccatores curati sunt à febre ista tertiana, ita vt prælegerint hic satisfacere, quàm expectare pœnas purgatorij.

Quarta species febris dicitur quartana. Et hęc febris cōmuniter est multū longa & diuturna, & ideo merito significat pseuerātiā & obstinationē ī pctīs. Prou. 28. Peccator cum in profundum peccatorū venerit, contemnit, supple Dei bonitatē & misericordiam ipsum diu ad pœnitentiam expectantē. Insuper cōtemnit talis omnia remedia salutis, vtpote prædicationes fraternales correctiones, salubres admonitiones, & huiusmodi. Curatur tñ quandoq; quamuis raro, hæc febris

bris quartana per considerationem pœnarum infernalium, & mirabilium cruciatuum damnatorum hominum. Et similiter cū quis considerat, quòd in inferno nulla est redemptio. Item cum quis considerat quòd momentaneum est quod delectat, sed æternū quod cruciat. Item per timorē seueritatis diuini iudicij. Et sic curati sunt multi grauissimi peccatores & peccatrices, quamuis diu perseuerassent in fœcibus peccatorum suorum, sicut patet de Maria Aegyptiaca. Item de Pelagia, & huiusmodi.

Secundo principaliter in præsenti euangelio fit mētio de opere magnæ potentiæ, cum subditur. Cum aūt sol occidisset, omnes qui habebant infirmos, ducebāt illos &c. Et in hoc facto apparebat deuotio populi ciuitatis Capharnaum ad ipsum. Vbi notandum, quòd ipse Christus curabat infirmos his modis. Primo quidem vniuersaliter. Et hoc notatur, cum dicitur, omnes qui habebant infirmos. Secundo vero integraliter. Et hoc similiter insinuatur, cum subditur varijs langoribus. Tertio autem faciliter, quod etiam declaratur, cum subinfertur. At ille singulis manus īponens curabat eos. Ecce ergo optimus medicus, primò, quia potētissimus. Nullus. n. fuit infirmus in ciuitate Capharnaum, quem non curauerit, quia omnes qui habebant &c. Secundo quia clementissimus. Nullum. n. quantūcumq; grauiter aut enormiter ægrotantem abhorrebat, qa singulis manus imponens. Tertio quia liberalissimus. Nihil. n. exigebat à quoquā, sed liberalissime curabat eos. Medici autem huius mundi & chirurgici quasi in omnibus opposito modo se habent ad hūc venerabilissimum medicum. Primo enim nullus apud eos inuenitur, qui possit & valeat omnē infirmitatem curare, vt constat, alias reges & principes, qui habent peritissimos medicos, efficerentur immortales. Secundo aliqui īter eos sunt valde duri & amari signāter ad pauperes, diuitibus autē interdum applaudunt, sed nō propter Iesum tantum. Tertio quia sæpe immoderatum salarium exigūt, præsertim attento labore & pa-

tientis

tiêtis facultate. Sed dicūt. Nihil expetimus, sed quod vltro nobis datur, libenter accipimus. Esto ita ꝙ nihil querant, vbi tamen vident labore suum fuisse paruum aut forte frustratorium, quia mortuus est æger, aut quia pauper est quē curare laborant, debent minus recipere. Et vbi multum fuerit oblatum, partē dāti reddere. Sed quis est hic, qui taliter & tā liberaliter se habet ad pauperes? & laudabimus eum. Nam si aliquis talis inueniatur, merito possumus de eo dicere, ꝙ fecit mirabilia & insolita in vita sua, quia cæteri sic facere minime consueuerunt. Ex prædictis ergo patet euidenter peruersitas iudæorū, quia etsi nolebāt Xpm habere, aut recipere tanquam verum Deum, qualis erat à parte rei: nihilominus debebant eum recipere, & benigne tractare vt potentissimū, clementissimū, & liberalissimum medicū. Hoc autem minime fecerūt, quinimmo tanquā ingratissimi & inhumanissimi illi reddiderunt pro bono malum, de illo detrahētes & dicentes, ꝙ faciebat omnia opera ad inuocationē dęmonis. Propter ꝙ pie conquerebatur de ipsis ad Deum patrem, dicens illud Psalmi. Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi, ego autē orabam, supp pro eis. Insuꝑ posuerūt aduersum me mala pro bonis, in hoc, s. ꝙ me flagellauerunt, vbi ego sanaui infirmos eorum. Insuꝑ ipsi me tandē occiderunt, saltem linguis suis, dicentes de me crucifigatur, vbi ego mortuos eorū vitæ restitui. Ecce quomodo apparuit manifeste peruersitas iudæorum aduersus Christum.

Mystice solis occasus rectè designat Christi passionē & mortē, in qua curauit multos ab ęgritudine infidelitatis, quia quotquot in eum tunc crediderunt. De quibus dicitur Matt 27. ꝙ Centurio & qui cū eo erāt, videntes signa, quæ fiebant, dicebāt. Verè filius Dei erat iste. Hic est ergo noster Sāson, ꝗ plures interfecit moriēs ꝗ viuēs. Interfecit inquam occidendo & perdendo in eis infidelitatē. Insuper multo adhuc plures interfecit modo prædicto post resurrectionē suā, quādo scilicet in omnē terram exiuit sonus apostolorū. Nā

vt dicit gl.ord.sup hoc passu, Christus in carne viuens, paucos iudęorũ docuit, post resurrectionẽ vero suã, gẽtibus apparuit, supple p fidẽ, & per ora apostolorum.
Moraliter. Per solis occasum significatur occasus mũdanæ prosperitatis. Vbi.n.recedit sol mũdanæ prosperitatis, & succedit nox tribulationis & aduersitatis, tunc multi sanantur intus in anima, qui sub sole nimię prosperitatis ægrotabant periculose. Hoc autem præfiguratum fuit Mat.27.vbi legitur, ꝙ post solis obtenebrationem quæ contigit in ipsa hora dominicæ passionis, multa corpora eorũ qui dormierant surrexerunt à mortuis. Ex quo patet ꝙ aduersitas prodest ad salutem, vbi prosperitas obest, & potissimũ vbi fuerit nimia. Propter quod dicit Greg lib.5.moral.c.1. ꝙ sancti viri in hoc mundo magis prospera q̃ aduersa formidant. Et similiter Boetius de cons.lib.2.prosa.8. probat euidenter aduersam fortunã hoĩbus magis ꝓdesse, q̃ prosperã. Prospera, inquit, fortuna fallit, aduersa instruit. Prospera à vero bono deuios blãditijs suis trahit. Aduersa vero plerunq; ad vera bona reducens velut vnco, i. tenaculo trahit. Hęc ille. Prędicta quõ in prosperitate pleriq; hominũ efficiuntur superbi & arrogantes, luxuriosi & carnales, crapulosi & ebrietatẽ sectantes, ludis & insolutionibus penè infinitis se occupantes, & vsque ad Dei obliuionẽ peruenientes. Aduersitas vero retrahit homines à talibus malis. Nam ipsos humiliat, castos reddit, & si non semper propter Deũ, sicut patet de multis qui hodie infecti sunt morbo, quẽ multi appellant Gall. *La maladie des gens de bien.* Item in aduersitate homines efficiuntur sobrij, & huiusmodi.

Sequitur in textu [Exibãt autẽ dæmonia à multis.] Non quidẽ spõte, sed inuite, & ad Christi ĩperiũ. ideo subditur [clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei.] Vt enim dicit gl.ord. post venerabilem Bedam. Cum diabolus Christum ieiunio fatigatum vidisset, verum hominem eum intellexit, sed quia tentando non præualuit, vtrũ etiam Dei filius esset, dubitauit. Nũc ergo

per

per signorum potentiam iā certior effectus, filiū Dei cū arbitratur. Patet ergo ꝙ dęmones cōfessi sunt Xp̄m Dei verum filium, quem impij iudæi ore blasphematico esse Deum negauerunt. Et ideo in hoc ostēderunt se esse deteriores patre suo diabolo. Refert etiā Aug. de consensu euangelistarum. li.1.c.15.dicens, ꝙ quidam idololatræ cōsuluerunt Deos suos q̄d de Christo sentirent. Illi autem oraculis suis eum laudare cōpulsi sunt. Similiter idem August. de ci. Dei. lib. 19.c.33. de Porphyrio loquens, dicit, quòd iste philosophus bona dixit de Christo, vtpote ꝙ dij ipsum pijssimum pronuntiauerūt, & immortalem factum. Insuper in proęmio Platinæ de summis Pōtificibus narratur, quomodo Iosephus Iudæus scripsit de Christo ad Tyberiū Romanorum Imperatorem in hunc modum. Fuit nostris temporibus vir quidam sapiens, si tamen eum virum nominare fas est. Erat.n.mirabilium operum effector, Christus hic erat, hunc Pilatus morti adiudicauit, à principibus nostræ gentis instigatus. Qui tandem die tertio post mortem, eis qui ab initio ipsum dilexerāt, viuus apparuit. Ex his ergo omnibus patet, ꝙ hodie iudæi nullam excusationem habent de eo ꝙ non credunt in Christum tam multipliciter probatum esse verum Dei filium, etiā ab aduersarijs & æmulis suis, tam dæmonibus, quàm iudæis. Sequitur. [Et increpans non sinebat ea loqui] .s. dæmonia. Cui illa obediebant tacendo [quia sciebant] .s. per vehementem coniecturā [eum esse Christum.]

Quęritur cōmunis quæstio, quare. s. Christus prohibuit dæmonibus ne cōfiterētur eū esse Christū & Dei filiū? Respōdetur, ꝙ propter tres rationes. Primo q̄dē vt doceret nullum debere credere dæmonibus quātūcumq; etiā vera prædicentibus, vt dicit gl. or. Nā dæmon tanquā improbus magister veris falsa permiscet, vt sub specie veritatis testimoniū obtestat fraudis, vt dicit eadem glo. Est ergo regula generalis, & maximè indefectibilus, ꝙ quotiescunq; dæmon annunciat sua sponte aliquā veritatem, semper prætendit deceptionem

nem inducere. Secus autem cum per sacra adiuratur. Hoc autem patet ꝑ sequentē historiam, Refert. n. Valerius lib. 1. de somnijs. de Amilcare Duce Cartaginē. ꝙ cum obsideret Syracusas, quadā nocte in somnijs visum est illi, ꝙ audiret vocem dicentem sibi, ꝙ proximo in dicta vrbe cœnaret. Ex quo lætus factus tanquā diuinitus promissa esset sibi victoria, mane facto exercitum suum excitat ad oppugnandam ciuitatem, sed in mala hora pro eo. Nam tunc captus est à Syracusanis. Sui autem partim occisi, & partim in fugam conuersi sunt. Cęnauit ergo Syracusis dictus Dux ipso die, sed longe ab intentione sua, quia tanquam captiuus, & non tanquam victor gloriosus, quod intendebat. Ecce quomodo diabolus illusit hunc ducē sub velamine veritatis, & sic de alijs facere solet. Nullus ergo sanæ mentis fidem accommodare debet spiritibus immundis. Et sic patet de prima ratione.

Secundo Christus interdixit dæmonibus ne ipsum confiterētur esse Christum, vt per hoc daret intelligi non esse speciosam laudem in ore peccatoris, vt habetur Eccle. 15. Vnde vnūquemque talē increpat dominus in ps. di. Quare tu enarras iustitias meas, &c. Tertio illud fecit Christus ad ostendendum, ꝙ non debemus appetere laudari, & signanter à malis, & infamibus hominibus. Vnde Sene. lib. de quatuor virtutibus. Sit tibi tam triste laudari à turpibus, quàm si lauderis ob turpia.

Tertio principaliter in euang. hodier. fit mētio de opere magnæ sapientiæ, cū subditur. Facta aūt die, s. crastina, egressus Iesus, videlicet de Capharnaum, ibat in desertum locū, vt per hoc doceret nos fugere vanā gloriam, postquam. s. aliqui boni operati sumus. Ecce opus magnæ sapientiæ: vnde de eodē legitur Io. 6. in confirmatione huius, ꝙ postquam fecit illud grande miraculum circa multiplicationē quinq; panum hordeaceorū, & duorū piscū, statim solus fugit in montē. Sequitur. Et turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum, & detinebāt eū, ne, &c. In quo patet tur

barum ad Christũ reuerẽtia, & amor. Scribæ. n. & Pharisæi, principes, & legisdoctores Christũ persequebantur, & ipsum eijciebãt de habitationibus suis, vbi turbæ, & simplices post eum currebant, & inuentum quodammodo cogebant cum illis habitare. Ex quo patet non esse nouum simplices, & pauperes esse in his, quę Dei sunt feruentiores atque promptiores viris doctis & magnis secundum seculi fastum.

Moraliter, nota q̃uo requirendus est Deus per fidẽ, venitur ad ipsum per spem; detinetur per charitatẽ. Can. 3. Inueni, quem diligit anima mea, tenui eũ, nec dimittam. Sequitur. Quibus ait, Quia & alijs ciuitatibus oportet me euãgelizare regnum Dei, s. qualiter peruenitur ad regnũ Dei, quia per pęnitentiã, iuxta illud Mat. 3. Pęnitentiam agite, appropinquabit regnũ cęlorum. Ecce, quàm gloriosum est prædicationis officiũ, ad quod etiã exercendum missus est Christus à patre in mũdũ. Et erat prædicans in synagogis Galilææ, in quibus de facili populus poterat congregari.

Moraliter, iuxta illud verbum, Ibat in desertum locum, notandum secundum Remigium super Matt. q Christus legitur habuisse tria refugia in mundo isto, videlicet montem, nauim, desertum, ad quorum alterum quotienscunque à turbis comprimebatur, conscendebat. Et per hoc significatur, q quotienscunque cõprimunt nos tentationes tã ab intrinseco, q̃ ab extrinseco, tam carnis, q̃ mundi, aut diaboli, debemus recurrere ad prædicta refugia. Primo quidem ad montem, per quem significatur Christus, qui est mons domus dñi in vertice montium eleuatus, Esa. 2. id est super oẽs sanctos in vtraq; ecclesia, gloria & honore coronatus. Secundo verò ad nauim, per quam significatur virgo Maria, quæ facta est quasi nauis institoris, i. mercatoris, de lõge portãns panẽ suũ, i. Christũ, Prouerb. 31. Tertio aũt ad desertũ, per qđ significatur pœnitentia, quæ est totum refugium peccatorum volentiũ vitare insidias diaboli, carnis, & mũdi. Cui merito potest dicere tentatus illud psal. Tu es refugiũ meum à tri-

à tribulatione, quæ circundedit me, i. à prædicta tentatione triplici. Et ideo rogo te, ò domina pęnitētia, erue me, i. erui procures, & facias, à circundantibus me, i. a prædictis, carne, s. mundo, & diabolo.

Moraliter etiam notādū, ꝙ per hoc ꝙ turbæ quęsierunt Christum in deserto, ibique inuenerunt ipsum significatur, ꝙ ipse Christus facilius inuenitur p gratiā in loco solitario seu claustrali domo, q̃ in mundo, & inter mundanos homines. Quinimmo ibi plerunq; deperditur ab his prius q̃ ipsum inuenerāt. Propter, ꝙ dicebat Aug. ad fratres in eremo. serm. 43. q̃ intitulatur de modo quærendi Christum. Quærendus est, inquit, Christus, sed non in foro vbi est grādis aduersitas. Quærendus est Christus, sed non in taberna, vbi est summa ebrietas. Quærendus est Christus, sed non in seculari curia, vbi est maxima falsitas. Quærendus est Christus, sed non in scholis mundanorum philosophorū, vbi est infinita puersitas. Et post pauca vniuersos admonet quærere Christū, ita dicens: Sapientes, & insipientes quærite Christū, sed non cum luxuria, in qua est lata deformitas. Quærite Christū, sed non cum superbia, ī qua iacet æterna calamitas. Quærite Christū, sed non cum auaritia, in qua est idolorū seruitus, & æterna infœlicitas. Hæc ille. Quæramus ergo charissimi, Christum Dominū nostrū dū inueniri potest, & curramus oēs post eum in desertum pęnitentiæ. Ibi enim eū inuenimus, nunc quidē per gratiam, & tandē in cęlo per æternā gloriam. Quā nobis cōcedat, &c.

FERIA VI. POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.



Enit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ vocatur Sychar. Ioan. 4.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. de aqua quotid. & æstiua. lege ait prætor. allegās iurisconsul. Vlpianum dicit, ꝙ si alicui cōcessū fuerit, vt possit ducere aquā

determinate quātitatis, si plus capit, priuilegium perdit. Casus est talis. Multi fontes influunt in ciuitatem Rothomagen. etiam ex varijs locis, & ad uaria loca ipsius ciuitatis. Quod animaduertentes fratres Prædi. quorum conuentus intra ciuitatem est, rogant obnixe dominos Rectores, & Scabinos ciuitatis, vt possint, & valeant habere aliquam portiūculam proximi fontis pro necessitatibus, & vsibus suis. Horum igitur deprecatio exauditur, tamen sub certa, & præfixa mensura seu quantitate, ne amplius recipientes afferant dānum communitati, & reip. Si ergo postmodum perpendatur q̄ artifices excesserint huiusmodi determinatam quantitatem, etiam scientibus dictis fratrib. quid iuris in hoc casu? Certe ad hoc respondet lex p̄allegata, quòd debent perdere priuilegium sibi prius concessum, quia vt habetur extra de priuilegijs c. pastoralis. Priuilegium semper concedendum est sine alterius iniuria, vel præiudicio. Possibile est autem q̄ p̄ talē excessum communitas patitur penuriā aquę fontalis, ideo &c. Ista lex ciuilis est conformis legi ecclesiasticæ, de qua habetur 11. q. 3. priuilegiū, vbi dicitur, q̄ priuilegiū meretur amittere, q̄ cōcessa sibi abutitur potestate. Idē etiā habetur extra de priuil. c. tuarū.

Moraliter ista lex pōt multipliciter exponi, scd̄m q̄ multiplex aqua in sacra scriptura reperitur.

Prima. n. aqua vocatur aqua sapientiæ salutaris. Et hāc aquā dat dn̄s cuilibet bono fine studēti in sacra script. scd̄m capacitatem suam, iuxta illud Eccl. 15. Aqua sapiētiæ salutaris potabit illū. Sed aduertēdū, q̄ ista aqua debet sumi cum debita mēsura, dicēte Apo. Ro. 12. Nolite sapere plusquā oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē, & Eccl. 3. loquitur sapiēs, dicēs, Altiora te ne q̄sieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, & in pluribus Dei operibus ne curiosus fueris. Huius autē cōtrariū nitūtur facere quidā arrogātes, & præsumptuosi, q̄ volunt prius esse magistri, q̄ discipuli, & q̄ vt vulgo dicitur, volunt volare absq; alis. His ergo volūt plus accipere de hmōi aqua sapiētiæ, quā possit vēter

mentis

mentis eorum continere. Et quod ad magnam vesaniā pertinet, credunt interdū multum habere de hmōi aqua. Propter quod frequenter labuntur in magnas hæreses, & incōuenientia multa, quia vt habetur 24. q.3. qui autem. Præsumptio sensus proprij via est ad hæresim. Hinc Aug. exponens illud psal. Montes in circuitu eius. dicit ꝙ non fecerunt hæreses nisi magni homines. Sed quantum magni, tantum mali montes.

Secunda aqua dicitur cordialis cōpunctionis, qua potantur, & inebriantur hi, qui veraciter, & ex corde dolent de peccatis suis, & ea pariter deflent. Et de hac aqua potest intelligi illud Hiere. 2. Bibas aquam turbidam. Nam quanuis ista aqua sit in se munda, & clara ad instar crystalli, dicitur tamen turbida: tum quia de peccatis est, tum quia inde qñq; sensus turbatur. Propter qđ debet ad mensuram sumi, dicente ps. Potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Nam tesi cōtritio scđm ꝙ importat dolorem de peccatis in rōne existentem, non possit esse nimia, nihilominus secundū ꝙ importat dolorem sensibilem, potest contingere ꝙ sit nimia, scđm B Th. sent. distin. 17. q.2. art.3 Propter qđ Apost. admonet pœnitētes Ro. 12. dicens, Rationabile sit obsequiū vestrū. Et quāuis Aug dicat, vt ibidem arguendo in oppositū allegat idē B. Th. se esse dignum oculos suos cœcare, & extinguere plorādo, & amissione oculorū propter peccata sua, non tñ volebat sibi oculos corporales cœcare. Sed profecto hodie valde pauci, aut nulli sunt ꝑ Dei gratiā, q oculos amittant plorādo peccata sua quantuncunq; grauissima. Cū tñ referat Aug de B. Hieronymo, episto. 205. scribens ad Cyrillū Hierosolymitanum Epm, de obitu eiusdē Hier. ꝙ ita flebat sua leuissima pctā, vt quis eum æstimasset aliquem hominem interemisse.

Tertia aqua dicitur proximalis cōpassionis. Et ista aqua potantur illi, qui deflēt peccata aliena, & necessitates aliorū. De quibus Mat. 5. Beati qui lugēt, sup. nō tm̄ propria peccata, verumetiā aliena. Hāc autem aquā debent ex proprijs oculis deducere ꝓlati Eccle-

siastici cum vident subditos suos notabiliter errãtes, scandalose viuentes,& legem dñi passi infringẽtes, ita vt quilibet prælatus compatiens talibus defectibus, & culpis subditorum suorum, dicat ad dominum illud Psal. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia sup. hi qui mihi crediti fuerant, non custodierunt legem tuam. Quinimmo illam multipliciter transgressi sunt. Dicat ergo bonus prælatus ingemiscens peccata subditorum suorum illud Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt plorem die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Hãc etiam aquam compassionis proximalis debent habere boni, & zelosi prædicatores verbi diuini exemplo Christi, qui videns ciuitatem Hierusalem, fleuit super illam, dicens, Quia si cognouisses, sup. peccata tua, & pęnas quas inde patieris, & tu sup. fleres. Luc. 19. Hãc etiam aquam habebat zelosus ille prædicator, Beatus pater noster Dñicus, de quo legitur, ꝙ quotiẽs appropinquabat alicui magnę ciuitati, & in qua sciebat graues esse peccatores, abundanter flebat, &c. Hãc denique aquam debent habere patres, & matres quotiẽs vidẽt insolentias filiorum suorum ac filiarũ currẽtiũ ad mille diabolos. Sic.n. flebat sancta illa Monica perditionem filij sui Aug. ante illius conuersionẽ ad rectam fidem, prout solita erat dicere beato viro Ambr.

Quarta aqua dicitur gratiæ spiritualis, qua irrigantur pię mentes fideliũ. Et de hac aqua potest intelligi illud Ezech. 36. Effundam super vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris. Hãc autem aquam solus Christus absq; mensura accepit, iuxta id, ꝙ de eo dicitur Io. 3. Non ad mensuram dat Deus spiritum. gl. interl. filio suo. Cæteris aũt à filio suo Xp̃o dat Deus pater ad mensuram spiritũ, vt dicit ibidẽ gl. ord. Iste ergo est fons indeficiens, & iugiter emanans in corda credentium, de cuius etiã plenitudine nos oẽs, tam viri q̃ mulieres, tam senes q̃ iuuenes, tam diuites q̃ pauperes, tã nobiles, q̃ ignobiles acceepimus, & hoc sup. in genere causę meritorię. Ipse nẽ

pe

pe Christus per suam dignissimam passionem meruit oībus dispositis gratiam, & charitatē, iuxta illud Esa. 12. Haurietis aquas ī gaudio de fontibus saluatoris. Ille autem plus accepit, quàm dēt de hmōi aqua gratiarū, & virtutū, qui proprijs meritis, & nō magis gratiæ Dei attribuit quicquid boni habet, in hoc derogās vniuersali gratiæ Xp̄i. Non simus igitur tales charissimi, sed humiliter deprecemur ipsum bn̄dictū Christū largitorē huius aquæ cū illa muliere Samaritana, de qua in præsenti euang. dicentes, Dn̄e, da nobis hanc aquā, s. gratię tuæ, q̄ sitim animæ sitibūdæ extinguit.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Tu iudæus cum sis, quomodo poscis à me bibere, quæ sum mulier Samar. &c. Io. 4] Scribitur extra de iudæis. c. in nonnullis. ꝙ iudæi debent deferre habitum distinctū à Christianis. Casus est talis. In multis ciuitatibus Lombardiæ atque Italiæ sunt multi iudęi, inter quos mercatores volunt indui ad instar mercatorum Christianorum terræ illius. Item nobiles ad instar nobiliū. Item sacerdotes ad instar sacerdotum Christianorum. Idem dic de mulieribus eorundem. Quæritur vtrum liceat illis ita facere. Ad hoc respondet Innocen. III. per pręallegatam decretalem, quòd non: sed semper debent deferre habitum distinctum ab habitu Christianorum. Cuius quidem ordinationis causa hæc fuit secundum prædictam decretalem, eo scilicet ꝙ iudæi prius commiscebantur carnaliter mulieribus Christianis. Et vice versa nonnulli Christiani mulieribus iudæis.

Moraliter. Duplex est habitus, primus animæ, sc̄d̄s corporis. Primus habitus vocatur à logicis vna species qualitatis. Et quantum ad hunc habitum certum est, ꝙ iudęi penes illum differunt a Christianis veris. Nā habitus iudæorū interior est infidelitas, obstinatio, odiū Xp̄i, & sponsæ suæ Ecclesiæ Christianę. Habitus Christianorum saltē qui sunt re, & nomine Christiani, sunt habitus infusi, quales sunt fides, spes, charitas. Item gratia, liberalitas, humilitas, & huiusmodi.

quantum autem ad habitum exteriorem similiter dēt esse disparitas inter iudæos, & Christianos, vt dictum est. Nec certe tantum hodie differunt iudæi à Christianis in habitu, verumetiam veros Christianos à peruersis Christianis differre videmus. Hoc autem perfacile videre est in omni fermè statu. Nunquid facile per habitum dissolutum cognoscitur differentia mulieris impudicæ à muliere casta, & pudica? vnde etiam secundum leges ciuiles, meretrices possunt cogi deferre aliquem habitum distinctum, vel aliquod signum per quod discernantur à pudicis mulieribus, vt patet. C. de episcopali audientia l. minimè. Hic habendus est sermo contra abusus, & dissolutiones, quæ interdum fiunt in plerisque ciuitatibus, & locis, præsertim ante dies quadragesimales, ita vt quādoq; mulieres sub habitu virili visitent decanos, & Ecclesiæ p̄latos, ludentes cum eis ad decios, & chartas. Taceo de reliquo, nec ponam in cœlum os meum. Vnde ad repressionem talis insolentiæ scribitur in decretis dist. 30. si qua mulier, ꝙ si aliqua mulier induatur veste virili, debet anathematizari. Et istud decretum trahitur ex illo passu Deut. 22. vbi dicitur, ꝙ vir non debet indui veste fęminea, nec similiter mulier veste virili. Taceo de illis, qui deferunt facies laruatas, quasi in hoc effigiantes dæmones. Item per habitum facile deprehenditur, & cognoscitur de aliquo Ecclesiastico aut monaco siue quocunq; alio religioso an sit honestę vitæ, & cōuersationis, necne. De hoc vide si vis. 21. q. 4. oīs iactantia. Itē alijs quatuor capitulis. De habitu vero religionis, vide decretum 2. q. 1. vidua, vbi habetur, ꝙ habitus religionis non debet esse notabilis, sed conueniens pœnitentiæ, & deuotioni. Et breuiter filij Dei, & filij diaboli possunt plerunq; per exteriorē habitū discerni. Sicut hodie mulier Samaritana cognouit de Christo, ꝙ iudæus esset per formam habitus sui secundum postillatores. Vnde sine alio iudicio vocauit eum iudæum, dicens. Tu iudæus cum sis, &c.

In præsenti ergo euāgelio de tribus prīcipaliter fit

mentio

mentio, videlicet de Christi cum muliere Samaritana fructuosa disputatione ibi. Mulier da mihi &c. De apostolorum superuenientium stupenda admiratione, ibi. Et continuo venerunt &c. De prędictę mulieris Samaritanæ vtili pdicatione, ibi. Reliquit ergo mulier &c.

Primo igitur fit mentio &c. Pro quo notandum q vt refert beatus euāg. Io. Christus relicta iudæa, eo q ibi prædicando & miracula multa operando parū profecerat propter illius populi duritiā, abijt in Galileā, vbi melius & deuotius audiri consueuerat. Oportebat autem eum transsire per Samariam, quæ est inter Iudæā & Galileam. Quo transeunte venit in ciuitatem Samariæ, i. regionis illius, quæ Samaria dicitur, quæ dicitur Sychar, alias Sychen, de qua legitur Gen. 34. q duo filij Iacob, videlicet Simeon, & Leui, occiderunt hoīes ibi habitantes, eo q filius regis dictæ ciuitatis rapuisset Dynā sororē eorum, Quibus occisis Iacob cępit in ea habitare fodiens ibi puteos. Cum aūt senuisset dedit eam Ioseph filio suo, vt habetur Gen. 48. Et hoc est quod hic dicitur. Iuxta prædium siue agrum quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autē ibi fons Iacob, siue puteus quē ibi foderat Iacob pro adaquandis pecoribus suis. Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem. Erat autem hora quasi sexta. Hunc autem textum exponēs August. super Ioan. tractatu 15. dicit sic. Inuenimus fortem Iesum, & inuenimus infirmum Iesum. Fortem quidē, quia in principio erat verbum, & verbū erat apud Deū. Vis videre q̃ fortis sit Christus Dei filius, in hoc cognosces, quia oīa per ipsum facta sunt, & sine labore facta sunt. Infirmū etiam inuenimus Iesum, quia verbum caro factum est & habitauit in nobis. Fortitudo Christi te creauit. Infirmitas Christi te recreauit. Fortitudo Christi fecit, vt quod non erat esset. Infirmitas Christi fecit, vt quod iam erat non periret. Et breuiter vt dicit hic glo. ord. Christus suscepit omnia quæ sunt nostræ infirmitatis præter peccatum. Sequitur. Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. In quo notatur huius mulieris

sobrietas

sobrietas,quæ non quæsiuit vinum ad sitim suam extinguendam,sed tantum aquam.

Circa hoc ergo notandum ꝙ & si deceat omnes sobrios esse tam in viros quàm mulieres, tā senes quàm iuuenes, tam laicos quàm clericos & religiosos . ad hoc tamen aliqui obligantur specialiter,aliqui specialius,aliqui specialissime.

Primo igitur obligātur aliqui specialiter ad sobrietatē sectandam,vt sunt religiosi & clerici . Et quidem quò ad religiosos refert Hiero. prima parte epistolalarū suarum : epist. 6 c. 59. de antiquis illis patrib. Aegypti,à qbus decor & norma religionis processit,ꝙ inter eos aliqui solis herbis & pomis,atq; his q̄ sponte terra gignit vescebantur. Alij polēta. Alij grosso pane sale mixto . Alij sola aqua & ad mensuram sitim extinguebant. Hæc ibi. De ipsomet etiam Hiero.patre religionis refert Aug. Ad Cyrillū Hierosolomit.episcopum epist.205.scribens, ꝙ quinquaginta annis vinum & sicerā non aliqualiter gustauit. Insuper de pręcursore domini prædixit Gabriel Luc. 1. vinum & siceram non bibet. Sobrietas etiam specialiter competit omnibus clericis . Propter quod Aug. ad fratres in Eremo ser. 36. qui intitulatur ad presbyteros , dicit ꝙ non licet clerico extra horam bibere . Ibi etiā valde reprehendit illos clericos, qui sequuntur lauta conuiuia transeuntes de domo in domum,prandium vel cœnam ordinantes . Vnde etiam in decretis specialiter iterdicitur ebrietas oībus clericis,vt patet distinctio.35.episcopus,vbi dicitur, quod episcopus aut presbyter,aut diaconus aleæ aut ebriati deseruiēs,aut desinat,aut certe dānetur.i.puniatur. Sed certe hodie ti clerici etiam curati cōueniunt ad publica cōuiuia, siue nuptiarum, siue mulierum in puerperio degētiū, aut inde surgētium,& bibunt vsq; ad hębreos fratres, in scandalum status Ecclesiastici & huiusmodi.

Secundo aliqui obligantur specialius ad sobrietatē vt sunt mulieres. Cum.n. vinū præsertim immoderate sumptū auferat rationis iudicium, & mulieres parum

rum habeāt de discretione, consequens est ꝙ vbi vinolentæ fuerint de facili in eis petit iudiciū rationis. Quo ablato facilime prorumpunt in infinita mala. Vnde Eccles. 26. Mulier ebriosa ira magna & contumelia, & turpitudo illius non tegetur. Et propter hanc causam vsus vini olim erat ignotus mulieribus Romanis, ne. s. in aliquod dedecus prolaberētur, prout refert Valerius Max. lib. 2. de institutis antiqs, refert etiam idē Val. lib. 6. c. 3. de Egnatio Metello, qui vxorē suā fuste percussam interemit, eo ꝙ vinū bibisset, nec tamen propterea inquit idem Valer. damnatus est, aut accusatus. Super quo dicit cōmentator, ꝙ non minus olim puniebantur mulieres à iudicibus postquam vino vsę essent, quàm si adulterium cōmisissent. Et huius prohibitionis rationem assignans idem Valerius Max. vbi supra, dicit, ꝙ omnis fœmina vsum vini appetens, claudit ianuā oībus virtutibus, & ipsam apperit delictis vniuersis. De dicto etiam Egnatio Metello seu Mententino, loquens Plinius naturali hist. lib. 14. c. 13. quod intitulatur. Qui vini vsus antiquis, dicit, quòd cum occidisset vxorem suā eo ꝙ vinū bibisset e dolio, Romulus ipsum absoluit à reatu, vt. s. non pateretur ex hac occisione quicquam mali.

Tertio aliqui obligantur specialissime ad sobrietatē sectandā, cuiusmodi sunt iuuenculę, puellæ, & virgines castæ, tū ꝑp honestatē & decentiā ætatis: tū ne insurgant motus libidinis, tum propter vitandā prauam consuetudinem futuris tēporibus. Vñ Aug. lib. 9. confess. refert de quadā honestā matrona, quæ cū haberet filias diuitum, & nobiliū educare, sic eas regebat ꝙ præter illas horas, quibus ad mensam parentū moderatissime alebātur, etiā si exardescerent siti aquam bibere eas nō sinebat, præcauēs cōsuetudinē malam, & addēs verbū sanū, & dicēs ad eas. Modo aquā bibitis qa in potestate vinū nō habetis: Cū aūt ad maritos veneritis factæ dominæ apothecariorum & cellariorū, aqua sordebit, sed mos potādi ꝑualebit. Hæc ibi. Econtrario autem de mulieribus vinolentis dicit Chrysost.

super

ſuper Matt. in opere imperf. hom. 2. ꝙ omnis mulier quę vinolenta eſt, & comeſſatrix, Gall. *Leſſius ſa l.ouche*, meretrix ē. Item poſt pauca, Mulier, inquit, quæ ſuaui tatibus gulæ ſuæ non contradicit, multo magis neq; libidini ſuæ reſiſtere acquieſcit. Hæc ille. Patet ergo quomodo ad ſobrietatem obſeruandā obligātur pręcipue tria genera perſonarum.

Myſticè notandū, ꝙ in prædictis verbis huius euāg. præſignabatur Chriſti paſſio ſicut & in cæteris euangelijs, qui leguntur ſextis ferijs per quadrageſimā, cō muniter præfigurari ſolet potiſſime ſi ſit luculētus interpres, qui ſugere poſſit mel de petra, & oleū de ſaxo duriſſimo. In primis igitur in prædictis verbis præſignatur Chriſti paſſio quo ad locum. Nam ſicut tunc Chriſtus extra portam ciuitatis Sychen ſtetiſſe legitur, ſic & extra portā ciuitatis Hieruſalem paſſus eſt, vt habetur Heb 13. Secundo quo ad tēpus, quia tunc erat hora ſexta qñ ſtetiſſe dicitur Chriſtus. Sic hora quaſi ſexta affixus eſt cruci, vt habetur Ioann. 19. Tertio quo ad modum. Ibi.n. ſedebat ſic ſupra fontem. In cruce verò ſtetit, ſed clauis affixus & confoſſus. Quarto quo ad cōſortium, ibi.n. occurrit illi mulier Samaritana, in paſſione autem mulieres ſequebantur eum dum duceretur ad mortem, crucíq; aſtiterunt. Io. 19: Stabant iuxta crucē Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Quito quo ad colloquium. Hic.n. loquutus eſt mulieri Samaritanæ. Illic aūt matri ſuæ, dicens, Mulier ecce filius tuus Io. 19. Sexto quo ad deſertionem. Hic.n. dicitur ſolus ſediſſe ſupra fontem. Ipſum .n. reliquerāt ad tempus Apoſt. qui abierant in ciuitatem vt cibos emerent. In paſſione autem eo in horto capto à militibus apoſtoli eo relicto oēs fugerunt. Mat. 26. Septimo quo ad credentium multitudinem. Nam tā hic q̃ ibi multi credi derunt in Chriſtum. Octauo & vlt. quo ad denunciationem. Hæc .n. mulier Samaritana iuit in ciuitatem Sychen nūcians habitatoribus adeſſe prophetam, qui illi dixerat quæcunq; fecerāt: ibi autē præcipitur Maria

riæ Magdalenæ à Christo, vt vadat ad fratres suos apostolos nuciare illis suam gloriosam resurrectionem. Ioã.20. Ecce ergo quomodo multipliciter passio Christi fuit præsignata per prædicta.

Sequitur in textu. Dixit ei, scilicet mulieri Samaritanæ Iesus, mulier da mihi bibere. Istud autem verbũ potest exponi tripliciter, videlicet mysticè, moraliter, literaliter.

Primò quidem mystice de populo Gentili, cuius typũ gerebat mulier Samaritana. Nam & Samaritani ꝓpriè Gentiles erant, quãuis in aliquo symbolizarent, seu participarẽnt cũ iudæis. Tunc ergo Christus petiuit potũ aquæ à muliere Samaritana, qñ Gentiles inuitauit ad fidẽ. Quid n. alius significabat illud verbũ Christi in cruce pendentis, Sitio, nisi vehemens desideriũ salutis & conuersionis Gentiliũ? Quemadmodũ ergo mulier Samaritana faciliter credidit Christo atq; postmodum plures ad ipsum traxit, videlicet habitatores ciuitatis Sychen, q̃bus ait, Venite & videte ho. &c. Ita etiã populus Gẽtilis faciliter credidit Christo, qñ. s. eum audiuit annunciari per Apostolos, vbi tamẽ impij iudæi ipsum in propria prædicante spreuerunt, Io.7. In propria venit, & sui eum nõ receperunt. Et iõ de hoc conqueritur ipse Dñs loquens per os Ps. dicẽs, Populus quẽ non cognoui, seruiuit mihi, & in auditu auris obediuit mihi. Hoc totum refertur ad populũ Gentilẽ faciliter credentem. Quod aũt sequitur ad iudæos pertinet, de quibus subditur. Filij alieni mentiti sunt mihi. Ipsi enim olim promiserant se non recessuros à via Dñi, & semper se permansuros in fide ipsius: & tamen in aduentu Christi totum oppositum fecerunt. Ideo bene vocat eos Dñs, vbi supra filios alienos & mendaces. Item inueterati sunt & indurati in malitia sua, & huiusmodi.

Moraliter mulier Samaritana est conscientia humana, siue q̃libet rationalis creatura, seu peccatrix aĩa, à qua petit dominus bibere, dum eã inuitat & prouocat ad flendũ & plorandum peccata sua, dicẽs ei illud

Threñ.

Thrēn.2. Deduc quaſi torrentem lachrymas tuas per diem,& nocte nō taceat pupilla oculi tui .O peccatrix anima ad te ipſam reuertere,& diligēter penſa quāta pęna dignus eſſet ſeruus regis ſeu pincerna ſi ipſi regi ſitiēti,& potum querenti,mox illi nō occurreret,& potum daret.Cogita ergo apud teipſam quātó ſupplicio digna es, quæ regi regum & domino tuo denegas potum lachrymarum pro tot commiſſis peccatis . Deduc ergo quaſi &c.

Literaliter exponedo præſentem textū,licet pro faciliori intellectu dicendorum facere ſeu conſtituere diſputationem ſolemnem inter Chriſtum & mulierem Samaritanam, in qua quidem diſputatione dicta mulier tenebit locum exponentis , & Chriſtus locum reſpondentis:

Primo igitur dicta mulier cępit argumētari contra Chriſtum per legem eccleſiaſticam quaſi in hunc modum,Nullus debet ſcienter loqui cū illa perſona quā ſcit, & tenet pro excōmunicata , nec ſimiliter cū illa participare in cibo aut potu, vt patet. 11.q.3.c.excōicatos.Item.c.cū excōcatio.Item.c.anteceſſor . Sed ſic eſt quod vos Iudæi reputatis Samaritanos excómunicatos,nec ſimiliter ſoletis conuerti ſeu ſimul conuerſari cum eis.Quomodo ergo tu iudæus cū ſis, poſcis à me bibere,quæ ſum mulier Samaritana ? ecce profundum arg.& bene in iure fundatum.

Rñdens aūt Xp̄s ad prædictum argu.ait mulieri Samaritanę ſaltē implicite . O mulier maior propoſiti quam aſſumpſiſti contra me non eſt vniuerſaliter vera,ſed fallit in caſu cum quis loquitur cum excōicata perſona ad ſalutē animæ ſuæ.Ego aūt,vt bene intelligas & ſcias,loquor tecū ad ſalutem animæ tuæ.Et vt plane noueris,ſi ſcires donum Dei,& quis eſt qui tibi dixit,da mihi bibere,tu forſitan petiſſes ab eo,ſup.bibere,& dediſſet tibi aquā viuā,i.gratiā ſuā.inſuper peregrinus aut viator tranſiens per viam excōmunicatorum poteſt licite petere aut emere ab excōmunicatis vitæ neceſſaria,p̄ſertī ſi nō poſſit aliūde habere,vt notatur

tatur 11.q.3. qm̃ multos. Sic est aũt quod ego tanquã viator & peregrinus transeo per terrã istam volens ire in Galileam, io licite possum à te petere potum, & sic patet ad arg. mulieris Samaritanæ, quod fundabatur in iure Ecclesiastico, & quamuis tunc tẽporis nondũ esset conditum seu scriptum huiusmodi ius, æquitas tamen super quam fundatur iam erat.

Secundo prædicta mulier Samaritana argumẽtata est contra Christum logice, & quasi volens probare solutionem à Christo datam continere impossibilitatẽ quandam, sic arguendo enthymematice. Puteus iste, siue fons altus est. i. valde profundus neque in quo haurias hẽs. Ergo impossibile est tibi vt mihi dare possis aquam sicut teipsum iactas.

Rñdens autem Christus ad prædictũ argumentum siue replicam cõtra datam solutionẽ per eum ad primum argumentum ostẽdit manifeste dictam replicã peccare per fallaciã æquiuocationis. Nam iste terminus aqua capitur æquiuoce pro aqua elementali, & pro aqua spirituali, quæ in proposito designat gratiã spũs sancti, aut diuinorum notitiam. Christus autem in positione sua qñ dixit Samaritanæ, da mihi bibere, intelligebat de aqua spũali, vt scilicet illa se præpararet ad credẽdum illi, illa autem intelligebat de aqua elementali. Et sic patet æquiuocatio. Et hanc æquiuocationem aperuit sufficienter Christus per suam responsionem, cum ait prædictæ mulieri. Omnis qui biberit ex hac aqua, scilicet elementali & naturali, sitiet iterũ. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo, nõ sitiet in æternum, quia talis aqua extinguit omnẽ ardorem libinis, & mundanæ prosperitatis, sed fiet in eo fons aquæ salientis. i. salire faciẽtis in vitam æternã. Est aũt commune dictum & rei veritas quod aqua fontalis tantum ascendit quantum altus est locus à quo deriuatur & originatur. Modo, sic est quod aqua gratiarum & virtutum cæterorumque bonorum spiritualium descendit de cœlo vtpote emanans à patre luminum, iuxta illud Ia. 1. Omne datum optimum

&

& omnem datum perfectum de sursum est, descendẽs à patre luminũ. Et ideo ex propria natura talis aqua spiritualis tandem salire facit omnem hominem quẽ inhabitat, in vitam æternam. Et nota, quòd rectè gratia Spiritussancti comparatur aquæ materiali, quia sicut ista lauat sordes corporis, sic illa sordes aïæ, iuxta illud Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: patet ergo quomodo secundum argumentum procedit per æquiuocationem.

Tertio mulier Samaritana argumentata est contra Christũ quasi ipsum volens ducere ad metam inopinabilis. Fuit aũt eius argumentum tale in virtute. Pater noster Iacob dedit nobis hunc puteum , quem supple prius ipse foderat, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius tanquam ex optima aqua totius patriæ. Ergo falsum est illud de quo tantũ teipsum iactas, s. qđ habeas meliorem aquam . Alias tu esses maior patre nostro Iacob, quod est simpliciter inopinabile, & falsum. igitur.

Solutio. Non est inopinabile Christũ esse maiorẽ Iacob quinimmo est verissimũ, & oppositũ est falsissimũ hæreticũ & inopinabile apud omnem verum catholicũ. Nam Iacob fuit purus homo , quamuis sanctum & Patriarcha eximius. Christus aũt fuit Deus & homo pfectus, atq; Patriarcha summus, qui ẽt in sacra script. vocatur Deus Iacob . Sicut ergo alibi asseruit se esse maiorem Abraham, dicens . Anquam Abraham fieret, ego sum. Io. 8. Ita in proposito potuit veraciter rñdere mulieri Samaritanæ quod esset maior patre suo Iocob, & quod erat antequam ipse fieret. Insuper iam rñdit Christus ad hoc argumentum, cũ dixit, aquã quã daturus erat suis ouibus, esse multo pręstãtiorẽ aqua, quam dedit Iacob fodiendo puteum. Tum quia aqua Christi viua est, aqua vero putei Iacob mortua . Tum quia aqua Christi extinguit sitim in æternum, aqua autem putei nõ. Quinimmo quicunq; ex ea bibebat, iterum sitiebat . Tum quia aqua dicti putei descen-

scēdebat, aqua aūt Christi salire facit credentes in eū in vitam æternam. Ex quibus omnibus patet non esse inopinabile Christum esse maiorem Iacob, & habere aquam multo melioré, quám esset aquas fontis Iacob,

Postquam ergo processit dicta disputatio inter mulierem Samaritanam, & Christum, quæ hucusq; fuit animalis terrestris, & cęca, vtpote non capiens quæ Dei sunt, sed potius literaliter, intelligens, quòd spiritualiter erat interpretandum, inter loquendum cępit paulatim illuminari eius intellectus, ita vt Christum dominum vocaret, & aquam sitim extinguentē ab eo peteret, dicens, Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam amplius, neque veniam huc haurire. Cui Christus. Voca virum tuū. Nondum enim plene ītelligebat verbum Christi. Quanuis ergo iam inciperet in ea esse pius affectus, non tamen secum adhuc erat vir suus, id est rectus intellectus. Et ideo Christus dixit ei vt vocaret virum suum, vt, s. intelligeret de spirituali aqua esse dictum, quod de materiali à Christo dictum esse putabat. Sed quia iste sensus mysticus est, ideo ad historicum redeuntes dicimus Christum propterea dixisse mulieri Samatitanæ, vt vocaret virum suū, quam bñ nouerat virū non habere, supp. legitimū, vt ex eius responsione capta occasione ostenderet se esse verū Deū, & hoc in cognitione secretorum. Nam cum illa dixisset Christo, virum non habeo: bene, inquit Christus, dixisti qm̄ non habeo. sup legitimum. Quinque. n. viros habuisti, & hunc quem habes, idest quo vteris vt viro, nō est tuus vir. Ecce quomodo ostēdit se esse Deum in cognitione secretorum.

Quæritur circa hoc vtrum liceat pluries nubere. Ad hanc quęstionē respondetur per tres veritates. Prima igitur veritas. Simpliciter melius est secundo nō nubere, q̄ ad secundas nuptias trāsire. Tum quia mulier non transiens ad secundas nuptias, sed in viduitate ꝑmanēs in maiori libertate constituitur. Est. n. domina sui ipsius, familiæ, & domus, quæ redeundo ad scd̄as nuptias sub viri ptāte constituitur, nec postea pōt ad

 libitum

libitũ disponere siue de se, siue de bonis suis, nisi forte de paraphernalibus. Tũ quia hoc est signum maioris continentiæ. Vnde Hiero. 1. parte episto. suarum, epist. 5. c. 27. refert de quadam muliere, quæ Porcia dicebatur, apud quam cum laudaretur quædam honesta mulier, quæ secũdo nupserat, repsondisse fertur, Fęlix & pudica matrona nunquam præter semel nupsit. Tũ quia hoc est maioris meriti, eo, ꝙ viduitati debetur fructus sexagesimus, vbi matrimonialiter coniunctis, debetur tãtum tricesimus, secđm Hier. in eadem epist. Vnde in signum huius refert Valer. lib. 2. de insti. antiquis, ꝙ olim apud Romanos mulieres, quæ vno fuerant contentæ matrimonio corona pudicitiæ honorabantur. Credebant. n. signum esse intemperantiæ multis matrimonijs vti. Hæc ille. Secunda veritas. Melius & tutius est aliquibus tam viris, quàm mulieribus ad secundas nuptias transire, quàm in viduitate permanere: & hoc propter periculum incontinentiæ. Propter, quod consulit Apost. 1. Tit. 5. Iunioribus viduis vt nubant, eo ꝙ melius est nubere, quàm vri, s. ardoribus libidinis, aut igne infernali propter malum incontinẽtiæ. Tertia veritas. Nullum vituperium de per se est mulieri pluries nubere, nec similiter viro. Patet ista veritas ex dictis B. Hier. in parte epist. suarum. epist. 8. dicentis, Non dãno bigamos, nec trigamos, nec octogamos. Vñ idẽ Hier. 3. parte epist. suarũ. epist. 26. scribens ad Gerũtiam de monogamia, refert se vidisse Romæ duos, virum, s. & mulierẽ de infima plebe. Vir quidem sepelierat 20. vxores. Vxor autem 22. maritos habuerat. Hi ergo extremo sibi, vt ipsi putabant, matrimonio copulati sunt, summa omniũ, tã virorũ, quàm mulierum expectatione, quis quem prius sepulturæ efferret. Vicit tamẽ maritus. Propter, ꝙ populo totius ciuitatis confluente coronatus, & palmã tenẽs in manu, talem comitatum habuit præcedentẽ feretrũ vxoris multinubæ, Ipse verò feretrũ sequebatur, tãquã victor gloriosus. Hæc ille. Patet ergo nullum esse peccatum aut vituperiũ de per se si quis pluries nubat. Et

ideo

ideo Christus postquam notificauit mulieri Samaritanæ statū suū, quo.s.quinq; viros habuisset, nō increpauit eam de hoc. dicens, ꝙ in hoc male fecisset, sed tm̄ de alio, qui nō erat vir eius, sed potius cōcubinarius, de quo subdit dicēs, Et hūc quē habes, nō est tuus vir.

Sequitur in textu. Dicit ei mulier, Dñe vt video ꝓpheta es tu. Patres nostri in mon. &c. Prius hęc mulier tenuit locum opponenti, in disputatione habita inter eam & Christum. Sed ex verbis, & responsis Christi incępit aliqualiter illuminari intellectus eius circa eiusdem Christi excellentiam, & præeminentiam, ita vt vocaret eum Dominum, & prophetā, quē prius vocauerat simplicem hominem, & non discretum à cæteris iudæis, cum dixerat. Quomodo tu iudæus cum sis, poscis à me bibere, &c. Ecce quō iuxta dictū Psal. Declaratio sermonum Dñi illuminat, supple interiorem hominem contra tenebras ignorantiæ, & intellectum dat paruulis, i. humilibus. Ait ergo illi, Dñe vt video, Propheta es tu. Hoc autem cognosco in hoc, ꝙ apertè mihi dicis mala, quæ feci. Rogo ergo te, vt mihi dicas vbi adorandus sit dñs an, s. in monte hoc, s. Garizim, vel Hierosolymis. Sunt.n. pro vtraque parte aliquæ apparentiæ. Primo quidē, ꝙ dabeamus in monte hoc adorare, patet, quia patres nostri in monte hoc adorauerunt. Econtrario autem vos iudæi dicitis, ꝙ Hierosolymis ē locus vbi adorare oportet, & hoc ꝑꝑ reuerentiam templi. O magna huius mulieris prudentia, quæ profecto teste Chryso. super Ioā. hom. 31. condemnat curiositatem multorum Christianorum, qui nō amant sacras script. sed potius conuertuntur ad fabulas, q̃ ad salutaria. Sunt.n. inter Christianos multi, quibus satis est (vt dicit idē Chrysost.) ꝙ habeāt multos libros politos, & ornatos, quos nuquā, aut raro aperiunt, nec in eis exercitantur. Habent ergo hmōi libros plus ad fastū, & ornatū, quàm ad profectū. Huic ēt mulieri multi idiotæ, & ꝑsumptuosi viri sunt similes, qui vt aliquid scire videantur, volunt loqui de magnis, & altis materijs. Et de talibus loquitur Greg. in

suo pasto c.11.dicens, Sunt nonnulli qui dū æstimari hebetes nolūt, sæpe se in quibusdam inquisitionibus plusquam necesse est exercentes ex subtilitate nimia falluntur. Hæc ille. Da exemplum de illo, qui cum sederet ad mensam sapientum, & doctorum virorum, audiretque vnumquemque proponere quæstionem suā, voluit tandem & ipse proponere suam, ne indoctus inter eos videretur, quæ fuit talis. Domini mei quæro à vobis quare gallinæ non mingunt? ex qua fatua, & incongrua quæstione omnes prouocati sunt ad risum, eum irridentes. Illi ergo honestius fuisset tacuisse, quàm palam suam imperitiam manifestasse. Patet ergo de proposita quæstione mulieris Samarit.

Sequitur Christi responsio ad prædictā qōnem, cum ait, Mulier crede mihi, quia veniet hora qñ neq; in monte hoc, neq; &c. Et de facto hodie impletum est verbum Xpi, quia neq; in dicto monte, neq; Hierosolymis, saltem palā, & publice adoratur verus Deus, sed potius Mahumetus, tanquā propheta eximius. Prætereo multa verba textus euangelici, quæ cum nō bene caperet mulier Samaritana, cui etiā videbatur, ꝙ Xps nō satisfaceret quæstioni suæ, ait ad ipsum, Scio quia Messias venit, i. in proximo veniet. Cū autem venerit ille, annunciabit nobis omnia, i. elucidabit nobis propositā quæstionem. Cui Christus, Ego sum qui loquor tecum. Ecce quō Dominus inuenitur ab his, qui non tētant illum, vt habetur Sap. 1. Huiusmodi autem erat mulier Samaritana, quæ loquebatur in bona simplicitate sua. Et sic patet de prima parte euangelij.

Secundo principaliter in præsenti euāg. fit mētio de discipulorū Christi superuenientiū stupenda admirōne, cū subditur. Et cōtinuo venerūt discipuli eius. Venerūt de ciuitate Sychar, ad quā prius abierāt gratia cibos emēdi Ex quo patet, ꝙ nō derogat pfectioni religionis habere nūmos in cōi. Cōstat. n. ꝙ nunquā fuit, aut erit religio tā perfecta qualis erat religio collegij Apostolici. Et talis religio habuit nummos ī cōi, vt patet ex præsenti textu. Item Io. 12. dicitur, ꝙ

Iudas

Iudas ex commissione Christi loculos habebat. Est aũt loculus scđm vnam significationem bursam, in qua reponuntur nummi. Item Io. 6. dixit Christus Philippo, Vnde ememus panes, &c. Hæc autem non dixisset Christus, nisi in collegio suo pecuniæ cõmunes fuissent. Et huius ẽt opinionis est B. Th. 2.2. q. penul. art. 7. Sequitur. Et mirabãtur, ꝙ cum muliere loquebatur, s. ipse Christus: mirabantur inquam, sed in bonum, videlicet superabundantem Christi mãsuetudinem, pietatem, charitatem, & humilitatem contemplantes, ꝙ ille, qui erat Dñs cęli, & terræ dignabatur cum inopi & simplici muliere loqui. & in hoc facto ipse Christus dabat exemplum Regibus, Principibus, iudicibus, populi rectoribus, epis, abbatib. cunctisque personis cõmunibus, & in officio constitutis cunctos debere audire ẽt vsq; ad minimũ: nullus tñ dixit ei, s. mulieri Samaritanę quid quæris, aut, sup. Christo, quid loqueris cum ea, tum propter reuerentiam quam ad magistrum suum habebant, tum quia nullum malum suspicabantur, vt dicit gl. or. Textus, qui sequitur est totus allegoricus: & exponitur de dispositione populi Gentilis ad fidem: sed quia intentionis meæ est prodesse simplicibus, & indoctis, apud quos talis sensus parum est sapidus, & vtilis, ideo ipsum pertransẽo.

Moraliter tamen notandum iuxta illud verbũ præsentis textus, alij laborauerunt, & vos in labores eorũ introistis, ꝙ hoc põt multipliciter exponi. Primo quidẽ de sanctis Patriarchis, & Prophetis, quorũ primi laborauerũt ministerijs præfigurando: scđi vero verbis prophetando circa dominicã incarnationẽ, natiuitatem, vitam, mortẽ, resurrectionẽ, & generaliter hi oẽs laborauerunt circa omnia, & singula mysteria legis gratiæ. Illi autem, qui in labores eorum introierunt sunt Sancti noui testamenti, qui cum minori labore, & cum maiori lumine cognouerunt dicta mysteria, seu veritatem, quam præostendebant.

Scđo pędictum verbũ potest exponi dẽ sanctis Apostolis, martyribus, atque doctoribus primitiuæ Eccle-

ſiæ. Hi enim omnes multū laborauerunt, & inſudaue- runt ēt vſque ad ſanguinem, & mortis tolerantiā pro plantanda, & dilatanda fide Catholica, ita vt qui tunc erant primi dignitate aut officio, eſſent etiā primi ad laborem, & mortis tolerantiam. Nos autem moderni Chriſtiani introiuimus in labores eorū, & ſimiliter q futuri ſunt in eorundem labores introibunt. Iam.n. p Dei gratiam inuenimus fidem ſufficientiſſimæ plantatam. Nec eſt modo quæſtio de effundendo ſanguinem ſuum pro fide, niſi forte in præparatione animi.

Tertio poteſt hoc idem exponit de ſanctiſſimis illis patribus, & primis fundatoribus religionum, quales fuerunt Auguſtinus & Benedictus, Baſilius, Bernardus, Dominicus, Franciſcus, & ſimiles, qui cūm multis ieiunijs & abſtinentijs, cū vigilijs, & exercitijs factis, atque ſudoribus plurimis ædificauerunt primitus ſanctas religiones ſub regulari forma, nedū quo ad mores, verumetiā quo ad muros, procurantes etiā apud reges, & principes temporalia, ſubſidia quo ad religiones capaces poſſeſſionum, vt ibi degentes poſſent ſyncerius domino famulari, & cum minori ſolicitudine atq; diſtractione ſyncerius viuere. Modernis aūt ſucceſſoribus prædictorum ſanctorū patrum, ſucceſſoribus inquā quo ad locū, quanuis nō ſemper quo ad rectū viuendi modū, poteſt merito dici, & improperari verbū prædictū, videlicet alij laborauerunt, videlicet prædicti ſancti patres, & ſimiles, & vos in labores eorum introiſtis. Quaſi in hoc menſam paratam, & poſitā inuenientes, vt vulgo dicitur. Nec tamen de tot, & tantis beneficijs Deo, & illis gratias debitas reddidiſtis. Vnde de multis monachis, & religioſis redditua- tis laute epulantibus, & abūdātius p milia auri, & argenti, pōt dici illud pſal. Cibauit eos dominus ex adipe frumenti, i. delicatis cibis, & potibus, vel pinguiſſimis poſſeſſionibus: & de petra, i. de duritia laboris patrū ſuorū, & de auſteritate vitæ eorū per quā attraxerunt corda principū, & diuitum ad dandū illud abundātes poſſeſſiones, melle, i. delitijs ſaturaui eos. Quarto po-

to potest prædictũ verbum exponi de illis sanctis doctoribus, & eorum sequacibus, qui olim laborauerunt circa explanationem sacræ scripturę,& difficultatum illius. Quales fuerunt illi sanctissimi, & primi doctores Ecclesiæ Aug Hieron. Amb. Greg. Chrysost. Rabanus, Beda, Ber. & similes. Quos postea secuti sunt quasi in labores eorum introeuntes B. Th. de Aquino, S. Bonauentura, de Palude, dominus Hugo Card. de Lyra, & plures similes, quorum doctrina fulget Ecclesia vt sole luna. Et similiter in labores prædictorũ intrant moderni theologi, & clerici. Idem practica de primis actoribus vtriusque iuris. Idem de Hypocrate, Galeno, & similibus antiqũis medicis, qui dederunt modernis medicis prima fundamenta artis medices. Idem practica de quolibet statu, seu de qualibet arte. Quia ergo morderni Theologi, & practici inueniunt mensam positam, ideo parum laborant, sed dant se torpori, & quieti, cum tamen dicat ille Marcus Vario ad Atheniensem auditorem scribens, ꝙ licet vtile sit, tamen ingloriosum est ex illaborato in alienos succedere labores.

Hoc idem verbũ potest exponi de nonnullis prælatis Ecclesiasticis, q de patrimonio crucifixi, & de his, quæ deberent dare pauperibus, & conuertere in pios vsus, ædificant sibi domos regias, & palatia magna atque isignia. Quibus iterdũ cito de medio sublatis succedunt nepotes aut alij, qui fruũtur labore prędecessorum suorũ, vtinã ad eorũ salutẽ, sed nõ semper ita fit. Idem dic de aliquibus mũdanis, & auaris hominibus, qui cũ multo labore, angustia, & erumna ꝑ fas, & nefas congregant diuitias, & possessiones plurimas, quibus interdũ succedũt filij aut hæredes extranei, qui ĩde epulantur quotidie splendide quousq; oĩa cõsumpta fuerint. In his ergo casibus ac similibus verũ, est qđ dicitur Hiere. 27 Perdix fouet quos non peperit.

Sexto, & vltimo prædictum verbũ potest exponi de multis vsurarijs diuitibus ac nobilibus huius seculi, q frequenter per fraudes, & astutias suas pessimas exhęredant

redant vicinos suos,& pauperes,intrãtes in labores eorum. Quandoque enim contingit aliquem pauperem agricolam aut viticolam purgare terram desertam, & fertilem suo labore redere. Quod videns vicinus eius diues, & auarus dicit in corde suo. O quã bene adiungeretur hæc petia terræ huic possessioni meæ. Propter quod libenter mutuat pauperi aurum, & argentum, triticum aut quodcunque granum, & totum ad vsuram, non repetens annuum censum quousque viderit pauperem multis debitis, & aretijs inuolutum, & tunc facit transire possessionem suam per decretum, & sic intrat in labores illius: Idem dic de illis diuitibus, qui videntes, ꝙ pauperes nolunt illis vendere talem vel talem possessionem, eos multipliciter molestant vna cum iumentis,& pecoribus suis, quo fit vt tandem pauperes cogantur exulare illis relinquentes & vendentes possessiones suas quasi pro vna petia panis, vt vulgo dici solet. Et de talibus auaris, & diuitibus per talia indebita media attrahentibus possessiones pauperũ, põt intelligi illud Psal. Pro nihilo, i. pro modico, & vili pretio habuerunt terram desiderabilem. Et sic patet de 2. principali.

Tertio principaliter in hodierno euangelio fit mẽtio de mulieris Samaritanæ fructuosa prædicatione. Nam cum audisset Christum dicentem ei. Ego sum Messias, qui loquor tecum, oblita hydriæ suæ mox cucurrit in ciuitatem Sychar annuncians Christum adesse,& dicens habitatoribus dictæ ciuitatis. Venite,& videte hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci. Nonne, pro quia ipse est Christus. Exemplo autem huius mulieris instruimur alios adducere ad Christũ, quantum in nobis, est quia vt habetur Eccl. 27. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo. Cætera, quæ sequuntur pertranseo breuitatis causa. Superest ergo, vt rogemus benignissimum Christum pro aqua gratiæ sali e facientis in uitam æternam. Quam nobis concedat &c.



Dducunt scribæ & pharisæi ad Iesum mulierem in adulterio deprehensam. Ioan.8.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS.C.de iurisdictione omniū iudicū.l.iuris ordinem,allegans imperatorem Diocletianum, & Maximianum dicit, ꝙ actor debet sequi forum rei,& non econuerso.Casus est talis. Sortes occidit Platonem. Ex tali autem facto efficitur irregularis maxime si ex certo proposito ipsum occideret, eo quòd omnis talis homicida est infamis & irregularis, vt notatur in decretis d.l.clericum.Item. c.si quis videat. Et similiter extra de homicido.c.sicut dicunt dignum. Post tale igitur homicidium Sortes vadit Romam,& facit se authoritate summi Pontificis rehabilitari. Maxime cum caueatur in iu.Can. dist.34.precipimus irregularem promoueri ad sacros ordines, nisi fuerit cum eo dispensatum authoritate sedis apostolicæ. Insuper facit se ordinari priusquam exeat Romam ad sacros ordines.His igitur peractis redit ad propria. Quo viso mox amici occisi per eum instant contra eum volentes ipsum trahere coram iudice criminali propter huiusmodi forefactū.Quid iuris in hoc casu? Certe hoc non possunt facere, sed trahendus est & conueniendus coram suo ordinario iudice,s.Ecclesiastico,quia vt dicit lex preallegata actor debet sequi forum rei, & non econuerso. Ista lex est canonizata extra de foro competenti.cap. cum sit generale.

Moraliter.Prædicta lex potest dupliciter exponi.

Primo quidem de iudicio generali,in quo oīa mala,quæ in præsenti perpetrantur etiam vsq; ad verbū ociosum & minutissimas cogitationes, iudicabūtur,& tunc vltima arresta dabūtur.Et sicut in quolibet iudicio quatuor gña hominū requiruntur, videlicet iudex actor, defensor, & testes,vt notatur.4.q 4. nullus vnquam.

quā. Item cū nullus interrogatur, ita in dicto iudicio erūt ista quatuor genera personarum. Nam ibi iudex erit Christus, cui dedit Deus pater iudiciū facere. Testes erūt sancti Dei angeli. Itē propria peccata, cōsciētia, dæmonia, & huiusmodi. Actor erit diabolus, qui traxit hominem ad peccatum. Reus vero erit quilibet peccator. Sed quia forus rei est mūdus iste, in quo deliquit, ideo oportebit in eo iudicium fieri, & actorē seu accusatorem quemlibet in eodem foro sequi reum, si velit aliquid obijcere contra eum. Et de tali foro scriptum est Iohel 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & ibi disceptabo cū eis.

Secūdo prędicta lex potest exponi de quolibet mortaliter peccāte. Nam quilibet talis in foro Dei est quodammodo homicida: occidit. n. quantum in se est Dei filium in corde suo, qui prius ibi viuebat per gratiā, iuxta illud Heb. 6. Rursum crucifigentes &c. Talis ergo homicida cum sit irregularis in eodē foro, s. Dei, nec per consequens in tali statu sit habilis ad sacros ordines angelorum, quid facere debet? Certe debet ire Romam, i. ad confessionem sacramentalem, & ibi corā Vicario Iesu Christi palam facere reatum suū, petendo ab illo absolui & rehabilitari ad dictos sacros ordines, quos tamen non potest cōsequi nisi post hāc vitam, s. in cœlo Et per talem modum pauper homicida, i. peccator efficitur de foro Ecclesiæ & diuinæ misericordiæ, qui prius erat de foro diaboli & diuinę iustitię. Nam per alterationē & mutationē status simul mutauit forum & iudicium Postquam ergo dictus homicida factus fuerit de foro ecclesiæ & diuinæ misericordiæ, non potest de lege communi vltra trahi ad forum criminale diuinæ iustitiæ, vel diaboli, saltē pro eodem delicto. Et hoc propter speciale priuilegium pœnitentium, per quod eximuntur à iurisdictione, & potestate diuinæ iustitię, atque diabolicæ malitiæ. Sicut ergo in nullo casu licet iudici laico de spiritualibus iudicare, vt patet extra de iudicijs. c. decernimus. Item in magno volumine. distin. 96. bene quidem.

sic

ſic nec diuina iuſtitia nec tota vniuerſitas diabolica auctoritatē ſeu iuriſdictionē habet ſuper eos, qui per pęnitentiā facti ſunt de foro diuinæ miſericordiæ, aut libertatis Eccleſiaſticæ. Quis ſi diuina iuſtitia aut poteſtas dæmoniaca vellent aliquid moliri contra pauperes pęnitentes, mox ſe opponeret diuina miſericordia, dicēs illud pſ. Nolite tangere Xp̄os meos. i. veros pœnitentes, quos vnxi oleo miſericordiæ. Et ideo recte voco eos chriſtos meos, i. unctos meos. Hæc autē omnia in effectu oſtenſa ſunt in hiſtoria præſentis euangelij, in quo ſummariè legitur, ꝙ quāuis Scribę & Phariſęi inſtarēt contra pauperculā mulierē in adulterio deprehenſam, petentes, vt lapidaretur, nihilominus euaſit huiuſmodi iudicium & periculum, eo ꝙ in tali neceſſitate habuerit recurſum ad curiam diuinæ miſericordiæ, quę eam abſoluit dicens, Ego te non cōdemnabo. Vade & ampl. &c.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Mulier vbi ſunt qui te accuſant? Ioan. 8] Scribitur extra de cohabitatione clericorū & mulierū c. tua nos, ꝙ ſola fama non ſufficit ad condēnandum aliquem, ſed teſtibus eſt iudicandum. Caſus decretalis. Quidam clericus fuit infamatus apud epiſcopum ſuum de cōcubinatu. Quo audito dictus epiſcopus fecit ipſum citari, ſimiliter & eos qui illum accuſabant. Hi ergo ad prætaxatum diem venientes interrogantur quam accuſationem afferant aduerſus dictum clericum. Qui omnes vno ore reſpondent ſe neſcire per facti euidētiam, aut per certitudinē dictum clericum eſſe concubinarium, ſed tantum ex communi fama & opinione vulgi. Quid ergo iuris in hoc facto? Certe ad hoc reſpondet Inno. III. per dictam decretalem, ꝙ non ſufficit ſola fama ad cōdēnandū, niſi ſint teſtes legitimi, aut ipſum factū ſit adeo notorium, vt nō poſit tergiuerſatione celari. Ad idē etiam accedit quod ſcribitur in maiori vol. 11. q. 3. in cūctis. vbi dicitur, ꝙ maiora mala cum dicuntur, non debent credi niſi probentur, ſed citius comprobata debent vlciſci. Hæc. ibi &c.

Moraliter

Moraliter. Multi sunt qui plus timent confusionem mundi, quam offensam Dei. Nec pro toto auro mundi auderent quædam nephanda peccata committere in præsentia hominum, quæ non erubescunt perpetrare in cõspectu Dei. Talibus.n.sufficit q habeatur bona æstimatio de ipsis. Sed nouerint tales, q dñs in die iudicij nõ procedet neque iudicabit quenquam secundum famã & relationem aliorũ. Alias posset decipi in iudicãdo, eo, q sæpe mali habent bonã famã, sicut patet de hypocritis. Et per oppositum boni sæpe sunt in mala æstimatione apud hoĩes mũdanos. Potest ergo fama siue bona siue mala esse falsa. Et ideo Christus in die iudicij non procedet per inquestam patriæ, sicut in aliquibus regionibus fieri solet, sed procedet in parte per depositionẽ testiũ, vt magis iustũ appareat eius iudiciũ. Hmõi aũt testes plures tunc erunt vtpote angeli, dæmones, ppria peccata, remordens conscientia, reprobi seipsos mutuo accusantes more primorũ parentũ. Ipsi ergo peccatores qui tot testes habebunt cõtra se in die iudicij, condemnabuntur à iusto iudice Xpo ad perpetuos carceres inferni. Matt. 8. Ligatis manibus, & pedibus, mittentur in tenebras exteriores. Iusti autẽ qui habebunt testes optimos pro se, videlicet angelos propriã conscientiam, bonorũ operum copiam, adiudicabuntur perpetuæ gloriæ, eo q nemo eos cõdemnabit, neque etiam ipse iudex Christus, qui hodie dixit mulieri adulteræ, sed pœnitenti. Ego te non condemnabo.

In præsenti itaq; euang. de tribus principaliter fit mentio, videlicet, De iudæorũ malitiosa accusatione. In principio euãgelij. De iudicis benigna respõsione. ibi. Qui vestrum sine peccato &c. De mulieris adulteræ absolutione. ibi. Valde & amplius &c.

Primo igitur fit mentio &c. Pro quo notandũ, q vt refert Ioannes euang. in hodierno euang. fit mẽtio de quadã historia, videlicet mulieris adulteræ partim quidem crudeli & seuera. & hoc ex parte Scribarũ & Pharisæorũ petẽtium huiusmodi mulierem lapidandam.

Partim

Partim verò pia & miti, & hoc ex parte iudicis Christi dictā adulterā gratiose & sine quacunque pęna absoluentis. Dicit.n.euang. ꝙ adduxerunt scribæ, i. illi qui habebant notitiā scripturarū, & pharisęi qui videbantur & æstimabantur cæteris sanctiores ad Iesum, qui est fons misericordiæ, & qui venerat in hunc mundū saluare & non perdere, mulierē in adulterio deprehē sam, s. recenter, secundū glo. interli. Circa hoc queri solet, cur prędicti non æque bene adduxerūt ad Iesum adulterum sicut adulterā, maxime cum lex præciperet vtrūq; debere lapidari, sicut patet Leui. 20. Itē Deut. 22. Respondeo, ideo non adduxerunt adulterum, vt forte generarent in animis populorū astātiu ꝙ ille fuisset aliquis de discipulis Christi, quem ideo adducere noluissent, vt viderentur Christo non aduersari, sed velle eius honorem & suorum saluare. Cuius tamen oppsitu omnino verū erat. Vel forte, vt dicit de Lyra, adulter erat diues qui dato p̄cio, liber dimissus est abire, sicut hodie solent facere frequēter clientes quo ad malefactores. Adultera forte erat paupercula mulier quā adduxerunt eo ꝙ forte non habuit vnde illis solueret vinum. Nam vt in præcedētibus dictum est, sic est hodie de iustitia, & de ministris illius, sicut de tela aranearum, in qua paruę muscæ capiuntur & strā gulantur ab ipsis araneis. Grossæ autem de facili euadunt. Applicatio est facilis. Quia ergo vt dicit Aug. de verbis Domini serm. 7. vbi tractat præsens euangelium, Iudæi non poterant Christum reprehēdere de veritate, eo ꝙ omnes sermones illius veri essent, nec similiter de mansuetudine, eo quod totus pius & mansuetus esset, ideo tentauerūt si possent ipsum reprehē dere de iustitia, dicentes, Magister, mulier hęc quā vides corā te modo deprehēsa est in adulterio. Factū est notoriū & recens, & ideo non potest se excusare more mulierū peccantium, siuę per adulterium secretum siue alias, & dicentium melius est mentiri q̄ seipsum diffamare. Quod omnino falsum est. Non tn̄ dico, ꝙ mulier adultera debeat seipsam ꝓpalare, p̄sertim vbi

crimen

crimen suum est omnino occultum. Sed non propterea debet mentiri seipsam excusando. Moyses aut iussit nobis huiusmodi lapidare, videlicet in passibus pręallegatis, tu autem quid dicis? Hæc aũt interrogatio omnino malitiosa erat. Nam vt dicit Aug. vbi supra, prædicti iudęi dicebant intra se. Offeramus huic viro, qui videtur mansuetus & verax, mulierẽ in adulterio deprehensam, & dicamus ei de illa quid in lege scriptũ est. Si eam lapidandã dixerit, notabimus eũ de nimia crudelitate & seueritate. Si dimittendã, tunc accusabimus eum, ꝙ aduersetur legi Moysi. Si vero tacuerit, tunc dicemus ꝙ non est nisi vnus papelardus, & ꝙ nõ audet dicere veritatem timore humano ductus. Et sic ex omni parte tẽdemus illi insidias, nec certe euadet laqueos nostros, sed velit nolit incidet in illos. Ecce quid humana sapientia, seu verius stultitia inaniter meditabatur aduersus diuinam & ineffabilem Dei sapientiam. Sed profecto Christus sic moderauit responsum suum, ꝙ illi nihil habuerunt contra eum. Et ita iuxta dictum ps. Defecerunt scrutantes scrutinio. Nec mirum, quia non est consilium contra dominum, vt habetur Prouerb. 21.

Queritur circa literam. Quis grauius peccat adulterando, vir aut mulier? Pro responsione ad quæsitum pono tres veritates, quæ possunt elici ex dictis B. Th. 4. sen. dist. 35. art. 4. tam ex corpore articuli, quàm ex solutione ad quintum.

Prima igitur veritas. Considerãdo adulteriũ secundũ quod est contra bonũ fidei promissę, est æquale in vtroq;. Probatio. Nã tantum obligatur vir seruare fidẽ illibatam vxori quantum illa ei, neque quantũ ad hoc claudicat matrimoniũ. Hoc etiã videtur innuere Apo. 1. Corin. 7. dicens, Mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir. Neq; similiter vir habet potestatẽ sui corporis, sed mulier. Itẽ ad hoc propositum confirmandũ facit euidenter dictum Aug lib. de bono coniugali, & similiter recitatur 32. q. 5. Christiana. Christiana, inquit, religio adulteriũ in vtroque sexu parã

ratione

ratione condemnat. Item Hieron. 3. parte epistolarū suarum. epist. 7 dicit, ꝙ non licet fœminis ea, quæ nō licent viris, & eandem seruitus pari ratione censetur. Hoc idē videtur sentire lex imperialis, q̃ habetur. ff. ad legē Iuliam de adult. l. si vxor, quę dicit, ꝙ iniquum est, vt maritus pudicitiam ab vxore exigat, quam ipse illi nō exhibeat. Itē August. de verbis domini. ser. 46. contra viros faciles ad adulterandum dicit sic. O viri si dicturi estis vxoribus vestris, vxores seruate vos, quales eas vultis ad vos venire, tales & vos debent ipsę inuenire. Hæc ille.

Secunda veritas. Maritus pro quanto excellit vxorē in iudicio rationis, & in lumine naturali, peccat grauius, quàm mulier adulterando: hoc enim dicit expresse beatus Aug. in lib. de decē chordis. vbi loquitur, di. O homo dicitur tibi, non męchaberis, i. nō ibis ad aliquam alteram præter vxorem tuam. Tu autem hoc exigis ab vxore, & non vis reddere hoc vxori? Et cum debeas in virtute præcedere vxorem, tu subito vno impetu libidinis cadis, & vis vxorem tuam victricem esse, tu victus iacens. Et cum in capite sis vxori tuæ, præcedit te ad Deum illa, cuius caput es. Vis domum tuam capite deorsum pendere? Caput enim mulieris est vir. Vbi ergo melius viuit mulier, quàm vir, domus capite deorsum pendet. Debet ergo vir tanquam caput in omnibus bonis factis præcedere vxorem suam, vt illa imitetur ipsum tanquam caput suum. Hæc ille.

Tertia veritas. Quamuis secundum quid vir adulterans grauius peccet, tñ simpliciter & absolute loquendo mulier grauius peccat. Prima pars huius veritatis iam patuit. Secunda vero sic probatur. Vbi sunt plura retrahentia aliquam personam à peccato, tunc si contra fit, peccatum redditur grauius. Sic est autem quod mulier vxorata habet plura retrahētia ipsam ab adulterio quàm vir. Igitur. Minorem autē probat August. qui de verbis domini, sermo. 46 dicit, quòd vir in non adulterando est gloriosior, quàm mulier. Illam enim

inquit,

inquit præmit parentũ custodia, refrenat infirmioris sexus ipsa verecundia. Postremo leges timet, quas non timet vir. habet ergo hæc multa q̃ timeat prẹter Deũ, vir autem solũ Deum timet. Item idem Aug. in lib. de decẽ chordis, dicit quod mulier habet quatuor retrahentia eam ab adulterio, quę sunt diuinum præceptũ, custodia & subiectio maritalis, terror legũ publicarũ, quæ præcipiunt tales puniẽdas, & verecundia siue pudor. Pudor aũt plus decet mulierem quàm virũ, & hoc ratione sexus. In cuius rei signum dicit Plinius in natura. histo lib. 7. c. 17. quòd corpora virorum submersa fluctuant supina, sed fœminarum prona velut pudori defunctarum parente natura. Hæc ille. Præter hæc aũt omnia, est & unum aliud, quod valde aggrauat adulterium vxoris plusquam viri, scilicet incertitudo prolis quæ cõtrariatur alteri bono matrimonij, quod est ꝓcreatio prolis. Nam mulier adulterans & concipiens plerumq; est incerta à quo sit impregnata, s. à viro, an ab adultero. Insuper vbi est certa se cõcepisse ex adulterio, adhuc permittit prolem sic natã succedere in bonis patris putatiui in damnũ filiorum legitimorũ, aut verorũ hæredum. Nec de hoc audet loqui, tum ne incurrat notã perpetuæ infamiæ, tum quia timet incurrere indignationẽ mariti sui. Nec super hoc consulit viros doctos aut confessores peritos, & ita est in culpa, ꝙ spurius succedat in hæreditate patris putatiui, vt dictum est. Cũ tñ iure cautum sit, ne proles aliena pollutione nata, hæreditatẽ accipiat, vt notatur 15. p. 8. cum multæ. Item 35. q. 7. quid est. Et similiter extra, qui filij sint legit. c. referente. Merito ergo dicitur in authenticis. rubr. quomodo oporteat episcopos. § oportet. coll. j. ꝙ maior castitas requiritur in muliere, quàm in viro, & hoc propter causas, & rationes prę allg. Et sic patet ad quæsitum.

Moraliter. Mulier adultera est peccatrix aĩa Christo ꝑ fidẽ desponsata, iuxta illud 2. Cor. 11. Despõdi vos vni viro virginẽ &c. Hæc autẽ mulier totiens adulteratur cum diabolo, quotiens illi commiscetur per cõsensum

sensum,& copulam peccati mortalis. Quo non obstā-se, beniguus eius sponsus Cristus gratiose nititur eā ad se reuocare, dicens illud Hierem. 3. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me. Sed quid est ꝙ scribæ,& pharisęi accusabant mulierē in adulterio deprehensam? nisi ꝙ dæmones, qui dicuntur scribæ, eo ꝙ scribunt stilo ferreo,& plumbi lamina peccata nostra magna & parua: qui etiam dicuntur pharisæi, i. diuisi,& separati à consortio Christi, & sanctorum eius, instabunt tam in iudicio particulari, quod fiet in morte cuiuslibet, q̃ generali quod fiet in fine seculorum contra huiusmodi mulierem adulterā, idest peccatricem animam, instanter petentes eius condemnationem allegantes pro se legem diuinam, quæ hoc iubet, iuxta ilud Ezec. 18. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Quemadmodum ergo in pedagogis paruulorum cōmuniter est vnus, qui scribit in rotulo suo defectus aliorum, & in fine hebdomadæ ipsum præsentat magistro,& tunc puniuntur defectuosi iuxta exigentiam culparum,& defectuum, ita & dęmones non prætermittunt minimū iota quin omnes culpas nostras scribant in magno registro suo. Quod quidem registrum seu rotulū diligenter reseruant vsq; in finem hominis aut seculi,& tunc ipsum aperient, cōstanter accusantes miseros peccatores ex his, quę scripta erūt in libris. Sed nūquid tūc dicet iudex Xp̄s peccatrici animæ, ꝙ hodie legitur dixisse mulieri adulteræ, videlicet illud verbū mellifluū, & plenū misericordia,& pietate. Ego te non condemnabo? Certe nō, sed dicet potius illud Apo. 18. Quantum glorificauit se,& in delitijs fuit, tantum date ei tormentū,& luctū. Sed cur tā variè? Certe quia tempus præsens est tēpus miserēdi, iuxta illud psal. Venit tempus miserendi eius. Tempus autem illud erit tempus puniendi, & iustitiā faciendi, de quo idem Psal. loquitur ad iudicē Xp̄m, di. Tu reddes vnicuique iuxta opera sua. Dum ergo tempus miserendi habemus, operemur bonum, ne. f. confundamur in tempore malo.

Ff Vel

Vel dic, ꝙ per scribas, & pharisæos accusantes mulieré in adulterio deprehensam designãtur bilingues & oblocutores, detractores, & mordaces, qui potius re spiciũt ad vitam, & mores aliorũ, quàm facta propria, quærentes etiam ex certa industria proximos suos meliores se confundere, & scandalizare coram multitudine, & coram populo graui, id est magnæ æstimationis, cum tamen ipsi sint plerumque cæteris deteriores. Nam tanta hodie abundat malitia in mundo isto, ꝙ plus consideramus, & attendimus defectus aliorũ, etiam qui nullo modo attinent nobis, nec nos tangũt in aliquo, quam ad defectus proprios. Vnde Senec. de ira lib. 2. ad Nouatiũ scribẽs, ait. Aliena vitia in oculis habemus, à tergo nostra sunt. Hoc aũt probat ibidẽ per multa exempla ita dicens, Vbi tam æquum iudicem inuenies, qui nullius vxorem concupiscat? Qui tamen vxorem suam ab alijs aspici non vult. Idem fidei acerrimus exactor est perfidus, & mendacia persequitur ipse periurus. Item litem sibi inferri calũniator non patitur, Cæterũ tempestiua filij coniugia, pater deterior filio castigat. Nihil alienæ luxuriæ ignoscit, qui suę nihil negauit. Item homicidę tyrannus irascitur, & punit furta sacrilegus. Hæc ille. Nota de illa ciuitate, in qua statutũ erat, ꝙ quicunque blasphemaret nomen Domini. recluderetur in carcerẽ ad aliquot dies. Accidit autem vt quidam rusticus post potũ blasphemaret nomẽ Dñi. Quo audito, iudex iussit eũ carcerem intrare. Sed cũ ille aliquantulũ recalcitraret, iudex ita cõmotus cõtra eũ, ait, Per sanguinẽ Dei villane, vos intrabitis carcerẽ. Ecce qũo multi plus cõsiderant peccata aliorũ, quàm sua, & prõptiores sunt ad ea puniẽda si illis incũbat, q̃ sua, cũ tñ dicat Seneca lib. de quatuor virtutibus. Alienorũ vitiorũ non sis explorator curiosus, nec repręhẽsior acerbus. Vnde legitur in vitis patrũ de quodam sene patre, qui volens retrahere fratres à detractione, & proximorũ infamatione, accessit coram multitudine fratrũ deferens saccum plenũ sabulo à parte posteriori. A parte verò anteriori

teriori apparebat quasi vacuus. Cuq; super hoc interrogaretur, quid hoc significaret, ait. Quę, inquit, retro videtis, peccata mea sunt: quæ vero ante peccata sunt aliorum, & illa optime video, nō autem mea, qa illa retro pono per obliuionem. Ecce quō sumus cęci in non cognoscendo defectus nostros, videntes autem in considerando defectus, & culpas aliorum. In hoc quodammodo similes oculo, qui videt alia à se, sed minime seipsum. Vnde vnumquęque talē reprehendens Christus Mat.7. loquitur dicens. Hypocrita eijce primum trabē de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Similiter Greg. lib. 14. moral. c. 15 & recitatur 3.q.7. qui sine peccato. specialiter inuehit contra dictos scribas, & pharisæos accusantes mulierem adulteram, ita dicēs. Ad aliena peccata punienda ibant, & sua reliquerant. Reuocentur itaque intus ad conscientiam, & prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. Hæc ille. Hæc autem verba possunt dici omnibus illis, qui potius loquuntur de factis aliorum, quàm de proprio facto. Et sic patet de primo.

Secundo principaliter in præsenti euangelio fit mētio de iudicis Christi benigna respōsione ad scribarū & pharisęorum accusationem aduersus mulierē adulteram, dicēs illis: Qui sine peccato est vestrū, primus in eam lapidē mittat. Ac si diceret Christus aperte secundum Aug. super Ioan. tract. 33. Et similiter de verbis Dñi ser. 47. Puniatur peccatrix, sed nō à peccatoribus. Impleatur lex quam allegant, sed nō à trāsgressoribus illius. Et certe in proposito, La patroille se mocque du fourgon, vt vulgo dicitur lingua Gallica. Christus ergo audita Scribarum, & pharisæorum accusatione inclinauit se, & scribebat in terra. Quid aūt scriberet, siue verba accusantium adulteram, siue quod postea surgēs dixit, videlicet, Qui sine peccato est vestrū, &c. siue quid aliud, non est diffinitū, vt dicit gl. or. dicit tñ gl. interl. q̄ scribebat in terra peccata eorū. Nō quidē singula singulorū, sed forte virtute diuina facię

do aliquam figuram protractam super terram, in qua videbat quilibet tantum peccata sua omnia, sed non aliena. Et hæc est opinio de Lyra. Ambr. autem lib. 9. epistolarum suarum, epist. 67. dicit, q̄ Christus scribebat illud verbum Mat. 7. Hypocrita festucam, quæ in oculo fratris tui est, vides, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non vides. Alij dicunt q̄ scribebat. Terra terram accusat id est peccatores peccatricem. Vel ut alijs placet, scribebat. Terra absorbe hos peccatores. Siue verbum Hiere. 22. Terra terra absolue populum istum sterilem. Sequitur. Et audientes hæc, scilicet, q̄ sine peccato est &c. vnus post alium exibant, incipientes à senioribus. Recesserunt ergo verecundia pleni, Gall. à tout leur courte honte, ideo autem seniores primo recesserunt, quia per prædictum modum grauioribus peccatis se esse irretitos cognouerunt, iuxta illud Dan. 13. A senioribus, & ab his, qui videbantur populum regere eggressa est iniquitas.

Mystice per hoc quòd Scribæ, & Pharisęi recesserūt à cōspectu Christi cū rubore, & verecūdia, eo. s. q̄d manifestasset eorum peccata modo prius exposito, designatur illa publica, & solemni manifestatio peccatorū ēt occultorum, quæ fiet in die iudicij non absque indicibili rubore, & verecūdia ipsorum reproborū hominū. Tunc. n. aperientur libri cōscientiarū, qui nūc clausi sunt, & iudicabuntur mortui, i. peccatores ex his, q̄ scripta erunt in eisdē libris, & hoc sc̄d̄m opera eorum, vt habetur Apoc. 20. Tādem aūt dicti peccatores rubore perfusi discedent à facie iudicis Christi, recte tendentes in abyssum inferni. Et sicut scriptio Xp̄i in terrā miraculose representabat omnia, & singula peccata Scribarū, & Pharisæorum, vt dictum est, ita similiter sc̄d̄m Aug. lib. 20. de ci. Dei. c. 9. In die iudicij diuina virtute fiet vt vnicuiq; opera sua bona vel mala cuncta ad memoriam reuocentur, & mētis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset vel excuset sciētia cōscientiā. Hæc ille. De isto etiā rubore loquens deuotus Bern. in lib suarū meditationū. c. 2. dicit sic,

Væ

Væ mihi misero peccatori cũ venerit illa extremi iudicij dies,& hora,& aperti fuerint libri,in quibus omnes actus mei,& cogitationes Deo præsente recitabũtur.Tunc.n. demisso capite præ confusione malæ cõscientiæ stabo trepidus,& anxius, vtpote commemorans commissa scelerum meorum. Et cum dicetur de me,Ecce homo,& opera eius,heu quantum erubescã? Tunc enim reducam ante oculos meos oia peccata mea.Hæc ille. O si talis ac tantus vir timuit manifestationem peccatorum suorum in die iudicij,quę quidem peccata aut nulla erant, aut certe leuissima, quãto magis nos miseri peccatores,qui in multis offendimus,omnes timere habemus?Et ideo si sapientes fuerimus puniemus nosmetipsos in pręsenti,ne nos contingat à Dño puniri in dicto iudicio districtissimo, & rigorosissimo.Et hoc exemplo Dauid,qui postq̃ peccasset adulterãdo,clamauit ad dominũ dicens,A iudiciis tuis,s.particulari, & generali timui domine, & ideo fęci iudicium,& iustitiam,sup.de meipso.Propter qđ rogo te non tradas me calumniantibus me,s.dæmonibus,quibus sup. tradentur reprobi in die iudicij,cum dicetur illis illud Matt. 25. Ite maledicti in ignẽ ęternum,qui paratus est diabolo,&c.

Quæritur circa illud Christi verbum. Qui sine peccato est vestrũ primus,&c.Vtrũ iudex existens in mortali peccato,& in tali statu iudicans subditum,peccet mortaliter. Videtur prima facie,ꝙ sic,per illud verbũ Apost. Rom 2.dicentis,In quo alium iudicas, teipsum condẽnas.Item vt ait quidam,superiectas sordes tergere non valent manus,quæ lutũ tenẽt.igitur. Ad istud dubiũ rñdet B.Th.4.sent dist.19.q 2.art.2.quæstiũ.2. dicẽs,ꝙ circa hoc est duplex opinio.Prima est dicẽtiũ ꝙ ille qui inest simili peccato vel maiori,nõ põt aliũ corripere,siue tale peccatum sit notorium,siue occultũ, eo ꝙ talis cõtra seipsum profert sententiã alterũ iudicãdo,vt dicit Paulus vbi supra, Secũda opinio est dicentium,quòd si talis habeat peccatum occultũ, potest nihilominus aliũ corrigere,nõ incurrẽdo nouum

reatum. Non autem si habeat peccatum notoriū, & publicum. Deinde resoluit dicens, q̄ vtraq; opinio quātum ad aliquid vera est. Dupliciter inquit potest aliquis aliū corripere. Primo modo ex officio, sicut prælati corripiunt. Et sic videtur prima opinio vera. Et huius ratio est, quia quicunq; indigne vtitur officio suo, talis peccat mortaliter. Ille autem qui est in mortali peccato etiam occulto, indigne vtitur officio suo quotiens alium corripit, vt prælatus, ideo mortaliter peccat alium corripiendo. Et similiter exequendo quodcunq; aliud ad officium suum pertinens propter eandem causam. Addit etiam idem doctor, vbi supra in solutio. ad quantum, quòd ille, qui prædicat si sit in peccato mortali notorio, similiter quit docet sacrā scripturam. Secus cum est in peccato occulto. Ex his videtur sequi quod etiam iudex tam ecclesiasticus, quàm secularis si sit in peccato mortali notorio peccat mortaliter iudicando aliquem reum, & hoc ratione scandali, quod generatur in cordibus aliorum ex tali facto. Quis si sit in mortali occulto, adhuc mortaliter peccat, siue qui iudicat, siue qui prædicat ex officio. Et hoc propter irreuerentiam, quam facit officio. Secundo modo, inquit idē doctor, potest aliquis aliū corripere ex zelo charitatis, & non vt Ecclesiæ minister, seu ex officio, & tunc non peccat alium iudicando seu corripiendo, dummodo non sit in peccato mortali notorio, quamuis habeat peccatum occultū. Cuius ratio est, quia ex tali correptione nullū sequitur scādalū. Secus autem vbi habet peccatum publicum. Addit tamen idē B.Th. 2.2.q.60.art.2.in sol. ad tertiū, q̄ si necessitas iudicandi immineat, etiam in illo casu potest prælatus habens peccatum mortale occultū ex officio delinquentem arguere vel iudicare, tamen cum humilitate, & timore. Quis si in peccato notorio existat, potest eū admonere non per modum corripiētis, sed per modum rogantis, vt, s. alter exēplo suo non incitetur ad malum. Et nota, quòd nō est hic quæstio de prælato, seu iudice habēte simile peccatū cū pecca-

to subditi, verumetiam quodcunq; aliud mortale, siue æquale, siue maius aut minus. Ex his omnibus patet, q diaconus exercens officium suum in mortali occulto, & similiter curatus baptizans, confessiones subditorum suorum audiens, extremam vnctionem conferens, aliquos matrimonialiter coniungens, prædicans & similia faciens in peccato mortali occulto, necnon episcopus confirmans ordines conferens, ecclesias dedicans & qualitercunque hierarchyzans in prædicto statu, adde & doctor prædicans, quia hoc sibi competit ex officio, omnes tales peccant mortaliter de nouo, eo quod indigne exercent ea quæ sunt officij sui. O quot igitur millia hominum peccant mortaliter, non credentes peccare. Sed eorum ignorantia cum sit crassa, & vincibilis, eos non excusat saltem à toto, etsi quandoque à tanto. Summum igitur remedium est cũ talia sunt exercenda, prius confiteri, aut saltem corde conteri cũ proposito emẽdæ. Et hoc de occultis. Quòd si sit quæstio de peccatis publicis & notorijs, nõ satis est corde conteri ad hoc quod habẽs talia valeat exercere, quæ sunt officij sui, nisi etiam studeat efficaciter per vitæ emendationem ædificare illos, quos prius notorie peccãdo scãdalizauit. Cogitet ergo vnusquisque ad statum suum, & ipsum debite exercere studeat.

Secundo principaliter in præsenti euãgelio fit mẽtio de mulieris adulteræ absolutione, cũ subditur. Mulier vbi sunt, qui te accusant? Nemo te cõdẽnauit Hoc fuit verbũ iudicis Christi ad eã. Ad quem illa, Nemo domine. Et iudex, Nec ego te condemnabo. Deinde iudex aperte profert sententiam absolutionis cũ ait illi, Vade & amplius noli peccare. Sicut ergo iudex tam ecclesiasticus, q̃ laicus primo scribit sententiã, quam est daturus, deinde sedens pro tribunali eã profert, qa sic præcipitur cuilibet iudici. C. de sententijs ex periculo recitandis, l. statutis. Ita etiam Christus tanquam peritissimus iudex, primo sententiam suã scripsit in terra. Deinde eam protulit pro tribunali sedẽs, cũ ait mulieri adulterę. Vade, & amplius, &c. August. aũt de

prædicta non habent dñi confessores et quantæcūque auctoritatis sint, siue episcopi, siue Pontifices summi. Idō debent imponere aliquā satisfactionē, arbitrariā tñ, vtpote considerata peccati grauitate, & personæ confitentis qualitate. Propterea Greg. ī suo pastorali. c. 54. dicit sic. Admonēdi sunt qui peccata cōmissa deserūt, nec tamen plangunt, ne iam relaxatas æstimēt culpas, quas & si agendo non multiplicant, nullis tamen fletibus mundant. Hoc autē probat consequenter ibidē triplici similitudine. Prima est de scriptore, qui postquā falsum scripsit, non satis est vt sibi caueat ne iterum in futurum false scribat, verumetiā habet corrigere errata. Secunda similitudo est de irrogāte alteri iniurias, contumelias, aut opprobria, qui non satisfacit læso per hoc solum, ꝙ nouas non irrogat, sed & de iam illatis oportet vt satisfaciat. Tertia similitudo est de debitore, qui non absoluitur à priori de[illegible], eo ꝙ non multiplicat alia debita, nisi etiam soluat illa quæ dudum contraxerat. Ita & cū delinquimus, nequaquā satisfacimus ab iniquitate cessando, nisi etiā voluptates quas dileximus econtrario lamentis oppositis insequamur. Hæc Greg. Satisfaciamus igitur charissimi de iā cōmissis peccatis, & simul deprecemur benignissimū Iesum, qui tā pie & misericorditer absoluit peccatricem mulierem, vt nos pariter absoluere dignetur infundendo in præsenti gratiam, & tandem conferēdo gloriam æternam. Quam nobis &c.

DOMIN. IIII. QVADRAGESIMAE.



BIIT *Iesus trans mare Galileæ.* **Ioan. 6.**

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de erogatione militaris annonæ. l. repetita, dicit ꝙ milites imperij debēt habere vitę necessaria quādiu sunt ī expeditione seu bello. Casus est talis. Aliquis princeps vi armorū recuperauit aliquam ciuitatem

tem sibi pertinentem quā tñ aduersarius eius diu violenter occupauerat. Quo facto ponit ibi egregiu capitaneum cum certo & bono numero militum ad illius tuitionē. Successu autem temporis deficiunt illis victual a. Quid iuris in hoc casu? Certe princeps cōformiter ad legem prędictā debet illis mittere victualia. Et simile iudiciū est de militibus obsidētibus aliquā ciuitatem, vel fortalitiū rebellans domino suo naturali. Sed qa dictus locus forte munitissimus est, ideo de facili expugnari nō potest. Propter quod de necessitate est tenere obsidionem ante dictum fortalitium multo tempore. Quo quidem tempore pēdente debet princeps militibus obsidentibus ipsum prouidere de alimentis, vt dicit prædicta lex. Inter quæ specificat panem, vinum, acetum, lardum. Ista lex est conformis doctrinæ apostoli, 1. Corin. 9 dicentis. Quis militat suis stipendijs vnquam? Ac si aperte dicat. Nullus.

Moraliter prædicta lex potest exponi dupliciter secundum quod duplex est militia spiritualis, videlicet generalis & spiritualis.

Prima igitur militia spiritualis dicitur gñalis. Propterea autem dicitur generalis, quia omnes adultos inuoluit, & quia perseuerat vsque ad vitæ terminum. Iob. 7. Militia est vita hominis super terram. Princeps ergo noster Christus, qui est rex regum & dominus dominantium, posuit nos in mundo isto velut in campo certaminis. Non ergo ad corizandum, seu ad quotidie splendide epulandum, non denique ad quiescendum, & dormiendum in lectis eburneis & mollibus, non similiter ad vacandum luxurijs & spurcitijs multis, sed ad militandum contra carnem, mundum, & diabolum. Circa autem huiusmodi bellum se habent homines in triplici differentia, sicut & in bello corporali suo modo fieri contingit. Primi enim sunt qui expectāt hostes, quos de longe venire conspiciūt, nec tamen præparant se ad bellum, sed inermes remanent. Et tales facillime vincuntur. hi autem sunt qui cognoscentes materiam adesse tentationis nō se præ-

parant

parant ad resistendū. Non. n. tunc assumunt arma virtutum neque clypeum diuini adiutorij, ad Deū per deuotā orationem recurrentes, sed permittunt se succūbere turpiter omni tentationi. Cum tamen clamet Apocalyp. oībus militibus Christi Eph. 7. dicens. Fratres induite vos armaturā Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Et huius rationē assignat dicens. Quoniā nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus prīcipes & potestates tenebrarū harū &c. Quemadmodū ergo milites vndiquaque vallati fortissimis aduersarijs & ad bella doctissimis semper armati incedunt etiā plerunq; armati dormiunt, ita & nos quādiu sumus in vita præsenti velimus nolimus sumus vallati ex omni parte dæmonibus valde exercitatis ad bellum spirituale, quod cōmittitur per tentationes varias. Insuper ipsi sunt fortissimi. Et ideo si sapientes fuerimus semper incedemus armati armis gratiarum & virtutum omniū, vt possimus resistere in die malo prædictis aduersarijs nos continuè impugnantibus & præsentantibus, Gallice lassault. die ac nocte vigilando pariter & dormiendo. Secundi milites sunt qui cunctantur, i. qui stant firmi in locis & fortalitijs suis, parati tamen resistere hostibus quotiens opus fuerit. & hi sunt qui confidentes de Dei adiutorio, & nō ī propria virtute gloriantes, deliberāt resistere tentationi quotiens materia se offeret, iuxta consilium Apos. vbi supra, dicentis. State succincti lumbos vestros in veritate, & induimini loricam iustitiæ. Tertij vero milites aggrediuntur hostes, & impetu suo magno ipsos terrent, atque in fugā conuertunt. Et hi sunt viri heroici atq; perfecti qui aggrediuntur dæmones per virtutē humilitatis, carnē per virtutē castitatis, mundum per virtutē liberalitatis. Et tales milites Christi sunt valde pauci. Et quia prædicta pugna est viribus nostris impar, ideo more militū petentiū auxiliū à principe suo cū sentiunt se impares merito ac numero hostibus & aduersarijs suis, debemus petere & nos auxiliū a rege nostro Xpo, ne

suc-

succumbamus in hoc bello, orantes & dicentes illud Psal. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutoriũ mihi. Effunde frameam & conclude aduersus eos, qui persequuntur me, dic animæ meæ salus tua ego sum. Sed ad ꝓpositũ legis prædictæ redeũtes dicimus, ꝙ Christus summus rex offert omnibus militibus suis viriliter decertantibus contra aduersarios suos panem & vinũ, hoc est corpus & sanguinem suũ. Ecce vitæ necessaria quãdiu sumus in expeditione huius mundi. Iuxta illud Ioan. 6. Nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis vitã in vobis. Promittit etiam multo maiora bona militibus suis in cœlo, dicens illud Apo. 2. Vincẽti dabo manna absconditum. Et sic patet de militia spirituali tamen generali.

Secũda militia spiritualis dicitur speciali, quæ specialiter exercetur in Quadr. Quãuis enim omni tempore prælietur aduersarius noster diabolus cõtra nos, vt statim dictum est, specialius tamen hoc operatur in Quadr. in cuius rei signum in tribus præcedẽtibus dominicis huius Quadr. fit mentio de diabolo in quolibet Euang. Nam quãto tẽpus sanctius tãto diabolus pugnat acrius tanquam inuidens sanctitati temporis pariter & saluti hominis quæ abundantius procuratur in Quadr. quam alio tẽpore, & hoc propter opera de genere bonorum, quæ plus tunc fiunt quàm alijs tẽporibus. Et hoc est quod dicitur. 3. q. 1. nulli, quod diabolus illos maxime tentat qui sunt Deo familiores, & in eius seruitio deuotiores. Sed ne milites Xp̃i deficiant in tali pugna prouidet eis rex suus Christus de annona & de pane doctrina, qui peramplius & copiosius ministratur Christi fidelibus in quadr. per prædicatores diuini verbi, quàm in cæteris temporibus anni. Nec quidem dat eis tantum vnum panem manducare, verum etiam interdum plures, sicut præcipue, videre est in magnis ciuitatibus, in quibus plures prędicatores simul euangelizant verbum Dei, vno ministrãte populo panem epistolæ, alio panẽ euãgelij, alio

panem

panē zizaniæ vitia reprehēdendo, alio panem electi tritici virtutes exaltando,& huiuſmodi:hoc autem fit vt cui non ſapit vnus panis ſaltē ſapiat alius. Et hoc innuitur in præſenti Euangelio, in quo legitur Chriſtus quinq; panes miniſtraſſe magnæ hominū multitudini,quibus ſuffecerūt, quinimmo ſeperfuerūt ex his reliquiæ multæ,vt habetur in eodem Euangelio.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Eijcite ancillam & filium eius Gal. 4]Scribitur ex de cohabitatione clericorum &.mulierum.c. ſi quiſquam. ꝙ clericus retinens concubinam poſt tertiam admonitionem,aut etiam ſi videatur cum ea conuerſari,vel confabulari,debet excōmunicari. Caſus eſt talis. Eſt aliquis clericus tenens cōcubinam ordinarie in domo ſua, á pain & à pot, in ſcādalum totius Eccleſiæ, ſuper quo abuſu monetur à ſuo ordinario ſub certis pœnis,vt quantocyus illam eijciat. Ille autem renuit hoc facere. Deinde ſecundo monetur ſub grauioribus pœnis,nec tamen deſiſtit à malitia ſua. Demū tertio & vltimo monetur etiam ſub pœna carceris & priuationis beneficij & executionis ordinum ſuorū,nec propterea ſequitur emēda, quia forſan reprouauit illum Deus. Modo nemo poteſt corrigere quem ille deſpexerit,vt dicitur Eccleſiaſt 7. Quid ergo agendum eſt de tali truphatore? Certe Epiſcopus debet fulminare cōtra eum tanquam contra contumacem excōmunicationis ſententiam,vt deciſum eſt per Eugenium Papā in dicta decretali loquentem. Ad idem eſt quod ſcribitur in maiori volumine diſtin. 28 c. decernimus,vbi expreſſe dicitur quòd clerici tenentes concubinas debent carere officio atque beneficio: maxime cum debeant eſſe tēplum dñi, vaſa ſacrarium Spiritusſancti. Item diſtinct. 81.c.clericus,dicitur ꝙ clericus frequētans domicilia mulierum ſuſpectarum eſt depouēdus. Idem etiam habetur diſtinc. 32.erubeſcant. Sunt etiā multa alia iura hoc idem confirmantia, quæ longum eſſet enarrare,hæc tamen iura intelliguntur quando factum eſt notorium.

Mo-

Moraliter.per côcubinã intelligitur quelibet mortalis culpa.Et de hac concubina poteſt intelligi illud Apocal.12. Veni oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ.hæc autem damnatiſſima meretrix denudat & ſpoliat miſerum peccatorem omnibus bonis gratuitis. In cuius figuram dicitur de filio prodigo, per quem deſignatur quilibet peccator, quod diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxirioſe. Lucæ. 15. Item hæc meretrix illaqueat, & filo capit pauperem animam peccatricem. Propter quod adulter ille rex Dauid dicebat, Funes peccatorum circumplexi ſunt me.Item Prouerb.5. Funibus peccatorũ ſuorum quiſque conſtringitur. Cæterum prædicta meretrix diffamat hominem, & infamem ipſum reddit coram Deo & angelis ſanctis, atque hominibus iuſtis. In cuius rei ſignum dicitur de Salomone (per quem intelligitur quilibet peccator) ꝙ poſuit maculam in gloria ſua,Eccl.47.Inſuper prędicta concubina generat ſpurios i.mala opera,turpia,& infamia.Ecce quanta mala operatur in homine dicta concubina, ſeu meretrix quæ dicitur mortalis culpa. Heu miſeri peccatores, nunquid fuiſtis ſufficienter moniti per præcedẽtes dies præſentis quadrageſimæ, non ſolum ſemel, bis, aut ter, verum etiã fermè per ſingulos ſermones abijcere â vobis longe hanc concubinã iniquitatis? Cur ergo adhuc differtis, cur tardatis, cur procraſtinatis vlterius? Non timetis retinendo prædictã concubinã intra domum conſcientiæ veſtrę contra prohibitionẽ ſummi epiſcopi Chriſti, priuari beneficio Eccleſiæ triumphantis? Audite ergo aure cordis,& facite executione operis id ad quod vos monet Apoſt.in hodierna epiſt.cum vnicuique peccatori loquitur,dicens, Eijce ancillam & filium eius, id eſt malam conſcientiam & opus malum ſequens.

PRO EADEM DOMINICA DE EVANG.

Iam triduo ſuſtinent me, et habent quod manducent. Io.6.

Scribitur extra de conceſſione præbendarum.c.literas,ꝙ nullus ſine diſpẽſatione poteſt habere plures p̄bendas

bendas. Hoc in secundū gl. intelligitur nō de præbendis simplicibus, sed de personatibus, aut de illis quibus cura animarum est annexa Similiter extra de electione & electi potestate. c. dudū dicitur, quod nullus potest habere plura beneficia sine dispensatione.

Scribitur etiam extra de religiosis domibus. c. ne nimia, quod vnus abbas non potest pluribus monasterijs præsidere. Casus est talis. Abbas cuiusdam monasterij est satis lenis & remissus in puniendis defectibus subditorum suorū. Item est bonus socius, nec querit magnam seriositatē in subditis. Quo audito postulatur in abbatē alterius monasterij. Queritur nunc vtrum possit acceptare secundā abbatiam absq; dispensatione sedis Apost. Respondet Inno. III per prædictam decretalē quod non. Prædicta iura confirmantur per decretum, dist. 70 c. sanctorum.

Moraliter notandum quod sicut duplex est ecclesia, s. militans & triumphans, sic etiā duplex est genus præbendarum. Quędam. n. sunt temporales & transitorię, quæ dantur in præsenti. Aliæ autē æternales & perpetuæ quæ dantur in futuro: Raro aūt, aut nunquam accidit, vt quis habeat prębendā in præsenti per prosperitatem mundanam, & præbendam in futuro per glorię adoptionem, eo quod summus Pont. Christus non solet in hoc dispensare. Nam, vt dicit Hiero. Impossibile est transire de delitijs ad delitias, ita vt quis possit in præsenti replere vētrem & illic mentē. Quod bene considerans regius propheta Dauid refugiebat acceptare præbendam fœlicitatis tēporalis, vt posset obtinere præbendam gloriæ cœlestialis, cū dicebat. Renuit consolari anima mea, supple in præsenti. Memor fui Dei sup. promittentis præbendam cœlestem ei qui renunciauerit præbendæ temporali. Sed vbi de hoc? Certe ibi. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Matth. 5. Sequitur in psal. Et delectatus sum, s. in spe, & exercitatus sum bene operando in præsenti, & defecit spiritus meus, supple zelando præbēdam cœlestem. Et de hoc figuram habemus Gen. 49.

vbi

vbi legitur quòd Iacob cancellatis manibus benedixit Manassem & Effraim filios filij sui Ioseph. Per Iacob qui supplantator interpretatur, significatur Christus, qui supplantauit diabolum in cruce. Hic igitur Iacob tunc cãcellatis manibus benedicit hoĩes quando illos qui fuerunt ad sinistram in præsenti per aduersitatẽ tolerantiam, tandem ponit ad dexteram per æternæ glorię adeptionem. Et per oppositũ illos, qui fuerunt in præsenti ad dexteram per mundialem felicitatem, ponit in futuro ad sinistram per æternam reprobationem. Et reuera hęc est mirabilis mutatio dexteræ excelsi. Ex his ergo omnibus aperte possumus concludere, ꝙ oportet nos pati in p̃senti, sic cupimus gaudere in futuro. Hoc autem insinuauit Christus in præsenti euangelio, in hoc ꝙ populum sequentem se & inedia deficientem non pauit delicatis panibus, & exquisitis cibarijs, sed quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus.

In hodierno ergo euangelio de tribus principaliter fit mentio, secundum, ꝙ circa miraculum de multiplicatione quinque panũ hordeaceorum tria tanguntur quæ sunt antecedentia in principio euangelij. Concomitantia. ibi. Et cum accepisset &c. Consequẽtia. ibi. Vt autem impleti sunt &c.

Primo igitur principaliter tanguntur antecedentia ipsum miraculum, quę iterum sunt tria. Primum est Christi migratio, in principio euangelij. Secundũ eiusdẽ pia miseratio. ib. Cum subleuasset oculos &c. Tertium Philippi & Andreæ simplex responsio. ibi. Ducentorum &c.

Primũ igitur antecedens diuinum miraculum dicitur Christi migratio, de quo loqũitur Io dicens. Abijt Iesus trãs mare Galileę, quod est Tyberiadis. Paulo. nã ante Christus valde egregie reprehẽdit iudæos de obstinatione & incredulitate sua, eo qđ post tot & tanta signa, quæ fecerat super his qui infirmabãtur nolebãt in eum credere, quin potius volebant eũ interficere, & signãter Herodes sicut paulo ante ĩterfecerat Io. Bapti

vtpa-

vt patet Mat. 14. vbi descripta ipsius Ioã. deccolatione, mox subiũgitur fuga Christi in desertũ, quod erat trans mare Galileæ. Tandem ergo Hærode, & impijs iudæis in sua perfidia relictis, vt doceamur cedere furori hominum ac turbationi dũ est in cursu, abijt Iesus trans mare Galileæ, quod est Tyberiadis, i. quod sic appellatur à quadã ciuitate sita ad littus dicti maris, qui Tyberias dicebatur, & hoc in honorem Tyberij Cæsaris, qui eam ædificauerat, seu instaurari fecerat, & sequebatur eum multitudo magna, mente tamẽ diuersa. Nam quidam sequebantur Christum propter refectionem corporalem, vt gulosi. Alij propter miraculorum nouitatem, vt curiosi. Alij propter reprehensionem, vt harisæi, & ambitiosi. Alij propter sanam eius doctrinam audiendam, vt veri eius discipuli. Alij propter sanitatem recuperandam vt ægroti, ideo subditur, quia videbant signa, i. miracula vera; quæ faciebat super his, qui infirmabantur.

Allegorice, mare Galileæ, qđ pertransiuit Christus mundum istũ recte designat, tum propter instabilitatem, tum propter amaritudinem, tũ propter periculositatem. Practica singula si vis. Hoc autem mare pertrãsiuit Christus quando in monte caluarie cum nauicula crucis pertrãsiuit miserias vitæ præsentis. Et tunc secuti sunt eũ multi, supple per fidẽ Et hoc propter signa, quæ ĩ trãsitu ipsius facta sunt. Tandẽ aũt abijt in montem, qui est in vertice montium, hoc est in cœlũ, quando ascendit de hoc mundo ad patrem. Vbi etiam nunc gloriose sedet cum discipulis, quos post se illic tẽpore suo traxit. Vbi notandum, ꝙ aliqui discipulorũ suorũ illic secuti sunt eũ per mare rubrũ, vt martyres, Alij per fluiuum Iordanicum in quo ipsemet Christus fuit à Ioãne baptizatus, vt paruuli decedẽtes post baptismũ. Alij per fluiuum Rhodanum, vt apostoli, & vere religiosi. Nam queadmodum Rhodanus, quæ influit per Lugdunũ in mare rodit terrã pariter, & ingentia saxa per quem traxit, atque omnia secũ suo impetu trahit, ꝑꝑ quod dictus est Rhodanus à rodendo,

ita etiam apostoli, & veri religiosi roderunt radicem auaritię,& cupiditatis,omnia propter ipsum benignissimum Christum relinquẽtes, vt habetur Mat. 19. Alij verò hodie sequuntur Christum per sequanam,vt veri peregrini sicut sunt illi, qui vadunt vsque Hierusalẽ, aut Romam,seu ad beatum Iacobum apud compostellã, & huiusmodi. Nam sicut fluuius Sequanæ qui fluit à Diuione vsque ad mare occidentale per Franciam & Normaniam non recto tramite fluit, sed quasi obliquo; & hoc propter oppositionem diuersorum montium,propter quod multis ciuitatibus ad littus ipsius sitis proficuus, & vtilis redditur, ita etiam nonnulli deuoti Catholici peregrinantur de loco ad locum ad visitanda sacra limina,& ad indulgentias consequendas,quæ conceduntur illic deuote accedentibus.

Moraliter. hodie multi sequuntur Christum, non quidem propter ipsum, sed magis vt de panibus eius manducent,vt idem ait Ioan.6.Et huius generis præcipuè sunt multi filij nobilium, qui ideo ingrediuntur religionem aut ecclesiam vt lautius viuant, etiam multo abundantius,quàm viuere potuissent in domibus paternis. Vnde August. super Ioan. tract. 25. exponens illud Christi verbum Io.6. Queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis de panibus meis, dicit,ꝙ multi non querunt Iesum, nisi vt illis faciat bene secundum tempus. Vix autem queritur Iesus ꝑꝑ Iesum. Hæc ille. Vel dic,ꝙ per illos, qui sequebantur Iesum propter panes,significantur amici huius mundi,qui sequuntur diuites, & abũdantes in seculo,non quidem propter se,sed propter bona sua. Et de talibus loquens Senec,lib. de remedijs fortuitorum,ait, Multi aliquem comitantur vt mel muscæ,cadauera lupi,frumenta formicæ. Prędam sequitur turba ista non hominem. Hæc ille. Hic cadit exemplum illius boni patris, qui cum videret se senio confectũ confidens de bonitate, & fidelitate filiorũ suorũ illis resignauit omnẽ substantiam suam. Quod cum fecisset, non multo post cępit egere,& languere pręinopia. Nec de eo cura

ra erat dictis filijs. Quod ille videns fefellit eos hoc modo vt suæ consuleret inopiæ. Adijt enim quendam prædiuitem mercatorem sibi familiarissimum, & decem millia librarum postulauit ab eo sibi accommodari ad trium dierum spatium. Et forte eidem intentionem suam exposuit. Accepta igitur pecunia parat in crastinum egregium conuiuiu, ad quod inuitauit dictos filios su⟨o⟩s. Ipse verò hora qua sperauit eos venturos, abscondit se intra cameram suam cōputans dictam summam. Hoc aūt de facili perpenderunt dicti filij ipsum intuentes per rimas ostij, & hoc ipse volebat. Tandem ad eos redijt, & cum ipsis ad mensam sedens aperuit quantum adhuc haberet pecuniā, quā illis reseruabat. Sic tñ ꝙ qui plus illi largus esset, plus esset accepturus. Propter qđ contendebant quis plus solicitus esset de patre. Ipse autem restituit pecuniam & in arca seris bene firmata, apposuit clauā grossam in cuius manubrio scriptum erat. Ego Ioā. conaxa tale cōdo testamentū, vt quilibet mactetur hac claua, q̄ seipso neglecto filios diuites facere curat. Eo igitur mortuo, & exequijs solēniter celebratis, atq; eleemosynis hincinde elargitis prout ipse ordinauerat, tādē vno consensu dicti filij, q̄ tres erāt numero, ad arcā accedūt, sperantes multā pecuniā illic inuenire. At verò cum eam aperuissent, nec aliud præter dictam clauā īuenissent, lecta superscriptione illius, cōfusi abscesserunt, prohibentes ne quis quid diceret. Res tamen tādē ad lucē venit non absque eorū pudore. Ecce quō multi multos etiam parentes, & consanguineos suos sequuntur propter substantiam eorum.

Secundū antecedens diuinum miraculū, est Christi pia miseratio, quæ notatur cū subditur in textu. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eū, dixit ad Philippū. Vñ ememus panes, &c. Philippū aūt p̄ cęteris interrogat, eo ꝙ sciebat ipsum plus egere doctrina, vt dicit gl ord. Ecce ergo de qua materia loquebatur Christus cum discipulis suis, q̄a nō de vanis aut rebus huius seculi, sed de

operibus misericordiæ,& pietatis.In hoc instruēs patres,& superiores loqui coram filijs aut subditis de rebus honestis, & ad eorum salutem spectantibus. Hoc autem dicebat tentans eum,id est probans. Ipse enim sciebat quid esset facturus.

Moraliter.Per prædicta instruuntur diuites, & potētes huius seculi habere curam,& solicitudinē de pauperibus,& indigentibus. Nec satis est ad vitæ perfectionem expectare aduentum talium ad se, verumetiā valde salubre est inquirere tales, & eorum nomina. Quibus veraciter cognitis distribuere,aut etiam mittere ad tales de facultatibus suis, & signāter illis,qui præ verecundia erubescunt mendicare, eo ꝙ aliquando abundauerunt. Sed forte Deo volente eos probare in aduersis cum Loth, aut fortuna illis aduersante absque eorum culpa ad inopiam de magnis opibus deuenērunt. Talibus ergo sunt opera pietatis exhibenda,& potissimè illis, qui nobis consanguinitate aut affinitate attinēt.Sic.n. faciebat sanctus ille Thobias pater pauperum,de quo legitur eiusdem 1.c.ꝙ tempore captiuitatis populi Israelitici, quotidie pergebat per omnem cognationem suam, & consolabatur eos, diuidbeatque vnicuique,prout poterat, de facultatibus suis, esurientes alendo, & nudis vestimenta præbendo.Similiter sic faciebat B.Syluester Papa, de quo legitur,ꝙ habebat ī scriptis nomina omniū pauperū, qui erant Romæ,scripta in quodam libro, & vnicuiq; vitæ necessaria ministrabat: vnde de eo pōt dici illud psal.Dispersit dedit pauperibus,&c.Insuper quanto dicti pauperes creduntur, & æstimātur meliores quo ad Deū, tāto citius sunt à diuitibus præ cæteris subleuādi in suis necessitatibus.Sic.n.fecit bona illa hospitia Helisæi,de qua legitur 4.Reg 4. ꝙ dixit viro suo de ipso Helisæo.Cerno,ꝙ vir Dei est homo iste qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculum, vt cum venerit ad nos,maneat ibi.

Tertiū antecedens ad Christi miraculū,dicitur Philippi,& Andreæ simplex & indocta respōsio.Et primo

ponitur Philippi responsi ad Christi interrogationē. Ducentorum, inquit, denariorum panes, &c. Cum igitur simus pauperes, non video vnde possit sustentari tantus populus. Consequenter ponitur responsio Andreæ fratris Simonis Petri. Est inquit puer vnus hic, qui habet, &c. Sed quid hæc sunt inter tantos? Ecce quàm modicæ fidei adhuc erant isti duo Christi discipuli. Putabant.n. totam illam multitudinem populi mori famæ in præsentia illius, qui dat escam omni carni, & pullis coruorum inuocantibus eū. Priusquā .n. pulli coruorum incipiant habere plumas, non recognoscunt à patre nec à matre, & sic relinquuntur ab eis certis diebus. Quo in tempore fame vrgentes, clamant versus cęlum quasi petētes escam à domino, qui prouidet eis de cęlo quousque plumæ nigræ incipiant cooperire carnem eorum, & tunc â patre, & matræ alūtur. Si ergo dn̄s pascit huiusmodi pullos coruorum, quanto magis pascet sperantes in eum? Et nota secundū aliquos, ꝙ iste puer dicitur fuisse B. Martialis, qui iā incipiebat sequi Christum, forte cum patre suo, ut aūt dicit Chry. super Matt. homil. 50. ex ꝓsenti textu arguitur, & notatur magna parcitas, & vitæ austeritas in apostolis, & discipulis Christi. Nā pro omnibus non aderant nisi quinque panes, qui cū hoc parū erant delectabiles ad vescēdum, quia hordeacei. Sed quamuis ipsi paucos panes haberent, illos tn̄ libēter alij indigentibus condistribuerāt. Per quod moraliter docemur etiā si pauca possideamus, ipsa tn̄ egentibus esse concedenda. Nam cum illi duo apostoli iussi essent â Christo afferre ad eū dictos panes, non clamauerunt, nihil nobis relinquetur postea, sed mox paruerunt Christo domino suo. Non etiam absq; causa inquit idē à Chryso. vbi supra, dicit euangelista dictos paucos panes fuisse hordeaceos. Hoc.n. fecit vt exēplo apostolorū nos instrueret calcare luxum delitiarum. Talis namq; erat mensa prophetarum. Hæc ille

Allegorice, iste puer habens quinque panes hordeaceos, est Xp̄s, qui valde congrue dicitur puer. Puer. n.

dicitur quasi purus aer. Item puer est verax. Nam à fatuo puero, & ebrio, extorquetur veritas. Itē est liberalis. quia libenter daret regnum pro pomo. Item est de facili placabilis postquam fuerit iratus. Item est totus benignus, & humilis, & sic de multis alijs. Propter hæc ergo, & his similia meritò Christus dicitur puer. Tum quia totus purus, vtpote qui peccatum non fecit vllum. 1. Pet. 2. item est verax, Io. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Verax inquam quia semper tenet promissum. Item liberalis, quia dat regnum ęternum, pro modissima eleemosyna, etiā pro cipho aquæ frigidæ, vt habetur Mat. 10. psal. Pro nihilo. sup. respectiue, habuerunt, s. electi, terram desiderabilem, i. cęlum. Item de facili placatur, Psal. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Et Eze. 18. In quacunque hora, &c. Item est totus dulcis, & benignus atque humilis, & hmōi. Mat. 11. Discite à me, quia, &c. Ecce ergo puer vnus. Et vere vnus, quia non diuisus aut duplex, sed fidelis, & integer amicus. Vnus inquā cū patre, & spiritusancto per essentiæ identitatē. Vnus etiā nobiscum per naturæ assumptæ conformitatē. Hic, i. in Ecclesia sacramētaliter, vel per iuge auxiliū, Mat. 28. Ecce ego vobiscum sum vsque, &c. Qui habet quinque panes, hordea. i. quinque uulnera in corpore suo, qui merito dicuntur panes, quia habita in memoria reficiūt animam. Dicuntur etiam congrue hordeacei, quia fuerunt asperi, & duri ipsi Christo. Threñ. 1. O vos omnes qui trāsitis per viam, &c. Et duos pisces, i. duas naturas, s. diuinā, q̄ est piscis grādis, & humanā q̄ est piscis paruus. Vel dic, ꝙ duo pisces sūt Xpi corpus & aīa q̄bus vescimur ī altaris sacramēto. Ibi. n. ē Xpi corpus ex vi cōsecrationis, aīa vero ex vi naturalis īseparationis. Moraliter. Quinque panes hordeacei, possunt sic describi.

Primus dicitur panis timoris, supple diuinorū iudiciorū. Et de isto pane scribitur Ezec. 22. Fili hominis panem tuum in conturbationem comede. Hūc aūt panem comedere debent peccatores, qui dēnt semper es-

se in conturbatione, seu timore moriendi, & ex conse quēti gloriam illam cęlestem suauissimam perdendi, atque pęnas æternas incurrendi. Specialiter aūt hunc panem comedit rex Ezechias, qñ. s. post superbiam habitam de victoria contra Sennacherib, audiuit prophetam Esaiam dicentem ei ex parte domini. Dispone domui tuæ, quia morieris, &c. Quo audito conuertit faciem suam ad parietem, & fleuit amare, Esa. 38. & 4. Reg. 20. ita & quilibet peccator cum audit dominum dicentem illud Eze. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, debet valde conturbari, & timere pelli, siue comedat siue bibat.

Secundus dicitur panis infernalis. De quo scribitur Prouerb. 13. Comedunt sup. reprobi, panē impietatis, & bibunt vinum iniquitatis. Hunc itaq; panē cōmedūt quotquot ad inferna descēdunt. Et merito dicitur iste panis hordeaceus, & hoc propter asperitatē, & duritiam tormentorum infernalium, ita vt de ipsis reprobis scribatur Apoc 16. Comedunt linguas suas prę dolore. Modus. n. hominis multum irati, & afflicti est mordere labia sua, & fremere dentibus, quasi manducans linguam suam. Damnati autem, & signanter post resumptionem corporum suorum vehementer irascētur contra Deum. Item indicibiliter affligentur; & ideo mordebunt labia sua præ dolore, & fremebunt dentibus quasi deuorantes linguas suas.

Tertius dicitur panis mendacij, de quo scribitur Prou. 20. Suauis est homini panis mendacij. Hunc aūt panem penè omnes comedunt, quia omnis homo mēdax. Præ cæteris tamē panē istum comedūt fermè oēs moderni mercatores. Nā vt habetur de pę dist 5. qualitas. difficile est inter vendentis, & emētis commercium non interuenire peccatū, sup. mendacij, iuramēti incauti, dolositatis atque periurij. Vnde iste panis mēdacij est suauis, quo ad decipiētes, & circuueniētes in negocio, i. in arte mercandi fratres suos, q quādoq; inde gloriātur, & se iactār de fraude cōmissa: Sed hordeaceus est quo ad illos, q ī. simplicitate bona ambu-

lantes, decipiũtur, & circumueniuntur ab astutis mercatoribus. Hunc etiam panem mendacij tanquã suauem comedunt multi prædicatores indulgentiarum, & portitores reliquiarum, & huiusmodi, qui multa confingunt vt subtili ingenio extorqueant pecunias à barbaris. Sed de hoc alias.

Quartus dicitur panis aduersitatis temporalis, de quo Esa. 30. Dabit tibi dominus panem arctũ, & aquã breuem. O quot sunt super terram hodie, qui frequenter comedunt hunc panem aduersitatis temporalis. Testes sunt penè infiniti vtriusq; sexus, & omnis ætatis homines ostiatim mendicantes præ inopia. Testes etiam sunt pauperes agricolæ, & viticolæ, quorum segetes, & vites sæpe deuastant illa quinque quæ commemorat ps. cum ait. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius, id est domini voluntatem. Ignis in proposito designat ardorẽ solis, per quem velut per ignem desiccatur plerunq; humor terræ, atque per hunc modum redditur ipsa terra dura, & sterilis, pereuntque cuncta virentia. De grandine vero liquet aperte, quàm sæpe vi cadendo, flagellat segetes granum, & paleam deuastando, fructus ex arboribus in terram deijciendo, etiã interdũ pecora in pascuis occidẽdo. Similiter nix tẽpore indebito cadendo multam incõmoditatẽ affert, vtpote flores arborum corrumpendo. Insuper glacies affert dãnũ volentibus trãsfretare, seu nauigare, sicut patet qñ fluuij cooperiũtur glacie. Quo fit vt ciuitates, villæ, & vniuersa loca ad q̃ solẽt deferri vitæ necessaria per naues tũc tẽporis egestatẽ magnam patiantur. Tãdẽ ponitur spiritus procellarum tãquam vnũ de flagellis Domini cõtra mundũ. Est autem procella idẽ quod tẽpestas. Vnde spiritus procellarum dicuntur subiti motus ventorum cum pluuijs, qui percutiunt, & euertũt arbores altas, necnon, & domos in alto positas, multa quoq; alia dãna sępe gñant & suscitãt. Sed qa hęc omnia descendũt super terrã ex diuina ordinatione sæpe volẽte vlcisci de peccatis, & malis, quæ perpetrãtur in

mundo

mundo isto, ideo subdit ps. de quinq; prædictis flagel lis iræ Domini, qui faciunt, inquit, verbum eius, i. voluntate & ordinationem. Vel dicuntur facere volũ tatem Domini pro quanto illi ad nutum obediunt.

Quitus dicitur panis doloris & cõtritionis, de quo in ps. Surgite vos sup. pęnitentes ad laborē pnīæ, & satisfactionis postquā sederitis in peccatis vestris, qui manducatis panem doloris, i. opera pœnitentię. Item de eodem pane alibi loquitur p̄s. dicens. Cinerem tan quam panē manducabā. Sed quia interdũ nocet cibus absque potu, ideo subdit dicens. Et potum meum cum fletu miscebam: hunc ergo panem comedũt quotquot de peccatis suis veraciter dolēt & cõterũtur. Nonne bene manducabat hunc panem ipse Dauid cum post commissum adulterium eiularet, & diceret. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi, id est improperatur à dæmonibus mihi insultan tibus, & dicēnt. per singulos dies, vbi est Deus tuus, quem supple amisisti peccando. Ac si illi viderentur dicere. Tu habes pulchrum flere & lachrymas funde- re die ac nocte, quia nunquam inuenies Deũ tibi pro pitium, aut misericordem, quem sic turpiter offendi sti. Sed ipsi aperte mentiebantur, sicut postea rei probauit euentus. Item eos demētitur sacra scriptura. Ezechiel 18. dicens, In quacunq; hora ingemuerit pec cator &c. Patet ergo quid significēt spiritualiter quin que panes hordeacei. Sunt qui dicunt ꝙ prædicti quin que panes hordeacei sunt quinque multũ valentia ad retrahendum hominē à peccato, quę sunt cognitio, pudor commisi, dolor amissi, timor iudicij, horror in- ferni. Duo pisces, sunt fides, spes, quæ prædictos panes faciunt comestibiles per saporem, quem apponunt. Quis enim illos panes comederet nisi de venia & glo ria speraret? Et quomodo speraret, nisi Deũ benignũ, & misericordem crederet? Alij ponunt quòd prædicti quinq; panes hordeacei sunt contritio, confessio, satis factio, ieiunium, & eleemosyna. Duo vero pisces sunt propositum melioris vitæ, & spes veniæ. Et sic patet

de

de primo principali.

Secundo principaliter in præsenti euāgelio fit mētio de concomitantibus ipsum miraculum. Postquam enim populus discubuit super fęnum quod erat in loco prædicto, quod quidem fęnum viride erat, vt habetur Marc. 6. Discubuit inquam per cētenos, & quinquagenos, vt dicit idem Marc. accepit Iesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus, s. ꝑ manus Apostolorum. Mar. autem. 6. & Luc. 9. dicitur quod Christus primo benedixit illos panes, in hoc dās nobis exemplum nunquam aliquid cibi aut potus sumendi, nisi primum illud benedixerimus, vnde Chrys. super Matth. homil. 50. dicit quod priusquam Christus panes multiplicaret, suspexit in cœlum, vt nos doceret non esse ad mensam accedendum quousque ei gratias agamus. qui cibum nobis tribuit. Propterea religiosi bene regulati præmittūt pro benedictione mēsæ illud psal. Oculi omnium in te &c. Vel edent pauperes &c. Nota de moniali illa, de qua refert Greg. in suo dialogo lib. 1. ꝙ eā inuasit spiritus malignus corporaliter vexando, eo quod sumpsisset lactucam vnam absque benedictione. Nota etiam de illo fratre conuerso, de quo legitur in vitis fratrum ordinis prædicatorum, quod cum tempore diui patris Dominici apud Bononiam bibisset in ciuitate sine licentia etiam nō præmisso crucis signo, mox illum inuasit diabolus in specie bibionis, mirabiliterque ipsum torquere cępit. Tandem tamen meritis dicti pij patris Dominici eiectus fuit à corpore dicti conuersi. Ecce quanto periculo se exponunt, qui aliquid cibi aut potus præsumunt accipere non præmissa benedictione. Similiter sumpta refectione exemplo Christi, qui post cœnam vltimam hymnum dixit, debemus & nos gratias Deo pro vniuersis beneficijs suis reddere. Sic enim nos admonet pater Amb. ser. 42. qui incipit. Frequenter admonui vos dicens. Tu Christiane meminisse debes cuius panem comedis, & ei laudem dicere. Dic mihi. Nunquid si aliquid de tuo cuicunque largiris, expectas vt

gratias

gratias agat? Quis ſi non fecerit, nunquid à te denotatur ingratus? Ita etiam à nobis expectat qui nos paſcit Deus, vt illi gratias redamus. Hæc ille. Et ſic patet de ſecundo.

Tertio principaliter in præſenti euangelio fit mentio de conſequentibus dictum miraculum, cum ſubditur. Vt autem impleti ſunt, dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Colligite quæ &c. Et re vera bñ & rationabiliter hoc iuſſit Chriſtus, quia non decebat reliquias tantorum panum ac piſcium pedibus conculcari tranſeuntium. Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos &c. huius autem tanti miraculi figura præceſſit 4. Reg. 4. vbi legitur, quòd cum quidam attuliſſet 12. panes hordeaceos ad Heliſeum Prophetam tempore famis, ille iuſſit eos apponi coram centum filijs prophetarum, qui ad eum venerant. Cumque ſeruus eius diceret dictos panes tantæ multitudini non ſufficere, reſpondit, dicens. Comedent & ſupererit. Quod & factum eſt. Sed quia veritas ſemper pręcellit figurã, ideo Chriſtus de paucioribus panibus plures refecit, quàm Heliſeus de multis. Ad hoc etiã propoſitum de multiplicatione panum facit exemplum quod refert Greg. in ſuo dialogo, lib. 3. de ſancto Santulo. qui de vno magno pane diuinitus inuento in quodam clibano refecit abunde per decem dies multos operarios, quos cõduxerat ad reparandum quandam eccleſiam dedicatã in honorem beati Laurentij, quam Longobardi pauloante incenderant. Similiter legitur in vitis fratrum ordinis prædicatorum, quòd cum beatus Dominicus eſſet Bononiæ, cum quadraginta ferme fratribus, nec hora prandij eſſent in conuentu pluſquam duo parui panes, ille cõfidens in domino, iuſſit ipſos afferri. Quibus allatis, & in fruſta poſitis præmiſſa conuentuali benedictione, appoſiti fuerunt ſemel bis & ter coram fratribus. Tandem ipſis ſaturatis, reliquiæ quæ ſuperfuerant his qui manducauerant in ſporta repoſitæ fuerunt. Et tunc plus apparuit de pane, quàm in principio. Ecce magnalia Dei.

Alle-

Allegorice panes quos adeo mirabiliter multiplicauit Christus, & quibus tantam multitudinē refecit vtpote quinque milia hominum ab ſque mulieribus, & paruulis, de quorum etiā reliquijs ſuperfuerūt duodecim cophini, recte deſignant ſanctas prædicationes doctrinas & admonitiones, quibus pauit Christus mūdum prędicans per castella iudeæ, & Galileæ. Duodecim autem cophini, qui ſuperfuerūt, 12. ſunt Apoſtoli ipſius Christi. omnes de plenitudine ipſius acceperunt, vt habetur Io. 1. Et hoc eſt quod dicitur Actu. 2. Repleti ſunt omnes Spirituſancto, & cęperunt &c.

Moraliter per hoc miraculum datur intelligi ꝙ qui dat de modica ſubſtantia ſua pauperi centuplū accipiet in præſenti, & vitam æternā poſſidebit in futuro, Sic enim promiſit Christus Luc. 6. dicens: Date & dabitur vobis. Et Prouer. 28. dicitur. Qui dat pauperi, nō indigebit. Nota illam hiſtoriā, quæ habetur in legenda beati Nicolai, videlicet de illa naui onuſta tritico quæ tendebat verſus Alexandriam. Ex qua cum accepiſſet beatus Nicolaus centum modios tritici pro ſuſtentatione populi ciuitatis Myræ. quā fames cruciabat, rectores dictæ nauis totum inuenerunt cum Alexandriæ applicuerūt, iuxta quod illius promiſerat ſeruus domini. Nota etiā de beato Io. eleemoſynario & de multis alijs, quibus Deus auxit ſubſtantiam temporalem propter ipſorum pietatem & charitatē ad pauperes. Quibus etiam ipſe benigniſſimus Christus quasi illis regratians dicturus eſt in iudicio. Eſuriui & dediſtis mihi manducare. Mat. 25. Venite ergo benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum &c. Quod nobis concedat &c.

FERIA II. POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE



ROPE erat dies festus Iudæorum. Io. 2.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. locati & cōducti. l. si riuum. allegans iurisconsultum Paulum, dicit ꝙ si riuum, vel domum quam per alterum fieri fecisti, contingat labi in ruinam ex vitio operis, tūc operarius tenetur ad reędificationem, alias non. Casus est talis. Aliquis paterfamilias facit fieri furnum in domo sua. Quo completo & operario soluto, die sequenti totaliter cadit. Quod cernens dictus paterfamilias facit conueniri coram iudice artificem, petens vt dictum furnum reædificet. Alter aūt respondet se minime ad hoc teneri, quia hoc non fuit appositum in contractu. Quid iuris in hoc casu? Certe iudex debet diligenter inquirere vnde processerit huiusmodi ruina. Et si cōpertum fuerit processisse ex imperitia & defectu artificis, debet eum condemnare ad illius reparationem & reintegratione͂, alias nō: vt dicit lex p̄alle. Vel pone casum de aliquo diuite Burgensi habente possessiones multas & manerium extra ciuitatem, quæ omnia locat alicui colono, tali tamen pacto, quòd reseruat sibi meliorem & pulchriorem cameram domus, vt possit in ea habitare quotiens continget eum illic declinare: Successu aute͂ temporis dictus colonus permittit per negligentiam suā dictam cameram deperire, siue incēdio, siue aliàs. Quid iuris in hoc casu? Certe colonus tenetur ad interesse, & dictam cameram reintegrare & reparare proprijs expensis, quia ex vitio eius hoc accidit. Secus si sine culpa eius accidisset talis ruina & casus.

Moraliter. Deus qui est maxime diues in mesericordia oībus inuocantibus eum, & cuius est terra & plenitudo eius orbis terrarum & vniuersi qui habitāt in eo, facit nos quodāmodo colonos suos, seu firmarios

dando

dando & committendo nobis corpus & animā, tali tā men pacto, quod habeat proprium domiciliū & habitaculū in animabus nostris, iuxta quod scriptum est Apoc. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Ipse enim summopere affectat talē inhabitationem, & præcipue quę fit per gratiā, iuxta illud Prou. 8. Delitiæ meæ esse cum filijs hominū. Dicta autem habitatio seu tabernaculū non potest labi ex defectu operarij, qui Deus est, quia eius perfecta sunt opera. Sed si labatur, hoc debet attribui negligentiæ coloni seu locatitij, i. ipsius hominis, Oseæ 14. Perditio tua Israel ex te. Et ideo si semel labatur, tenetur ad illius reædificationem, & hoc per pęnitentiā & opera bona. Sed quia pauper peccator ex proprijs viribus est impotens reædificare hanc domum conscientiæ seu interioris hominis: ideo se offert principalis dominus illius, s. Deus eum iuuare si velit ipse cooperari faciendo quod in se est. Da exemplū de liberali & generoso dño siue Burgensi, qui videns paupertatē & necessitatem coloni sui interdum illi compatitur, dicens illi. Reędifica domū tuā audacter. Ego. n. libēter iuuabo te. Sic etiā dominus considerans figmentū nostrū, & recordans qm̄ puluis sumus, & per cōsequēs pauperes & ex nobis impotentes ad resurgendū postquā in peccatū cecidimus, nos admonet reædificare domū conscientiæ per veram pęnitentiā faciendo debitum nostrum ex parte nostra, promittēs ex parte sua nos iuuare, quinimmo in tali reædificatione plus ponit de suo, quàm nos de nostro certum est. In cuius figuram legitur 1. Esdræ per plura capitula, qualiter Cyrus rex Babylonis & Darius successor illius, annuerunt iudæis vt reædificarent domū domini, quæ erat in Hierusalem, quinimmo dictus Cyrus illis remisit vasa domini, quæ ide abstulerat Nabuchodonosor rex Babylonis. Insuper voluit & statuit pariter & ipse Darius, vt sumptus necessarij ad dictam reparationem templi soluerentur ex ærario regio, quod soluebatur in Iudea. Ita in proposito quotiens volumus reparare

templum

templum cōſcientiæ noſtrę,& ipſe Dñs Deus omnipotens paratus eſt nobis opē ferre,& vaſa inde ablata.i. virtutes & merita reſtituere. Sed quēadmodū iudæi circa reædificationem ſeu reſtauratione domus dñi, primo inde abſtulerunt omnē immunditiā & idolorū abominationē,ſimiliter & muros dirutos funditus euerterūt,q̄bus totaliter euerſis,cęperunt noua fundamenta iacere,muros erigere,opus conſūmare,& tādē dedicationē cū ingenti lętitia celebrare, ita etiā quotiens eſt quæſtio de reſtauratione tēpli conſcientiæ, neceſſe eſt primū fundamenta ruinoſa euertere,i.peccata intus latentia ex toto eiicere. Deinde muros virtutu erigere,& tandē conſcientiā per inhabitantē gratiā & charitatē dedicare. Sed hoc opus ſolius eſt illius Pontificis,quē Apo.Hebr.9. dicit eſſe Pōtificē futurorū bonorū. pſ. Niſi dñs ædificauerit domū,in vanū laborauerūt q́ ædificant eā. Et de hoc bene ad ꝑpoſitū loquitur Chriſtus in præſenti euāg. peccatores admonens & dicens, Soluite tēplum hoc,ſ. templum quod eſt ſedes ſathanæ,& in trib.dieb.&c.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Eiecit vendentes & ementes de templo. Ioan. 2.] Scribibitur extra de rerum permutatione. c.exhibita, quod temporalia, pro ſpiritualibus commutari non poſſunt. Dicitur etiam vbi ſupra,c.ad quæſtiones,quòd commutatio ſpiritualis cum ſpirituali & temporali fieri poteſt,ſed non ſimul confuſe. Caſus ſecundæ decretalis eſt talis. Duæ abbatiæ ſibi vicinæ erant, quarum quælibet habebat parochiam ſibi ſubiectam cum poſſeſſionibus ſibi annexis. Sic tamen dictæ parochiæ diſpoſitæ erant,ꝙ illa quæ ſubiecta erat certe abbatię ꝓximior erat alteri abbatię,cui in nullo ſubiecta erat quàm parochiæ cui ſubijciebatur. Prædictarum igitur abbatiarum abbatibus & capitulis permutare volentibus, prima fronte impedimentū ſe offerebat ſeu difficultas, eo. ſ.ꝙ prouentus vnius parochię erant meliores q̄ alterius. Super hoc igitur cōſultius Papa Greg. IX. rñdet per decretalem prædictā,quòd poteſt

fieri

fieri permutatio vnius parochiæ in aliam, & similiter prouentus vnius possunt permutari cum prouentibus alterius. Et quia huiusmodi prouētus sunt aliquid tēporale, ideo sine tota simoniæ potest refundi pecunia sufficiens ad discretionem permutantium, vel virorū discretorum, illi qui accipit parochiam habentem fructus pauciores, eo scilicet ꝙ in hoc adæquatur temporale temporali. Hæc ibi.

Moraliter, quotiens mortaliter peccamus, totiens commutamus spirituale in temporale. Quid n. magis spirituale quàm gratia Spiritussancti in præsenti vna cū meritis, virtutibus, & donis, & vita æterna in futuro? Aut quid temporale nisi momentanea & trāsitoria delectatio in culpa q̄ velut vmbra & fumus euanescit velociter quantū in se est, sicut patet in delectatione venereorum, ac ciborum & potuum? Nihilominus huiusmodi transitoria delectatio post se relinquit feces mirabiles, s. culpam & maculam in anima. Quę duo, quia semper manebunt in damnatis, ideo merito semper ardebunt in pœnis. Vnde Gre. Momentaneum est quod delectat, æternum autē quod cruciat. Et de hoc figuratiue legitur Gen. 25. de Esau q pro modica esca vendidit ius suæ primogenituræ fratri suo Iacob. Applicatio est facilis. Practica qūo fures & latrones, falsi & venales aduocati & iudices, fornicariæ & meretrices, vinolenti & crapulatores, auari & raptores, cōmutant spirituale in temporale, i partem suá paradisi quam illis acquisiuit Christus pretio magno, quia sanguine suo, in delectationem momentaneam vilem & abhominabilem. Specialiter autem illi commutant spiritualia in temporalia qui simoniam cōmittunt. Et tales tandem priuabuntur templo cœlesti. In cuius figuram legitur in euang. hodierno, ꝙ Christus eiecit vendentes & ementes de templo.

In hoc igitur euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet, De Christi iustitia in vitiorū obiurgatione. In principio euāgelij. De ipsius omnipotētia i proprij corporis suscitatione. ibi. Soluite tēplū. &c.

De eiusdem summa patientia in secretorum cognitione. ibi. Ipse enim sciebat, quid esset, &c.

Primo igitur in præsenti euang. fit mentio de Christi iustitia in vitiorũ obiurgatione. Pro quo notandũ ꝙ vt refert B. Io. euãg. appropinquãte die festo iudæorũ, qui dicebatur Pascha, ascendit Iesus Hierosolymã. Ter. n. in anno tenebantur iudæi conuenire ad tẽplũ domini, quod erat in Hierusalem, & ibi adorare dñm cum oblatione reali, videlicet in Paschate, Pẽtecoste, & festo Dedicationis tẽpli. Nihilominus, vt dicit de Lyra, aliquando dispensabatur de duobus vltimis festis, quo ad illos, qui multum distabant ab Hierusalẽ. Sed nunquàm de primo festo dispensabatur.

Moraliter igitur notandum, ꝙ per hoc ꝙ Christus qui non erat subditus legi, voluit tamen cõformiter ad legem agere, tam in hoc facto, quàm in cæteris, vt pote quo ad circuncisionẽ, agni paschalis immolationem, & huiusmodi, instruimur debere nos conformare moribus aliorum, cum quibus conuersamur, & conuiuimus, & signanter vbi non contraueniunt legi diuinæ, aut humano statuto, siue bonis moribus. Dico autem signanter humano statuto propter illos religiosos, qui ex statuto suæ regulæ aut constitutionis tenentur abstinere à carnibus: vnde cuilibet tali videtur sapiens loqui, & dicere illud Prouer. 23. Noli esse in commessationibus eorum, qui portant carnes ad vescendum. Alias autem debemus sequi morẽ aliorũ. Sic. n. docet Aug. in li. qui intitulatur ad Ianuarij inquisitiones, vbi sic ait. Quod neque contra fidẽ, neque contra bonos mores iniungitur indifferenter est habendũ, & pro eorum inter quos viuitur societate seruandũ. Mater, inquit, mea Mediolanũ me secuta inuenit ecclesiã sabbato non ieiunantẽ, cœpit turbari, qd ageret. Ego aũt tunc talia non curabã. Nihilominus propter ipsam consului de hac re beatissimæ memoriæ virũ Ambrosiũ. Qui respondit mihi se nihil me docere posse, nisi quod ipse faceret. Cũ, inquit, Romam venio, ieiuno sabbato. Cũ verò hic sum, nõ ieiuno. Sic

& tu ad quam forte ecclesiā veneris, eius morē serua, si cuiquā non vis esse scandalo, Hæc ille. Et ex tali responsione tractum est illud commune prouerbiū. Si fueris Romæ, Romano viuito more. Si fueris alibi, fac quoque sicut ibi. Hoc autem est contra illos, qui volūt semper esse singulares, siue in ieiunando, siue in orando, siue in corpus suum vestiendo, & huiusmodi.

Moraliter etiam notandum iuxta illud verbum præsentis euang. Ascendit Iesus Hierosolymam, ꝙ Christus ex laudabili consuetudine solitus erat frequentare Hierusalem, & templum domini, per hoc nos instruens debere libenter visitare loca sancta, & sacra. Item primum intrandi ecclesiam cum ad aliquam ciuitatem, villam, vel villagium venimus: præsertim si adest facultas. Sic enim agentes in nullo patiemur detrimentnm, quin potius maximum argmentum, & bonorum temporalium, & spiritualium. Nota ad hoc propositum exemplum, quod legitur de duobus artificibus sartoribus siue sutoribus, nescio quod illorum. Horum igitur vnus habebat multam familiam nutriēdam, quam sola arte sua sustentabat, vepote patrem ac matrem, vxorem, filios, & filias, quibus omnibus sufficienter subueniebat, augebaturque in dies substantia sua, quanuis magnam partem temporis expenderet orando, & ecclesiam frequentando. Alter autem non nisi seipsum, & vxorem sustentare habebat. Et quanuis operi suo q̄ iugiter insisteret, vix tñ sustentare se cum vxore poterat. Super hoc igitur admiratus interrogauit alterum, quonam pacto sic ditari posset, maxime cum fermè toto mane aliquid operis non faceret, sed solum ecclesiam frequentaret. Cui ille. Certe, charissime, ego inueni thesaurum magnum in ecclesia. Tu quoque si idem facere volueris, quod & feci, spero, ꝙ idem inuenies. Et breuiter studuit tunc ecclesiam frequentare, & deuota mente Deū orare. Quod cum aliquanto tēpore fecisset, tādem de inopia ad opes ꝑuenit. Ecce quantū prodest ecclesiarū deuota frequentatio. Propter quod salubriter consulit Christus Mat. 6.

dicens, Quærite primum regnum Dei, & iustitiã eius, & hæc omnia, &c.

Sequitur in textu. Et inuenit in templo, i. in atrio templi. Vendentes oues, & boues, & columbas, & nummularios sedentes, idest campsores, quos illic statuerunt ministri templi ad mutuandum his, qui de longe veniebant, qui nec animalia habebant ad offerendum, seu etiam columbas, nec similiter pecuniam promptam ad talia sibi comparandum. Et hoc totum fecerunt ex auaritia, vt scilicet oblationes templi quæ ad eorum commoditatem veniebant, essent pinguiores. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, dicens, Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris, &c. Bis autem legitur Christus talem eiectionem fecisse. Primo quidem in primo anno quo cępit prædicare, postquã videlicet aquam mutauerat in vinum. Vnde 2. Io. 2. descripta dicta conuersione aquæ in vinum statim subiungitur eiectio vendentium, & ementium de templo. Et de tali eiectione loquitur præsens euangelium. Secundo autem in tertio anno suæ prædicationis itidem fecisse legitur, s. paulo ante suam passionem, prout scribitur Mat. 21. Et de illa eiectione loquitur euangelium feriæ tertiæ post primam dominicam Quadragesimæ.

Quęri potest circa hanc historiã, cur Christus in eiectione vendentium, & ementium de tẽplo pariter, & animalrũ, ostendit talẽ seueritatẽ qualem nusquam ostendisse legitur, cum tamen in populo illo Iudaico essent multa peccata his grauiora. Cætera. n. peccata solo verbo reprehendit etiam quantucunq; grauia, & enormia. Sed circa hmôi eiectionem verbis facta adhibuit, quia cum flagello, &c. Insuper nummulariorũ effudit æs, i. pecuniam, & mẽsas subuertit. Ad hoc respondetur ꝙ hoc ideo fecit vt nobis insinuaret verbo & facto quantũ illi displiceat prophanatio loci sacri, similiter & peccatũ in eo commissum. Vnde propter peccata inhabitantium terram sanctã, quæ olim vocabatur terra Promissionis lacte, & melle manans, valde

deteriorata est, & pro magna parte quàm sterilis effecta, scd'm illud Psal. Dedit terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantium in ea. Ecce, quantum displicet domino peccatum in loco sacro commissum. Propterea legitur in historia scholast. de Pompeio Rom. q cum talis ac tantus esset, vt contenderet de imperio cum Iulio Cæsare, nihilominus postq̃ ascendit in Hierusalem, & equos suos in atrio templi stabulari fecit, semper fugatus, & turpiter victus fuit, cũ tñ prius inter mortales victoriosissimus extitisset. Tandẽ aũt à Ptolomeo rege Aegypti interfectus est. Item Nabuchodonosor ad cuius præceptũ domus dñi incensa est, vt patet 4 Reg. 25. tandẽ in pœnam mutatus est in bestiam, vt patet Dan. 4. Similiter Anthiocus postquã templum Dñi contaminauit, horribili, & fœtidissima morte interijt corpore pariter, & spiritu 2. Machab. 9. Ecce quomodo ĩ effectu, & sensibiliter dñs ostendit quantũ illi displiceat prophanari loca sacra, & nomini suo dedicata. Et propter hanc causam Christus mirabilẽ, & terribilẽ se ostendit aduersus vendentes, & ementes in tẽplo. Nam in tali eiectione scd'm gl. interl. processit ex facie ipsius quid diuinũ mirabiliter irradians. Et propter hanc causam Iudæi nõ fuerũt ausi facto illi resistere, aut etiam dicere. Cur ita facis? Bene ergo loquitur Aug. in regula ad fratres, dicens, q in oratorio nemo aliquid agere debet nisi ad quod factũ est, s. vt ibi oretur Deus. Propter quod lib. 6. decretaliũ, rubr. de immunitate ecclesiarũ. c. decet domũ domini, districte prohibetur ne fiãt negotiationes, & commercia in ecclesijs seu ẽt cœmeterijs. Non .n. ecclesia est locus conuenticulorum siue tumultus conclamationis atque seditionis, vt dicit lex ciuilis. C. de his qui ad ecclesiã confugiunt. l. denunciamus. August. aũt super Ioan. tract. 10. dicit vnũ bonũ verbũ super hoc passu. Non magnũ, inquit, peccatũ, si iudæi hoc vendebant in tẽplo quod emebatur vt offerretur iterũ in eo, & tñ eiecit illos Dñs. Quid ergo fecisset si ebriosos illic inuenisset? Tu vero adde. Si luxuriosos, si simoniacos,

simoniacos, si homicidas, si fures, & latrones inuenisset? Quales hodie, proh dolor, multi inueniri possunt in ecclesia Christi, practica, &c.

Allegoricè per templum à quo eiecit Dñs vendentes, & ementes, rectè potest intelligi illud templũ cœleste, de quo psal. In templo eius oẽs dicent gloriam. Ab ingressu huius templi merito excluduntur omnes vendentes, & ementes. Quia, vt dicit Chrysost. super Mat. in opere imperfecto, hom. 3 ꝙ vbi exponit præsentem textum; Christus eijciendo vendentes, & ementes de templo, significauit, ꝙ homo mercator non põt vnquam placere Deo. Et ideo nullus Christianus debet esse mercator. Aut si voluerit esse, proijciatur de ecclesia Dei, dicente Psal. Qm̃ non cognoui negociationem, introibo in potentias Dñi. Nihilominus ipse idem Chryso. postea dictum suum modificat, ita subdens. Qui rem aliquam comparat, vt ipsam immutatã & integram dando lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei eijcitur. Vnde super omnes mercatores vsurarius plus est maledictus. Hæc ille. Beatus autem Tho. 2. 2. q. 77. art. 4 in sol. ad primum, dicit, ꝙ dictum beati Chrys. est intelligendũ de illo negotiatore, qui constituit sibi finem vltimum in lucro. Secus autẽ, inquit, vbi quis intendit lucrum in mercando, non quidem sicut finem vltimum sui laboris, sed tanquam finem necessarium ad sui, & suæ familię sustentationẽ, aut saltem tanquam honestum, & si non semper simpliciter necessarium.

Specialiter aũt ab hoc tẽplo cœlesti eijcientur quatuor genera hominũ malorum, quæ in præsenti euangelio insinuantur per eiectionẽ animalium, & columbarum, atque nummulariorum de templo Salomonis.

Primo quidẽ excludẽtur inde boues, i. superbi, quorum cornua multũ exaltantur in præsenti. Sed in futuro multum humiliabuntur, psal. Omnia cornua peccatorũ confringã, ait sup. dominus, videlicet superbiã & arrogantiã superborum humiliãdo in die iudicij. Et tunc etiam exaltabuntur cornua iusti, i. humilitãs

 paupe-

pauperum, qui in pręsenti sunt opprobriū hominum, & abiectio plebis, tunc exaltabitur. Et hoc est quod ait idē psal. in alio passu Hunc humiliat, & hunc exaltat. Quis autem prædicti boues debeant excludi ab ingressu templi cœlestis, patet per ipsum in persona domini, dicentem, Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Et in huius rei signum refert dominus Antonius Florentinus in chronica sua, parte secunda. ti. 13. c. 4. §. 3. de Heraclio Imperatore, ꝙ postquam recuperasset lignū sanctæ Crucis, quod abstulerat Cosdroe Rex Persarum, & ipsum cum ingenti apparatu, & pompa reportaret in Hierusalem, quàm primum ventum est ad portam, per quam Christus in die palmarum intrauerat, mox diuinitus dicta porta muro clauso est. Super quo cum Imperator, & qui astabant admirarentur, statim angelus domini apparuit super portam, di. Quando rex cęlorum pati voluit, per hanc portam paulo ante intrare voluit cū omni humilitate, vtpote super asellum incedens, cultoribus suis exemplum humilitatis relinquens. Quo dicto mox angelus ascendit in cęlum, Imperator autē depositis insignis imperialibus, discalciatus, zona linea præcinctus crucem dominicam manu suscipiens, totus resolutus in lamentis, & oculos ad cœlum erigens, ad portam properat Quæ se erigens, liberum ei, & suis præbuit ingressum. Hæc ille. Ex hac autem historia sufficienter insinuatur, ꝙ cornuti per superbiam non intrabūt templū cęleste. Humiliemus igitur cornua nostra capite, & corda, si velimus illic intrare, quia porta arcta est, quæ ducit ad dictum templum. Magnus autem homo volens intrare per angustam, & bassam portam, necessitatem habet caput, & corpus inclinare. Vade, & tu fac similiter si velis cęlum intrare.

Secundo de tēplo dñi eijcientur oues, idest hypocritæ, q̄ iustè significātur ꝑ oues, quia sicut oues frequēter exterius apparent pulchræ, & albæ, vbi tñ interius quādoque sunt morbidę, & scabiosę sub lana, id est de hypocritis. Tales ergo non intrabunt templū cœleste,

sed potius carcerem inferni. In cuius rei testimoniũ iam Christus talibus maledixit Mat. 23. di. Væ vobis Hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris apparentur hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia; & vos quidẽ à foris apparetis hominibus iusti: intus aũt pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Hæc ibi, Cũ ergo solus ille qui ingreditur sine macula, intraturus sit tẽplũ cęleste, consequẽs est ꝙ hypocritæ, & ficti hoĩes illic nõ intrabũt, sed pars illorũ in stagnũ ignis, & sulphuris.

Tertio de templo cœlesti eijcientur columbæ, i. luxuriosi carnales, & lubrici homines, quia vt habetur Eph 5. Omnis fornicator aut immundus non habet partem in regno Christi, & Dei. In cuius etiam rei signum legitur in vitis patrum de Maria Aegyptiaca, ꝙ cum potius causa lasciuiæ, & libidinis explendæ, q̃ deuotionis gratia perrexisset cum suis amatoribus vsque Hierusalem, velletque cum cæteris peregrinis intrare sanctum domini sepulchrum, fuit diuinitus repulsa etiam pluries, nec potuit illic ingredi quousque de peccatis suis plene doluit, & morũ efficaci emendationem promisit. Applicatio est facilis.

Quarto de dicto cęlesti tẽplo eijcientur nummularij. i. oẽs auari, vsurarij, fures, raptores, & similes. Nã vt dicit Apo. Eph. 5 Auarus non habet partẽ in regno Christi & Dei. Cuilibet ergo tali, cũ venerit ad portã tẽpli cęlestis clamando, & dicẽdo: Dñe dñe aperi mihi. Respondebitur illud Act. 8. Pecunia tua tecũ sit in perditionẽ. Omnes ergo prædictos peccatores reijciet confusibiliter Christus ne intrent cœlum. Et hoc cũ flagello, quo vtetur contra tales in die iudicij, i. cũ seueritate iustitię, dicens illis. Ite maledicti, &c.

Moraliter. Per quatuor prædicta, quæ eiecit Christus de porticu tẽpli, significantur multa genera clericorũ, qui sunt prohibendi ab impetrandis beneficijs, & Ecclesiæ dignitatibus, insuper etiã expellendi per viam iuris ab impetratis, maxime si se non correxerint, aut saluti suæ prouiderint.

Primo igitur per boues cornutos intelliguntur illi qui per præces armatas siue in manu forti, & brachio extento intrant, & perueniunt ad Ecclesiastica beneficia, etiam vsque ad superiores dignitates. Et tales boues seu verius tauri, vno cornu percutiunt canonice electos, alio vero cornu percutiunt electores, & quotquot vident fauere veritati, & parti canonicæ electorum, minas, & terrores, atque varia damna inferunt. Sic cum suis importunitatibus, violentijs, & molestijs præualent, atque per hunc modum abundant beneficijs. Et de talibus potest intelligi illud psal. Boues eorum crassę, scilicet propter huiusmodi beneficiorū abundātiam. Vel ad literam crassæ quia sæpe tales boues impinguantur vltra modum, ita vt vix possint contineri in pelle sua. Et de talibus pie conqueritur lamentando mater ecclesia dicens illud ps. Circundederunt me vituli multi. Istud refertur ad filios nobiliū, & potentū, qui hic appellantur vituli, eo ꝙ nō quęrūt nisi saltare, & currere post lasciuias seculi, & qui volūt viuere sine freno, & in libertate. Tales ergo vituli hodie circundant ecclesiā, quando quærunt abbatias, episcopatus, & huiusmodi ecclesiasticas dignitates: Cū tñ vix posent regere parochia ro. Francorū. Vel dic', ꝙ vituli multi circundantes ecclesiā sunt multi iuuenes nepotuli prælatorū ecclesiasticorū expectantiū mortē auunculorū suorum, vt possint intrare ad eorū beneficia siue per resignationē, siue per aliā viam. Deinde conqueritur ecclesia de alijs dicēs Tauri pingues obsederunt me. Istud refertur ad alios nobiles ecclesiasticos, qui hic dicuntur tauri propter lubricitatē, de multis loquor. itē obsessores ecclesiæ propter violentiā quā siue per se siue per suos inferunt qñqꝫ prioratui, abbatiæ, aut cathedrali ecclesiæ nolēti eos recipere in pastores, tales ergo vituli, & tauri atqꝫ boues cornuti merito deberēt expelli de tēplo domini, & priuari beneficijs ecclesiast. impetratis, & reddi inhabiles ad impetrādis in posterū, si esset q faceret iudiciū, & iustitiā in terra, & qui zelaret pro domo dñi.

Secundo per oues qui interdum exterius sunt albę & mundæ, interius vero immundæ, significantur hypocritæ, q sub specie sanctitatis quã exterius prętendũt, quandoq; obtinent gratiam apud magnas personas, adeo ꝙ per dolositatem suã frequẽter perueniunt ad magnas dignitates. Itẽ qñque tales fingunt se fugere honores & dignitates Ecclesiasticas inferiores, vt cautius perueniant ad maiores. Et de talibus loquitur ps. dicẽs, Oues eorũ fœtosæ abũdãtes in egressib. suis. Vbi notandũ, ꝙ fœtosus fœtosa fœtosum, à fœtus dicitur, & significat plenitudinẽ fętus. Est ergo sensus in proposito ꝙ oues eorum, i. ficti & hypocritæ, cleri. i. sequentes domos, magnatum sunt fętosi, quia tandẽ abundant fœtu beneficiorum ecclesiasticorum, & hoc in ęgressibus suis, i. quando egrediuntur de seruitio aut curia principum, seu quorũcuq; magnatũm dicentes, ꝙ incipiunt senescere, & ꝙ tempus est vt retrahẽt se ad propria. Tales ergo debẽt expelli de templo dñi quia sunt valde periculosi. Propter quod August. expertus astutias & simulationes taliũ lib. 1. de vita & moribus clericorũ, dicebat. Nolo habere hyprocritas.

Tertio per columbas quæ sunt aues calidissimæ & libinosę, designantur clerici incontinẽtes, quorum vt vita impudica plurimum dedecorat statum ecclesiasticum & scandalizãt multos, & potissimum quãdo sunt publici & notorij, prout proh dolor hodie multi sunt. Olim. n. vix de mille inueniebatur vnus talis, quinimmo quãdo sciebatur de aliquo ꝙ esset talis, tunc vitabatur à cæteris clericis & laicis tanquam vnus leprosus. Item incarcerabatur ab ordinario ĩ pane & aqua. Et si habebat beneficium & apparebat incorrigibilis, tunc priuabatur beneficio suo. Modo autem parcitur talibus propter multitudinem. Cum tamen secundum communem iuris dispositionem tales post admonitionem canonicam, deberent suspendi ab officio & beneficio, casu quo incorrigibiles apparerent. Deinde priuari beneficio in perpetuum, postremo excommunicari. Et de his omnibus pœnis habes diffusè

extra

extra de cohabitatione clericorũ, & mulierum per totum. De hoc etiam multa habes in magno decreto in plerisque passibus. Sed Allegationes pertransco breuitatis causa. Nota tamen, ꝙ ad hoc quod tales sint vitãdi in missis & diuinis officijs, non sufficit ꝙ sint cogniti tales etiam publice & notoriè nisi primũ declarentur per suos superiores tales. Et hæc notitia vocatur notitia iuris, altera autem facti. sic enim fuit diffinitum & declaratum in concilio Constan. & hoc propter timoratas consciẽtias, & scãdala plurima vitãda.

Quarto per numularios sedentes ad bancham designantur illi clerici, qui permutant sua beneficia simoniace sicut permutari solent equi in foro. Vel qui dãt aut recipiunt pecuniam numeratam siue aliquid æquiualens cum pacto expresso, vel subintellecto propter beneficium obtinendum vel obtentum, secus autem vbi alquid gratis offertur. Tales ergo postquam innotescit de eorum simonia, sunt eijciendi de ecclesia, i. priuandi beneficio obtento, & inhabiles reddendi ad obtinendum quodcunque in posterum. Vnde ad propositũ loquens August. ad fratres in eremo, sermo 37. qui intitulatur de sacerdotibus, dicit sic. Qui sacramẽtum emitit, vel ecclesiam, vel præbendam, vel ecclesiarum introitus, vel seculari potentia hoc pro se procurauit, sciat quod cum Giezi & Iuda iam dãnatus est, iam leprosus factus est, iam de templo domini expellẽdus est. Quare sic? Quia q̃ nõ intrat ꝑ ostiũ in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Hæc ille. Patet ergo quid mystice designent omnia prædicta, quæ refert Ioan. in hodierno euang. Christum reperisse in introitu templi. Sed quid iusserit audiamus. Auferte, inquit, ista hinc, & nolite facere domum &c. Ac si aperte diceret: Vos ecclesiastici auferte ab ecclesia mea omnem notam simoniæ, & nolite negotiatores esse spiritualium bonorum. Flagellum autem quo vsus est ipse Christus in dicta expulsione, designat auctoritatem ecclesiæ, quæ censuras & pœnas debet procedere contra tales, casu quo se non correxerint.

Vna autem pœnarum est, ꝙ tales clerici simoniacè ordinem, vel beneficium consecuti, ipso facto priuantur gradu suscepti honoris. Insuper postea debent retrudi in aliquo monasterio sub perenni pęnitentia. ita .n. dicitur 1. q. 1, reperiuntur. Qui autem hac occasione recipiunt munera, vt sunt mediatores, præsentatores collatores, & similes, si fuerint clerici, priuantur honore adepto: si autem laici, tunc debent perpetuo priuari communione corporis & sanguinis domini. ita enim dicitur in c. pręallegato, vnà cum gl. ibidē. Ecce quid significat flagellū quo eiecit saluator noster Christus vendentes, & emētes de templo. Ex quo patet, ꝙ simonia anathema est danti, & anathema accipiēti. 1. q. 1, quicunq; sacros ordines. c. placuit.

Specialius autem prædicta possunt exponi de illis, qui faciunt pactum & commercium pro ingressu religionis. Ecce vendentes & ementes in templo, supple religionis. Quod tamen iure cautum est, vt expresse patet. 1. q. 2. quàm pio. vbi sic dicitur. Pro ingressu religionis absit omnis pactio, cesset omnis conuentio. idē habes. c. sequenti quod incipit nullus. Sponte tamen oblata possunt licite recipi. Circa hoc autem magnū abusum committūt multa monasteria monialium, in quibus nulla de nouo recipi permittitur etiam quantumcunque monasterium fuerit opulentum & potens ad sustentandum in duplo maiorem numerum monialium quam habeat, nisi quæ de nouo recipi desiderat, vt afferat secum multā pecuniam, vel annuū censum tali etiā pacto quod post illius decessum certa portio dicti cēsus perpetuo manebit ipsi monasterio. Et qđ grauius est, quanto monasterium plus abundat, tanto plus exigitur ab introeuntibus, ita vt interdum conquerantur parentes puellæ dicentes, quòd habuissent multo plus melius forum tradendi eam nuptui quàm religioni. Ecce abusus intollerabilis, super quo miror satis cur prælati, quorū interest, non prouidēt de remedio opportuno. Sed ad propositum redeuntes dicimus, quod in templo religionis etiam quantū-

cunque

cunque bene regulata: sæpe inueniuntur inter bonos multi mali, vt dicit Aug. & recitatur in dic. 61. 7. quālibet, & tales mali recte designari possunt per prædicta quæ eiecit Christus de templo.

Primis enim per boues significat filij nobiliū, qui ponūtur à parētibus in magnis abbatijs spe perueniēdi ad officia aut beneficia, & forte ad regimen abbatiæ. Et tales filij monachi facti, sunt plerunque cornuti more boum, & hoc per cordis elationem etiā per exteriorem ostentationem, vtpote in incessu, statu, habitu, & in omnibus motibus suis, & hoc ratione nobilitatis sanguinis sui, & parentum. hoc etiam tāgit moniales quæ descendunt ex parentibus nobilibus, quæ ideo volunt se alijs in omnibus anteferri. Cum dicat Hiero. 3. parte epistolarū suarum, epistola 22. ad Cellantiam scribens: Nulli vnquam te de generis nobilitate præferas, neque obscuriores quasque & humiliore loco natas mulieres te inferiores putes. Nescit. n. religio nostra personas accipere, nec conditiones hominum, sed animos inspicit singulorum. Item idem Hiero. 3. par. epistolarum suarum, epistola 14. c. 3. moniales alloquitur dicens. Nullus inter vos habeatur sermo de generis nobilitate, de carnis prosapia. Sit æqualis in Dei obsequia filia regis & filia rustici. Omnes simul nobilitatem & dignitatem habetis ex sponso vestro Iesu Christo. hæc ille.

Secundo per oues significantur illi religiosi, q̄ alijs se exhibent gratiosos & beneuolos, quandā etiā ciuilē vrbanitate & honestatē prætendentes in exteriori homine, vt sic captata confratrū beneuolētia, possint aliquando eligi in prælatos. Cumque viderint semel se esse supereuectum & adeptos quod petebant, s. prælaturam, tunc extendunt exterius facto quod erāt prius interius animo. Tunc enim incipiūt ambulare in magnis & mirabilibus supra se, nō humiliter sentientes, sed animas suas exaltantes: dicētes quod oportet eos amodo tenere grauitatem, ne habeantur cōtemptui à subditis. Ecce quomodo honores mutant mores, sed pro-

profecto non semper in meliores.

Tertio per columbas, quæ inueniuntur in templo claustrali, significantur religiosi carnales lubrici, qui ideo communiter efficiuntur tales, eo quod nimis delicate pascuntur, & per cõsequẽs ipsis carnalis cõcupiscentia inflãmatur, & ad iusta nephãda concitatur, ps. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eoru, trãsierũt in affectum cordis. Si bene fuero pasta (inquit caro) nõ ero casta. Et propter hanc causam statuerunt sancti patres primi religionum fundatores, varias austeritates & abstinetias obseruãdas à suis subditis, & hoc totu ad domandam carnem. Et de hoc loquitur Augu. in regula de cõmuni vita clericorum, ita dicens. Carnem vestrã domate ieiunijs & abstinentia escę & potus quantum valitudo permittit.

Quarto per nummularios significantur religiosi proprietarij, quæ abundãt pecunijs & temporalibus bonis etiam in particulari, de quibus disponunt ad nutum etiam ad quoscũque actus, siue ex se licitos, siue illicitos; tales ergo nummularij si sic moriantur, debẽt eorum cadauera expelli de templo claustrali, & communi loco sepulturæ cæterorum religiosorum, atque proijci in foueam cum cadaueribus iumentorum. Sic enim olim fecisse leguntur multi sanctorum patrum religionum. De hoc enim habes historiam de Ianuario manacho, quem Aug. vt refert ad fratres in eremo ser. 5. qui intitulatur de obedientia, comperiens post mortẽ proprietarium dixit fratribus suis: Ligate manus cadaueris eius, ponentes in panno ligatos cẽtum & vndecim siclos, quos in pariete cellulæ suæ retinuerat, flentes & dicentes, pecunia tua tecum sit in perditionem. Non enim licet prædictam pecuniã ponere in opere monasterij, quia prætium damnationis est. Hæc ille. Item nota aliam historiam huic ferme similem, quam narrat Grego. in suo dialogo lib. 4. videlicet de quodam monacho sui monasterij, quod Romæ erat: hic enim monachus cum esset medicus, forte medio artis suæ acquisierat tres aureos, quos

sibi

ſibi retinuerat. Quo mortuo iuſſit ipſe Greg. corpus eius in ſterquiliniū proijci. hinc in prouerbio dicitur ꝙ monachus cum obolo non valet oua duo. Propter ergo hos abuſus & ſimiles qui committuntur frequẽter in templo clauſtrali, ponit interdum pijſſimus Dominus in cor alicuius viri zeloſi, & quem zelus domus Domini comedit, vt veniat ad huiuſmodi templū reformationis cauſa, & cum flagello, i. cum authoritate ſummi Pontificis & regia expellat inde omnes prædictos & ſuæ profeſſionis inimicos, dicens. Auferte iſta hinc, i. recedite ab iſto templo religionis cum pecunia veſtra, quæ vobiſcum vadat in perditionem. Patet ergo varia & prolixa expoſitio prędictæ eiectionis boum, ouium, columbarum, & nummulariorum templo Domini.

Sequitur in textu. Recordati ſunt vero diſcipuli eius quia zelus domus tuæ comedit me, vt ſupp. dicitur in pſal. ad literam de Chriſto. Pro quo notandum ſecūdum glo. ord. quòd bonus zelus eſt feruor animi, quo mens abiecto humano timore accenditur pro defenſione veritatis. Et quia diſcipuli videbant Chriſtum ſic inflammatum contra dictos mercatores, ideo tunc crediderunt illud verbum pſal. eſſe dictum de ipſo Chriſti. Et vere ſic erat. Quemadmodum ergo viri intenſe diligentes vxores ſuas adeo vt nō permittant cum eis alios viros conuerſari, aut etiam quantuncūque parum loqui, zelotypi dicūtur, ita in propoſito ille proprie eſt zelotypus Dei, qui nihil poteſt patiẽter ſuſtinere quod ſit contra honorem ipſius. Talis zelotypus Dei erat Helias, qui fugiẽs a facie regis Achab & impijſſimę Ieſabel vxoris ſuę dicebat ad Dominum zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituū, & quia dereliquerunt pactum Domini filij Iſrael. Altaria tua Domine deſtruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio, & relictus ſum ego ſolus, & querunt animam meam, vt auferant eam. 3. Reg. 19. Talis etiam zelotypus Dei erat ipſe Dauid, qui dicebat ad Dominum. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus

bus legem tuam. Talis denique zelotypus Dei patris erat ipse Christus; qui non potens sustinere iniuriam quę fiebat ipsi Deo patri suo ab his, qui vendebant & emebant in templo, quod erat deputatum honori Dei patris, facto flagello eiecit inde omnia animalia.

Moraliter. Notandum quod debemus pro posse nostro imitari Christum in zelo sancto, ita vt dictus zelus nos comedat. Qualiter autem hoc fieri queat, perpulchre declarat Aug. super Ioan. tractatu 10. vbi exponens prædictum verbum ps̄. zelus domus &c. dicit sic Fratres vnusquisque Christianus zelo domus Dei comedatur. Sed quis zelo domus Dei comeditur? Certe ille, cui omnia quæ forte ibi videt peruersa satagit emendari, cupit corrigi, non quiescit. Si emendare non potest, tolerans gemit. Vnumquemque ergo christianum zelus domus Dei comedat, in qua quidem domo mēbrū est. Nulla enim est magis domus tua q̃ illa, vbi habes salutem sempiternā. Domū tuā intras propter quietē tēporalem, sed domū Dei intras ꝓpter requiem sempiternā. Si ergo in domo tua ne quid ꝑuersum fiat satagis, quanto minus debes pati quantū in te est, ne in domo Dei te vidente quid peruersum fiat? Verbi gratia. Vides fratrem currētem ad theatrū, prohibe, mone, contristare, si zelus domus Dei comedit te. Vides alios currere & inebriari velle, prohibe quos potes, tere quos potes. Si amicus est, admoneatur leniter. Si vxor, seuerissime refrenetur. Si ancilla vel seruus, etiam verberibus compescatur. Si hæc feceris, merito dicere poteris ad Dominum, zelus domus tuę comedit me. Si autem fueris frigidus, & ad te solum expectans, & dicens in corde tuo. Quid mihi est curare aliena peccata? Sufficit mihi anima mea, quam integrā si potero seruabo Deo. Eia non venit tibi in mentē seruus ille, qui abscondit talentū Domini sui, & noluit ipsum erogare? Nunquid causatus est quia ꝑdidit, & non potius quia sine lucro seruauit? Sic ergo audite fratres mei, vt nō quiescatis. Nolite quiescere

In-

lucrari Christo, quia lucrati estis à Christo, hæc ille. Patet ergo qualiter zelus domus Dei debet vnumquemque nostrum comedere Da etiam exemplum familiare de aliqua bona matrona quæ zelo domus Dei succenditur cum videt vicinam suam forte turpiter viuẽtem, nec gratiosam illius admonitionẽ audire volẽtẽ. Quinimo hac occasione forte cum improperijs in eam insurgentem. Vel da exemplum de aliquo bono viro ecclesiastico vidente & cognoscente aliquos de confratribus suis ecclesiasticis minus honeste viuentibus. Quos cum gratiose studet ammonere deridont eum, & spernunt. Idem dic de aliquo bono & simplici religioso quo ad malos. Item de prælato vidente insolentias subditorum suorum, nec valente circa hoc efficax remedium adhibere, Idẽ dic per oppositum de bono subdito vidente prælatum suum male & scandalose viuere, & sic de aliis. Sed quia tales zelosi solent plerunque ab alijs derideri, aut verius Deus in ipsis, & vocari, bigoti, papelardi, hypocritæ & huiusmodi, ideo postquam psal. præmiserat dicens, zelus domus tuæ comedit me, continue subiunxit in persona zelosi. Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Circa aũt huiusmodi zelum notandũ quod homines se habent in triplici differentia. Primi.n. sunt qui excedunt in zelando, quorũ zelus si sit bonus, non tamen vsquequaq; bene est regulatus. Secundi vero per oppositum deficiunt in zelando vt sunt pusillanimes & pigri. Tertij autem tenẽt mediũ. Et soli tales sunt vere & perfecte virtuosi in zelando. Et tales profecto sunt hodie pauci. Iã enim zelus domus Domini comedit omnes zelatores suos, quia jam nullus superest, omnes enim querunt quæ sua sunt, & non quæ Iesu Christi. Et sic patet diffuse de primo principali.

Secundo principaliter in præsenti Euãgelio fit mẽtio de Christi omnipotentia in sui corporis suscitatione, quia.n. ipsi iudæi nõ potuerunt facto, & opere resistere Christo eijcienti prædicta de templo, eo quod

fue-

fuerant perterriti propter radium procedentē à facie ipsius, secundū gl. interl. & similiter secūdum historiā scholast. ideo voluerunt ei resistere verbo, dicentes. Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Non.n. videtur esse tui officij cum authoritate eijcere animalia & omnia prædicta de templo. Et quia Iudęi signū querebant, quorum proprium est signa querere, vt habetur 1. Corint. 1. ideo Christus signum dedit eis, dicens, Soluite templum hoc, i. soluetis per mortem corpus meum, & in tribus diebus excitabo illud, i. in virtute Trinitatis, secundum gl. interl. Congrue aūt vocauit Christus corpus suum templum, eo quòd in ipso habitauit diuinitas corporaliter, videlicet per vnionem hypostaticam.

Moraliter. Templū quod nobis Deus præcipit soluendū, est templū diaboli, seu conscientia peccatoris. Nam sicut iusti sunt templū Dei, eo ꝙ in ipsis habitat Deus per gratiā, ita etiam peccatores sunt templum diaboli, eo ꝙ in ipsis habitat per culpā. Hoc igitur tēplum maledictū, ruinosum, prophanū, & cloacam diaboli præcipit nobis Deus vt ipsum destruamus, dicēs, Soluite tēplū hoc. Et hoc est ꝙ loquitur Pau. Roma. 6. dicens, Destruatur corpus peccati. Quis vbi ipsum destruxerimus pro posse nostro, vnà cum Dei adiutorio, videlicet destruentes & euertentes multitudinē peccatorū à cōscientijs nostris, promittit fidelissimus Deus illud post triduum reædificare. Triduū autē istud designat cordis contritionem, oris confessionem, operis satisfactionē. Quo triduo expleto, verificabitur de nobis illud verbū Apo. 2. Corin. 6. Vos estis tēplum Dei viui. Et sic patet de secundo principali.

Tertio principaliter in præsenti euāg. fit mētio de Christi summa sapientia in secretorū cognitione. Vt .n. subditur in euangelio: Multi crediderunt in eū videntes signa quæ faciebat, forte in ægrotū curatione. Ipse aūt non credebat semetipsum eis, i. magna sua secreta mysteria illis nondū reuelabat, eo ꝙ nō erāt capaces ad illa capienda, Io. 16. Multa habeo vobis dice

re, sed non potestis portare modo. Iō subbitur. Ipse enim sciebat quid esset in homine. Moraliter exemplo Christi non debemus passim & indifferenter nosmetipsos credere aliis hominibus, s. ipsis reuelādo nostra secreta, ne nos postea pœniteat, Eccl. 6. Consiliarius sit tibi unus de mille. Item Vegetius de re militari, li. 3. c. 29. instruēs ducem belli, dicit sic. Quid fieri debeas, tractato cum multis. Quid vero facturus sis, cū paucissimis ac fidelissimis, vel potius ipse tecū tractato. Talis erat Ludouicus XII. Francorū Rex, qui in ipsam uiam vniuersæ carnis est ingressus, qui & taliter interdum solitus erat loqui & dicere. Si scirem biretū meū scire secretum meū, ipsum in ignem proijcerē. Superest autem vt ipsum dn̄m nostrum Iesum Christū deprecemur, ut si quid nouerit in nobis, quod oculis suæ maiestatis non placeat, illud auferre dignetur, hic conferendo gratiam, & in futuro gloriam sempiternam. Quam nobis concedat, &c.

FERIA III. POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.



IAM die festo mediante, ascendit Iesus in templum. Ioan. 7.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS, C. de crimine sacrilegij. l. disputare, dicit, quòd instar sacrilegij est disputare de Imperatoris potestate. Casus est talis. Rex Christianissimus Franciæ, qui est Imperator in toto regno suo, eo q̄ neminē recognoscit superiorē in tēporalibus præter Deum, habito maturo & salubri cōcilio cū Proceribus regni sui de mouendo bellū contra talem vel talem occupātem aliquid de dominio eius ui & violentia, indicit ei bellum, ad quod uoce p̄conis euocat oēs uasallos suos potentes ad arma, vt illi auxilium ferant. Hoc aūt edicto audito nonnulli de subditis etiam de minoribus obstinato animo cōtradicunt.

dicunt, dicentes, quòd prius uolunt disputare de querela ipsius, & an bellum sit iustum. Quid iuris in hoc casu? Certe grauiter sunt puniendi, nec de hoc debes disputare, maxime cum per casum hoc fuerit mature discussum in consilio regis, præsentibus Proceribus, & magnatib. regni, & ita conclusum. Secus aut ubi esset apparens, aut euidens iniustitia, uel etiam vbi viri graues, & probi dubitarent de æquitate belli. Alias autem non debent disputare, quia vt dicit lex præallegata. Instar sacrilegij est disputare de Imperatoris potestate.

Moraliter. Sũmus Imperator, & qui imperatoribus huius mundi imperat, qui etiam nullũ superiorẽ recognoscit siue in tẽporalibus siue in spiritualibus, & qui deniq; imperat in cœlo & in terra, est ille de quo dicitur Dañ. 7. Potestas eius potestas æterna, q̃ nõ auferetur, & regnũ eius, quod non corrũpetur. De quo ẽt dicitur in ps. Dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum. Aliqui ergo plus sapienter q̃ oportet sapere, & non ad sobrietatem; volunt disputare de isto Imperatore, priusquã descendere in hunc mundum per carnis assumptionem, & hoc tripliciter.

Primo quidem uolendo probare, ꝙ non esset omnipotens. Et huius generis fuerunt illi Assyrij, de quibus legitur 3. Reg. 20. ꝙ cũ uidissent filios Israel contra quod dimicabant, præualuisse in montibus, dixerunt ad inuicem. Non pugnemus contra istum populum in montibus, quia dij montium dij eorum. Sed pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos. Cũque pugnassent contra Israel in vallibus, dñs bene ostendit eis fatuitatem suam, & ꝙ erat ita potens iuuare suos in vallibus, sicut in montibus. Nam uno die filij Israel, dño pro eis pugnante, occiderunt ex ipsis centum millia virorũ, ut habetur ibidẽ.

Secundo aliqui uoluerũt disputare de Dei sapiẽtia, volentes probare, ꝙ sua sapiẽtia nõ se extẽderet usq; ad hæc inferiora, nec ullo modo se intromitteret de

hoc mundo, sed tantũ de cęlo. Huius aũt modi erant illi, de quibus scribitur Iob 22. ꝙ loquebãtur de dño, dicentes, Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cœli perãbulat. Similiter de talibus loquitur ps. dicens, Dixerũt sup. impij, hæretici, infideles & pagani, non videbit dñs, sup. mala quæ hic facimus, maxime cũ multũ distet à nobis, nec intelliget Deus Iacob, i. nullo modo cognoscet mala nostra. Et ideo non timeamus eum, sed ducamus in bonis dies nostros. Sed audiant tales fatui quid subditur in psal. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, supp. recte de Domino, & de eius sapientia. Qui plantauit aurem, non audiet? Et est interrogans. Est aũt sensus talis. Creditis vos hæretici & excęcati homines, qui talia cogitatis cordibus vestris, ꝙ ille qui dat cęteris virtutẽ audiendi, nõ audiat peccata vestra? Aut qui fixit oculum, nõ cõsideret? Quasi diceret, Creditis ꝙ ille, q dedit oculo virtutẽ visiuã, non cõsideret neque videat peccata vestra? Qui corripit gentes non arguet? Ac si diceret, Creditis ꝙ ille, qui in pręsenti punit homines pro minoribus peccatis, non arguet eos in iudicio pro maioribus? Certe immo arguet eos & puniet. Aut qui docet hominem scientiã, nunquid supple erit inscius? Absit, quia vt habetur Eccl. 1. Omnis scientia à Domino Deo est, & cũ illo fuit semper, & est ante eum. Ipse igitur dominus videt & cognoscit æque, quæ hic inferius aguntur sicut superius. Et quantum ad hoc est similis aquilæ, cuius oculi sunt adeo perspicaces & penetratiui, vt etiam volitando super mare videat minimos pisciculos in abyssis ipsius. Nota de oculis lynceis.

Tertio aliqui voluerũt disputare de Dei misericordia & bonitate, volentes probare ꝙ neminẽ debeat dãnare perpetuo. Allegantes & dicẽtes illud ps. Nũquid in æternum proijciet Deus, supple hominem peccatorem à facie sua? Quasi dicat ps. ꝙ non. Aut non apponet, i. addet, vt complatitior sit adhuc. i. benignior q̃ sit modo? Quasi dicat, ꝙ sic apponet. Aut in finẽ mise

ricordiam suam abscidet à generatione in generationẽ? Quasi dicat ꝙ nõ. Aut obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? Quasi dicat, ꝙ neq; Deus obliuiscetur misereri, quia sibi proprium est misereri semper, & parcere, neque etiã continebit in ira sua misericordias suas. Da exemplum de fonte iugiter emanante, qui non potest continere aquam suam qui hincinde currat, & diffundatur, psal. Iratus es & misertus es nobis. Item Abachuc 3. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Sed qui volũt sic disputare de Dei misericordia, ipsi se decipiũt. Nam sic est Deus misericors, quòd etiam est iustus, & sic iustus quod etiam misericors, Ps. Duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi domine misericordia. Prędicti autem disputatores volunt auferre ab ipso Dei iustitiam, ad quam spectat in æternum peccatores punire, qui in suo æterno peccauerunt, idest qui finaliter in peccato mortali decesserunt. Ecce quomodo aliqui voluerunt disputare de Dei omnipotentia, sapientia, & misericordia, & quomodo satisfactum est disputationi eorum.

Secundo postquã iste imperator descendit in hunc mundũ acquirere sibi regnũ, id est animas, aliqui voluerunt disputare de eo, sicut priores. Primi quidẽ voluerunt disputare de eius omnipotentia, sicut illi, q dicebant. Quis est hic, qui peccata dimittit? Mat. 9. Sed hanc disputationẽ soluit quando respõdit dicens eis. Vt aũt sciatis, quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittẽdi peccata, dixit paralytico: Tolle lectũ tuũ, &c. Secundi vero voluerunt disputare de eius bonitate, & gratia, sicut illi qui dicebant. Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit, Ioan. 9. Sed hanc disputationẽ soluit ipse cœcus illuminatus cum ait. Nisi esset hic homo à Deo, nõ poterat facere quicquã. Tertij autẽ voluerunt disputare de eius summa sapientia, & sciẽtia, quales erant illi, de quibus loquitur præsens Euangeliũ, qui dicebant de eodẽ Christo. Quomodo hic literas scit, cũ nunquam, &c. Sed hanc

disputationem soluit ipsemet Christus, cum dixit eis. Mea doctrina non est mea, sed &c. Sed de hac disputatione plenius videbitur ĩ deductione huius Euãgelij.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Nolite iudicare secundum faciem, sed secundum rectum iudicium iudicate. Ioan. 7.] Scribitur extra de presbytero, non baptizato, capitulo veniens, ꝙ pro baptizato habendus est, qui inter Christianos natus honeste conuersatur, nisi euidentibus signis contrarium probetur. Casus decretalis est talis: Quidam sacerdos postquam fuit promotus ad sacerdotium, perpendit, quòd non fuerat rite baptizatus. Propter quod iuit Romã volens consulere summum Pontificẽ Inno. III. Cuius scrupulo consulens, idem Innocentius respondet per dictam decretalem, ꝙ baptizetur secundum formam Ecclesiæ, deinde ordinetur ad sacerdotiũ, eo ꝙ nullũ ordinem prius susceperat propter incapacitatem suã. Et hoc tenetur facere, eo ꝙ euidentissimis argumentis probatur, ꝙ non fuerit baptizatus. Quis si non essent argumenta ad oppositum, tunc indubie esset habendus pro baptizato. Ad idem est quod scribitur in maiori vol 1. q. 1. si quis per ignorantiam, vbi dicitur, ꝙ si quis per ignorantiam ordinetur antequam baptizetur, debet iterum baptizari.

¶ Moraliter, de quolibet Christiano debemus præsumere in meliorem partem, s. ꝙ sit bonus, nisi probetur contrarium, quia vt habetur extra de regulis iuris, quilibet præsumitur bonus, si non probetur malus. Et alia regula dicit, quòd dubia sunt in meliorem partem interpretanda. Pro quo notandum, quòd sunt quædam opera, de quibus nescitur quo animo fiant. Et talia sunt in meliorem partem interpretanda. Alia sunt aperte, & manifeste mala, vt furari, occidere, adulterari, & huiusmodi. Et de talibus bene nobis permittitur iudicare, dicente Christo Mat. 7. A fructibus eorum cognoscetis eos. Quis n. sanæ mentis diceret illum religiosum bonum, quem scit esse proprietarium, aut reformationi resistere? Item quis diceret

illum

illum ecclesiasticum probum, & honestum, quem scit manutenere concubinam, & ex ea procreasse prolem? Aut quis cum bona conscientia diceret diuitē iustum quem nouit dare ad vsuram omni poscenti? Quinimmo illi, qui tales notorios peccatores volunt excusare, maledicuntur à dño, vt patet Esa. 5. Væ qui dicitis malum bonum, ponentes tenebras lucem. Item tales sunt abominabiles apud Deum, dicente Hiero. super epistolam Pauli ad Philemonem, & similiter recitatur 11. q. 3. si quis dixerit. Si quis inquit dixerit iustū iniustum, & iniustum iustum, abominabilis est vterq; apud Deum. Patet ergo quod de apertis, & manifestis permittitur nobis iudicare, non autē de occultis aut dubijs, & hoc in malam partem: Hoc enim prohibet Christus in euang. hodier. dicens. Nolite iudicare secundum faciem.

In præsenti ergo euangelio de tribus principaliter fit mētio, videlicet, De iudæorū super doctrina Christi admiratione. ibi. Quomodo hic literas, &c. De eorundem à Christo reprehensione, & confutatione. ibi. Nōne Moyses, &c. De ipsius Christi fructuosa, & salubri instructione ibi. Nolite iudicare, &c.

Primo igitur fit mentio de iudæorū super doctrina &c. Pro quo notandū, quòd vt refert euangelista Ioā. occurrēte die festo iudæorū, qui dicebatur scænophegia, id est festū tabernaculorū, aliàs festū dedicationis tēpli, secundum gl. interl. quod quidem festū durabat diebus septem, & celebrabatur 15. die Septēbris inchoante, vt patet Leuit. 23. Iam die festo mediante, i. quarto die festi, quia iam tot dies illius festi effluxerāt quot supererāt. Ascendit Iesus in templū docebat. Et nota iuxta literā quòd iudæi celebrabant dictū festum per annos singulos in memoriam 4. annis manserant in deserto sub tabernaculis, quasi Deo de hoc beneficio gratias agentes. Propter quod etiam ad perpetuam rei memoriam comedebant sub tabernaculis, seu vmbraculis ramorum quandiu dictum festum celebrabatur, id est per dies septem.

Moraliter. Per illa tabernacula vmbrosa sub quibus epulabantur iudæi durante festo scœnophegiæ, hoc est dedicationis tẽpli, designantur multæ tabernæ publicæ minus honestæ, & loca suspecta, in quibus plerique Christianorum diebus dominicis, & festis quantuncunque etiam præcipuis conuẽniunt, & penè infinita mala perpetrant, vtpote ebrietates, & crapulositates, blasphemias, & detractiones, lites, & contentiones, verbera, & atroces percussiones, ludis interdictis operam dantes, & cum talibus noctes sæpe penetrantes, lubricitates, & multa nepharia sectantes. Dictorũ autem locorum quæ non sunt aliud, quàm sedes, & habitatio Satanæ, aliqua sunt occulta, & secreta, alia autem publica, & notoria. Insuper ad dicta loca plena crimine, & infamia, aliqui nepharij interdum etiam mulieres secretæ accedunt, vt sunt illi qui timent honori suo, & incurrere notam infamiæ. Alij autẽ plena, & clara luce, vt sunt inuerecundi, & effrontati peccatores. Itẽ ad dicta loca per lænones aduocãtur muliercula, & impudicæ meretrices sub propria veste: interdũ aũt sub virili habitu vt non discernãtur, & multa similia committuntur in perditionẽ multarũ animarũ. Et quia tales insolentiæ plus exercentur in die festo, quàm non festo, propter vacationẽ ab operibus manualibus, ideo de talibus piè conqueritur dñs, dicens illud Esa. 1. Iniqui sunt cętus vestri, Kalendas, & solemnitates vestras odiuit anima mea. Facta sunt mihi molesta. Laboraui sustinens. Nec certe illi præcise peccant, qui talia agũt, verũetiã, qui facientibus consentiunt, vt hẽtur Ro. 1. vt sunt hospites, famuli, & ancillę, q̃ talibus fauẽt, & obsequũtur in malitia sua, & in adimpletione iniquitatũ suarũ. Itẽ etiã dñi officiarij, & ministri iustitiæ, seu cõmunitatum rectores, qui talia nephanda cognoscunt, nec remediũ apponũt. Similiter, & participes ĩ malitia sunt illi diuites & potentes, siue nobiles, siue ignobiles, siue laici, siue Ecclesiastici aut religiosi p̃sidẽtes, qui talibus infamibus personis scienter locant domos suas, eo forte q̃

plus

plus sunt accepturi à talis, quàm à locatitijs probis, & honestis. Nonne filius locans domum suam inimicis, & aduersarijs patris sui, aut matris suæ, & qui nõ cessant de ipsis maledicere, esset valde culpãdus, & forte ab ipsis parentibus exhęredandus? Certe cœcus est qui aliter iudicat. Ita & in proposito quo ad illos, qui locant domos suas, & habitationes personis infamibus non cessantibus ibi iugiter offendere patrem cœlestem, & matrem gratiæ atque misericordiæ, virginem scilicet Mariã. Contra ergo tales si statuitur pœna secundum leges ciuiles, vt patet in authenticis. de lenonibus. §. Siquis autem patiatur. vbi expresse dicitur, ꝙ tales domus debent publicari. Insuper præter hoc dominus debet puniri in decem libris auri quæ faciunt maximam summam pecuniæ. Præterea tales sunt infames. Nam secundum leges ciuiles, quis efficitur infamis quando est receptor personarum inhonestarum, vt patet. C. ex quibus causis infamia irrogatur. l. furti. Tales etiam incurrunt æternam damnationem, secundum legem diuinam, dicente Psal. Descendant, i. descendent in infernum viuentes, supple omnes prædicti. Deinde assignat causam dicens. Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, id est in domibus ipsorũ, in medio eorũ, id est ipsis videntibus aut saltẽ scientibus, & tñ tolerantibus. Vel ideo dicit in medio eorũ, quia quandoque tales domus dissolutę, & infames in quibus palã offenditur Deus, & in quibus fit plenũ opus offendendi ipsum, sunt sitæ in medio populi, vt facilius possit ad eas haberi accessus ex omni parte ciuitatis, vt sunt stuphæ, seu balnea dissoluta, prostibula, & hmõi. Sed dicũt hi qui talibus personis infamibus locant domos suas, qđ tpe locationis ignorabant eas esse tales. Quinimmo dictũ illis fuerat de talibus, quod erant personæ honestæ. Nunc aũt non possunt eas inde expellere quousque cõpleuerint terminũ suum. Respondeo. esto ita vt præmittitur, si tñ successu tẽporis appareat manifeste de contrario, possunt omni die tales tanquã infames, & mẽbra diabo-

li

li de domibus suis, & finibus expellere per viam iuris. Ita. n. expresse scribitur, extra de locato, & conducto. c. propter sterilitatem. vbi dicitur quòd inquilinus siue conductor alicuius domus rationabiliter inde amouetur, si peruerse ibi conuersatus fuerit.

Sequitur in textu. Et mirabantur iudæi dicentes. Quomodo hic literas scit, cum, &c. Vt autem dicit interli. omnes mirabantur, sed non omnes conuertebantur, Sic & hodie multi cum audiunt doctum, & fructuosum prædicatorem, mirantur quidem dicentes. O quam bene locutus est prædicator, & quàm docte. Nescio dicit interdum aliquis vbi accipit, quæ dicit. Paucissimi tamen inde emendantur, siue fiat sermo de vsurarijs, aut simoniacis, siue de luxuriosis, aut adulteris, siue de furtis, aut restitutionibus fiendis, & huiusmodi. Mirabantur ergo iudæi super doctrina Christi propter rem insolitam. Nam vt dicit de Lyra super hoc passu, & similiter super illo verbo. Mar. 6. Nonne hic est faber filius Marię? Iudæi credebant Christum esse verum, & naturalem filium Ioseph, qui creditur fuisse faber lignarius. Probabile est autem, quod ipse Christus eandem artem cū ipso Ioseph exercuerit maxime cum non se occupauerit in prædicatione, aut miraculornm operatione ante trigesimum suę ætatis annū, nec, toto illo tempore fuit ociosus. Propter quod psal, in persona ipsius loquitur, di. Pauper ego sum, & in laboribus à iuuentute mea. Parte etiā ex altera dicti iudæi bene poterant scire Christū non fuisse exercitatū in studio literarum prioribus tēporibus. Cum ergo eum audiebant tam excellenter prædicantem, etiam legis, & prophetarum passim testimonia proferentem, non mirum si mirabantur, dicentes. Quomodo hic literas scit cum, &c. hoc etiā dicebant ex inuidia, quam gerebant contra eū, eo ꝙ tam eleganter, & tā profunde prædicabat. Sicut & hodie plerunque inuidetur viris doctis, seu gratiam verbi habentibus, ita vt dicat Seneca epistola 20. quòd nomē philosophiæ, etiā si modeste tractetur, inuidiosum est.

Se-

Sequitur consequenter in textu Christi respōsio & satisfactio ad admirationem iudæorum, cum ait. Mea doctrina non est mea, sed &c. Quasi diceret. Vos iudęi admiramini vnde habeam tantam scientiā. Sed ego dico vobis, quòd habeo eā à patre meo cęlesti, qui misit me in hunc mundū. Sed videtur esse implicatio in verbis Christi. Si enim doctrina eius est sua, vt dicit in prima parte responsionis suæ, quō dicit eam non esse suam, in secunda parte eiusdem responsionis? Si enim dixisset. Ista doctrina quam ego prædico, non est mea, nulla esset quæstio, aut difficultas in verbis. Ad hoc respondet August. super Ioann. tractatu 29. dicēs, quod solutio huius quæstionis pendet ex illo verbo. In principio erat verbum & verbū erat apud Deum, & Deus erat verbū, hoc ergo videtur mihi dixisse Dominus Iesus Christus, cum ait. Mea doctrina non est mea. Ac si diceret. Ego non sum à meipso. Per quæ quidem verba confutauit errorē Sabelliani dicentis in diuinis Iesum esse filium qui pater est. Et per hūc modum confundebat personas. Patet ergo breuiter quid dicendum sit de Christi doctrina, secundū quod Deus. Si autem sit quęstio de doctrina ipsius secundū quòd homo, tunc etiam verum est dicere, quòd doctrina sua non est sua, i. non habet eam à seipso inquantū huiusmodi, sed à Deo, quia omne verum à quocunque dicatur, à Spiritusancto est. Eandem etiam expositionem tradit idem Aug. lib. 1. de Trin. dicens, quòd Christus doctrinam suam secundum aliud dicit suā, & secundum aliud non suā. Secundum quidem formam serui dicit eam non suam. Secundum vero formā Dei suam. Et sic patet quod non est contradictio in dictis Christi.

Moraliter multi moderni prædicatores, scriptores, dictatores, & postillatores, merito dicere possent quilibet pro seipso. Mea doctrina non est mea. i. doctrinam quā arroganter mihi ascribo, nō est mea, i. ex proprijs adinuentionibus, sed potius est doctrina aliorum, q me pręcesserunt, ex quorum fonte hausi quod alijs p

pino

pino, forte mutato stilo & ordine in aliquo seu terminis variatis, substantia rei eadem manente. Sic. n. plerique moderni scriptores facere consueuerunt, vt sic videantur de thesauro suo proferre noua & vetera, reticentes tanquam ingrati, & superbi atque fures, doctrinæ alienæ nomina aliorum famosorum & antiquorũ doctorũ, à quibus fundamẽtaliter & originaliter hauserunt quod in voluminibus reposuerũt, vt sic ex proprijs loqui iudicentur, in hoc similes perdici de qua scribitur Hierem. 17. Perdix fouit quæ non peperit. Solet enim perdix inuentis ouis alterius perdicis super ipsa accubare ac si ea perperisset. Sic in proposito ideo sequitur. Fecit diuitias, & non iudicio. Ac si diceret de quolibet taliter sibi arrogãte doctrinã alterius auctoris. Multa bona & pulchra scripsit, sed absque iudicio, supple discretionis, qa totũ sibi attribuit. Cum tamen veraciter cuilibet tali possit merito improperari illud verbum Apost. 1. Corinth. 4. dicentis, Quid habes quid non accepisti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Quinimmo quod deterius est, multi talium vbi possunt illis à quibus suam doctrinam acceperunt saltem pro maiori parte, aperte & irreuerenter contradicunt quouis colore & more canino maiores suos mordent doctrinæ eorum impudico ore contradicentes, quorum non sunt digni, iuxta vulgare eloquium, librum deferre post terga eorum, seu soluere corrigiam calceamentorum eorũdem. Testes facio, cum pace omnium dixerim, eos qui excitati in doctrina beati Thomæ legerunt Scotum, Durandum, pariter & de Lyra in postilla sua. Qui &c. in multis bene scripserit elucidando sensum literalem sacræ scripturæ, & in hoc tamen à multis doctis & literatis viris minus laudatur, quod tam irreuerenter dementitur & contradicit antiquis doctoribus Hebręorum, vtpote rabi Salomoni, Rabbi Moysen & similibus. Interdum etiam Hieronymo. Non mirum ergo si beato Thomæ quantum potest & vbi potest. Cuius tamen dicta quotiens id occurrit de verbo

ad

ad verbũ frequẽter refert, suppresso auctoris nomine. Et ideo eũ rationabiliter, & efficaciter reprehẽdit Durgensis. Talis aũt scriptor non fuit diuus ille Hierony. qui scribens ad beatum Aug. prout legitur in quadã epistola, quæ inseritur inter epistolas eiusdẽ Aug. & est in ordine. 13. dicit sic. Absit à me vt quicquã de libris tuæ beatitudinis attingere audeã. Sufficit .n. mihi probare mea, & non capere aliena. Puerilis enim iactantiæ est accusando illustres viros, suo nomini famã querere. hæc ille. Et sic patet de primo principali.

Secundo in præsenti sermone fit mentio de iudæorũ à Christo reprehensione & cõfutatione, cũ ipsemet ait illis. Nonne Moyses &c. Quia enim iudæi poterãt obijcere contra Christum & dicere, quòd doctrina sua non esset à Deo, eo quod sabbatum solueret, ideo hanc obiectionem soluit & reprobat quasi in virtute ita dicens. Dato vt vos dicitis, quod doctrina mea nõ sit à Deo, eo quòd legem non seruo, sabbatum soluo, tamen non habetis potestatem me in hoc reprehendẽdi, cũ ipsi sitis in consimili delicto. Et hoc est quòd loquitur eis dicens. Nonne Moyses dedit vobis legẽ, i. prædecessoribus vestris, & hoc de præcepto domini, & tamen nemo ex vobis facit legem? hoc autem probat per effectum & à signo, cum ait, quia queritis me interficere. Et tamen lex Moysi prohibet innocentem occidi. Exo. 20. Respondit turba & dixit. dæmonium habens. Quis querit te interficere? Mirum de manifesto mendacio iudæorum. hic enim negãt Christum querere ad mortem, & tamen dixerunt de eo Pilato, crucifige eum. Excesserunt ergo hic in duobus aduersus Christum. Primo quidem in blasphemia, dicentes eum dæmonium habere. Quod quidem verbum nequaquam dicerent nisi dæmonium ipsimet haberent, vt dicit glo. interl. Secundo vero in mẽdacio, vt prius dictũ est. Ecce quid rñdit turba turbata. Nihil .n. peius nihil periculosius, quàm turba turbata. Non enim reueretur viri sanctitatem aut maiestatem, non propinquum, non benefactorem. Ideo ab ea cauendum est.

Turba

Turba ergo turbata est, sed Christus turbatus non est, quanuis grauiter iniuriatus, sed in sua virtute tranquillus non reddidit malum pro malo, nec maledictum pro maledicto. Et tamen si illis dixisset. Vos ipsi dęmonium habetis, verū vtique dixisset, vt dicit Aug. super Ioan. tractatu 29. vbi exponit præsentem textū. Probat autem Christus iudæis, quod querunt eū interficere, supple tanquam legis transgressorem, in hoc scilicet quod sanauit paralyticum iuxta piscinā quiescente, & iussit illi ferre grabatum suū, cū tamē sabbatum esset in die illo. Et hoc est quod ait illis. Vnū opus feci, i. paralyticum in die sabbati curaui, & omnes admiramini, idest turbamini tanquam stulti obseruatores sabbati. Sed propterea non debetis admirari neque turbari, maxime cum vosipsi circuncidatis paruulos vestros in die sabbati, eo quod lex ita præcipit. Non est autem maius opus seruile sanare hominem in die sabbati gratis, & liberaliter, quàm paruulum tali die circuncidere. Et hoc est quod ait. Si circūcisionem accipit homo in die sabbati vt non soluatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum, & incolumem, verum etiam sanctum fecerim in sabbato? at illi murmurabant dicentes, non licet sabbato curare hominem, &c.

Quæritur circa præcedentia quare Christus non æque bene respondit blasphemiæ turbarum, dicentiū eum habere dæmoniū, sicut mendacio eorum, qui negebant eum quærere ad mortem, cum tamen primum esset multo grauius secundo. Respondetur, quòd hoc fecit, vt nobis exemplū præberet veræ patientiæ contra irrogatas nobis iniurias.

Pro quo notandum, quòd triplices sunt iniurię.

Primæ quidem sunt, quę retorquentur contra diuinum honorē. Et ad tales non debemus esse muti, sed viriliter reprehendere patrem nostrum cęlestem iniuriantes. Vnde vir iustus, & zelosus honoris diuini merito dicere potest ad patrē cęlestem illud psal. Opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt super me, i. reputaui

putaui ea mihi dicta, vel facta. Si enim verus naturalis filius non æquo animo audit patrẽ suũ iniuriari, quinimmo vindicare satagit huiusmodi iniuriam, quãto minus debemus silere ad iniurias & blasphemias patris nostri cœlestis? Cessandum tñ est in casu, vt cũ timetur maius scandalũ inde nasciturũ. Sed regulariter non est tacendum. Nam vt dicit Chryso. super Matt. in opere imperfecto. homilia 6. In proprijs iniurijs esse quempiã patientem laudabile est, Iniurias vero Dei dissimulare nimis impium est.

Secundæ iniuriç sunt illæ, quç redundant in proximũ, per quas iniustè læditur eius fama, honor, & gloria. Et similiter quantum ad huiusmodi iniurias non debemus silere, quinimmo taliter iniuriantes debemus quantum in nobis est compescere. Alias non sumus immunes à delicto, quia vt dicit Ambros. de officijs. lib. 1. c. 36. quæ non repellit a socio iniuriam quando potest, tam in vitio est, quàm ille qui facit iniuriam, & ibi adducit exemplum de Moyse, qui cũ vidisset hæbreum patientem ab Aegyptio iniuriam, defendit eum ita vt Aegyptium sterneret, atque in arena abscõderet. Exod. 2. Cum ergo vides aliquem iniuriantem proximo tuo verbo, debes eum defendere & dicere iniurianti. Male & false loquimini. Ego enim melius eum cognosco quàm vos, etiam a longo tempore, nec vnquàm in eo vidi, vel de eo audiui quæ illi improperatis. Si autem videris alterum illi iniuriantẽ facto, debes facto eum defendere si possis, exẽplo Moysi, de quo dictũ est. Sed profecto rari sunt tales qui sic tueãtur honorem, aut corpus proximorũ suorũ, quinimmo ferme quilibet dicit. Nõ me intromitto de factis aliorum. Et sic per negligentiam suam aut mundanum timorem permittunt proximos suos multipliciter iniuriam pati.

Tertiç iniuriç sunt illç, q̃ in nosmetipsos redũdant, Et circa tales patientiã habere valde meritorium est, & laudabile, vt dicit Chrysost. vbi supra. Talis autem patiẽs circa ꝓprias iniurias fuit Rex Dauid, de quo legitur

gitur

gitur 2.Reg. 16. ꝙ cum fugeret à facie filij sui Absa-lon;habitaretq; in desertis locis semel insequebatur eum cum iniurijs verbalibus, vtpote vocans eum virum sanguinum,i.homicidam,& effusorem multi sanguinis innoxij.Et virum Belial. i. absque iugo disciplinæ,& legis diuinæ.Similiter insequebatur eum cū iniurijs verberalibus, & de facto, vtpote proijciendo lapides contra eum,& contra vniuersos seruos illius pijssimi regis, sed ipse Dauid in huiusmodi iniurijs patientissimus fuit,adeo,ꝙ cum dixisset Abisai. Vadā. & amputabo caput huius canis sic maledicētis domino meo regi,hoc prohibuit pius rex dicens. Dimitte eum vt maledicat mihi. Taliter ergo patientes esse debemus contra irrogatas,nobis iniurias, siue verbales, siue verberales existant . . . Sic enim docuit nos Christus agere in hodierno euāgelio,qui ad iniurias, & opprobria iudæorum dicentium eum dæmonium habere, non respondit verbum vllum.Aduertendū tamen secundum doctrinam beati Th.2.2.q.108. ar.1. in sol.ad quartum,quod iniuria, quæ infertur alicui personæ, aliqñ redundat in Deū, & in Ecclesiā,& tūc debet taliter iniuriatus propriā iniuriā vlcisci.Et hoc probat exēplo Heliæ q fecit descendere ignē de cœlo sup eos,qui venerant ad ipsum capiendū, vt patet 4. Reg.1. Itē idē probat exēplo Helisęi, qui maledixit pueris eū irridentibus,vt patet 4.Reg.2. Similiter idē probat exemplo Siluestri papæ, qui excommunicauit eos, qui ipsum in exilium miserant, vt patet 23.q.4. Guilisarius.Quando autem iniuria redundat in persónam suam tantum, tunc debet eā patienter ferre si expediat.sic.n.præcepta patientiæ intelligenda sunt secundū præparationem animi, vt dicit Aug.in li.de sermone domini in monte. hæc beatus Tho. vbi supra.

Notandum etiam iuxta illud verbum. Nonne Moyses dedit vobis legem,& nemo ex vobis facit legē, ꝙ hoc idē verbum potest hodie improperari multis statibus,& cōditionibus hominū. Primo nempe diuitibus multis pōt veraciter dici & improperari. Nōne

Domi-

Dominus noſter Chriſtus dedit vobis legem de danda eleemoſyna pauperibus, de qua lege ſcribitur Mat.6. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c.

Et tamen nemo ex vobis, paucis ſupple excluſis, facit legem. Secundò verò poteſt dici malis iudicibus & officiarijs publicis. Nonne dominus dedit vobis legem, quæ inſeritur Eſa.1. vbi præcipit vobis dicens. Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, cauſam viduæ ſuſcipite. Et tamen nemo ex vobis facit legem. Tertiò autem hoc idem poteſt improperari hominibus rancoſis, vindicatiuis, & iracundis. Nonne dominus noſter Chriſtus dedit uobis legem, ſ. de diligendis inimicis veſtris, corde, ore, opere, quæ inſeritur Mat.5. Et tamen nemo ex uobis facit legē. Quinimmo omnes ferme vultis vlciſci proprias iniurias: de iniurijs autem Dei non curatis. Quarto denique idē verbū pōt retorqueri contra multos viros eccleſiaſticos, & religioſos, quibus poteſt dici. Nōne dominus iam dedit vobis legem de ſanctè, & munde viuendo, quæ inſeritur Leui.19. vbi vobis præcipit ipſemet Dominus dicens. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Et tamen nemo ex vobis, paucis ſaltem exceptis, facit legem. Iſta etiam lex magis coarctata eſt per legem Eccleſiaſticam, & per deciſionem ſacri concilij Niceni, vbi fuit concluſum ſacerdotes occidentales debere obſeruare perpetuam cōtinentiam, vt patet in decretis. diſt.28. per totū. Item diſt. 32. ſimiliter per totum. Sed non audeo dicere expedite per aliud concilium vniuerſale diſpenſari ſacerdotes occidentales ſicut orientales quo ad matrimonium, & hoc propter abuſus, & inſolentias multorum, qui nō faciunt legē de perpetua continentia. Quinto, & poſtremo poteſt dici, & improperari multis in matrimonio cōſtitutis. Nonne dominus dedit vobis legem, vt. ſ. vir adhęreat vxori ſuæ, ſcilicet per fidelitatem. Gen.2. Et tamen penè nemo facit legem, ſed maior pars adheret vxori vicini ſui, vel concubinæ, aut huiuſmodi. Cū tñ ſcribatur 32. quæſt. 5. Chriſtiana, quòd Chriſtiana religio

adulterium in vtroque sexu pari ratione condemnat. Et breuiter discurrendo per singulos status vix inuenitur, qui perfectè, & integre faciat legem sibi statutam, cũ tñ sit facienda: si.n. leges humanæ seu imperatorũ præcipiũtur ab omnibus debere obseruari, vt habetur. C. de legibus. l. digna vox. quãto magis legis diuinæ, & sanctorum patrum statuta obseruari debent?

Allegoticè, iuxta illud verbum præsentis euãgelij, in quo dictum est. Si circuncisionem accipit homo in die sabbati, &c. notandum, ꝙ per circuncisionẽ, quę olim fiebat die octauo à natiuitate paruuli, significatur, quòd in octaua ætate, idest in generali omnium resurrectione auferetur corporibus electorum omnis superfluitas, & defectus. Nam corpora eorũ, quæ modo sunt grossa, grauia, opaca, & corruptioni subiecta, tunc erunt subtilia, agilia, clara, & impassibilia, cooperante Dei omnipotentia, qui tunc dicet in effectu illud Apocal. 21. Ecce noua facio omnia. Hanc autem circuncisionẽ finalem, & fiendam in generali omniũ resurrectione declarat Chrys. in tract. de reparatione lapsi, per similitudinem de filio regis, qui primo traditur nutrici alendus, & forte sub tugurio pauperis hominis. Interdum etiam vilibus pascitur, atque panniculis induitur. Sed cum venerit tempus vt aulam regiam patris sui ingrediatur, repẽte præciosis vestibus induitur, & totus alter efficitur. Applicatio est fa.

Moraliter per corporalem circuncisionem designatur circuncisio spiritualis, & interior, quæ fit per ablationem omnis peccati, de qua Deut. 30. Circuncidet dominus cor tuum, vt diligas eum ex toto corde, &c. Ad hanc etiam moralem circuncisionem pertinet, vt quis auferat a se omnem superfluitatem, quæ nociua est animæ, vtpote incautum aspectum, sermonem superfluum, excessiuum cibum aut potum, curiosum auditum, impudicum tactum, compositum grassum, & si qua sunt similia. Nam vt dicit venerabilis Beda in ser. diei circun. prout annotauimus in tractatu, seu libello de secretis secretorum, qui viderit mulierem

rem ad concupiſcendum eam, & qui habuerit oculos ſublimes, huius incircuncifus eſt viſus. Item incircuncisi auribus ſunt, quibus vocem domini dicitur: Vos verba Dei non auditis, quia ex Deo non eſtis. Io. 8. Incircuncisi lingua ſunt, quorum os locutum eſt vanitatem. Item qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. Incircuncisi manibus ſunt, quorum dextera, dextera iniquitatis. Et ſimiliter quorum dextera repleta eſt muneribus. Similiter incircũciſi guſtu ſunt quos propheta redarguit, di. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Eſa. 5. Incircunciſi olfactu ſunt, qui vnguẽto, & varijs ſunt delibuti odoribus. Poſtremo incircunciſi greſſibus ſunt, de quibus commemorat Pſal. di. Contritio, & infœlicitas in vijs eorum, & vias pacis non cognouerunt. E contrario autem illi, qui omni cuſtodia ſeruant cor ſuum. Item qui auertunt oculos ſuos ne videant vanitatem. Item qui ſepiunt aures ſuas ſpinis ne audiant linguam nequam. Item qui guſtant, & vident, quàm ſuauis eſt dominus. Item qui cuſtodiunt vias ſuas, vt non delinquant in lingua ſua. Item qui leuant manus ſuas ad Dei mandata illá opere implentes. Item qui ab omni via mala prohibet pedes ſuos. Iſti omnes ſenſus ſuos petra ſpiritalis exercitij ſe oſtendunt habere circũciſos, hæc Beda vbi ſupra in ſententia. Patet ergo quomodo debemus circuncidere noſmetipſos. Et ſic patet de ſecundo principali.

Tertio principaliter in præſenti Euan. fit mẽtio de Chriſti fructuoſa, & ſalubri inſtructione, cũ ſubdit. Nolite iudicare ſecũdũ faciem, i. ſecundum illud, ꝙ ſtatim de foris apparet. Nam ſi vos iudici iudicaueritis me ſecũdum faciem, i. ſecundum exercitationẽ apparentiam, tunc reputabitis me purum hominẽ, eo quod in habitu inuentus ſum vt homo; nolite ergo ſic de me iudicare, ſed iuſtũ iudiciũ iudicate, i. credite me eſſe Dei filiũ: & verũ Meſſiã in lege veſtra vobis promiſſum. Iſtud. n. eſt verũ, & iuſtum iudicium: hæc autem

verba dixit iudæis Christus quasi respondens, & satisfaciēs admirationi, & interrogationi eorū dicentiū. Qūo hic literas scit, &c. Alij autē dicunt, quòd Christus per illa verba. Nolite iudicare secundum faciē, reprehendit falsum iudicium Iudæorum, qui credebant ꝙ liceret eis circuncidere paruulū in die sabbati ꝑ præceptum diuinum datum in manu Moysi, quod vtique verum erat. Et tamen reprehendebant Christū de eo quod in die sabbati curasset paralyticum, dicentes eum violasse sabbatum, quod falsum erat.

Allegoricè, vos iudæi, infideles, pagani, & hęretici peruersi, nolite iudicare de sanctissimo altaris sacramento, secundum faciem, i. secundum accidentia, quę in eo exterius patent: sic enim iudicantes turpiter decipimini, & grauissime erratis. Sed iustum iudiciū iudicate. Iustum autem iudicium, quod quilibet debet habere de tali ac tanto Sacramēto est, quòd mox prolatis verbis sacramentalibus à sacerdote cum certa intentione, & super debitam materiam, adest verū Christi corpus, & sanguis in altari, hoc autem iudicium iustum sumitur secundum auditum. Nam circa hoc venerabile sacramentum omnes sensus decipiuntur, præter auditum. Nam cum hic sensus audit illa verba à Christo instituta, & nobis tradita, Hoc est corpus meum. Et hic est calix, &c. non extra iudicat ibi panem esse seu vinum, sed verum, & integrum sacramentum. Et hoc adiuuante fide. Propter quod dicit beatus Tho. in hymno de festo corporis Christi. Et si, inquit, sensus deficit, ad firmandum cor syncerum, &c. In cuius etiam figuram dixit Isaac de filio suo Esau, Geñ. 27. Vox quidem vox Iacob est, sed manus manus sunt Esau. Applicatio est facilis, referendo vocem ad prolationem verborum, manus autem pilosas ad accidentia panis, & vini, &c.

Moraliter prædicta verba. Nolite iudicare scd̄m faciē p̄nt dirigi, & retorqueri cōtra illos, q̄ faciles sunt ad male iudicandum de proximis suis, & hoc propter signa exteriora, quæ non faciunt sufficientē probatio nem

nem ad totaliter iudicandum:vt ſunt illi qui dicunt, Talis vir eſt comptus,& ornatus,ergo adulter. Idem etiam, & facilius concludunt de muliere compta, & ornata.Et tñ conſtat ſcđm Ariſt. in topicis illam con ſequentiam non eſſe formalem.Alij dicunt,& iudicāt de viro aut muliere gerente faciem affabilem, & hilarem,dicentes, Talis eſt valde hilaris, & affabilis,ergo lubricus vel diſſolutus . Alij dicunt de homine diuite.Talis diues eſt ſimpliciter veſtitus, ergo auarus. Alij dicunt de homine melancholico . Talis ſemper gerit vultum triſtem, ergo ab eo cauēdum eſt tanquā à proditore,& huiuſmodi.Ex talibus ergo aut ſimilibus ſignis,& apparentijs exterioribus velle iudicare de conſcientia, & diſpoſitione interioris hominis, eſt valde prẹſumptuoſum,temerariū, & periculoſum. Secus autē vbi ex talibus ſignis inciperet quis dubitare de bonitate alterius. Hoc.n. ſolum eſſet veniale peccatnm.Sed firmiter, & reſolutorie concludere ita eſſe,mortale peccatum eſt.Ita.n.dicit B.Th.2.2.q.60. ar.3.Propterea dicitur in decr.diſt.33.habuiſſe. ꝙ in rebus dubijs ſeu ambiguis abſolutum non debet dari iudicium.Et huius ratio eſt , quia graue eſt vt in re dubia certa detur ſententia.11.q.3 graue.Talia ergo ſigna debemus in meliorem partem interpretari , vt habetur extra d reg.iu. c. eſtote. Item. ff.de reg.iu.l. ſemper,dicitur,ꝙ in dubijs benigniora ſunt præferenda.Dicit tñ alia lex.ff.de acq.poſſ.l.quod in eo.§.ſi vēditorē,ꝙ ad cognoſcendum mores hominū multum facit oculorum inſpectio.Sed dic, ꝙ iſtud debet referri ad iudiciū exterius,in quo conſiderātur, & pōderātur quæcūq; circunſtantiæ, etiā quātūcūq; leues. Nec tñ ex inſpectione oculorū ſolum procedit bonus iudex ad iudicandum aliquē ad pẹnam. Sed forte bene ad ſuſpicandū eum feciſſe factum, de quo eſt quæſtio. Secus autem de iudicio priuato,in quo nō niſi de manifeſtis,& quẹ tergiuerſari nō poſſunt,nobis iudicare permittitur,dicēte dño,Mat.16 A fructibus eorum cognoſ &c. Bene ergo dicit Chriſtus in præſenti euang.

Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudiciū iudicate. Multa sequentia in textu euangelij pertransco, tum ꝑꝑ prolixitatē vitandam, tum quia clara sunt, & nullam afferunt difficultatem. Tandem ergo concluditur, ꝙ de turba multi crediderunt in Christum. Notanter autem dicit euangelista de turba, & non de principibus, quia turbæ, & simplices facilius conuertuntur ad Christum, & ad verā pœnitentiam post peccatum, quàm viri magni, & docti. Et hoc est quod loquitur Aug. lib. 8. confess. Surgunt, inquit, indocti, & cœlum rapiunt, & nos cū doctrinis nostris sine corde, ecce vbi volutamur in carne, & sanguine. Qđ aūt solet addi Et nos cū sciētijs nostris demergimur i infernū. nō est de textu. Simus ergo, charissimi, de numero turbarū in Xp̄m credendo, vt tandē simus de numero Deum videntium in cœlo. Quod nobis concedat, &c.

FERIA IIII. POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.



Præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate. Ioan. 9.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de pęnis. l. sancimus, dicit ꝙ peccata debent tenere suos actores. Casus est talis. Sūt tres homines simul in taberna bibētes, quorum duo post potum litigant adinuicē, in tm̄ quòd sequitur mors vnius illorū. Tertius autem quātū in se est, laborat seu laborauit ad eorū pacificationē, & separationē, ne sibi mutuo nocerēt, veruntamen non prælauit. Post hoc occisor fugit. Tertius autē nō timēs sibi propter bonam conscientiam remanet in dicto loco, vel forte vadit ad propriā domū. Hoc igitur homicidio audito, iubet iudex omnes præsentes capi, & in carcerē recludi. Et quia iste tertius præsens fuit, capitur à clientibus & in carcerē trahitur. Quid ergo iuris ī hoc facto? Certe debita examinatione facta

cta,& veritate plenè cognita,debet bonus iudex liberare eum de loco carceris, & declarare eũ immunem à priori delicto,quia vt dicit lex præallegata. Peccata debent tenere suos actores. Modo neque iste fuit actor criminis,nec fautor,igitur,&c.

Moraliter. Notandum,ꝙ triplex est pœna quantum ad præsens sufficit,videlicet ciuilis,temporalis,spiritualis:de quibus ponuntur aliquæ veritates.

Prima igitur veritas. Loquendo de pœna ciuili. Peccata non tantum tenent suos actores,verumetiam frequenter vnus punitur pro peccato alterius, & innocens pro nocente,saltem de per accidens. Verbi gr. Fit commune, & publicum edictum in aliqua ciuitate, ꝙ quicunque attentauerit prodere istam ciuitatẽ aduersarijs perdat vitam. Insuper domus eius ad perpetuam rei memoriam funditus euertetur. Accidit autem,quod sunt duo ciues sub eodem tecto habitantes,& forte fratres vterini,qui taliter partiti sunt sibi domum paternam, quod vnus pro sorte sua occupat partem superiorem illius,secundus autem partem inferiorem. Horum autem primus laborauit prodere ciuitatem. Ex quo sequitur quòd habitatio eius dẽt penitus euerti iuxta edictum. Hoc autem fieri nõ potest absque iactura innocentis fratris sui. Ideo in hoc casu innocens punitur pro peccato alterius. Item videmus in dies quòd qui perdit vitam,perdit, & bona, quę propter reatum illius, confiscantur principi. In quo quidem casu filij, & hæredes priuantur successione illius. Et præsertim vbi est quæstio de crimine læsę maiestatis. Item videmus, ꝙ fideiussor cogitur satisfacere pro debito alterius. In istis igitur casibus, & similibus, peccata quantum ad pęnã ciuilem non tm̃ tenent semper suos actores, verumetiam quandoque inuoluunt innocentes,& transeunt ad immunes.

Secunda veritas. Loquẽdo de pęna spirituali qualis est excõmunicatio,suspensio à diuinis,gratiæ subtractio,& huiusmodi,tunc verũ est dicere, ꝙ peccata tm̃ tenet actores suos,& reos. Nã vt dicit Aug. & recita-

tur in decr. 1.q.4.iam itaque. Cũ homo in seipso est, & ab eo qui ipsum genuit, alter effectus, pctõ alterius sine sua consensione non tenetur obnoxius. De hac ergo pęna verum est dicere, & peccata tenent suos actores, quia vt habetur Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filij. Sed vnusquisq; onus suũ portabit, vt dicit Apo. ad Gal. 6.

Tertia veritas. Loquendo de pęna temporali, sub qua comprehenditur pœna corporalis, aliquando peccata transeunt in alios, qui etiam sunt immunes à delicto, & hoc tam in foro Dei, quàm hominum. De foro quidem hominũ hoc satis patet in bello iusto, vbi frequenter innocentes, & qui nullo modo dederunt materiam seu occasionem belli, bonis suis spoliãtur, de proprijs habitationibus eijciuntur, vinculantur, captiuantur, ad rationem ponuntur, occiduntur, & huiusmodi. Et hoc vt sic princeps eorum, qui dedit occasionem belli, in subditis suis, qui sunt quasi possessio eius, puniatur, & tandem minus potens ad resistẽdum reddatur. De foro autem Dei, etiam vnum peccatum frequenter transit in posteros quantum ad pœnã temporalem. Hoc enim apertissime constat de peccato primi parentis, propter quod sumus redacti in miserabilem seruitutem, subiectionẽ, & miseriã quandiu hic viuimus, etiam priusquam actualiter peccemus, sicut patet de paruulis baptizatis multas ægritudines, & miserias patientibus Vnde ad hoc propositũ loquens Aug. lib. 3. de libero arb. dicit, ꝙ Deus aliqñ doloribus, & mortibus flagellat paruulos, qui chari sunt parentibus, & hoc ad emẽdationẽ, & correctionẽ ipsorum parentum. Ad hoc etiam facit illud dñi verbum Exod. 20. Ego dominus visitans peccata parentũ vsq; in tertiam, & quartã generationes. Vñ 2. Reg. 11. legitur, ꝙ Nathã dixit ad Dauid, Quia blasphemare fecisti inimicos nomẽ domini, filius qui natus est tibi, sup. ex adulterio cũ Bersabeæ, morte morietur. Similiter legitur 2. Reg. 24. de eodẽ Dauid, ꝙ propter pctm̃ suũ quod commiserat in numerando populũ suũ ex

quadam

quadā elatione cordis, mortui sunt de populo suo vsque ad 70. mille viros. Item Iosue 7. legitur quòd propter peccatū Acham, qui ex auaritia acceperat spolia de præda inimicorum occisorum contra Domini præceptum, postmodum plura milliavirorū ex Israel occisa sunt ab aduersarijs in bello. Item Hely mortuus est ceruice confracta propter peccatum filiorum suorum, 1. Reg. 4. Similiter ad literam legitur in Ps. Deus laudem meam &c. de filijs Iudæ proditoris quasi in vltionem sceleris paterni in hunc modum. Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent, & eijciantur de habitationibus suis. Et post pauca. Fiant nati eius in interitū, in generatione vna deleatur nomen eius &c. Ecce ergo quomodo Deus quandoq; punit tēporaliter & corporaliter peccata parentū in filios. Nihilominus aliquando filij patiuntur pęnā corporalē absq; peccato, tam proprio quàm alieno. Sed pro causis soli Deo notis. Aliquando etiam vt manifestetur virtus diuina. Et quātum ad hoc propositū legitur in euang. hodierno Christum de cęco nato dixisse. Neque hic peccauit, neque parentes eius, vt cœcus nasceretur, sed vt manifestentur opera Dei in illo.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Aetatem habet ipsum interrogate. *Io.* 9.] Scribitur extra de accusationibus. c. veniens. quòd in causa criminali procurator nō admittitur, sed oportet ꝑsonaliter respōdere. Casus est talis. Sortes accusatur de homicidio aut furto. Propter quod iudex mittit clientes qui eū adducant, vt respōdeat ad ea quæ cōtra ipsum obijciuntur. Ipse autē non vult in propria venire, sed mittit procuratorē ꝗ ipsum excuset. Quid iuris in hoc casu? Certe nō sufficit quod mittat procuratorem, maxime cum materia sit criminalis, sed oportet quod ꝑsonaliter respōdeat, prout dicit Inno. I I I. in dicta decre. Ad idē est quod scribitur in maiori vol. 5. q. 3. in criminalibus, vbi dicitur quod ī criminalibus causis nō accusatur, nisi per se aliquem accusare potest, nec ac-

cusat

cusatus per aliam personã se prætendere præmittitur.

Moraliter. Aliqua dierũ & forte citius quàm credamus, & hora qua non putamus filius hominis veniet & tenebit suas assisias, siue altos dies ĩ vallis Iosaphat medio, & tũc ibi terminabũtur oẽs causę & processus, etiã illi qui per malos & corruptos iudices sunt decisi, iuxta illud Psal. in persona domini. Cum accepto tempus ego iustitias iudicabo. Et tunc huiusmodi iudices ponentur in grauissima emenda, quam non poterunt soluere in secula seculorũ. Quis si aliquis magnus princeps, aut summus Pontifex tunc diceret se nõ posse venire, aut quia infirmus, siue notabiliter impeditus, sed quod vellet procuratorem constituere ad respondendum pro eo, tunc nuncius iudicis illi diceret ꝙ secluso omni impedimento oportet eum cõparere, maxime cum dicat decretalis præallegata, ꝙ in causa criminali procurator non admittunt, sed oportet personaliter respondere. Ita. n. dicitur Apo. 2. Cor. 5. ꝙ oportet nos omnes manifestari ante tribunal &c. Legitur. n. de quodam ecclesiastico habente beneficia multa, quòd cum decumberet in lecto mortis, & iussisset ad eum venire omnes vicarios suos, rogauit eos vt irent ante conspectum districti iudicis Christi reddituri pro eo rationem de ouibus suis, eo ꝙ melius eas nouerant, quàm ipse. Qui cum se omnes excusassent, ait. Neque certe ego volo comparere corã tanto iudice, redditurus rationẽ de tot & tantis ouibus. Post hæc vocauit nominatim singulos vicarios suos, & in præsentia testium posuit beneficia sua interueniente consensu ordinarij inter manus eorum. Sicq; quieto animo & mente pura diem clausit extremum. Patet ergo ꝙ in causa criminali procurator non admittitur, sed oportet personaliter comparere, & de proprio facto respondere. Hoc autem significatum est per hoc, ꝙ parentes cœci nati, de quo agitur in præsenti euangelio, dixerunt de eo iudęis. Aetatem habet, ipsum interrogate &c.

In quo quidẽ euangelio de tribus principaliter fit mentio

mentio videlicet. De discipulorum Christi interrogatione. ibi Rabbi quis peccauit &c. De cœci nati illuminatione. ibi. Hæc cum dixisset, spuit in terram. De veri miraculi impugnatione. ibi. Non est hic homo à Deo, qui &c.

Primo igitur in hodier. euang. fit mentio &c. Pro quo notandum, vt refert Ioan. euang. ꝙ cũ iudæi voluissent semel lapidare Christum, eo quod dixisset eis se esse antequam Abraham fieret. Ioann. 8 mox exiuit de templo, & præteriens inde vidit hominem cœcum à natiuitate, de quo hic narratur. Et pensans cępit studiose huiusmodi cęcũ respicere quasi inueniẽs in eo materiam exercendæ virtutis, vt dicit Chrysost. Quod videntes discipuli, & animaduertentes, quòd ipse dominus paulo ante dixisset paralytico ab eo sanato. Ecce iam sanus factus es, vade & amplius noli &c. Io. 5. æstimauerunt similiter quod cęcitas accidisset huic homini propter illius peccatũ. Propter quod interrogauerunt Christum dicentes. Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius, vt cęcus nasceretur? Ideo autem sic interrogauerunt Christum, quia olim apud multos cõmunis error fuit, quòd omnis infirmitas, pęna, aut corporalis defectus ex peccato ꝓcederet. Quẽ etiam errorẽ tenebat Eliphas amicus Iob, cũ dicebat. Quis innocens vnquam perijt? Eiusdem 4. Durauit autem dictus error vsq; ad tempora apostolorũ, vt patet ex modo interrogationis eorũ ad Christum. Sed hunc errorem reprobans Christus respondit illis, di. Neque hic peccauit, neque parentes eius, s. vt hac de causa cœcus nasceretur, sed vt manifestẽtur opera Dei in illo. Non aũt excusare vult Christus cœcũ omnino à peccato, neque similiter parentes eius, quia omnes peccauerunt, & egẽt gratia Dei Ro. 3. & in ps. Omnes declinauerũt &c. Sed vult innuere quòd prædictus cęcus non fuerat factus cęcus à natiuitate in penam sui peccati, aut parentum, sed tantum vt manifestarentur opera Dei in illo.

Pro quo notandum secundum beatum Greg. in prologo

logo ſuper moral.cap.20.ꝙ Dominus percutit in prę ſenti & flagellat homines, ſiue cœcitate, ſiue aliter, multis de cauſis.

Primo quidem ad correctionem & emendationem, vt.ſ. puluis peccati expellatur à corde. Da exemplum de ueſtibus, quæ ſolent interdum virga percuti, vt inde puluis excutiatur. Et de hoc habemus duas hiſtorias in nouo teſtamento. Prima eſt de languido qui ſteterat.38.annis paralyticus, Quē cum ſanaſſet Chriſtus, dixit illi. Vade & amplius noli pec. &c. Ioann.5. Per quæ verba apertiſſime innuit Chriſtus, ꝙ ille paſſus fuiſſet tam longā infirmitatē propter peccata ſua. Secunda hiſtoria eſt de illo Corintho, quē Paulus tradidit Sathanæ corporaliter vexandū, vt ſpiritus eius ſaluus fieret, eo quòd turpiter egiſſet, & incœſtū perpetraſſet cum nouerca ſua, i. cum vxore patris ſui. 1. Cor.5. Ecce quomodo dominus aliquod flagellat corporaliter in præſenti ad ſalutem animarum ſuarū. Et idō de hoc non debent murmurare, ſed potius ingētes gratias illi reddere. Vnde Heb.12.dicit apoſtolus, ꝙ dominus caſtigat quem recipit. Hinc ēt Amb. ſuper pſ. Beati immaculti.ſer.11.dicit, ꝙ flagella iuſto ſunt remedia ſalutis. Propterea Beatus Grego. de Beato Benedicto qui ſeipſum proiecit in ſpinas cum tētaretur à carne, dicit, ꝙ per vulnus corporis ſanauit vulnus mentis.

Secundo flagellat dn̄s in præſenti electos ad cautelam & præſeruationem, ne. ſ. de ſua iuſtitia inaniter glorientur & ſuperbiāt. Et de hoc habemus hiſtoriā de Apoſtolo Paulo, qui de ſeipſo loquens, aiebat. Ne magnitudo reuelationū extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis &c. 2. Corinh. 12. Nota etiam hiſtoriam de Petronilla filia B. Petri apoſtoli, quæ cū valde formoſa eſſet, tamen quaſi continuè febribus æſtuabat, cūq; à nonnullis interrogaretur ipſe Petrus cur eā ſic lan[gu]ere permitteret, cum tamen plurimos à febribus & [al]ijs languoribus curaret, reſpondiſſe fertur, dictam [inf]irmitatem ſaluti filiæ ſuæ expedire, ne. ſ. de pulchritudine

chritudine sua inaniter gloriaretur, aut abuteretur. Nota ĕt historiam de illo diuite ægrotante, quem cū visitasset quidam vir bonus, ait illi. Rogo vos oretis dominum vt me liberet cito ab hac ægritudine. Cui alter. Volo scire in quo statu estis melior quo ad Deum. At ille. Videtur, inquit, mihi quòd in ægritudine non perpetro tot mala sicut in sanitate. Non enim modo est mihi curæ luxuriari, neq; æpulari abunde, neque choreas ducere, & huiusmodi. Et ego (inquit alter) rogo dominum Deum vt vos diu cōseruet in hac ægritudine. De hac tamen oratione, seu petitione ægrotus fuit parum contentus.

Tertio flagellat dominus suos in præsenti quādoq; ad exercitationem, vt. s. det illis materiam, & occasionē merendi. Nam vt dicit Apo. 2. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Super quo dicit gl. ord. allegans August. ꝙ perfectio virtutis est quæ habet infirmitatē contrariam, cum qua legitime certet. Quis autem infirmitas seu quæuis aduersitas sit materia exercendæ virtutis, patet per figuram de Ioseph, de quo legitur Gen. 41. ꝙ in captiuitate positus valde creuit in fama, honore, & gloria. Item de filijs Israel legitur Exod. 1. ꝙ quanto magis opprimebantur à seruis regis Aegypti, tanto magis multiplicabantur & crescebant. Itē Iob in tempore tribulationis valde profecit, similiter & Thobias, Daniel, Esaias, Hieremias, Dauid, Ionas, & penè omnes prophetæ domini.

Quarto flagellat & percutit dominus malos quasi ad quandā futuræ eorum damnationis & perditionis inchoationē. Vt sunt illi, qui multas & varias ægritudines aliquando quidem leues, aliquando vero graues patiuntur inuitissime & impatientissime, ita vt in eis blasphement nomē Dñi, & quasi negēt nomen sanctū eius. In hoc magis ac magis iram Dei contra se cōcitantes, cū tñ tūc deberēt humiliari ad placandū dñm, ps. Exacerbauit dñm peccator, i. ad iracūdiam reuocauit. Tales ergo quodammodo inchoant suam damnationem in præsenti, iuxta illud Hiere. 17. Duplici cō-

tritione

tritione contere eos domine Deus noster. Idem Apoc. 18. Duplicate illi duplicia secundum opera eius, & de hoc habemus multas historias in sacra scriptura, vtpote de impijssimo illo rege Antiocho, de cuius corpore scaturiebant vermes horribiles dum adhuc uiueret, & multa similia. 2. Mach. 9. Item legitur 2. Paral. 21. de rege Ioram pessimo idololatra, & crudelissimo homicida, vtpote qui fratres suos gladio feriri fecit, quod tandē in vltionem tantorū ægrotauit pessimo languore vteri sui donec egrederunt vitalia sua paulatim per singulos dies. Item legitur Act. 12. de Herode Agrippa, quòd cum vellet se pro Deo adorari à subditis, mox fuit ab Angelo Dñi percussus, videlicet dolore vehementissimo ventris, vt dicit Iosephus lib. 2. antiquitatū. Et tandē post dies quinq; consumptus à vermibus miserabiliter expirauit. Noui etiā locum, prophanū tñ, in quo requiescit cadauer cuiusdā miseri peccatoris, qui mirabilem dentium dolorem non ferens, seipsum laqueo suspendit, & sic mortuus est. Hi ergo omnes & similes de duris tormentis & cruciatibus huius seculi tandē descenderunt ad durissima & inexcogitabilia inferni tormenta.

Quinto flagellat quādoq; quosdā Dominus in præsenti ad boni conseruationē. Da exemplum de cineribus qui super ponuntur igni, vt sic conseruetur. Ignis est charitas. Cinis tribulatio & aduersitas, per quam cōseruatur ignis charitatis gratiæ, & virtutis. Propter quod dicebat Apo de seipso loquens. 2. Cor. 12. Libēter inquit, gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.

Sexto & vltimo immittit dominus aduersa ad gloriæ suæ manifestionem, & nominis sui exaltationem. Et de hoc non adduco aliud testimonium præter cœcum natū, de quo dicit Christus discipulis suis, quod ideo cęcus natus fuerat, vt manifestarentur opera Dei in illo.

Quęritur circa præsentem historiā, vnde est quod aliqui nascuntur cęci, aut etiam prius videntes orbātur

tur visit? Respondeo, ad hoc potest dari & assignari ratio quadruplex.

Prima est ex parte naturæ, vtpote cũ virtus generatiua non est sufficiens ad producendum sibi simile, vel etiam cum materia non est apta ad debitam organizationem, sicut patet in monstris, in quibus aliquando materia superfluit, aliquando vero deficit.

Secunda est ex parte casus & fortunæ, sicut patet in illis qui ab extrinseco, siue infirmitate, seu ex aliquo accidenti priuantur aliquo sensu corporeo, siue visu, siue auditu, aut huiusmodi, sicut communiter accidit. Aliquando etiam quandoque memoria. Vnde narrat Valerius lib. 1. de miraculis, de quodam literatissimo viro, qui ex iactu lapidis super caput suum perdidit omnem scientiam suam. Cætera aũt omnia retinebat tenacissima memoria. Refert etiã Plinius in naturali historia lib. 7. c. 24. de quodam alio ægroto, qui ex infirmitate ad tantam deuenit obliuionem, vt nedũ obliuisceretur nominum seruorum suorum, verum etiam proprij nominis. Dicebatur autẽ iste homo Messalla coruinus orator.

Tertia est ex parte culpæ commissæ, quia enim oculus fuit forte instrumentum & organum cõmissæ culpæ, ideo iustum est vt puniatur homo peccator per priuationem visus. hinc dicit Hiero. 3. parte epistolarum suarum, epistola. 6. quòd meretur cęcitatis subire supplicium, qui parentum vultus, vel toruo visu despexerit, vel elatis oculis pietatem læserit. Dictum autem Hieronymi conforme est sententiæ sapientis dicẽtis. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur Sap. 11.

Quarta ratio est ex parte bonitatis diuinæ. Misericorditer enim agit Deũ cum multis, quando. s. aufert ab eis occasionem peccandi; hoc ãt maxime fit ꝑ subtractionẽ visus, eo quod ꝑ incautũ aspectum penè infinita peccata committuntur. & vt dicit lamentando sanctus ille propheta Hieremias in persona peccatoris Thren. 3. Oculus meus depradatus est animã meá in cunctis filiabus vrbis meæ. Nam vt dicit Augu.

ad

ad fratres in Eremo, ser. 31. Oculus est ianua cordis & nuncius: Et post pauca. Multa inquit mala per oculos fiunt. Si.n. Dauid oculos clausisset, fœminam non vidisset, adulterium non commisisset. Si Iudas pecuniā non vidisset, magistrum suum minime tradidisset. Si sodomitæ oculos clausissent, iuuenes non uidissent, nec tandem perijssent. Idem dic de vxore Phutifaris quo ad Ioseph. Ge. 39. Idem similiter de duobus presbyteris quo ad Susannam Dañ. 13. & huiusmodi. Claudamus igitur oculos nostros charissimi, aut saltē auertamus ne videant vanitatem. Custodiamus diligenter ianuam cordis nostri ne latro qui assidue procurat intrare, veniat, & cuncta bona deuastet & depredetur, vt dicit idē Augustinus vbi supra. Vnde satis ad ꝓpositum legitur in vitis fratrum ordinis prædicatorū de magistro Iordane, qui post beatū Dominicum fuit primus generalis magister eiusdē ordinis, quod cū amisisset vnum oculū, non est inde contristatus, sicut neq; Thobias de amissione vtriusque, sed lætanter ait. Gratias ago Deo meo, quia amisi vnū de inimicis meis. Et breuiter melius est ad vitam æternā intrare cū vno oculo, aut etiam absq; oculo, quàm duos oculos pulchros & luminosos gerendo mitti in ignem æternū: hic cadit exemplum de illa casta muliere, quam cum illicite amaret quidam iuuenis, interrogauit eū quid in ea esset, quod ei plus placeret. Ait ille. Certe sunt formosi oculi vestri. Quod illa audiens in crastinū erui sibi oculos, & in disco illos ad eum misit. Quod factum, ille cernens abhoruit, & pœnitentiam egit. Illa tamen incaute fecit nisi forsan fuerit diuinitus inspirata ad hoc faciendum. Patet ergo &c.

Secundo in præsenti euangelio fit mentio de cœci nati illuminatione. Christus.n. spuit in terrā & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos cœci nati, & dixit ei. Vade & lauare in natatoria Syloe, quod interpretatur missus. Abijt ergo ille & lauit, & venit videns. Ecce miraculi descriptio. Circa quod possunt moueri aliqua dubia.

Pri-

Primum igitur dubiũ est. Cur Christus spuit in terram, vt inde faceret lutum, maxime cũ ipsum cœcum natum potuisset solo verbo illuminare. Sic.n. legitur fecisse cuidam alteri cœco, qui secus viã mendicans clamabat, dicens. Dñe vt videam. Cui Christus, Respice. Et continuo vidit. Luc. 18. Similiter legitur Mat. 9. de duobus alijs cęcis, quorum oculos solos solo tactu aperuit ipse Christus. Responsio. Christus circa hunc cœcum voluit procedere modo prædicto propter tria Primo quidem vt facto ostenderet se esse illum, qui primum hominem de luto, seu de limo terræ formauerat. Secundo vero vt ostenderet virtutem suæ humanitatis, quæ, inquantum erat organum suæ diuinitatis, habuit quandam salutarem virtutẽ. Propter quòd dicit dominus Petrus de palude. distinct. 1. quarti sententia. quòd singula Christi membra cõtinebant excellenter, & excedenter omnem virtutem herbarum, & quoruncunque vnguentorum. In cuius rei testimoniũ dicitur Lu 6. quod omnis turba quærebat Christum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Tertio autem hoc fecit, vt ostenderet, quòd in illuminatione peccatoris à cęcitate peccati, quæ fit per gratiam, vult regulariter vt causæ secũdæ concurrant, & signanter motus liberi arbitrij per detestationem peccati. Nã vt dicit Aug. de verbis Domini ser. 15. Sine voluntate tua non erit in te Dei iustitia. Esse.n. potest iustitia Dei sine voluntate tua. Sed in te esse non potest, nisi per voluntatem tuam, quia qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te, hæc ille in forma.

Secundũ dubium est. Cur Christus misit prædictum cęcum ad distantẽ locũ, s. ad natatoria Syloe, quæ erãt ex opposita ciuitatis parte, extra tamen vrbem? Respõdeo, huc iussit cœco Christus ad confutandũ Iudæorũ duritiam. Nã illic eundo oportebat ipsum transire ꝑ medium ciuitatis Hierusalẽ, & sic ab omnibus videri cum luto super oculos. Demũ illac transire redeundo cum apertis oculis. Postquam ergo iudæi viderũt eũ

cęcum euntem,& videntem redeuntem, merito credere debuerunt in ipſum Chriſtum. Quod tamen minime fecerunt. Quinimmo ipſum miraculum quantum potuerunt impugnauerũt, vt poſtea dicetur. Nũc ergo impij, & increduli iudæi excuſationem non habent de peccato ſuo, vt habetur Ioan. 15.

Tertium dubium eſt: Ex quo homo ille cœcus erat etiam à natiuitate, mirum eſt quomodo Chriſtus præceperit ei, vt iret ad natatoria Syloe, quæ erat iuxta vrbem vt dictum eſt, vt in ipſis ſe lauaret. Erant. n. ad radicem montis Sion, ſecundum glo. ord. Reſpondeo, Chriſtus, qui hoc præcepit cœco nato, non præcepit vt ſolus illuc iret. Et ideo potuit eſſe vt conductorem habuerit. Inſuper poteſt dici, quod Chriſtus, qui illi præcepit illic ire exterius, potuit eſſe eius ductor interius, pſal. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. De origine autem huius fortis refert magiſter in hiſtoria ſcholaſtica, ꝙ cum Manaſſes rex Iuda faceret ſecari Eſaiam prophetam ſerra linea, eo ꝙ ipſum reprehenderet de malis ſuis, cępit valde ſitire dictus Eſaias. Qui tamen minime potuit obtinere potum, etiam aquæ frigidæ ab ipſo rege. Quod videns recurrit ad Dominum per deuotam orationem. Et ecce mox fons diuinitus cępit erumperę de terra. Qui in altum ſaliens, aſcendit vſque ad os Prophetę Domini, & ſic potatus eſt diuinitus. Et ideo bene interpretatur dictus fons Syloe, i. miſſus, vt habetur in euangelio, eo forte quòd à Domino fuiſſet miſſus ad ipſum Eſaiam. Vel in ſignum, quod illic eſſet à Christo mittendus cœcus, de quo hic agitur, prout rei probabit euentus.

Myſtice ſecundum gl. or. iſte cęcus à natiuitate ſignificat genus humanũ, quod recte dicitur ċęcũ à natiuitate, eo quod ſtatim natũ excęcatum fuit per priuationẽ luminis diuinæ gratiæ, & hoc ad procurationẽ diaboli. Poſtquam ergo genus humanũ per annos plurimos ſic excęcatum ſteterit, tandem illius miſertus pater miſericordiarum, & qui illuminat cęcos, ſpuit in

terram

terram, proprium filium in mundum istum destinãdo. Deinde lutum fecit ex sputo suo vnitus cũ puluere terrę. Hoc autem fuit qñ in effectu Dei verbum humanæ carni fuit vnitum. Et tunc facta est quasi quædam mixtura, qñ. s. Dei filius factus est homo, & ediuerso homo factus est Deus, i. factũ est, vt Deus esset homo &c. Ex isto autẽ sanctissimo luto tunc liniti sunt oculi cęci nati, & visum recepit, qñ. s. Dei verbum factum caro operatum est salutem nostram in medio terræ, illuminando fidem in cordibus Christi fidelium. Et hoc significatum fuit per Longinum, qui in lanceatione lateris Christi visum recepit. Ioan. 19.

Moraliter exponendo hunc textum tria sunt principaliter videnda.

Primo. n. videndum est quid significet iste cęcus. Certe significat quemlibet peccatorem, iuxta illud Sophoniæ. 1. Ambulabunt, vt cœci, quia dño peccauerunt. Item Sap. 2. Excœcauit eos malitia eorum, & nescierunt sacramenta Dei, videlicet considerando quã tæ sint dignitatis, vtilitatis, necessitatis, pœnalitatis, s. quantum ad indigne suscipientes ea, & huiusmodi. De hac cœcitate figura legitur 4. Reg. 25. de rege Sedechia, quem captiuum tenens rex Nabuchodonosor ab eo vtrunque oculum erui fecit, & tandem ipsum in carcerem reclusit. Rex Nabuchodonosor est diabolus, Sedechias pauper peccator, quem captiuum tenet postquam ad peccatum attraxit ipsum. Quo facto eruit sibi vtrunque oculum animæ. Primo quidem dextrum vt non videat quanta bona peccando amittit, Eccl. 9. Qui offenderit in vno, multa bona perdet. Secundo oculum sinistrum sibi eruit, vt nõ videat, neque cogitet quanta mala peccando incurrit, tam in præsenti, quàm in futuro. Finaliter autẽ ipsum in carcerẽ perpetuũ recludit quando in morte infelicẽ animã ad inferna secũ trahit, Mat. 8. Ligatis manibus & pedibus mittite eũ. &c. Ecce ergo miserabilis, & periculosa cęcitas, pro qua orare debemus dñm, vt nos ab ea liberet, dicentes. A cęcitate cordis, libera nos dñe.

Quemadmodū ergo cęcus in iudicando sæpe decipitur, quia vbi credit ire ad orientē, sæpe vadit ad occidente. Item à cane vel puero sæpe ducitur. Item plerunque non timenda timet, & timenda non timet. Itē vbi latere se putat qńq; ab omnibus intuetur. Sic etiā peccator recte vadit ad infernum, cum tń falsè speret ire ad cęlum. Item ducitur ab affectu carnali. Item timet pœnas huius seculi, & non inferni. Itē videtur à Deo, ab angelis, & omnibus Sanctis, à dæmonibus, & ab hominibus frequenter. Aug. in regula de cōi vita clericorum. Videtur omnino, & à quibus se videri nō arbitratur. Ecce quid cœcus iste significat.

Secundum videndum est quomodo, & vnde illa cœcitas spiritualis causatur. Certe causatur suo modo, sicut & cœcitas corporalis. Cœcitas autem corporalis causatur multipliciter. Primo quidem ex vehemēti, & impetuoso vento. Sic & cœcitas animæ frequēter causatur ex maximo vento superbiæ. Sicut patet de illis, q̄ suscitati de puluere, & de stercore, vt sedeāt cum principibus, & solium gloriæ teneant, decognoscunt se. Vnde diabolus videtur minari talibus, & dicere illud Zach. 12. Omnem superbum percutiam cœcitate. Secundo verò causatur cęcitas corporalis ex puluere iniecto abundanter in pupillam oculi. Sic, & cęcitas spiritualis causatur ex abundantia temporalium, & per auaritiam, Eccl. 20. Munera excœcant oculos potentum. Figura de hoc Thobiæ 2. de stercore hirundinis, quod cadens super oculos ipsius Thobiæ, eum totaliter excœcauit. Stercora sunt tēporalia bòna, secundum illud Apost. Philipp. 3. Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifacerem. hæc igitur stercora sunt quæ excœcaut oculos multorū. Tertio autē causatur cœcitas corporalis ex intenso ignis ardore. Sicut videmus de fabris, cocis, & alijs, q̄ habēt sæpe de prope accedere ad ignē, qꝛ habent cōiter debilē visum. Sic spiritualiter cœcitas aïæ causatur ex ardore ignis concupiscētiæ, Psal. Super cecidit ignis, supple luxuriæ, & non viderunt solē per recor-

dationem diuinorum iudiciorũ, quo olim fecit Deus de luxuriosis, & carnalibus hominibus. De hoc figura legitur Iudi. 16. de Dalida, cuius medio, & occasione, seu magis proditione, captus fuit, & excœcatus vir eius Sanson. Dalida in proposito est carnalis concupiscentia, Sanson spiritus rationalis, quem sæpe dicta Dalida suis blanditijs prodit inimicis dæmonibus. Et hi sunt Philistijm dictum Sansonem medio Dalidæ excœcantes. Quarto etiam causatur carnalis cœcitas ex vehementi claritate, siue ab excessiuo sensibili. Nam excellens sensibile corrumpit sensum. Vnde multi excœcati fuerunt per coruscationes, & similia. Sic spiritualiter cœcitas animæ causatur occasionaliter propter nimiam præsumptionẽ claritatis sui sensus, ingenij, aut intellectus. Vnde videmus frequenter viros literatos, & de sua scientia superbientes cadere in magnos, & graues errores. Ecce cęcitas animæ. Qui. n. fecerunt, & seminauerunt magnos errores in ecclesia, nisi viri magni, & literati? volentes quidem sapere plusquam oportet sapere, suam quoque scientiam ad indebitum finem ordinãtes. De quibus potest intelligi illud verbum Apost. Rom. 1. Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorũ, &c. Ecce cœcitas mentis, quæ etiã causatur eisdem modis in suo genere, quibus causatur cœcitas corporalis.

Tertio videndũ est, quõ potest remediari contra huiusmodi cęcitatẽ, & quõ potest curari. Circa quod notandũ, ꝙ tribus modis potest curari. Primo quidẽ per memoriã mortis, Eccl. 7. Memorare nouissima tua, & in æternũ, &c. & Hiero. 3. parte epist. suarũ, epist. 85. Nõ facile in peccata labitur, qui se moriturũ cogitat, & Deũ sibi fore iudicẽ non ignorat. Ista autem memoria mortis valens ad prædictũ effectũ significatur per hoc ꝙ Christus ex luto liniuit oculos cœci nati. Nam linire oculos luto, est memoriam mortis in corde suo habere. Secundo verò potest curari cęcitas men-

tis per propositum vitæ melioris. Hoc autem significatum est per hoc ꝙ Christus misit cœcum natum lutum super oculos habentem ad natatoria Syloe. Qui .n. quærit remedia salutis, iam habet bonum propositum vitæ melioris; & quodammodo incipit bonus fieri. In cuius figuram legitur Luc. 17. de decem leprosis, ꝙ cum irent ad sacerdotes legis, vt se illis ostenderent, prout Christus illis iusserat, mundati sunt in via. Tertio autem potest curari dicta cœcitas per veram confessionem oris. Hoc autem significatum est per hoc, ꝙ cœcus natus postquam lauit se in fonte Syloe, venit videns. Nam plerique veniunt ad sacramentum confessionis cœci tam per culpam, quàm per dãnabilem ignorantiam, qui tamen inde redeunt clarè videntes, tam per gratiam, q̃ per fructuosam discreti confessoris instructionem, qui eos erudit multipliciter, vtpote ostendendo illis commissorũ delictorum suorum grauitatem, status in quo iacuerunt periculositatẽ, & quam deinceps tenere habebunt viã salutarem. Ecce quid prodest confiteri discreto confessori. Bene ergo scribitur, & consulitur de pœni. dist. 6. qui cõfiteri vult. cũ dicitur, Qui vult confiteri, debet quærere sacerdotẽ scientem ligare, & soluere, ne si cœcus cœco ducatum præstet, ambo in foueam cadant.

Quæret forsan aliquis, qũo potero cognoscere, ꝙ ĩ fonte confessionis sim illuminatus per gratiã? Rñdeo hoc tibi signũ sit. Sicut .n. corporaliter illuminatus maculas etiã minimas in veste sua videt, & inde eas abijcit, sic & tu si illuminatus fueris ꝑ gratiã in sacramẽtali confessione, cognosces, & videbis in veste consciẽtiæ tuæ minima peccata, si qua ibi lateãt, & studebis ex inde abijcere de illis dolendo, & conterẽdo, ẽt pectus tundendo. Nã sicut in veste munda, & alba, modica macula mox percipitur, in veste autem nigra, & sordida maculæ etiam quandoque notabiles, & grossæ non videntur, ita in proposito, &c.

Secundo principaliter in præsenti euãgelio fit mẽtio de miraculi impugnatione circa cœci nati illuminationem

nationem. Hæc aũt impugnatio siue examinatio fuit quadruplex. Prima fuit vicinorum. Scd'a pharisæorũ. Tertia parentum. Quarta eorundem pharisæorum.

Prima igitur impugnatio dicti miraculi fuit vicinorũ, de quibus legitur in textu euãgelij, ꝙ cũ dictus cœcus rediret de fonte Syloe apertis oculis, dicebant adinuicẽ. Nõne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebãt q̃a hic est. Alij aũt dicebant nequaquã, sed similis est illi. Sed ipse cęcus hãc impugnationẽ sufficienter eliminauit, cum ait illis. Quia ego sum. Caussa autem dictæ controuersiæ fuit, quia visus illi restitutus immutauerat faciem eius.

Moraliter autem per hoc significatur, ꝙ peccator per confessionem lotus, & à domino per gratiam illuminatus, non vltra recognoscitur à dæmonibus, eo ꝙ mutatu s sit in virum alterum. Et de hoc habes pulchrũ exẽplũ in speculo exemplorum dist. 4. exemplo 4. de quadam muliere Romana, quę conceperat, & pepererat filium ex proprio filio. Vide ibi. Cumque vicini interrogassent dictum cœcum quomodo vidisset ait illis. Ille homo qui dicitur Christus, lutũ fecit ex sputo, &c. Et sic patet de prima impugnatione dicti miraculi, & de satisfactione ad impugnationem.

Secunda impugnatio dicti miraculi fuit pharisæorum. Ad quos adduxerunt prædicti vicini hominem, qui illuminatus fuerat. Erat autem sabbatum in die illo. Hũc ergo cum interrogassent pharisæi, ait illis: Lutum posuit super oculos, &c. Quo audito aliqui impugnabant ipsum miraculum dicentes, Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem, vt boni, dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Iterum interrogauerũt eum pharisæi dicentes. Tu quid dicis de illo, &c. Ille autem dixit, quia propheta est. Ecce digna, & sufficiens satisfactio ad dictam impugnationẽ secundam. Et verè bene, & catholicè respondit cœcus illuminatus. quia Christus fuit Propheta ille magnus iudæi promissus Deut. 17.

Moraliter. Per hoc ꝙ iste cœcus illuminatus, interrogatus à pharisæis, veritatem non siluit, sed de plano eam confessus est, significatur, quòd quicunque adducitur in iudicuim ad ferendum testimonium super aliquo dubio, debet fateri veritatẽ quam nouit, aliàs grauiter prouocat Dei iram contra se, vt patet 11. q. 3. quisquis.

Tertia impugnatio dicti miraculi fuit ex parte parentũ, qui ipsum quodãmodo impugnabant, licet indirecte, in hoc, s. ꝙ veritatẽ aperte dicere nón audebant, eo ꝙ, vt dicit euãgelista, timebant iudæos. iã. n. cõspirauerant vt si quis confiteretur, &c. Propterea cũ eos vocassent pharisæi, & interrogassent dicentes: Nõ ne hic est filius vester quẽ dicitis, i. fingitis, ꝗa natus est cęcus? Qũo ergo nũc videt? Respõderũt dicẽtes, Scimus, ꝗa hic est filius noster, &c. Moraliter multi sunt hodie similes parẽtibus cęci nati, qui timentes potentes, & nobiles plusquã Deũ, nolunt veritatẽ dicere, ne s. incurrãt malã gratiã eorũ, aut ne damnũ patientur siue ĩ corpore siue ĩ bonis exterioribus, ps. Trepidauerunt timore, vbi non erat timor, i. vbi nõ erat timẽdũ.

Quarta impugnatio sæpe dicti miraculi fuit eorundẽ phasisæorum rursus dicentiũ eidem cęco nato illuminato. Da gloriam Deo. Scimus, quia hic peccator est. O grauis impugnatio. O horrenda blasphematio. O stupenda iniuriatio, vocare eum peccatorẽ, qui peccatores iustificat, & qui pro peccatoribus mori venerat. Cætera quæ sequuntur in textu, plana sunt, quę pro vitanda prolixitate pertranseo.

Nota autẽ iuxta historiã, ꝙ cęcus iste dicebatur Cedoninus, qui post dñi ascẽsionem venit Massiliã cum Magdalena, Martha, & Lazaro. Cuius corpus nunc requiescit honorifice reconditũ in Ecclesia S. Maximini ordinis fratrũ Prædicatorũ in prouincia, multis coruscãs miraculis. Hunc igitur deprecemur, vt eius meritis, & præcibus Christus Iesus nos illuminet in pręsenti à cęcitate cordis, vt tandẽ ipsum clare, & nude videre possimus ĩ cęlis. Qnod nobis cõcedat, qui, &c.

FERIA V. POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE



BAT Iesus in ciuitatē quæ vocatur Naym Luc. 8.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de his, qui ante apertas tabulas hęreditates trāsmittunt. l. vnica, quæ incipit, per hāc iubemus. circa finē dicit, ꝙ desolatis & tristibus est cōsulendum. Casus est talis. Est aliquis papillus quo vno & eodē die perdidit patrē, & matrē, fratres, sorores, cognatos, & quotquot sibi attinebant, quos omnes & singulos eodē die mors inuida rapuit. Nonne ergo talis habet magnā tristitiæ & desolationis materiā? Vtiq; certe. Et ideo, vt dicit prędicta lex, est tali consulendum ne in tanta aduersitate desperet, aut ne ex vehemēti tristitia mortē īcurrat. Ista lex ciuilis est cōformis legi diuinę, de qua Ecclesi. 7. dicitur. Non desis plorātibus in consolatione. Ac si aperte diceret Spiritussanctus, qui est actor sacræ scripturæ. Cōsolare lugentes illis compatiendo. Hoc. n. est maximū pietatis & misericordiæ opus, etiam maius quàm sepelire mortuos, vt dicit gl. ord.

Moraliter. Prædicta lex potest tripliciter exponi secundum, ꝙ sunt tria genera desolatorum & tristium.

Primo igitur potest exponi de pijs animabus in purgatorio existentibus, q̄ sunt certe in maxima tristitia, desolatione, & pœna. Prima quidē ī maxima tristitia, & hoc propter carentiā visionis beatificæ, quamuis ad tēpus spiritus humanus existens in purgatorio interrogaret seipsum, dicens illud psal. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? profectò posset respōdere & dicere sibijpsi, Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dū dicitur mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus, à te supple pro tēpore beatificè absconditus. Nihilominus spera in Deo, quoniam adhuc cōfitebor illi, qui supple est salutare vultus mei & Deus

meus. Et tota quòd hic est quæstio de confessione diuinæ laudis cœlestialis. Secundo dictæ animæ sunt in magna desolatione, eo potissimum quòd non habēt consolatorem, seu auxiliatorem. Sed à parentibus & amicis Deimittuntur lugere & eiulare multo tempore in illo igne ardentissimo purgatorij. Propter quod vnaquæque talis pie alloquitur amicos & hęredes bonorum, dicens illud Iob 19. Misereminι mei, misereminι mei, saltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Dein de pia anima illa conqueritur de negligentibus auxilium ferre, di. Quare persequimini me, i. persequi me patimini, sicut Deus, & carnibus meis, i bonis per me congregatis saturamini? Tertio dictæ animę sunt in magna & indicibili pęna. De qua loquens August. lib. de vera & falsa pœnitentia c. 18. & similiter recitatur de pœ. dist. 7. nullus. dicit, quòd ignis purgatorij, etsi æternus non sit, miro tamē modo est grauis. Excellit. n. omnem pœnam quam nunquàm passus est homo in hac vita &c. Propter ista ergo tria quantocyus consulendum est prædictis animabus desolatis & tristibus.

Tertio prædicta lex pōt exponi de multis timoratis viris ac mulieribus, qui cum accedunt ad confessionis sacramentum, videntur quandoque multum desolari & tristari, & potissimū mulieres, & hoc forte propter peccata cōmissa, quasi desperātes de diuina gratia & misericordia, siue etiā propter varios scrupulos quos interdum patiuntur, siue propter alias causas. Taliter ergo desolatis & tristibus cōsulere debet discretus cōfessor. Tum ostendendo eis q̄ misericors est dominus, quàm pius, quàm benignus, & quàm dulcis est omnibus peccatoribus quantūcunq; malis ad eum redire volentibus per veram pœnitentiā. Tum promittendo eis auxiliū per orationis suffragiū, & cæterorū bonorum, quæ vnquā continget per eundem fieri, dummodo velint se iuuare, & spem suam in dn̄o ponere. Tum paruam & leuē pœnitentiā iniungendo. Sępe. n. multi & graues peccatores etiā quasi desolati & desperati de

ti de Dei misericordia, reducuntur ad Deum per modos prædictos ac similes. Et de hoc aliquãdo experientia me certiorem reddidit. Vnde & Apo. 1. Thess. 5. videtur alloqui domino & patres confessores, cum ait, Consolamini pusillanimes. Si.n. medicus corporum consolatur súos patientes, quanto magis medicus animarum sibi confitentes? Et præsertim vbi videt eos trepidare nimium, aut forte desperare de Dei bonitate. Nihilominus debet obstinatos & in peccatis suis inueteratos durè & seuerè increpare. Debet enim discretus cõfessor esse tanquam arca Moysi, in qua erãt virga & manna. Virga in proposito significat seueritatem & duram increpationem confessoris erga obstinatos & à peccatis abstinere nolentes, aut proximis iniurias remittere recusantes, & huiusmodi. Manna vero designat mansuetudinem quã debet habere erga tristes & desolatos.

Tertio prędicta lex potest magis ad propositũ exponi de illis qui affliguntur in cordibus suis propter aduersa quæ superueniunt eis, vt sunt amissio temporalium, mors amicorum & parentũ. De primo habemus historiam Iob 2. vbi legitur, ꝙ tres amici Iob venerũt simul vt consolarentur eũ inter grauia, & varia aduersa constitutum, inter quæ computatur amissio omnis substantiæ suæ temporalis. De secundo similiter legitur historia 2. Reg. 10. de Dauid, qui misit seruos suos ad Amon regẽ filiorum Amon vt consolarentur eum super morte Naas patris sui. Item Io. 11. legitur, ꝙ iudæi venerunt ad Mariam & Martam vt consolarẽtur eas super morte Lazari fratris earum. Taliter etiam desolatis, & tristibus aliquando cõsulere voluit Christus, sicut in effectu ostendit per historiam præsentis euangelij, vbi legitur ꝙ cũ ipse vidisset mulierem uiduam mirabiliter flentem post feretrum, in quo deferabatur corpus vnici filij sui vt sepeliretur, consolatus est eam verbo, dicens illi, Noli flere. Item facto restituens ei filium suum veraciter resuscitatum.

Secunda

Adolescens tibi dico surge Luc. 7.] Scribitur extra de prę scriptionibus.c. 1.q incipit placuit.q sententia retractata omnia restituuntur in pristinū statum. Casus est talis. Aliquis diues mouet processum contra vicinum suum pauperem ratione alicuius fundi, iniustè tamē eum vexās. Nihilominus officiarij forsan muneribus & donarijs corrupti proferunt sententiam in fauorē diuitis. Quo fit vt pauper ponatur extra possessionem suā. Quod videns, de consilio peritorū appellat & euocat materiam ad superiorem curiam, in qua obtinet sententiam pro se. Qua obtenta petit reponi in possessione sua priori. Diues autē contradicit. Quid ergo iuris in hoc casu? Certe debet reponi in priori possessione sua, quia vt diffinit concilium Affricanum per dictam decretalem, sententia retractata omnia restituuntur in pristinum statum.

Moraliter, Deus iudex iustus & fortis dupliciter iudicat & sententiat causas ante eum delatas. Primo modo secundum præsentem iustitiam. Secundo modo secundum finalem eius ordinationem. Secundus modus iudicandi sententias & materias, à Deo nunquam reuocatur, dicente Psal in persona domini. Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. Primus autem modus bene reuocari potest, quinimmo frequenter reuocatur, iuxta illud de pœ dist. 1. nouit. Nouit inquit Amb. Deus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. Quod quidem verbum intelligitur secundum gl. de sententia comminationis. Et de hoc habemus historiam de Niniuitis, de quorū ciuitate prædixerat propheta in spiritu domini, dicens, Adhuc 40. dies, & Niniue subuertetur. Ionæ. 2. Et tamen hæc sententia immutata est post quam ipsi Niniuitæ pœnitentiam agere cœperunt. Idem habes de rege Ezechia, qui fuerat dictum per prophetā ex parte domini. Disponi domui tuæ, quia morieris tu & nō viues. Et tamen non est tunc mortuus. Istę ergo sententiæ & cōsimiles sunt magis comminatoriæ quàm assertiue

sertiuæ seu diffinitiuè. Propter quod dicunt doctores theologici ꝙ si Deus reuelaret alicui suam futurā dānationē, non deberet propterea desperare, sed deberet hoc accipere ꝑ modū cōminationis. Ecce q̄uo primus modus quo Deus iudicat aut reuelat aliquid esse faciendū, reuocari potest. Et hoc insinuatur ꝑ hoc quod Christus reuocauit de morte ad vitā quendā adolescē tem, de quo legitur in euang. hodierno, cū ait illi, Adolescens tibi dico surge. Quem etiam restituit in pristinum statum, s. Idem merendi & demerendi.

In præsenti ergo Euang. de tribus principaliter fit mentio, videlicet, De miseria humana ibi. Ecce defunctus efferebatur, &c. de pietate materna. ibid. Et hæc vidua erat. De potestate diuina. ibi. Adolescens tibi dico surge.

Primo igitur fit mentio &c. Pro quo notandum, quòd vt refert Lucas postquam Christus curauit seruum Centurionis, qui iacebat paralyticus in ciuitate Capharnaum ibat in ciuitatem, quæ vocatur Naym, quæ est ciuitas Galileæ, distans à monte Thabor per duo miliaria, vt dicit glo. ord. Et ibant cum eo discipuli eius. Ecce sancta societas. Et turba multa. Non tamen omnes eadem mente post illum ibant, quia aliqui ex curiositate. Alij propter sanitatem recuperādā. Alij vt ipsum reprehenderent. Alij vt proficerēt in doctrina eius. Notanter autem dicit euang. quòd turba multa sequebatur Christum, quia commune est pauperibus & simplicibus, atque idiotis sequi Christum & prædicationes. Diuites autem circa terrena se occupant. Vñ Aug. libr. 8. confessi. Surgunt indocti & cœlū rapiūt &c. Sequitur. Cum autē appropinquaret por ta ciuitatis, ecce defunctus efferebatur &c. Ecce humana miseria, scilicet mors, cui subiacet omnis proles Euæ, iuxta sequentia metra. Est commune mori, mors nulli parcit honori. Diues & fortis veniunt ad funera mortis Vnde ps. Quis est homo qui viuet & non videbit mortem? Quasi diceret, Nullus, quia vt habetur Heb. 9. Statutum est omnibus hominibus semel mori.

Est

Est ergo simile de morte sicut de acuta falce, q̃ deijcit in terram omnem herbam tam siccam, quàm viridem, ita in proposito de iuuene & sene.

Circa autem istam primam partem euangelij quęruntur aliqua dubia.

Primo quęritur quare Dñs rapit frequẽter ꝑ mortem adolescentes & elegantes iuuenes, interdũ relinquens super terram viuere senes infirmitosos, atque calamitosos homines in nullo vtiles mundo.

Ad hoc dubium potest primo rñderi in generali, ꝙ Deus ita facit, quia ita vult, & ita sibi placet, nec suæ voluntatis possumus assignare aliam rationem, & hoc ex parte ipsius volentis: non enim licet dicere ei, cur ita facis Iob 11. Vnde legitur in vitis patrum, ꝙ cum beatus Anto. de hoc admirans cogitaret, facta est vox ad eum de cœlo dicens. Anton. ad te ipsum intende, & de iudicijs Dei non te intromittas, quia ea te scire non conuenit. Nihilominus in particulari, & ex parte rei volitę possumus assignare plures rationes cur Deus ita facit.

Prima est ne tales adolescentes diu viuendo insolescãt, siue ex consortio malorũ, siue ex propria iniquitate, siue aliunde. Vnde Sap. 4. Placens Deo factus dilectus & viuens inter peccatores trãslatus est, raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Ex quo patet, ꝙ multi moriẽtes in adolescentia aut iuuentute saluantur, qui forte damnarentur si vlterius superuiuerent.

Secunda ratio huius est ne vbi tales sunt mali, fiant diu viuendo deteriores, ps. Viri sanguinũ & dolosi nõ dimidiabunt dies suos. Tum quia peccata & signanter carnalia, consumunt corpus. Tum quia tales plerunq; immiscent se brigis, sequuntur bella, & huiusmodi, & ibi frequenter occidũtur. Tum quia si diu viuerẽt, nimis opprimerent bonos. Insuper in dies augerent suã dãnationẽ. Et ideo quodãmodo ad eorũ vtilitatẽ fit, ꝙ cito morientes descendant in infernũ. Esa. 28. Ego dixi in dimidio dierũ meorum vadam ad portas inferi.

Tertia

Tertia ratio est indignitas mundi. Et ista ratio respicit tantū bonos, quos quandoque cito aufert Deus de mundo, quia nec parētes, nec mundus dignus erat tales habere. Vnde de viris iustis dicit Apost. Heb. 11. Quibus dignus nō erat mundus. Item Greg. lib. 3. dialogorum, dicit ꝙ malitia remanentium meretur vt hi qui prodesse poterant, festine subtrahantur.

Quarta ratio est ne tales vbi boni sunt diu viuendo imitentur scelera parentū, & fiant participes coinquinationis eorū, & per consequens æternę damnationis eorundem. Et propter hanc causam secundū August. lib 1. q. noui & veteris testamenti. q. 13. infantes in sodomis simul cum parentibus cremati sunt, ne scilicet diu viuentes exempla sequerentur parentum. Nam vt postea ibidem subdit idem Aug. perdifficile est natos de malis progenitoribus, & inter nequissimos educatos, vel conseruatos, mentem suam temperare ad disciplinam Dei sequedam.

Quinta ratio est propter pctā parentum. Constat. n. ex communi doctrina sacræ scripturæ, atq; sanctorū doctorum, ꝙ Deus aliquando punit temporaliter siue corporaliter filios propter peccata parentum, secundum quod ipsemet loquitur Exo. 20. dicens. Ego Dñs zelotes & fortis visitans iniquitatem patrū in filios in tertiam & quartam generationem eorū, qui oderūt me. Et de hoc extat manifesta historia 2. Reg. 12. de filio quem genuerat Dauid in adulterio ex Bersabeæ, qui in pęnā peccati patris mortuus est. Patet ergo solutio ad dubium primum.

Secundo quęritur iuxta illud antedictum verbum. Ecce defunctus efferebatur, supple ad sepulchrum. Vtrum prosit animabus defunctorum quod eorum corpora honorifice sepeliantur in locis sacris. Hanc quæstionem mouet Beatus August. in lib. de cura pro mortuis agenda. Et similiter post eum Beatus Tho. 4. sen. distin. 45.

Pro solutione huius quæstionis præmittēdū est quomodo olim varijs modis se habuerūt viuētes circa cadauera

dauera parentũ ſuorũ. Nam apud Romanos olim huiuſmodi corpora non ſepeliebantur in terra ſicut modo, ſed cremabantur, & poſtmodum oſſa integra conſeruabantur, prout refert Plinius in naturali hiſtoria lib.7.c. 54. Vnde in huius rei teſtimonium in nõnullis partibus huius regni Franciæ adhuc ad perpetuã huius rei memoriam reſtant veſtigia, ſicut videre eſt in quibuſdam turribus ſuper litus fluuij Ligeris, concauitatem non habentibus, quæ Gall.vocantur pillem. Et hoc forte propter corruptionem linguæ, quia rectius diceretur pirẽ, latinæ autem pyræ, vel pyramides. Nam ſecundum Catholi. tam pyra quàm pyramis à pyr deſcendit, Pyr autẽ Grçcè, ignis dicitur Latinè. Et eſt pyra, vel pyramis ſecundum eundem quædam alta ſtructura q̃ antiquitus fiebat ſupra ſepulchra nobilium atque diuitum. Apud autem Maſſagetas huiuſmodi corpora mortuorum decoquuntur & à viuentibus parentibus deuorantur, prout narrat Hiero.cõtra Iouini.c.36. Vbi refert de ipſis Maſſagetis & Derbicibus, dicens quòd huiuſmodi gentes illos miſerrimos putant, qui ægrotatione moriuntur. Et ideo parentes & cognatos cum ad ſenectam veniunt, iugulatos deuorant, rectius eſſe dicẽtes, vt à ſe potius q̃ à vermibus comedantur. Tybareni quos prius dilexerunt, ſenes in patibulis ſuſpendunt. Hircani volucribus & canibus ſemiuiuos proijciunt. Caſpij beſtijs mortuos exponunt. Scythæ eos, qui à defunctis amati ſunt, viuos infodiunt cum oſſibus mortuorũ. Bractricanibus ad hoc ipſum nutritis ſenes obijciunt. Quam q̃dẽ cõſuetudinem cum Nicanor Alexandriæ præfectus emẽdare voluiſſet, pene prouinciam amiſſit. hæc omnia Hiero. vbi ſupra. Eadem etiã refert Cicero de Tuſcul. quæſtionibus lib.1. Aliorum autem conſuetudo eſt defunctorum parentum cadauera in terram ſepelire, ſed intra domos ſuas, ſicut ſunt Egyptij ſecundum eundẽ Cicero. vbi ſupra. Cum tamen leges Imperiales vetẽt mortuorum corpora intra ciuitates ſepeliri, vt patet. C. de religioſis, & ſumptibus funerum .l. mortuorum

rum. Et hinc est, q in antiquis ciuitatibus plerunque reperiuntur cœmiteria extra muros posita. Ecclesiæ aũt consuetudo est sepelire defunctorũ corporũ in cœmiterijs dedicatis,& ad hoc deputatis. Quæ quidẽ cœmiteria debent adiacere ipsis Ecclesijs Deo pariter dedicatis; vt patet 13.q.1.c.1.quòd incipit, Diœcesani.

His ergo oĩbus præmissis, respondendũ est ad propositam quæstionem ex dictis Aug. qui in lib.de cura pro mortuis agenda dicit, quòd insignis sepultura nõ iuuat mortuos, nisi ad hoc vt dum viui recolunt vbi sunt reposita corpora eorum, quos dilexerunt, eisdem Sanctis tanquam patronis illos susceptos apud Dominum adiuuandos orando commendent. Propterea inquit idem Augu. monumentum id apertissime ostendit, eo quòd moneat mentem. hæc ille. Non ergo de per se obest bonis sepultura vilia etiam cum asinis, aut nulla. hoc autem idem August. lib.1.de ciuit. Dei c.13. dicens, quòd multa corpora Christianorum etiã sanctorum Martyrum terra non texit, secundum illud Psal. Posuerunt mortalia, sup. corpora seruorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes Sanctorum tuorum bestijs terræ. Effunderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. Similiter non prodest malis præciosa sepultura, quinimmo magis obest illis. Et de vtroque loquens Greg. in dialogo, lib.4. Et similiter recitatur in decre.13.q.2.cum grauia. dicit sic. Cum grauia peccata non deprimunt, tunc prodest mortuis si in Ecclesia sepeliantur, quia eorum proximi quotiens ad eadem loca sacra veniunt, suorumque sepulchra aspiciunt, recordãtur, & pro eis domino præces fundunt. Nam quos grauia peccata deprimunt, non ad solutionẽ, sed potius ad maiorem damnationis cumulũ, eorũ corpora in Ecclesijs ponuntur. Quod melius ostendimus si ea quæ diebus nostris gesta sunt, breuiter narremus. Ibi ergo consequenter narrat idẽ Gre. plures & quidem horribiles visiones, & historias omni stupore plenas, quas hic inserere volui propter eos, qui nõ ha-

bent copiam dicti libri dialogorum. Prima est de quadam moniali, quæ propter peccatum linguæ, accepit à domino damnationis sententiam. Cuius corpus cũ in Ecclesia sepultum fuisset, inde mirabiliter cruciari visa est à custode Ecclesiæ. Secunda est de quodam lubrico viro de ciuitate B ixiæ, cuius corpus cum in Ecclesia inhumatum fuisset, reuelatumque Episcopo loci fuisset, vt inde eijceret dictum cadauer, illeque hoc faceret tardaret, die trigesimo inopinata, & subita morte interijt. Tertia est de quodam episcopo, qui dicebatur Valentinus. hic enim vitam valde lubricam duxerat, propter quod post mortem nocte quadã media videntibus Ecclesię custodibus duo teterrimi spiritus, pedes eius quadam ligatura stringentes, foras ipsum traxerunt. Mane autem facto cum sepulchrũ eius apertum fuisset, vacuum repertum est. Quarta hist. est de quodã tinctore Romano valde diuite. huius ergo cadauer cum post mortẽ fuisset more diuitum sepultum intra Ecclesiam B Ianuarij martyris, iuxta portam S. Laurentij, sequenti nocte audiente custode Ecclesiæ spiritus eius ex ipsius sepulchro cępit clamare, dicens, ardeo, ardeo, à Deo. Cumq; dictus custos hoc ipsum vxori suæ denunciasset, & illa veritatem scire volẽs, sepulchrum ipsius aperiri fecisset, corpus illius minime ibi repertũ fuit. Ex his ergo exẽplis, inquit ipse Greg colligitur, quia hi quos peccata grauia deprimũt, si in sacro loco sepeliri se faciãt, restat, vt ẽt de sua præsumptione iudicẽtur, quatenus sacra loca eos nõ liberẽt, quinimmo culpa temeritatis eos accuset. Hæc ille. Merito ergo cuilibet tali potest cũ improperio dici illud Esa. 22. Quid tu hic, idest in ecclesia, facis, aut quasi, quis hic, id est quasi venerabilis, & deuotus catholicus, sicut etiã sæpe ipsa descriptio desup apposita continet. Quia excidisti tibi hic, id est intra cancellos ecclesiæ sepulchrũ, excidisti in excelso memoriale diligenter in petra tibi tabernaculum. Ecce pompa, & fastus, quę adhuc viuentes procurant plerique miseri peccatores nobiles, & diuites post mortẽ

suis

suis cadaueribus putridis exhiberi, Sed audiat, quęso, quilibet talis quid in Esaia sequitur. Ecce Dñs asportari te faciet, sup. de loco sancto suo, quo dignus non es; sicut asportatur gallus gallinaceus, i. facile, & sine labore ac resistentia. Vel dic, quòd sicut gallus gallinaceus, qui capo dicitur, portatur ad forum pedibus ligatis, & capite in terram versa, ita & viri nobiles, ac diuites, qui ob pompam eligunt sepeliri intra ecclesiam, quorum tamen animæ descendunt in abyssum inferni, tandem scilicet in generali iudicio, ligatis manibus, & pedibus, iuxta domini sententiam mittentur in tenebras exteriores. Mat. 8. Et sic patet de secunda quæstione.

Tertio quæritur iuxta illud verbũ præsentis euan. Et turba ciuitatis multa cũ illa. Vtrum prosit associare corpora hominũ mortuorum ad sepulchrum, vel ēt ea sepulturæ commendare? Respondeo, Certe hoc magni meriti est apud Deum; per quod etiã procuratur, & fouetur charitas, & amicitia inter mortales. Insuper quadã peculiari Dei gratia, tales præseruantur interdũ à multis periculis, & malis. Vnde narrat Valer. Max. lib. 1. de Simonide poeta, quod cũ semel mare nauigans ad litus applicuisset, & corpus inhumatum iacens sepelisset, nocte sequenti admonitus in somnis ne proximo die nauigaret, interim quieuit. Qui aũt illo die nauigare cęperunt, fluctibus, & procellis perierunt. Refert etiã idẽ ibidem de eodem Simonide, quod cũ semel in quodã loco cœnaret, subito nunciatum est ei duos iuuenes ad ianuã stare, instanter rogantes, vt ad eos continuo accederet, qui cũ domũ exisset, neminẽ reperit. Eodẽ autẽ momento tricliniũ collapsũ oẽs conuiuas oppressit. Ecce quomodo dictus Simonides propter prædictũ pietatis opus in sepeliendis humanis corporibus bis euasit mortis periculũ, semel quidẽ in mari, & alia vice super terrã firmã. Taliter ẽt agentes valde cõmendant historiæ sacræ: pariter & non sacræ. Et quidem quantũ ad historias sacras possunt multa adduci ex vtroque testamento. Primo quidem

dem in veteri testamento legimus Thobiam multum laudatum propter huiusmodi pietatis opus. Insuper & meruisse illuminationem oculorum suorum. Vnde Angelus Gabriel dixit ei, Quãdo sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscon debas in domo tua, & noctis silentio sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam domino, Thob. 12. Secun do verò in nouo testamento multum commendantur in euangelio illi probi viri Nicodemus, & Ioseph ab Arimathia, qui sepulturæ dignissimi corporis Christi deuotissime atque officiosissimè operam dederunt. Si militer in plerisque historijs, & Sanctorum passiona- rijs legitur, qualiter multi sancti martyres apparue- runt illis, qui honorifice sepelierant eorum corpora, opem de cœlo illis pro mercede promittentes, & tan dem æternam mercedem. Quantum etiam ad histo- rias non sacras, vtpote paganorum, & infidelium, legi mus in Valer. Max. lib. 5. c. de humanitate, ꝙ ipsemet Valerius valde commendat Iulium Cæsarem, qui ca- put sui hostis Pompeij sibi per regem Aegypti destina tum, honorifice concremari, & sepeliri fecit. Item cõ- mendat ibidem Hannibalem, qui successiue tres ho- stes suos Romanos captos, & occisos honorifice sepe- liri fecit. Hi aũt fuerunt Paulus, Gracchus, Marcellus. Et breuiter ad commendationẽ prædictorum facit, ꝙ sepellire mortuos computatur inter pietatis opera, vt patet Thob. 4. Qui ergo sic agũt maximũ meritũ apud Deũ acquirunt, sicut facere solent nonnullæ deuotæ mulieres, aut virgines Deo dedicatæ in quibusdã ho- spitalibus. Qui verò timore mortis, aut horrore ca- dauerũ formidant implicare se talibus, saltẽ ad instar populi ciuitatis Naym associare dignentur corpora mortuorũ cũ ad sepulturã deferuntur: sic. n. in nonnul lis locis obseruari solet, in quibus sunt quędã cõfra- ternitates ob honorẽ alicuius Sancti, vel sub titulo de functorum. Et quicunque de numero taliũ sunt, tenen tur associare corpora confratrum mortuorum de do- mo ad ecclesiã, & de ecclesia ad locũ sepulturæ, quod

valde

valde laudabile est. Et sic patet diffuse de primo, &c.

Secundò principaliter in præsenti euang. fit mentio de pietate materna, cū subditur, Et hæc vidua erat. Et per consequens magis desolata ex morte vnici filij sui, propter quod flebat, vt postea innuitur. Nec certe mirum, quia multa eam ad hoc trahebant, & prouocabant. Primum sexus, quia mulier. Mulieres enim cum magis abundent in humido, quàm viri, faciliores sunt ad flendum. Vnde de eis dicitur, quòd flendo sanantur à tristitia. Secundum propinquitas quia mater. Mater.n. communiter plus diligit filium, quàm pater, tum quia certior est, q sit suus, quàm pater, tum quia plus illa dedit de substantia sua, quàm pater. Ita.n. dicit Amb. de Abraham lib. 1. c. 6. Tertium status, quia vidua erat. Et per consequens carebat viro consolatore, & de quo confideret. Quartum sexus ex parte mortui, quia filius. Secus si filia, à qua non speratur à parentibus tantum auxilium sicut à filio. Et præsertim, quia illa postquàm est matrimonio iuncta, solet relinquere domū parentum, & sequi virum suum. Filius autem manet in domo in æternū, iuxta dñi sententiā. Io. 8. Quintum amissio totius spei, quia vnicus filius matri suæ erat, Si.n. alios filios illa habuisset, īde mitigari suus dolor potuisset. Ecce q̄ multiplicē occasionē flendi habuit hæc vidua. Et ideo rationabiliter consolatus est eā Deus totius cōsolationis Dñs noster Christus, cū quo etiā ab infantia creuerat miseratio, dicēs illi, Noli flere. Ecce officium Christi, s. consolari desolatos, ad quod etiā missus fuerat à patre in mundum, sc̄d̄m illud Esa. 61. Vt consolaret oēs lugētes Siō, &c. Ideo paracletū, i. consolatorem se nominat ipse Christus loquens apostolis suis, & dicens illud Ioa. 4. Aliū paracletū dabit vobis pater, i. Spiritum sanctū. Ac si diceret, Vsque modo tui paracletus vester, sed amodo habebitis alium paracletum, s. Spiritum sanctum.

Quæritur vtrum sit vitiosum flere mortem filij sui, aut amici. Videtur, q sic, ex verbis Christi ad prædictā mulierem viduā flētem filium suum mortuū, cui ait,

Noli flere. Responsio: Dupliciter contingit flere mortem filij, aut cuiuscunque amici; videlicet moderate, & immoderate.

Primus fletus non prohibetur neque à Christo in verbis prædictis, neque à quocunque prudenti viro. Quinimmo ad hoc nos hortatur sacra script. Eccle. 22. dicens, Super mortuum plora, defecit. n. lux eius, id est corporalis vita. Sic n. egit sanctus ille propheta Hieremias, qui dicebat, Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarũ, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Eiusdem 9. Quanuis forte ipse Hieremias magis fleret mortem spiritualem populi sui, quàm corporalem. Insuper sancti Patriarchæ leguntur fleuisse mortem vxorum suarũ. Vnde Gen. 24. legitur Abraham fleuisse mortem vxoris suę Sarrę, quamuis illa senio defecisset. Nam mortua est anno vitæ suæ 127. vt habetur ibidem. Itẽ Dauid fleuit fletu magno mortem filij sui Amon occisi à fratre suo Absalõ, 2. Reg. 13. Similiter fleuit postmodũ mortẽ ipsius Absalon, 2. Reg. 18. Item ipsemet Christus quanuis temperatissimus; fleuit tñ super sepulchrũ Lazari Ioan. 11. Item Magdalena fleuit mortem Christi sc̃d̃m ꝙ Ioan. 20. de ea scribit euang. dicens, Maria stabat ad monumentũ foris plorans. Itẽ legitur de B. Amb. ꝙ cũ audiebat obitũ alicuius viri boni, flebat amare, tũ quia ipsum præcedebat in gloria, tum quia tale auxiliũ subtractum esset à fidelibus. Similiter B. Bern. multũ amare fleuit obitũ fratris Humberti. Item fleuerunt discipuli B. Martini obitum eius. Similiter & discipuli B. Dñici patris nostri, sc̃d̃m ꝙ de eo canit ecclesia. O spẽ mirã quam dedisti mortis horaţe flentibus dũ promisisti te profuturum fratribus. Imple pater quod dixisti, &c. Non desunt penè infinita exempla eorũ, qui fleuerunt mortes iustorum, aut amicorum suorum, nec tamen inde reprehenduntur, immo laudantur, quia moderate fleuerunt.

Secũdus fletus, qui est immoderatus irrationabilis fęmineus, & indiscretus, reprobatur per apost. Paulum 1. Thess. 4.

1. Thess. 4. dicentem, Fratres nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini sicut cæteri, qui spem non habent, id est qui non credunt, nec sperant in generalem corporum resurrectionem. Super quo dicit gl. ord. allegans Aug. Necesse est vt contristeris, sed vbi contristaris, consoletur te spes futuræ resurrectionis, infirmitas afficit, sed fides reficit. Dolet huma na conditio, sed sanat diuina promissio. Vnde Leuit. 19. Non incideritis super mortuos carnes vestras, quemadmodum supp. pagani, & infideles faciunt, qui spem resurrectionis non habent. Quis ergo de morte filiorum non sit multum dolendum, neque immoderate flendum, perpulchrè persuadet Sene. lib. de amissione liberorum, ponens dialogum inter sensum, & rationem. Vbi primo loquitur sensus dicens, Heu amisi liberos meos. Deinde sensui respōdet ratio dicens, Stultus es, quia fles casus mortalium. Quid istud aut nouū aut mirum ꝙ liberos amisisti? Quam rara est sine isto casu domus. Quid si infœlicē voces arborem, quòd stāte ipsa ceciderit sua poma? Et hic tuus fructus erat. Nemo extra ictum vulneris positus est. Ducuntur ex plebeia domo immatura funera. Ducuntur & ex regia. Deinde replicat Sensus, dicens, Sed ego filios meos superstites expectaueram, & optaueram. Ratio. Sed hoc nemo tibi promiserat. Sensus. Perierunt nati mei. Ratio. Habeat eos cuius magis erāt ꝙ tui. Apud te morabātur præcario. Educādos illos tibi fortuna mādauerat. Recepit illos, non abstulit. Hæc Sene. Talē etiā excessiuū, & immoderatū fletum super morte filiorū reprobat consuetudo paganorum, & præcipue eorū, qui Thraces nuncupantur. De illis. n. refert Valer. li. 2. de institutis antiquis, dicens, quòd huiusmodi gentes deflent natiuitates filiorū suorū, & cum lætitia celebrant funera omniū morientium. Ratio. n. primi est, quia nascentes intrant labores, & pericula humanæ vitæ. Rō verò secundi est, quia morientes ab huiusmodi malis eripiuntur. Si ergo illi Thraces, qui non ponebant carnis resurrectionē, nec cœlestē gloriā, sic

gaudebant de morte amicorũ suorum, cõcluditur, ꝙ valde reprehensibiles sunt illi Christiani, qui immoderatę, & inconsolabiliter lamentantur mortes suorum paruulorũ, parentum, atque amicorum. Hunc itaque immoderatum, & excessiuum fletum reprobauit Christus in euãgelio hodierno, cũ ait mulieri viduæ. Noli flere, supple immoderate.

Allegoricè secundum Ambr. super Lucã lib. 5. Ista mulier vidua significat Ecclesiam militantẽ, quę pro tanto dicitur vidua, eò ꝙ non habet pręsentiã corporalẽ sui sponsi, quanuis illi non desit per præsentiam spiritualem, quæ fit per gratiam, siue per præsentiam sacramentalem, iuxta illud Mat. 28. Ecce ego vobiscum sum vsque &c. Filius autẽ huius mulieris viduę est quilibet Christianus, qui tunc moritur spiritualiter quotiens peccat mortaliter. Quo facto adsunt dæmones parati eum deferre ad sepulchrum inferni cũ diuite Epulone. Quod videns pia mater Ecclesia lachrymatur sicut lachrymabatur sancta illa vidua Monica perditionem filij sui Augustini. Huius ergo mulieris viduæ, id est sanctæ matris Ecclesiæ fletus, & lachrymas conspiciens pater misericordiarum, filium suum, idest peccatorem instituit viuum per gratiam.

Moraliter. Per istum adolescentem mortuum designatur quilibet peccator. Nam sicut de isto adolescente tria dicuntur in præsenti euangelio, videlicet quòd erat mortuus, ꝙ efferebatur extra domum sepeliendus, item quòd plangebatur à multis: ita in proposito quilibet in mortali peccato existens est vere mortuus spiritualiter, quia caret vita gratiæ. Item est frigidus per defectum ignis charitatis, & similiter ponderosus propter grauitatem culpæ. psal. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ, &c. Secundo iste mortuus, i. peccator, eijcitur in mortis articulo extra domum huius mundi, & portatur sepeliendus in infernnm. Sunt aũt quatuor portiores fortissimi ipsum illic deferẽtes, q̃ sunt p̃sumptio nimia de diuina misericordia, spes diu viuẽ

di

di, perseuerantia in malo, & finalis desperatio de Dei misericordia & gratia. Tertio iste mortuus plangitur à tota curia cęlesti, & signanter ab angelis sanctis. Nā sicut gaudiū est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiā agente, vt hētur Luc. 15. ità quodāmodo contristamus sanctos illos angelos cū peccamus, & cū cōspiciunt nos ad sepulchrum inferni male viuendo ꝑperare, vt dicit deuotus Bern. in vigilia natiuitatis Domini. ser. 2. Et sic patet de secundo principali.

Tertio principaliter in præsenti euangelio fit mentio de dinina potestate. Ibi. Adolescēs tibi dico surge. Solius. n. diuinæ potētiæ & virtutis est suscitare mortuū ad vitam, eo ꝙ à priuatione ad habitum naturaliter non est regressus. Sequitur. Et resedit qui erat mortuus & cœpit loqui, & dedit illum &c.

Queritur circa hoc miraculum, cur Christus voluit aliquos à mortuis resuscitare, maxime cum per multa alia signa probasset sufficienter virtutem suæ diuinitatis, Ad hanc quæstionem possunt assignari multæ rationes. Sed de multis tantum vnam prosequemur. Et hæc est vt taliter resuscitati referrent obstinatis & incredulis peccatoribus visa ab ipsis in alio seculo. Vnde Grego. in suo dialogo. libr. 4. ad propositum loquens, dicit, quòd superna pietas ex magna misericordiæ suæ largitate disposuit, vt nonnulli etiam post exitum vitæ redeant repente ad corpus, & tormenta inferni, quæ audita non crediderant, saltem viso pertimescant, & alijs narrent. Vnde ibi refert de duobus, qui post mortem deducti sunt ad loca tormentorum infernalium, qui postmodum ad corpora redierunt, & alijs narrauerunt terribilia & horrenda quæ illic viderant. Horum autē vnus dicebatur Petrus qui fuerat monachus ex regione Hyberniæ ortus. Hic. n. referebat cunctis se vidisse innumera flammarum loca, & in eisdem flammis quosdam huius seculi potentes, quos aliquando nouerat, suspensos se vidisse asserebat. Propter quod tantis postmodum se vigilijs atq; ieiunijs constrinxit, vt inferni cum vidisse tormenta &

et & si taceret lingua, cõuersatio sancta & austera loqueretur. Hæc Greg.

Allegorice prædicta adolescentis resurrectio, typũ gerit futuræ resurrectionis generalis. Nã sicut hic dicit Christus. Adolescens tibi dico surge, ita tũc clamabit & dicet. Surgite mortui venite ad iudiciũ. Vnde satis ad propositum refert B. Bernardus. ser. 2 de virginibus, q̃ cũ B. Germanus Altissiodorẽ. episcopus Romam pergens venisset ad ciuitatem Eduesem, diuertit se ad tumulũ. B. Cassiani, quem proprio vocauit nomine dicens. Quid hic agis frater charissime? Ad quẽ B. Cassianus. Dulci inquit in pace requiesco, & aduentũ Redemptoris expecto, in quo mihi dicetur, Cassiane tibi dico surge &c.

Moraliter sicut in resuscitatione adolescentis multa concurrerunt, videlicet Christi ad matrem flentem compassio. Loculi tactus. Clamor Christi dicentis, adolescens tibi dico. Deinde secuta est adolescentis resurrectio. Consequenter matri datio. Postremó Christi à populo laudatio. Ita suo modo contingit in spirituali suscitatione peccatoris ad vitam gratiæ. Primo enim ibi dominus quodammodo cõpatitur matri Ecclesiæ flenti mortem spiritualem filij sui, quæ non cessat pro ipsius suscitatione orare dominũ, & ad ipsum præces & ambasciatores bonorum operũ mittere. Secundo dñs tangit loculũ, cũ corpus flagellat, vt suscitetur spiritus intus mortuus. Tertio clamat exterius per prædicatores suos. Similiter & interius per bonã inspirationem, psal. Audiam quid loquatur in me dñs Deus. Quarto sequitur spiritus prius mortui per culpam, suscitatio per gratiam, cum homo incipit habere de peccatis suis veram contritionem. Quinto datur matri suæ Ecclesiæ, vt illi reconcilietur, quod fit per peccatorum integram confessionem. Sexto incipit populus glorificare, & benedicere Deum in ipsius suscitati satisfactione & vitæ emendatione, qui prius fuerat scandalizatus de ipsius mala vita, & præuaricatione. Ecce igitur quomodo iste adolescens datus est nobis

bis in exemplum resurgendi ad gratiam, vt sic tandẽ ad cœlestem peruenire possimus gloriam. Quam nonobis concedat, qui in Trinitate perfecta.

FERIA VI. POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE



RAT. quidam languens à Bethania. Io. 11

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de precibus Imperatori offerendis. l. nec dãnosa. dicit, ꝙ nec dãnosa fisco, nec iuri contraria postulari oportet. Et nota ꝙ fiscus fisci est, saccus seu bursa, in qua publicus census Principis reponitur. Casus ergo est talis, Quidã fingens se nobilem & de sanguine regio, semel accessit ad quendã regẽ Franciæ petens eleemosynam & dicens illi, Beau cousin laumosne pour lamor de Dieu à ce poure Gentilhõme. Hoc est dictu latinæ. Pulcher cognate detis eleemosynã huic pauperi nobili hoĩ. Quo audito ĩterrogauit eũ Rex ex qua parte attineret sibi, & esset eius cognatus. Cui ille, ex parte Adæ. Et mox iussit rex sibi dari vnicum turonũ. Est aũt turonus minima petia monetę currẽtis in Frãcia. Cumq; alter diceret nõ deceret tantũ regẽ, & tã potẽtem dare vnicũ turonũ, ait illi rex. Pulcher cognate si omnibus cognatis meis ex parte Adæ vellẽ tantũ dare, parum remaneret mihi. Quia ergo iste trutannus petebat magna, & per consequens damnosa fisco, & quodãmodo iuri & ęquitati contraria, ideo exauditus non fuit à rege iuxta desiderium suum.

Moraliter multi multa petunt à domino, quæ minimè obtinent, sed fraudantur à desiderio suo. Et tales sunt in triplici differentia.

Primi sunt qui iniqua & iniusta petunt, vtpote illa quæ Deo displicent, aut quæ proprie saluti contrariantur, siue quæ æquitati & iustitiæ aduersantur. Da exemplum de eunte ad furtum, qui orat dominum vt

bene

bene prosperetur in furto. Quia .n. petitio talis hominis est iniqua, & æquitati contraria, ideo non obtinet à domino quod petit. Nescit enim diuina iustitia patrocinium dare criminibus, vt dicit Greg. in quadam homil. Et idem iudicium est de omnibus illis, qui petunt à domino vt possint prosperari ĩ malis suis, & ad fines suos peruersos & damnatissimos posse peruenire. Similiter illi iniqua & iniusta petunt, qui querunt à domino vindictam & vltionem de aduersarijs suis & inimicis, vtpote rogantes dominum Deum vt tales possint male mori, perpetuo damnari cũ mille demonibus, & huiusmodi. Horum autem malitia, stolidítas, & irreuerentia ad dominum in hoc patet, ꝙ ipsi volunt esse iudices inimicorum suorum, eos ad talem vel talem pœnam condemnantes, & demum Deũ tortorem & executorem talis pœnæ, quæ eis placet illos pati constituentes. Et de talibus loquens Augu. ser. 2. de B. Stephano, sic ait. Aduerte ò peccator, ꝙ iudex per seipsum reum non occidit, sed iubet, & tortor occidit. Tu ergo cum oras dominum vt occidat inimicum tuũ, te facis iudicem, & Deũ constituis tortorem. Sed respondet tibi Deus, dicens. Non ero tortor tuus circa peccatorẽ, sed liberator, quia nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Hæc ille. Ecce quomodo aliqui iniusta petunt à Domino.

Secũdi sunt qui petunt à domino ea quæ iusta sunt & sancta, vt sunt illi qui petunt gloriã æternã. Sed tamen hęc iusta iniuste petunt quãdo in peccato sunt, atque in eo permanere volũt. vñ. Ps. Iniquitatẽ si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Itẽ de talibus scribitur Iac. 4. Petitis, & non accipitis, eo ꝙ male petatis. Circa quod notandũ, ꝙ aliud est malũ petere, & male petere. Ille enim malũ petit, qui rẽ illicitã de se, & à Deo prohibitam petit, vt prius dictũ est. Sed ille male petit, qui cum sit iniustus, mercedẽ iusti, & viri boni petit, non proponens à peccato abstinere. Et tali sic petens nihil lucratur. Vt enim dicit Isid. de summo bono lib. 3. c. 7. sicut nullum medicamẽtũ proficit

ficit in vulnere quandiu in eo ferrum latet, ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc dolor in mente, vel odium manet in pectore. Hæc ille.

Tertij potentes ſunt qui abſolute, & ſimpliciter petũt atque impetrare feſtinant ea, quæ cũ cõditione, & modificatione ſunt petenda. Sicut patet de illis, quæ neque ſecđm ſe mala ſunt, neque ſimiliter ſecundũ ſe bona, ſed magis neutra, & indifferentia. Verbi gratia, aliquis patitur penuriã tẽporaliũ, alius punitur graui, & longa infirmitate, alius diu in matrimonio manens caret prole, & huiuſmodi. Nullus ergo taliũ debet abſolute petere à talibus malis liberari, ſed totum debet cõmittere diuinę prouidentiæ, dicens. Domine Deus tu melius me noſti quid ſaluti meæ expediat, & quid non. Et ideo totum tibi committo, vt tribuas, qđ mihi magis expedit, vnde Auguſt. ſuper pſalteriũ exponens illũ verſum. Deus exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationẽ, &c. dicit ſic Circa tẽporalia fratres chariſſimi non petatis aliquid quaſi fixũ, ſed quod Deus ſcit vobis expedire. Quid.n. vobis expediat omnino non ſcitis. Aliquãdo enim quòd putatis prodeſſe, obeſt: & quod putatis obeſſe, prodeſt. Aegri enim eſtis, nolite medico dictare, quæ medicamina velit vobis opponere. Si doctor gẽtiũ Paulus dicit, ſcilicet Ro. 8. Quid oremus, ſicut oportet neſcimus, quanto magis nos hoc ipſum neſcimus? Et idẽ iudiciũ eſt quãdo talia petimus, & optamus proximis noſtris, & charis amicis. Cũ ergo oramus pro talibus, ſiue pro bonis, ſiue pro alijs, vtpote pro propria ĩfirmitate, aut aliena, nõ petamus abſolute à Dño quod iudicamus, aut ꝙ videtur nobis bonũ eſſe, ſed totũ in voluntate, & beneplacito Dei ponamus, vt illud conferat, quod nouit nobis, aut illis pro, ꝗbus oramus expedire. Sic enim docuerunt nos facere duæ ſorores Lazari ægrotantis, quæ vt legitur in præſenti Euangelio, miſerũt nuncium ad Chriſtum, qui illi diceret ex parte earũ. Ecce quem amas infirmatur, totum illi committentes, ſiue vitam, ſiue mortem.

Secunda

SECVNDA INTRODVCTIO.

Lazare veni foras. Ioan 11.] Scribitur extra de foro cõpetenti. c proposuisti, ꝙ legitime per suũ superiorem citatus, etiam dato ꝙ mutauerit diœcesim, tenetur parere suæ iurisdictioni, eo ꝙ per solam citationẽ tenet iurisdictio. Casus est talis. Aliquis clericus de Diœcesi Ebroicẽsi citatur auctoritate domini officialis Ebroicẽsis ad certum diẽ. Quo audito ille transit potestatẽ & intrat aliam Diœcesim, credẽs per hoc subterfugere forum sui ordinarij. Quid iuris in hoc casu? Certe ad hoc respondet Greg. IX. per præallegatam decretalem, ꝙ ex quo talis est citatus, tenetur parere iurisdictioni sui ordinarij quocunque vadat.

Moraliter notandum, quod diu est ꝙ sumus citati ad comparendum & respondendum coram illo districtissimo iudice Christo super his quæ nobis obijcientur. Et illa sunt vniuersaliter omnia peccata tam mortalia, quàm venialia, q̃ comisimus, ex quo sumus super terram. Vadamus igitur quocunque voluerimus quia non possumus euadere manum, aut iurisdictionẽ eius. Vnde psal. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cęlum, tu illic es. Si descendero in infernum, ades. Si sumpsero &c. Attingit ergo iurisdictio huius Episcopi seu iudicis à fine vsque ad finem fortiter, nec est qui se abscondat à calore eius. Maxime cum dicat Matthæi 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Iste autem iudex contra morem aliorum citauit mundanos homines in propria, dicens. Nisi pęnitentiam habueritis, omnes perhibitis. Lu. 13. Deinde eosdem citari fecit per Apostolos suos quando post resurrectionem suam dixit eis illud Marc. vlt. Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero nõ crediderit, condẽnabitur. Similiter Apostolus Paulus citauit ipsum mundum, quando dixit illud 2. Corinthiorum 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Iesu Christi, vt recipiat vnusquisque prout gessit &c.

&c.Tandem in fine seculorum citabit mundum ipse Christus per illum Archangelum, qui per angulos terræ clamabit, dicens. Surgite mortui venite ad iudicium. Ecce quam frequenter Dominus citauit mundum, & tamen miseri & obstinati peccatores ad eum per pœnitentiam venire contemnunt. Dicitur enim 5.quæsti.2.censemus. Item cap. relatum. quòd citati debent per certos dies expectari. Quis si venire contempserint, tunc procedendum est ad sententiam cōtra eos. Sic etiam Dominus postquam diu expectauerit peccatores ad pœnitentiam, tandem procedet ad sententiæ deffinitionem contra eos saltem in d e iudicij. Sed quid est, q legitime citatus per suum superiorem tenetur comparere, etiam dato quòd diœcesim mutauerit? Certe per hoc significatur aperte, quòd etiam mortui, qui mutauerunt locum præsentem, tenentur parere iurisdictioni Christi. Et istud manifeste insinuatur per mysteriū Euangelij hodierni. Vbi legitur, q Lazarus mortuus ad vocem Christi resurrexit à mortuis &c.

In pręsenti ergo Euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet, De sororum circa fratrē languentium, quia sollicitatione, ibi. Miserūt ad Iesum &c. De Christi benigna subuentione, ibi. Lazarus amicus noster dormit: sed &c. De Lazari manifesta suscitatione ibi Lazare veni foras.

Primo igitur fit mentio &c. Vt.n. refert Ioan. Euangelista. Erat quidā languens Lazarus, supple nomine. Et enim Lazarus propriū nomen hominis. Leprosus autem dicitur qui lepram patitur. A Bethania. Ecce locus in quo ægrotabat. De castello Mariæ & Marthę sororū eius. Et est sensus q dictus Lazarus ægrotabat in Bethania, quæ erat velut quoddam castellum, id est parua villa, quæ post mortem patris cesserat in sortē dictarum sororum. Hierusalem autem saltem pro parte cesserat in sortē ipsius Lazari. Sed quia sępe contingit fratres visitare sorores suas ī pprijs habitationibus, & quandoq; ibidē à casu infirmari, sic etiam fa-

ctum

ctum est in proposito. Et nota quòd Christus frequenter ibat Bethaniā gratia hospitij, sed non absque mysterio. Nam Bethania, quæ interpretatur domus obedientiæ, significat, quòd apud veros obedientes, & signanter in domibus claustralium sub verba obedientię viuentium libenter hospitatur Dominus per gratiā. Sed quia plures fuerūt mulieres appellatæ hoc nomine, Maria, ideo ne æquiuocetur hic exprimit Euāgelista ex actione, quæ nam fuerit hæc Maria, cū subdit. Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capilis suis. Sed de hoc plenius loquitur Euangelium feriæ quintæ hebdomadæ sequentis. Ideo nihil ad præsens. Sequitur. Miserūt ergo sorores eius ad Christum dicentes. Domine ecce quem amas infirmatur. Pendente autem tempore quo nuncius currebat ad Christum, piæ sorores consolabantur fratrem suum languentem, dicentes sequentia verba vel similia, secundum Aug. de verbis Domini. ser. 52. Frater patientiam habe. Ecce enim misimus cursorem ad Dominum nostrum Christum, quem sperramus cito venturum, & omnino sanaturum. Quibus forte ille respondebat, dicēs. O bonę sorores experior in memetipso, ꝙ morbus viget, & languor inualescit. Putatis ne eū non videbo? Putatis ne me adhuc viuentem inueniet? Puto verisimiliter, ꝙ si præuenerit mortem meam conferet mihi plenam salutē, sicut & multis alijs contulit, vtpote languido iuxta piscinā quiescenti. Item seruo Centurionis paralytico. Similiter & mulieri sanguinis fluxum patienti, & similibus. Deinde iunctis manibus clamare cœpit melius quo potuit, di. Veni veni Iesu bone, festina ne tardaueris, quia præmunt me languores mortis, & circundederūt me dolores inferni. Tu ergo vnica spes mea. Tu singulare refugiū meū. Tu auditor meus, & q nō despicis sperātes in te, veni, & succurre mihi nūc & in hora mortis. Tandē autē nutu diuino languore ingrauescente, ille spiritū Domino cōmendans, & valde dicēs sororibus, viā vniuersæ carnis est ingressus. hoc autem per-
misit

misit Dominus, vt maius appareret sequens miraculum. Et propter eandem causam Christus noluit festinanter illuc venire, quinimmo audito nuncio, mansit in eodem loco duobus diebus, vt habetur in textu. Quæritur circa obitum Lazari. Vtrum licuisset tunc sororibus suis petere ab eo, vt post mortem reuelaret eis statum suum. Et ista quæstio est communis omnibus alijs videntibus amicos suos morti propinquos. Ad hoc dubium respondet beatus Tho. quodlibet 3. ar. 22. dicens, ꝙ aliquis potest hoc requirere à moriente dupliciter. Primo quidem quasi dubitans de fide & de statu alterius seculi, & quasi tentando si ita sit, vt dicitur. Secundo vero, vt magis prouocet orare pro decedente, cognita eius necessitate. Qui ergo primo modo hoc petit, peccat grauiter. Qui vero secūdo modo, non peccat. Qui tamen hoc requirit isto secundo modo, & ille à quo requirit, vterque debet totum submittere diuino iudicio, & beneplacito, vtpote dicēdo. si Deo placuerit. hæc beatus Thomas in sententia, vbi supra. Et ad hoc propositum duplicē historiam afferemus Prima est de eodem beato Thoma, & socio eius, qui dicebatur magister Romanus, eiusdem ordinis: hi .n. tanquam fideles amici, & quadam peculiari charitate ac familiaritate iūcti, inter se cōpromiserat, interueniente diuino beneplacito, ꝙ qui primo decederet, suo socio postmodū appareret. Contigit aūt dictū magistrum Romanū primo decedere. Post dies igitur 15. apparuit eidem beato Thomę, dicēs, ꝙ tunc primo ibat ad cœlū. Interim autē fuerat in purgatorio detentus propter dilationē cuiusdam testamenti per tot dies, cuius executionē susceperat, cū tñ illo tempore 15. dierū fuisset grauiter impeditus in lectura Theologiæ. hoc igitur attendant illi, qui per menses plures & annos multos negligūt exequi testamenta defunctorū, quorū curā vltro susceperunt. Secunda historia est de Carolo Francorū Rege, huius nominis octauo. hic enim rex habebat quēdā generosum virū in curia sua valde dilectū, & familiarem, adeo vt ante contra-

ctum matrimonium simul dormirent. Ille autem nobilis erat vicedominus Carnoteñ. hi ergo duo inter se fecerant similem compromissionem sicut duo priores. Post aliquot igitur annos à dicta promissione dictus Carolus mortem obijt Ambasiæ, satis tamen repente. Et hoc in ipsa nocte quæ dominicam de ramis præcedebat hora circiter vndecima. Et ecce in ipsa hora transitus sui apparuit dicto vicedomino, quiescenti in lecto cum vxore sua apud castrum suum, quod dicitur Gallice la ferte Bernard. prope Vernolium. Qđ quidem castrum distat à dicto oppido de Ambasia per vnam magnam dietam. Modus autem prædictæ apparitionis fuit satis gratiosus, vtpote cum claritate, & vultu iocundo atque subridente. Moxque disparuit nullum verbum dicens. Dictus autem vicedominus excitata vxore sua rem sibi narrauit, asserens dictum regem mortem obijsse. Eadem igitur hora surrexit de lecto, & omisso diligenti præcursore Ambasiam comperit rem ita se habere. Hęc autem omnia audiui ex ore generosæ dominæ vxoris eiusdē vicedomini Carnoteñ. Patet ergo ꝙ licitum est petere à moriente, vt interueniente diuina voluntate, velit apparere superuenienti ad sensum prædictum.

Secundo principaliter in præsenti Euāgelio fit mētio de Christi benigna subuētione, cū subditur ex ore ipsiusmet Christi. Lazarus amicus noster dormit, sed vado, vt à somno, &c. Aduertendū tñ, ꝙ prius respondens ipse Christus nuncio Mariæ, & Marthæ dicenti ex parte earū, Ecce quem amas infirmatur, ait. Infirmitas hæc non est ad mortem, sed vt filius Dei glorificetur per eā, id est gloriosus appareat per sequens miraculū. Quod autem subditur. ꝙ diligebat Iesus Marthā & sororē eius Mariam, & Lazarum, designat quòd Dominus quanuis diligat omnia, q̄ sunt generaliter, nihilominus specialiter diligit tria hominū genera, videlicet actiuos, qui significantur per Marthā, quæ satagebat circa frequens ministeriū, & sollicita erat, atque turbabatur erga plurima, vt habetur Luc. 7. Item

dili

diligit contemplatiuos, qui significantur per Mariā; quæ sedens secus pedes domini audiebat verbū illius. Ecce vera contēplatio. Itē diligit omnes aduersa ęqua nimiter sustinentes, qui significantur per Lazarū lan guentem in Bethania. Videat ergo quisque quam par tem vult tenere; vt possit eum Dominus diligere.

Moraliter. Notandum iuxta illud prædictū verbum Christi. Infirmitas hæc non est ad mortem, ꝙ sicut du plex est corporalis infirmitas, videlicet curabilis, & non curabilis, siue non lethalis, & lethalis, sic est etiā duplex infirmitas spiritualis. Prima est, quæ non est ad mortem neque spiritualem, neque per consequens æternalem, saltem ex natura sua, aut de per se. Et hæc est infirmitas peccati venialis, quod non aufert de per se vitam gratiæ. Non est tamen hæc infirmitas negli genda, sed cito medenda, alias de facili posset induce re dispositiue infirmitatem lethalem peccati mortalis. hoc autem declarat Chrys. lib. homil. 19. exemplo triplici. Primum est de regula. Sæpius, inquit, domos edificantes, vnius tegulæ excussæ curam non gerētes totam domum perdiderunt. Secundum est de vestimē tis. Parua inquit in vestimentis fissura facta, nec resar cita magnam facit dissipationem. Tertium est de torrentibus. Torrentes, inquit, si velminimum cœperint ingressum, totum introducunt fluentum. hæc ille. Simi liter August. lib. de decem chordis dat alia tria exempla. Primū est de pulicibus. Si proijciatur inquit quisquā in locum pulicibus plenum, nunquid non moritur ibi? Sic, & modica peccata attenditis fratres, qui à modica sunt, sed cauete quia plura sunt. Secundum est de arenis maris. Si grana, inquit, arenę in naui am plius, quàm expedit mittantur, vt solet fieri in magnis nauibus super mare natantibus, illam mergunt itā vt pereat. Tertium exemplum est de guttis pluuię. Quam minutæ, inquit, sunt guttæ pluuiæ cunctis liquet aperte. Et tamen flumina implent, atque domos quandoque deijciunt. Nolite ergo fratres venalia contemnere quia parua sunt. hæc ille. Hæc eodem

exempla ponit idem Augustin. sermo primo Dominicæ quartæ in Quadr. Item super Ioan. tractatu 12. Itẽ lib. homiliarium. homilia 42. Sed dicunt venialiter peccantes de modico non esse curandum. Ita enim dicitur ff. de dolo ma. si oleum. Respondeo. illa propositio non est vniuersaliter vera. Vnde etiam secundum leges ciuiles datur actio pro dolo, vt patet. ff. de damno infecto l. si proprietarius. Est ergo de modico curandum, potissime quando tale modicum disponit ad multum, sicut in proposito. Nam vt habetur Eccl. 19. Qui spernit modica, paulatim decidet. Et sic patet de prima infirmitate spirituali, quæ non est de per se lethalis, est tamen cauenda propter consequentiam. Alia autem est infirmitas spiritualis, quæ ex natura sua, & de per se est lethalis, seu mortalis, cuiusmodi est infirmitas peccati mortalis. hæc enim infirmitas aufert de per se vitam gratiæ, iuxta illud Ezechie. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. De prima ergo infirmitate videtur posse intelligi illud Christi responsum ad nuncium Mariæ, & Marthæ, cum ait. Infirmitas hæc non est ad mortem. Non autem de secunda, quia reuera est ad mortem spiritualem, & æternalem.

Sequitur ĩ textu Post hæc dicit Christus discipulis suis. Eamus in Iudæã iterũ. Et hæc per verba Christi secundum glo. or. significatur mystice, quòd in fine seculi redibit Christus per fidẽ ad Iudæos, qui tunc conuertentur ad ipsum mediãte prædicatione Heliæ, & Enoch. Tunc. n. reliquiæ Israel saluæ fient, vt habetur Esa. 10. Nam tunc fiet vnũ ouile, & vnus pastor, vt prę dixit ipse Christus Ioan. 10. Discipuli ergo Christi audito illo verbo. Eamus in Iudæam iterũ, timentes pelli suæ, & similiter ne intentaretur mors magistro suo, dixerũt ei. Rabbi nunc, i. ante paucos dies, iudæi quęrebant te lapidare, & iterũ, &c. hoc autẽ fuit qñ ipsis iudæis quærentibus Xp̃o, Si tu es Christus, dic nobis palã, & eo respondente. Ego, & pater vnũ sumus: sustulerunt lapides vt iacerent in eũ. Quòd videns, illis re

lictis

lictis abijt trans Iordanem, vt habetur Ioan. 10. Respõdit Iesus Nonne 12. horæ sunt diei? Ac si aperte diceret. Sicut horæ sequuntur diem, & non econuerso, ita & vos debetis me sequi, qui sum lux, & dies, quamdiu sum in mundo. Vt enim dicit August. super Ioan. tractatu. 46. Cum homines vellēt consilium dare Deo, Discipuli magistro, serui Domino, ægroti medico corripuit eos dicens, Nonne 12. sunt horę diei? Quasi diceret. Sequimini me, nolite mihi cõsilium dare, quos oportet à me consilium accipere. Sequitur. Post hæc dixit illis. Lazarus amicus noster dormit, gl. inter. hominibus, quidem mortuus est, sed Deo viuit. Quia vt dicit Aug. de verbis Domini, ser. 44. Nemo tam facile excitat dormientem in lecto, quàm facilè Christus mortuum in sepulchro, hominibus tamen mortuum erat. hæc il. Iterum & secundo voluerunt discipuli Christum impedire ne iret in Iudæam iterum dicentes de Lazaro. Domine si dormit, saluus erit. Ac si dicerent. hoc est signum futurę sanitatis in Lazaro, ꝙ dormit. Tertio autem locutus est eis dicens, Lazarus mortuus est. Super quo verbo August. de verbis Domini ser. 52. facit talem exclamationem, dicens. Si Lazarus mortuus est qui amicus Christus erat, heu peccator Dei inimicus qd' patietur? Et gaudeo propter vos, id est propter vtilitaté vestram, qu a non erã ibi. Quasi diceret, In hoc ꝙ cognosco plenã Lazari dispositionem cum sim corpore absens, potestis cognoscere me esse Deũ, qui intueor æquè absentia, sicut præsentia, Heb. 4. Omnia nuda sũt, & aperta oculis eius. Sed eamus ad eum, quia ipse per casum nõ potest venire ad nos. Dixit ergo Thomas ad condiscipulos. Eamus ergo & nos, & moriamur cũ illo. Quod verbũ exponẽs Aug. vbi supra immediate, dicit: quòd Thomas ita locutus est ex vehementi amore ad Christũ, cũ quo potius volebat mori, quàm post eũ viuere. Arbitrabatur enim sibi lucrum mori cum Christo. Hæc ille.

Quæritur iuxta illud verbum prædictum. Lazarus mortuus é, gaudeo, &c. Vtrũ liceat, gaudere de morte

alterius. Pro respōsione ad dubium distinguendū est. Aut.n.q̃ mortuus est,erat bonus aut malus. Si bonus, tunc licet gaudere vno respū,& alio tristari. Gaudere, quidem inquantū præcedit ad cœlū oraturus pro sibi deuotis. Tristari vero inquantum tollitur de medio, qui forte adhuc multis vtilis erat. Et quantum ad hoc legitur de B. Martino,quòd pium est gaudere Martino,& pium est flere Martinum. Quis autem liceat gaudere de obitu iustorum in quantum creduntur, & æstimantur cœlum conscendere,patet ex verbis B. Ambr. qui lib. de fide resurrectionis c.2. dicit,ꝙ ecclesia Natales dies Sanctorum obliuiscitur, & eum diem quo obierunt, celebri solennitate per annos singulos renouat. Si autem qui mortuus est, malus fuerat dum viueret, tunc per accidens licet gaudere de eius morte,inquantum talis mors æstimatur vtilis, & profutura multis, quos ille dum viueret opprimebat inique. sic enim gauisi sunt filijs Israel de morte, & submersione regis Pharaonis,atq; totius sui exercitus in mari Rubro,ita vt caneret Moyses, & vniuersus populus masculini sexus hoc carmen domino dicentes. Cantemus domino,gloriose enim magnificatus est, equū & assessorem deiecit in mare. Exod. 15. Consequenter etiam ibidem scribitur quomodo Maria soror Moysi & Aaron sumpsit tympanum in manu sua. Quam insequentes cæteræ mulieres cum tympanis,& choris canebant omnes pariter dicentes. Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est, equum & ascensorē eius deiecit in mare. Similiter legitur Iudith.9. quòd cū ipsa Iudith attulisset in sinu suo caput Holofernis in ciuitatem Bethuliæ, omnis populus gaudebat cū mulieribus,& virginibus, & iuuenibus in organis, & citharis. Tunc etiam ipsa Iudith cœpit cantare canticū domino,&c. Similiter Hester. 8. legitur,ꝙ Aman suspenso in patibulo, quod parauerat Mardocheo filij Israel exultare cœperūt. Rursū legitur 2. Mach.8. ꝙ iudæi valde gauisi sunt de morte Nicanoris, quē interfecerat Iudas Machabæus cum paucis viris,vtpote

tribus

tribus milibus. Nicanor autē hostis iudæorum occubuit cū toto suo exercitu, qui erat 35. miliū virorum, vt patet 2. Mach. 15. Patet ergo, quòd licitū est gaudere de in fortunio, & morte hostis sui, tamen de per accidens, vt dictū est, pro quanto, s. talis mors credit ad magnā pacē, & vtilitatem bonorū, & prius oppressorū iniustè. Ita. n. dicit Greg. lib. 22. mora. c. 11. Euenire inquit, plerunque solet, vt nō amissa charitate inimici ruina nos lætificet cum ruente eo quosdam bene erigi credimus. Si. n de inimici aduersitate, & morte gaudendum non esset, nequaquam Psalm. diceret. Lætabitur iustus cum viderit vindictam impiorum. Hęc ille. Ex his ergo omnibus patet solutio ad dubium.

Sequitur in textu. Venit itaque Iesus, sup. Bethaniam, & inuenit Lazarum quatuor dies iam in monumento habentem.

Mysticè secundum gl. ord. quatuor dies mortis Lazari, quatuor designant dies mortis spiritualis. Primo. n. nascitur homo cum originali peccato. Ecce primus dies mortis spiritualis. Deinde venit ad annos rationales, & tunc communiter transgreditur naturalem legem, quæ dicit in corde. Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris. Tho. 4. Ecce secundus dies mortis spiritualis Deinde contemnit legem scriptam, mala prohibentem. Ecce tertius dies mortis prædictæ. Consequenter contemnit legē gratiæ, in qua prædicatur vita æterna obseruatoribus illius, & pœna æterna transgessoribus eiusdem. Ecce quartus dies antedictæ mortis spiritualis. Sed nec tales ex toto relinquit Dei misericordia, quinimmo non cessat clamare, & dicere cuilibet sic mortuo per culpam. Veni foras, i. exi à peccato in quo iacuisti.

Moraliter. Per quatuor dies mortis Lazari possumus intelligere peccatorū genera, vt peccatū cordis. Ecce primus dies. Peccatū oris. Ecce secūdus dies. Peccatū operis. Ecce tertius dies. Peccatū prauæ consuetudinis. Ecce quartus dies, q. est cæteris diebus periculo

fior, & damnabilior. Difficilime.n.quis resurgit, aut nunquam ab isto peccato prauę consuetudinis. Et istud significatur secundum August. de verbis domini ser.43.in fine, per hoc, quòd Christus primo fleuit priusquam Lazarum suscitauit. & hoc est, quod Amos primo dicit dominus Deus. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum. Ecce quàm periculosum est ducere peccata ī consuetudinem, & facere plenum opus de ipsis, vt in communi prouerbio dici solet. Si ergo, charissimi, contingat vos peccare ex humana fragilitate, passione, aut alias, cito resurgere satagite, ne diu perseuerantes in fęcibus vestris, tandem inuoluat vos mors æterna.

Notandum est autem, ꝙ Christo venienti, & appropinquanti Bethaniæ, occurrunt illę duæ sorores defuncti Lazari, videlicet Martha, & Maria, & quælibet earum cum honesto comitatu, & hoc præcipue propter reuerentiam magistri sui Christi.

Primo igitur Martha, vt audiuit forte per præcursorem missum ad Christum, qui etiam redeundo præuenit eum apud dominas suas, quòd Iesus venit, occurrit illi. Non quidem sola, sed in suo comitatu habens tres pulcherrimas, & honestas domicellas, etiā ipsi Christo acceptissimas. Prima uocabatur Diligentia. Et hæc domicella innuitur per illud uerbum prædictam, occurrit illi. Præuenit enim veniendo ad Christum sororem suam Mariam, quæ domi sedebat, vt dicit euangelista, & per hoc mysterium significatur moraliter, ꝙ multi boni laici operibus vitæ actiuę dediti, velocius currunt ad Christum, & ad sermones, quàm multi clerici, & cæteri vitæ contemplatiuæ deputati. Vndę Aug. lib.8.confes. Surgunt indocti, & cœlum rapiunt, &c. Secunda domicella vocabatur Fides. Hæc autem domicella exprimitur, & declaratur fuisse in comitatu ipsius Marthæ, cū locuta est ad eū, dicēs, Dñe si fuisses hic, frater. &c. Ac si dixisset. Dñe cum sis vita, credo, ꝙ te præsente Mors minime fratrem meum inuasisset. Huius tamen Marthæ fides

imper-

imperfecta fuit in hoc, scilicet quòd tantum credidit Christum per sui præsentiam corporalē potuisse præseruare fratrem suum à morte. Cum tamen æque se haberet Christi potestas ad absentia, sicut ad presentia. Attingit.enim à fine vsque ad finem fortiter,& disponit omnia suauiter. Prouerb 31. Tertia domicella quam adduxit Martha, vocabatur Spes, Quam quidē domicellam se habere in suo comitatu manifeste insinuauit, cum ait ad Christum. Nunc scio, quia quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Item cum Christo dicenti illi, Resurget frater tuus, respondit di. Scio.i. firmiter spero, quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Sed quia nō satis est inuenisse dñm, nisi ēt ad hoc ipsum alios alliciamus, & pro posse nostro attrahamus, scđm illud Eccl. 17. Vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo, ideo Martha domum reuersa vocauit silentio sororem suam Mariam ad Christum, dicens, Magister adest, & vocat te forte sui præsentia, vel etiam verbo, quamnis de hoc nihil dicat euangelista.

Tertio Maria occurrit Christo habens secū tres honestas domicellas. Prima dicta est virilis Cōstātia, seu animosa Fortitudo, quia non obstante iudæorū multitudine, etiam maiorū inter eos, qui illic venerāt, vt consolarentur eā vnà cum sorore sua Martha super recenti morte fratris sui Lazari, quos etiā iudæos ipsa bene nouerat inimicos Christi, & iam conspirasse in mortem ipsius, insuper & quasi sententiam excōmunicationis statuisse, vt si qs cōfiteretur ipsum esse Xpm Dei filium, extra synagogam fieret,& tanquā excōmunicatus vitaretur, ipsa tamen omni humano timore deposito,& tāquā ardēs ī Christo casto & sancto amore, audito per sororē suam ipsum Christum prope adesse, relictis dñis & dominabus, illa cito surrexit & venit ad eū. Quod videntes qui astabant & rē ignorātes, secuti sunt eam dicentes, quia vadit ad monumentū vt ploret ibi, vt refert euang. Ecce igitur animī Mariæ, constantia,& fortitudo. Et per hoc moraliter

ter instruimur debere ire ad Christũ siue per pœnitẽtiam, siue per religionis ĩgressum, non obstante hominũ mundanorũ multitudine, forte volentium nos à tã sancto proposito retrahere. Secunda domicella, quam in suo comitatu habuit Maria veniens ad Christũ, dicta est Humilitas, quæ exprimitur, cũ dicitur in textu, ꝙ cum venisset ad Christum cecidit ad pedes eius, Ecce profunda humilitas. Hoc autem non legitur soror eius Martha fecisse. Insuper conformiter ad suã sororem confessa est Christi potẽtiã, quamuis imperfecte, dicẽs, Dñe si fuisses hic, frater meus nõ esset mortuus. Et per hoc moraliter instruimur humiliare nos corã domino quotiens ad eũ accedimus aliquid postulaturi. Sic. n. egit Publicanus ille, qui ex humilitate nolebat oculos ad cęlũ leuare, sed percutiebat pectus &c. Luc. 18. Tertia domicella quam secum habuit Maria, dicta est Pietas, quia fluit ad dominicos pedes prostrata, adeo etiã abunde vt fontem pietatis & misericordiæ secundũ sensualitatẽ turbauerit. Et hoc est quod ait euang. Iesus aũt vt vidit eã plorantẽ, & iudęos qui cũ ea venerãt plorãtes, ĩfremuit spiritu, quasi iudiciũ rationis seruans in turbatione, & turbauit seipsum, i. turbatus est secundũ sensualitatẽ quantũ iudicauit expedire secundũ rectã rationẽ, vt. s. in hoc ostenderet se esse verũ hominẽ, qui naturaliter cõpatitur alteri patienti. Ro. 12. Flere cũ flentibus. Ista ergo turbationis passio nõ fuit in Christo vitiosa, sed virtuosa, eo quod nõ ꝑuenit in ipso rationis iudiciũ, sed potius ipsum secuta est, & ꝑ eundẽmet Christum excitata, vt sic ostẽderet se esse hominem verum, vt dictum est. Moraliter autem per hoc significatur quantũ debeat homo turbari quando sentit se mole peccati præssum. Et sic patet de secundo.

Tertio principaliter in hodierno euangelio fit mẽtio de Lazari manifesta suscitatione. Nam, vt dicit Euangelista, lachrimatus est Iesus. Et rursum fremens in semetipso venit ad monumentum. Et per hoc moraliter nos docuit libenter debere frequentare cœmi-

teria & loca ſacra, in quibus ſepulta iacent amicorũ noſtrorũ cadauera, aut etiã quorũcũq;, & illis ĩpartiri ſuffragio noſtro. Item etiã, vt ſimus memores mortis. Vnde monumentum dicitur quaſi monens mentem, ſup. ad memoriam mortis habendam, eo quòd nihil ſic reuocat hominẽ à peccato ſicut mortis memoria. Eccleſ. 7. Memorare nouiſſima tua &c. Propter ꝙ in religioſo monaſterio Clareuallẽ ordinis Ciſtercieñ. in communi cœmeterio fratrum ſemper eſt vna foſſa totaliter parata ad receptationem humani corporis, & altera ſemiparata. Qui autem prior decedit in dicto monaſterio, illic ſepelitur. Quo facto mox ſecũda perficitur & altera inchoatur pro parte ad inſtar prioris, & ſic conſequenter. Sed quare hæc cerimonia ibi obſeruatur? Certe vt fratres dicti monaſterij, qui ex ordinatione domus habent ſingulis diebus viſitare ipſum cœmeterium orantes pro defunctis fratribus, magis imprimant ſuis mentibus memoriam mortis. Item in dicto monaſterio eſt aliud, quod fratres admonet ad mortis memoriam habendam. Illud autem eſt quidam lapis concauatus, in quo ferunt corpus ſacrũ D. Ber. exanime factum fuiſſe lotum. vnde talis lapis ſiue vacuus ſiue aqua plenus ſemper præ ſe fert effigiem dicti corporis B. Bernar. eo modo quo ſe habebat dum ibi lauabatur. Apparet autem dicta effigies ad modum vmbræ. Ecce certe duo magna monumenta ſeu monimenta mortis. Et quia ſequens textus euãgelij eſt planus, ideo ipſum cauſa breuitatis pertranſeo, ad ſenſum moralem deſcendens.

Moraliter ergo notandũ, ꝙ iſte Lazarus mortuus ſignificat omnẽ hominẽ in mortali peccato exiſtentẽ ut dictũ eſt. Sed qualiter à morte pctĩ reſurgat videamus. Eſt ergo notandum ꝙ quęcunque leguntur facta circa corporalem Lazari ſuſcitationem, etiam ſuo modo poſſunt reperiri in ſuſcitatione peccatoris ad gratiam. Primo igitur in ſuſcitatione Lazari Chriſtus de prope acceſſit, quinimmo vſque ad locũ ſepulchri. Et per hoc denotatur gratia Dei præueniens peccatorem,

& quæ

& quæ præcedit omne meritum hominis iustificādi, de qua in ps. Misericordia eius præueniet me. Secūdo Christus consolatus est Martham & Mariā super mortem fratris earum. Sic & dominus consolatur peccatorem ad eùm redire volentem, ne desperet de venia. Tertio Christus lachrymatus est, & turbauit seipsum. Et per hoc denotauit feruens cordis contritio, etiam ad lachrymas si sit possibile, ita vt peccator possit dicere ad dominum illud ps. Exitus aquarum deduxerūt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Quarto Christus iussit sepulchrum aperiri. Ecce oris confessio, per quam aperitur confessori vice dominus peccatum interius latens; quod significatur per corpus mortuorum iacens in sepulchro. Quinto Christus orauit patrem, cùm voluit resuscitare Lazarum. Sic & confessor debet orare pro peccatore sibi confitente, vt pote dicendo, Misereatur tui omnipotens Deus &c. Item illud, Absolutionem & remissionē omniū pecc. &c. Sexto Christus clamauit dicens. Lazare veni foras. Sic & confessor clamat ad peccatorem resuscitandum per gratiam sacramentalem, cū dicit illi, Authoritate Dei ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis. Et tunc peccator exit foras sepulchrū peccati, præsertim si sit dispositus ad suscipiēdum effectū absolutionis sacramentalis. Septimo Christus dixit discipulis suis de Lazaro iam resuscitato. Soluite eum, & sinite abire. Sic etiam dedit prælatis Ecclesiæ potestatē absoluendi in foro pœnitentiæ, quia non est satis esse absolutum in foro Dei per contritionem, nisi etiā peccator absoluatur in foro Ecclesiæ per sacramētalē cōfessionem & absolutionē. Et hoc est ꝙ dicit magister senten. in 4. dist. 18. Christus, inquit, Lazarum iā viuificatum obtulit discipulis soluendū, quia & si aliquis sit absolutus apud Deum per contritionem, nō est tamē propterea solutus in facie Ecclesiæ, nisi iudicio sacerdotis se subijciat. Hæc ille. Soluit ergo confessor peccatorem à peccatis suis suo ministerio, & per cōsequens à pęna æterna, ipsum tamen ligat ad pęnā temporalem

poralem, pęnitentiam salutarem iniungendo. Qua soluta si aliud peccatum non interuenerit, tandem gloriam consequetur æternam cœlum conscendendo. Quam nobis concedat, &c.

SABBATO POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.



GO sum lux mundi. *Ioan. 8.*

PRIMA INTRODVCTIO.

Lex Imperialis. ff. de re iud. l. contumacia. allegans iurisconſ. Hermogenē, dicit q̄ aliquis reputatur cōtumax, qui postquàm fuerit à suo iudice ter vocatus, vel vnica vice pro trinaque peremptoria appellari solet venire, & comparere contempserit. Casus est talis. Est forte aliquis Ecclesiasticus impudice viuens. Huius ergo incorrigibilitatem cernens decanus ruralis denunciat eum pro tali suo officiali. Quo audito dictus officialis citat eum ad præfixum diem, vt se purget, aut confessus seu conuictus subeat pęnam condignam. Ille autem non obstante huiusmodi citatione contemnit venire ad diem præfixum. Quod videns officialis iterum citat eum, & admonet sc̄d̄m formam, & practicam iuris & curię. Sed nec sic vocatus vult illi parere iudici, veniendo ad iudiciū. Quid ergo iuris in hoc casu? Certe lex præallegata dicit, q̄ talis debet reputari tanquam contumax. Et ideo officialis potest procedere contra eū tanquā contra contumacē, & ecclesiæ rebellē. Ista lex ciuilis est canonizata 11.q.3.certum. Item 24.q.3. de illicita. Item extra de treuga. c. treugas.

Moraliter. Ista lex post tripliciter exponi.

Primo quidē de mundo in gn̄ali, hoc est de mundanis peccatoribus. Nam pijssimus Deus audiens, & intelligens multam malitiā esse super terram, olim citauit mundum, videlicet in lege naturæ, & hoc p̄ Patriarchas, vt saltem recognosceret suam culpam. Sed

cum

cum nec sic suos errores agnósceret mundus, secundo ipsum citauit in lege scripta per sanctos Prophetas. Sed quid fecerunt impij homines talibus citatoribus? Profecto quosdam ex illis occiderunt, alios flagellauerunt, alios turpiter de finibus suis eiecerunt. Postremo in lege gratiæ fecit omnipotens Deus dictos rebelles citari, & frequenter admoneri per benedictum filium suum, clamantem & dicentem illud Luc. 13. Nisi pœnitentiam habueritis, omnes peribitis. Insuper non desinit adhuc miseros peccatores citare & admonere per prædicatores suos, sed nec sic multipliciter citatus, & admonitus mundus vult reatum suum recognoscere, sed contumaciter renuit ad Dominum per pœnitentiam venire. Quid ergo de eo fiendum est? Certe vna dierum, & forte citius quàm credatur, proferetur sententia excommunicationis contra ipsum, hoc aūt fiet in die iudicij, quando. s. dabitur mirabilis sententia contra improbos, dicente Dño officiali Christo ad eos. Ite maledicti &c.

Secūdo prædicta lex potest exponi de quolibet peccatore in particulari. Pro quo notandū, quod sicut aliquis potest esse contumax & rebellis iudicio humano, ita & iudicio diuino. Potest autem aliquis esse contumax iudicio humano tripliciter. Primo quidem in non veniendo. Secundo vero in veniendo & non stando, sed ante latam sententiam procaciter recedendo. Tertio autem stando & sententiam expectando, sed non propterea reatum emendando.

Primo igitur potest aliquis esse contumax iudicio humano in nō veniēdo, seu in non cōuertēdo. Et istud iterum potest fieri tripliciter. Primo quidē, quia venire cōtēnit forte dicēdo citatori. Ego nō ibo, in despectum illius qui misit vos. Secundo quia malitiose impedit ne citatio ad ipsum veniat. Tertio quia in fraudem se occultat & abscondit intra domum suā ne audiat citationem. Et de istis tribus impedimētis habes extra vt lite non contest. c quoniam frequenter. Ita suo modo potest aliquis contumax esse quoad iudicium

cium diuinum in non veniendo tripliciter.

Primo quidem, quia post peccatum commissum nõ vult statim venire ad iudicium confessionis & pœnitentiæ, ad quod tamẽ vocat eum dominus officialis & iudex Christus qui hoc præcipit. Secundo vero q̃a impedit per minas & terrores ne citetur, aut ne illi veritas dicatur, dicens illud verbum Pharaonis ad Moysen. Caue ne vltra loquaris mihi, & recede à me. Nam quacunque die apparueris mihi morieris. Exo. 10. Huiusmodi sunt mundani & grossi peccatores, vtpote principes, & potentes in seculo, quorum multi minas inferunt prædicatoribus eis viritatem dicentibus. Hos etiam quandoque per corpus accipi faciunt, & in carcerem recludunt, aliquando etiam ipsos publico edicto bannizant prohibentes ne à cętero habitent in terris imperio eorum subiectis. Tertio autem, quia frequenter abscondit se peccator in taberna, nũc in lupanari, nunc in domo suspecta, & hoc ne deprehendatur, & audiat vocem increpentis se de insolentijs suis plurimis. Ps. Noluit intelligere, s. corripientem se, vt bene ageret. Et alibi. Aures habent & non audient. Item alibi. Similitudo eorũ sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non exaudient vocẽ incantantium.

Secundo põt aliquis esse contumax, qui etsi veniat ad iudicium, non vult tamen expectare sententiæ pronunciationem, sed cito recedit, quia forte timet eadere de causa, & ille est contumax quo ad Deum, qui etsi incipiat venire ad Dei iudicium, siue ad pœnitentiã, non tamen vult expectare finem, sed cito recedit recidiuando in peccatum. Luc. 8. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

Tertio potest aliquis esse contumax, qui quamuis sit conuictus, aut sponte cõfessus, non vult tñ parere sententiæ iudicis, sic & ille est contumax quo ad Deũ qui etsi confiteatur plene peccata sua, nõ vult tñ acceptare satisfactionem iniunctam à iudice suo, i. à confessore, vt sunt illi q̃ nolũt restituere ablata. Itẽ simoniaci

niaci,qui nolunt resignare beneficia,aut officia simo niacè impetrata.I ē vt sunt illi, qui nolunt bono cor de parcere inimicis,aut etiā conciliari his, quos verbo aut facto offenderūt. Hi ergo oēs ac similes sunt apud Deū contumaces,& rebelles, & per consequens in fine seculi excōmunicabuntur, & separabuntur de medio iustorum & detrudentur in carcerem inferni.

Tertio prædicta lex magis ad propositū Euangelij hodierni potest exponi de iudæis, quos Christus etiā in propria vocauit frequenter ad fidem,gratiā,& pœnitentiam, vtpote illis benigne dicendo illud Mat.4. Pœnitentiā agite,appropinquabit regnum cœlorum. Itē illud eiusdem 11. Venite ad me omnes qui laboratis,&c.Item illis dicendo illud verbum præsentis Euāgelij. Ego sum lux mundi,qui sequitur me, non ambulat,&c.Quasi diceret,Sequimini me, & nō deficietis nec errabitis,sed tandē habebitis lumē vitæ,id est gloriæ cœlestis. De quo quidem ait psal. in persona beatorum. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Et alibi. In lumine tuo domine videbimus lumen.Patet ergo quomodo Christus vocauit iudæos. Sed quid illi fecerunt? Certe contumaces se ostenderunt aduersus vocantem se benigne,& gratiose,procaciter,& irreuerenter illi improperantes verbum,quòd sequitur, atque dicentes. Tu de teipso testimonium perhibes, & testimonium tuum non est verum. Nunquid ergo tanquam excommunicati priuandi sunt cō sortio electorum, & detrudendi in abyssum inferni cum omnibus dæmonibus? Certe cœcus est infidelis qui aliter sentit,

SECVNDA INTRODVCTIO.

Tu de teipso testimonium perhibes. Ioan.8.] Scribitur extra de præscriptionibus.c.ad audientiā, ꝙ publico instrumento creditur vbicunque inueniatur. Casus est talis. Aliquis mercator Parisiensis contraxit debita cum quodam alio mercatore Rothomagensi, & super hoc factū est publicū instrumentum per manum Notarij apostolici,aut huiusmodi. Postmodum mercator Ro, tho-

thomageñ. inuenit debitorum suũ Flandria, vel in Anglia petens debiti solutionẽ. Alter illam negat. Tandẽ trahitur ad iudiciũ, & tunc creditor ostendit publicum instrumentũ continens totam seriem rei. Queritur quid iuris in hoc facto? Certe Inno. III. dicit. alter est cogendus ad debiti solutionẽ, eo ꝙ publico instrumento creditur vbicunque inueniatur.

Moraliter per publicũ instrumentũ intelligitur humana conscientia. Huiusmodi aũt instrumentum pro pręsenti est clausum & sigillatum, quia nemo nouit secreta cordium, præter Deum. Nihilominus hmõi instrumentũ aperietur in die iudicij. Quia nihil occultum, quod non reueletur, neq; absconditũ quod non sciatur, vt dicitur Matt. 10. Itẽ Apo. 20. Antiquus dierũ sedit, & libri aperti sunt. Vbi per antiquũ dierũ intelligitur Xp̃s, qui dicitur antiquus, eo ꝙ ratione diuinitatis fuit ab æterno. Hic itaq; antiquus dierũ sedebit in valle Iosaphat in sede maiestatis suæ, & libri, i. conscientiæ singulorũ aperientur corã eo. Quia oĩa nuda sunt & aperta oculis eius, vt dicitur Heb. 4. Seqtur. Et iudicati sunt mortui, i. iudicabuntur ex his q̃ scripta erant in illis Dicit ẽt idẽ Io. Apoc. 5. se vidisse librũ scriptũ intus & foris. Per quod significatur ꝙ liber cõscientiæ pro præsenti est scriptus intus, quia humanis oculis est occultus. Sed in futuro scribetur foris, adeo ꝙ quilibet cognoscet peccata & facta aliorũ quantumcunq; prius occulta. Quis aũt peccatores iudicabuntur in die iudicij ex his, quæ scripta erunt in cõsciẽtijs suis, patet ꝑ figurã de Vria, de quo legitur 2. Reg. 11. ꝙ detulit ab Ioab principẽ exercitus Dauid literas mortis suæ. Sic erit de miseris peccatoribus in die iudicij. Vnde tũc quilibet peccator poterit dicere illud Io. 10 Opera quæ ego facio, ipsa testimoniũ perhibent de me. Poterit etiã ipse Christus iudex viuorũ, & mortuorum tunc dicere cuilibet reprobo veraciter illud, quod in euangelio hodierno contra ipsum obiecerunt impij iudæi fallaciter, videlicet. Tu de te ipso testimonium perhibes.

In præsenti ergo euangelio fit mentio de quadā solenni disputatione habita inter Christum & doctores iudæorum. Et secundum hoc in ipso euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet, De fundamentali Christi conclusione in principio euang. De doctorum legis temeraria impugnatione. ibi. Tu de teipso &c. De peremptoria Christi responsione. ibi. Et si ego testimo. &c.

Primo igitur fit mentio de fundamentali & catholica Christi cōclusione trimembri. Pro quo notandū, ꝙ vt legitur Io. 8. In principio, & fuit recitatum ī euāgelio sabbati præcedentis, Christus mulieri adulteræ quam accusabatur iudęi coram eo tanquam lapidatione dignā, misericordissime pepercit. Hoc autē in parte fecit vt ostenderet se habere potestatem in terra dimittendi peccata. Et quia iudæi de hoc grauiter murmurabant, ideo in præsenti euangelio ostendit uerbo suam potestatem in expositione tenebrarum peccati, dicens, Ego sum lux mundi.

Prima igitur pars cōclusionis fundamētalis positionis Christi est verbū prædictum, Ego sum lux mundi. Quod quidem uerbū pertractans August. super Io. tracta. 34. dicit, ꝙ ꝑ hoc lumen factum est solis lumē. In super, inquit, lumen quod fecit solem, sub quo fecit & nos, factum est sub sole propter nos. Noli ergo contēnere nubem carnis. Nube siquidem tegitur Dei filius, non ut obscuretur, sed ut tēperetur. Loquēs ergo lumē indeficiens per nubē carnis, ait hominib. Ego sum lux mundi. Sed uidetur, ꝙ Christus nō debuerit seipsum laudare dicendo. Ego sum &c. maxime cū dicat sapiēs Prou. 27. Laudet te alienus, & nō os tuū. Extraneus, & nō labia tua. Ad hanc instantiam respondet Aug. super Io. exponens illud verbū Io. 13. Vos vocatis me magister & dn̄e, & bene dicitis. Sum etenim, vbi sic ait. Ille qui est super oīa, quantūcunq; se laudet, nō tn̄ se extollit excelsius. Nec recte p̄t dici arrogās Deus. Hęc ille. Nō sic aūt est de puro hoīe, cui nō licet seipsū laudare, sicut facere cōsueuerunt pleriq; iactatores, & humanæ

manæ laudis cupidi. De quibus etiam scribit Marcus Varro ad Atheniesem auditorem. Multi, inquit, laudē amittunt, quoniam ipsi eam de se prędicant.

Sed forsan dices, Christum non probasse drædictam primā partē suæ conclusionis, in qua ait. Ego sum lux mundi. Certe immo multipliciter eā probauit, & hoc à signo. Primo qdē nascēdo, Nā tūc iudæis noua lux oriri visa est. Hester 8. Hoc aūt fuit qñ nox dñicæ natiuitatis versa est in claritatem solis, prout longe ante prophetatū fuerat ꝑ Psalmistā dicentem. Nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebrę eius, ita &c. Similiter per Esaiā 9. dicentē. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucē magnā, habitantibus in regiōe vmbræ &c. Secundo vero se trāsfigurādo, videlicet in mōte Thabor. Nā tunc resplēduit facies eius sicut sol, & vestimēta eius facta sunt alba sicut nix. Matt. 17. Tertio aūt à mortuis resurgēdo. Propter quod orat Ecclesia in prima collecta missæ in vigilia paschæ, ita dicens. Deus qui hanc sacratissimā noctem gloria dominicæ resurrectionis illustras. In cuius ēt rei signū erat aspectus Angeli apparentis mulieribus in sepulchro dominico sicut fulgur, & vestimēta eius alba sicut nix, Mat. 28. Tunc euidenti signo ostendit Christus se esse lucē mundi, quandoquidem eo moriente & extincto, lux solis naturalis pariter defecit trium horarum spacio, vt aiunt euangelistæ. Patet ergo probatio primæ partis conclusionis à signo multiplici.

Notandum ergo est, ꝙ Christus conuenienter se nominat in præsenti euangelio lucē mundi. Et hoc propter multas pulchras proprietas lucis, quę sequūtur.

Prima igitur proprietas lucis naturalis est tenebrarum fugatio. Nam sicut lucescente sole & apparēte super hemisperium nostrum fugantur tenebræ noctis, ita adueniente, Christo, qui est veritas in lege prę signata & in prophetis promissa, cessauerunt figuræ & prophetiæ, quia vt habetur Matt. 11. Lex & prophetæ vsq; ad Ioānē, q sup. terminus legis & ꝓphetarū, i hoc .s. ꝙ Xpm ꝓfiguratū, & ꝓphetatū digito demōstrauit,

iste.Io.7.Nonne,quæso,valde delectabilis erat ista lux peccatrici Magdalenæ? quãdoquidẽ sedebat secus pedes Domini,vt audiret verba melliflua, quæ ex ore illius procedebãt,ita vt videretur illi dicere illud Cañ. 2.Sonet vox tua in auribus meis:vox.n. tua dulcis, & facies tua decora,ecce huius lucis delectatio. Erat tamen hæc lux odiosa malis,vtpote scribis & pharisæis, eo.s.quod reprehendebat & reprobabat peccata eorũ, vtpote auaritiam,hypocrisim,ambitionem,vanam gloriã,& huiusmodi.Vnde de illis loquens Matt.14.dicebat,Dicunt & non faciunt. Amant primos recubitus in cœnis,primas cathe.&c. Similiter ista lux erit valde delectabilis electis in die iudicij,q tunc videbũt eũ venientem cũ potestate magna & maiestate Luc. 21. ipse.n.est in quem desiderant angeli prospicere,vt habetur 1.Pe.1. Reprobis aũt tunc erit grauis ad videndum,vt habetur Sap.2.Ita vt dicturi sint montibus,cadite super nos & abscondite nos, Oseæ 10. Nota qũo etiam hodie prædicatio est delectabilis bonis, sed odiosa malis,Io 8.Qui ex Deo est,verba Dei audit.Propterea vos non auditis,quia &c.

Quarta proprietas lucis est occultorũ manifestatio. Cum luce.n.quæruntur & inueniũtur quæ prius latebant.Sic etiã Christus peccata quantumcunq; occulta & secreta, quæ ĩ dies cõmitt tur à multis,vt sunt multa adulteria,stupra,sacrilegia,molities,& huiusmodi: Itẽ rãcores & odia fraterna, denudabit in die iudicij corã toto mũdo.Tunc.n.illuminabit abscõdita tenebrarũ,q manifestabit occulta cordiũ,vt habetur 1.Corin.4.Et hoc est,quod ipsemet loquitur Mat.10.dicẽs, Nihil absconditũ quod non reueletur, neque occultũ quod nõ sciatur.Qm̃ quæ in tenebris dixistis,in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur super tecta . Ipse etiã est,qui ait Naũ 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua,& ostendã gẽtibus nuditatem tuam,& cunctis regnis ignominiam tuam.

Moraliter,postq̃ peccauimus,& trãsgressi sumus aliquod mandatorum Dei,debemus recurrere ad lucem

gratiæ vt possimus ipsum peccatum iam forte oblitũ inuenire, vt de illo doleamus & cõfiteri valeamus. Nota parabolam quam ponit dominus, Luc. 15. de muliere habente drachmas 10. Quem si perdiderit drach. 1. statim accendit lucernam, & domum euertit, donec inueniat illam. Ad propositum mulier est quęlibet rationalis creatura. Decẽ drachmæ, decẽ sunt præcepta decalogi. Amissio unius drachmæ est transgressio unius præcepti legis. Accensio lucernæ cum euersione domus est diligẽs inquisitio peccati commissi cum euersione & reuolutione cõscientiæ donec inueniatur, & postmodum pure confiteatur, vt deleatur. Ecce quomodo per lucẽ naturalis luminis intellectus, aut memoriæ, concurrẽte tamen speciali Dei adiutorio, occulta peccata manifestantur.

Quinta ꝓprietas lucis naturalis est incõtaminatio. Non. n. contaminatur lux solis per hoc ꝙ diffunditur super terrã lutosam, aut super cadauera mortuorũ, aut huiusmodi. Ita neq; diuinitas filij Dei cõtaminata est per hoc, ꝙ vnita est hypostatice naturæ humanæ, quãtuncunq; miseræ & fragili in se, prout plenius scripsi in aduentu de secretis secretorum. ser. 3. sub litera F. Vel dic ꝙ Christus vera lux cęli & mundi cum publicanis & peccatoribus conuersatus est manducando & bibẽdo, vt habetur Matt. 60. Nec tamẽ inde contraxit fœditatem culpæ, quinimmo potius eos ad interiorẽ puritatem inducebat & attrahebat, tum verbo sanctæ doctrinæ, tum exemplo bonæ vitæ.

Moraliter per hoc instruimur quãdoq; sequi cõsortia malorum, vt ipsos lucrifaciamus Christo, hoc tamẽ ad perfectos pertinet, qui nõ possunt de facili attrahi ad malũ ex consortio malorũ. Secus aũt de imperfectis propter periculum. Nota exemplum in vitis patrũ de illo sancto patre sene, qui intrauit prostibulũ vt impudicam meretricem inde extraheret, & ad pœnitentiã alliceret. Quod & factũ est. Patet ergo quàm bene Christus appellat se lucem in præsenti euangelio, dicens. Ego sum lux mundi.

Moraliter quilibet sanctus & sincerus doctor Ecclesiæ, qualis erat Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Chrysostomus, Beda, Thomas de Aquino, & similes, itẽ quilibet feruidus & fructuosus prædicator, quilibet inquã talis cũ omni humilitate potest dicere verbum prædictum, videlicet. Ego sum lux mũdi. Vnde & de magno illo doctore & prædicatore feruentissimo Ioãne Baptista dicitur sic, Io. 5. Ille erat lucerna ardens & lucens ante dñm. Quod quidẽ verbũ pertractans deuotus Bernardus. serm. 1. de eodẽ dicit, ꝙ lucere tantũ, vanũ est, sed lucere & ardere ꝑfectũ est. Debent ergo veri doctores & diuini verbi prædicatores imitari dictum pręcursorẽ dñi ardendo interius ꝑ zelum sanctum, & lucendo exterius per bonum exemplum, iuxta illud Matthæi. 15. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant &c. Talis autem prædicator, & diui Ioannis verus imitator erat pater noster Dominicus, de quo legitur ꝙ verba eius ardebant, vt faculæ. Tu ergo ò pręddicator & diuini verbi cõcionator sic prædicare, stude vt te merito possit dici illud verbum. ps. Ignitum eloquium tuum vehementer.

Secunda pars cõclusionis fundamẽtalis positionis Christi est illud, quod sequitur in euang. Qui seqtur me gl. interl. per fidẽ subintellige formatã charitate, non ambulat in tenebris ignorantię, vel peccatorũ, vt dicit eadem glo. Nec per consequens talis ꝑueniet ad tenebras æternas, q̃ sunt terminus & finis prædictarũ. Qui ergo sequitur Christũ fide formata, nõ ambulat ĩ tenebris ignorãtię agendorũ, aut fugiendorũ, quia ipse est via. Nec in tenebris ignorãtiæ credẽdorũ, qa ipse est veritas. Neq; similiter in tenebris ignorãtiæ appetendorũ & desiderandorum, quia ipse est vita. Ecce quomodo Christus probat hanc secundam partẽ conclusionis suæ, & ea q̃ alibi dicit Ioan. 14. videlicet vbi ait. Ego sum via, veritas, & vita. Hũc aũt textũ pñtis euãgelij exponẽs Augu. super Io. tract. 34 dicit sic, Qui sequitur lumẽ huius solis quẽ super nos videmus errare pt, & ire ad tenebras. Si vis inqt ire ad oriẽtẽ, &

solem istum sequaris, erras, quia ad occidentem cum ipso pergis. Nauta si eum sequatur in mari, casu illo errabit. Si aũt cum ipso ad occidentem tendas, postq̃ occiderit in tenebris ambulamus. Sed dominus noster Iesus Christus clamat dicens. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Si.n.ab illo non facias occasum, nunquam à te ipse facit occasum. Sequendus est ergo Christus in præsenti per fidem, spem, & charitatẽ. Et tunc in futuro habebitur per speciem claram, dicentẽ ps. Mane astabo tibi, & videbo, supple, teipsum clare. Sequamur ergo Christum fratres charissimi, ne ambulemus in tenebris morum, qui profecto magis timẽdæ sunt, quàm tenebrę oculorum. Hæc ille. Ad sequendũ ergo Christum tanquam verum lumen gratiæ & gloriæ facit similitudo, siue exemplum cuiusdam herbæ, quę dicitur Heliotropium. De qua refert Plin. in naturali hist. lib. 8. c. 42. dicens, q̃ semper intuetur solẽ ex quo semel oriri cœperit, & cũ eo pariter voluitur Vade & tu fac similiter in ordine ad verũ & indeficientẽ solẽ Christũ. Quod vbi diligenter perfeceris, certe non ambulabis in tenebris, sed habebis lumen vitę, de quo subditur postea.

Tertia pars cõclusionis positionis Christi, id est qđ sequitur in euãgelio. Sed habebit, supple sequens, ita vt sit verbũ Christi lumen vitæ, & hoc tam in præsenti, quàm in futuro, vt dicit glo. interl. In præsenti quidẽ habebit lumen vitæ per fidẽ, & gratiã. In futuro autem lumen vitæ per gloriã. Hanc aũt tertiã partẽ conclusionis possumus persuadere exemplo illius, qui timet errare in via, & deficere in tenebris. Propter qđ habet necessario sequi portitorẽ luminis, qui ipsum p̃cedit, quẽ diligẽter & pedetentim sequendo efficitur particeps sui luminis. Ita & nos quãdiu sumus in tenebris huius mundi, si nõ velimus errare in via morum, necessario habemus sequi Christũ, qui est verũ lumen de lumine, & Deus verus de Deo vero. Quod vbi fecerimus, tãdem habebimus lumen vitę, i. glorię cęlestis. lex.n.vetus nõ ꝓmittebat suis obseruatoribus, nisi tpa

lia

lia caduca,& transitoria,vt patet Deut.per totũ.Item Esa.1.vbi dicit dñs.Si me audieritis, bona terræ comedetis.Sed Christus in lege gratiæ, quã proprio ore dictauit, non promittit obseruatoribus hmõi legis suæ bona terrena.Immo dicit,& cõsulit,ꝙ despiciant illa,& ꝙ non curẽt de diuitijs huius seculi. Similiter neq; de honoribus,aut delitijs,& hmõi,eo ꝙ oĩa talia non sunt nisi fumus. Promittit autẽ maius his oĩbus .s.gloriã æternam, videlicet oĩbus eum sequentibus, dicens,ꝙ qlibet talis habebit lumen vitæ,siue cęlestis gloriæ. Et sic patet probatio conclusionis positionis Xp̃i,quo ad tres sui partes. Et hæc de primo prĩcipali.

Secundo principaliter in præsenti euãgelio fit mẽtio de temeraria impugnatione dictæ legis, & hoc ꝑ doctores,& scribas legis iudæorũ, cũ subditur.Tu de teipso testimoniũ ꝓhibes,&c. Vbi notãdũ, ꝙ dicti doctores legis voluerunt ducere Xp̃m ad duplicẽ metã.

Primo quidẽ ad metã inopinabilis, dicẽtes sic ĩ sententia.Inopinabile est, ꝙ qs perhibeat testimoniũ de seipso,& præcipue magnificando, & laudãdo seipsum ẽt supra omnem humanum sensum. Maxime cũ dicat scriptura Prouer.17.Laudet te alienus,& non os tuũ. Minor est in textu.Sed sic est, qđ tu de teipso testimoniũ perhibes.Insuper teipsum laudas, & exaltas supra omnem humanum sensum dicens, ꝙ sis lux mundi,& ꝙ q sequitur te,non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Igitur deductus es ad metã inopinabilis.

Secundo doctores legis iudæorum voluerunt ducere magistrum legis ad metam falsi, quasi in virtute sic arguentes.Testimonium vnius,præsertim de seipso, est suspectum de falsitate;Sed tu solus es qui testimonium perhibes de teipso, ꝙ scilicet sis lux mundi. Ergo testimonium tuum non est verum.

Confirmatur hæc ratio per iura ciuilia, & ecclesiastica.Primo.n.quo ad iura ciuilia scribitur.C.de testibus l.oĩbus,ꝙ nullus dẽt esse testis ĩ re ꝓpria;Scđo vero quo ad iura ecclesiastica scribitur.15.q.3.sane.ĩ fine illius capituli. ꝙ nullus ẽ testis idoneus in ꝓpria causa.

causa.Idē ēt habetur 4.q.3.testes.Insuper quamuis credatur homini in iudicio contra se, non tamen pro se, vt patet 14.q.2.de eo. Et quāuis hmôi iura nōdū essent cōstituta,æquitas tñ super quā fundantur,iā erat. O quanta præsumptio,temeritas, & arrogātia.O quāta irreuerentia. O q̃ grandis cupla, cū humana vesania,& inflata pellis, atq; tenebrosa ignorantia sic aggreditur, & superare vi argumentorū nititur immensam & insuperabilē Dei sapientiā.Insuper ei q̃ est ipsa veritas p essentiā,imponere satagunt falsitatē,atq; ore impudico, & sermone blasphemo scd̃m dicūt domino suo, discipuli magistro, homuntiunculi omnipotenti Deo, testimoniū tuū nō est verum.Sed ne humana stultitia inaniter,& falso glorietur ad duplicem metam duxisse eum, qui metas & terminos mari statuit, ideo satisfaciendum est rationibus prædictis, quod fiet in sequenti puncto.

Tertio principaliter in præsenti euang. fit mentio de Christi perēptoria responsione ad sophisticas doctorū legis iudæorū rationes,vbi primo negat eis propōnē per eos primo assumptam.Ipsi.n.dicebant Christo. Tu de te ipso testimoniū perhibes, testimoniū tuū nō est verū.Ipse ergo negat illis propōnē istā per vnam sibi contrariā, cum ait,Et si ego testimonium perhibeo de me ipso,testimoniū meū verū est.Sed cōtra ipsemet Christus alibi,videlicet,Io.5.dicit totū contrariū. Nā ibi ait,Si ego testimoniū perhibeo de me ipso, testimonium meū non est verum. Hic autem dicit.Si ego testimoniū,&c.testimoniū meū verū est. Ad hoc respondet Chrys.super Io.homi.39.dicens,quòd in præsenti euāg.loquitur Christus scd̃m propriū iudiciū:in alio autē textu loquitur scd̃m iudiciū falsum iudæorū, q̃ æstimabant ipsum fallacē.Et sic patet,q̃ prædictę duę propositiones non opponuntur,eo q̃ referuntur ad diuersa.Superest ergo audire responsiones Christi ad fallaces argutias doctorum, seu scribarū legis iudæorū.

Ad primū ergo eorum argum.per quod nituntur eū ducere ad metā inopinabilis,sic arguētes,inopinabile

est vt

est vt quis perhibeat testimonium de seipso, &c. potuit Christus rñdere, ꝙ maior per eos assumpta erat vera, loquendo de puro homine, &c. Quia. n. nullus purus homo potest in præsenti seipsum perfecte cognoscere: quinimmo credit qñque se esse bonum vbi tamen malus est, & peritum vbi inexpertus est: ideo nõ est idoneus testis in proprio facto. Propter quod dicit Apost. 2. Cor. 10. ꝙ non qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat, qui supple solus cognoscit quid sit in homine. Deinde potuit dicere, ꝙ secus erat de seipso, eo quòd erat Deus, & homo. Modo Deum nullus mortalium, neque etiam Angelus descendens de cœlo potest sufficienter commẽdare, & hoc propter infinitam eius maiestatem, ideo ipse solus potest de seipso ferre testimonium. Et sic patet solutio ad primam rationem factam.

Ad secundum argumentũ per quod doctores iudęorum voluerunt ducere Christum ad metã falsi: rñdet manifeste ipse Christus in euang. negãdo minorẽ, cũ ait, Et si iudico ego, iudicium meũ verũ est, quia solus non sum, sup. ferẽs testimoniũ de meipso. Et in lege vestra scriptnm est, videlicet Deu. 19. quia duorũ hominum testimonium verũ est, i. pro vero habendũ est. Quanto magis ergo testimoniũ Dei patris, & filij sui Christi pro vero habendum est? Iõ subdit Christus, dicens, quia ego testimonium perhibeo de meipso, & testimoniũ perhibet de me, qui misit me pater, Io. 5. Ego testimonium habeo maius homine.

Sed cõtra prædicta potest tripliciter instari. Primo quidem contra illud verbũ Christi, Ego testimonium perhibeo de meipso. Vt. n. dictũ est, nullus est idoneus testis in propria causa. Secundo verò potest instari cõtra illud, Et testimoniũ perhibet de me qui misit me pater, vt. n. scribitur. C. de testib. l. etiã. domestica testimonia repellũtur. Itẽ ibidem l. parentes, dicitur, quòd nec parentes, nec liberi ad testimoniũ inuicẽ, siue pro se, siue cõtra se, sunt admittẽdi. Et huius rõ assignatur C. de impu. & alijs substõnibus. l. fi. ĩ cuius fine dici-
cur

tur, ꝙ pater & filius eadē persona reputantur. Tertio autē pōt instari contra illud eiusdem Christi verbum. Et in lege vestra scriptū est, quia duorum hominū, &c. Hoc.n. scd̄m oēs doctores intelligitur qn̄ testificantur de vno tertio, & neuter de seipso, vt patet intuenti textum. Et tñ in proposito pater, & filius non testificantur de vno tertio, sed de ipsomet Christo. igitur.

Rn̄sio, Ad primum istorum dicitur, ꝙ Deus pōt esse testis, & iudex in eadem cā, secundu illud Hiere. 19. Ego sum iudex, & testis, dicit Dn̄s. Et Malac. 3. Accedam ad vos in iudicio, dicit Dn̄s, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periuris. Nullus autē alius ab eo potest esse testis, & iudex in eadem causa. Ad secundum dicitur, ꝙ leges humanę vetant domestica testimonia, prout vitandum fauorem inordinatum sanguinis ad sanguinem: sic autem esse non potest inter patrem, & filium in diuinis. Ad tertium, quód est fortius, potest probabiliter dici, quòd Christus erat verus Deus, & homo perfectus, quamuis idem numero suppositum. Et iō secūdum ꝙ Deus potuit ferre testimonium de seipso, scđū ꝙ hō, s. ꝙ sua humanitas esset diuinitati personaliter vnita. Et hoc probabāt ingentia opera, quæ faciebat, quorum plerunque sua humanitas instrumentum erat. Et per hoc patet responsio ad confirmationem prius adductam.

Deinde subditur iudæorū stulta interrogatio, cum dicunt Christo, Vbi est pater tuus? de quo supple tm̄ gloriaris, & de quo tā frequēter loqueris nobis, & de quo nunc dixisti nobis, ꝙ perhibet tibi testimonium. Ibi.n. iudæi credebant Xp̄m habere patrē terrenum, sicut & cæteri filij hominum. Rn̄dit Iesus, Neq; me scitis, neq; patrē meum scitis. Sed contra. Nam ipse in alio passu, videlicet Io. 7. dixit eisdem. Et me scitis, & vnde sim scitis. Rn̄deo, Iudæi sciebant Christū, & vnde esset scd̄m humanitatē, q̄a ex virgine Maria, sed non scd̄m diuinitatē. Sequitur. Si me sciretis, forsan & patrē meū sciretis, iuxta illud Io. 14. Philippe q̄ videt me, videt & patrē meum: vnde Aug. super Ioan. exponens

hunc

hunc passum dat talem similitudinē. Qñ, inquit, vides aliquē alicui similem, & tu nosti cui similis sit, dicis. O qūo iste homo similis est illi. Nā si hunc vidisti, & illū vidisti. Vñ ad hoc propositum refert Val. Max. lib. 9. c. 15. de Artemone simillimo Antiocho regi tā ī gestu, q̄ in voce. Propter quod Laodicea vxor ipsius Antiochi audita morte ipsius, collocauit in cubiculo suo dictū Artemonem, fingēs regē esse qui ęgrotaret, vt aduocato populo illum tāquā testaturū ostēderet, à quo & Laodicea, & liberi eius diligētissime cōmēdarētur. Huius igitur Artemonis voce audita, populus facile delusus est. Hoc idē refert Plin. ī naturali historia li. 7. Sicut ergo propter similitudinē gestus, & vocis inter duos p̄dictos, q̄ videbat, aut audiebat vnum, credebat videre vel audire alium, ita ēt propter similitudinē oīmodā in essentia, & deitate patris, & filij in diuinis, dicit hic Xp̄s iudæis. Si me sciretis, forsan & patrem meū sciretis. Item & Philippo, Qui videt me, videt, &c. Donet ergo nobis, qui hoc dicit, hāc gratiā, vt vtrunque vnà cum Spiritu sancto possimus videre in cœlesti gloriam. Quam nobis concedat ipse idem, qui viuit, & regnat per æterna secula. Amen.

DOMINICA IN PASSIONE.



Vis ex vobis arguet me de peccato. *Io. 8.*

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. per quas personas nobis acquiritur. l. 1. q̄ icipit excepta, dicit, q̄ quicquid seruus acquirit, totū dño suo acq̄rit. Casus est talis. Est aliquis diues mercator annosus, qui sentiens, quòd non potest vltra currere ad numdinas, seu peragrare terras, aut nauigio transuadere maria mercandi gratia, prout prius solebat, destinat vnum de seruis suis Lugdunum, alium

in Angliam, alium forte per mare in Alexandriam,& huiusmodi. Viagijs ergo diligēter expletis illi redeūt ad dominum suu cum multis diuitijs. Quo facto illi serui volunt sibi appropriare huiusmodi diuitias, dicentes, quòd cum proprio labore, & cum pene infinitis periculis illas comparauerunt. Quod videns magister eorum, & dominus, trahit eos ad iudicium. In hoc ergo casu, qualem sententiam debet dare iustus iudex? Certe debet pronunciare, & sententiare totum lucrum prædictum pertinere domino seruorum illorum, nisi aliud obsistat, quia vt dicit lex prædicta, quicquid seruus acquirit, totum, &c. Et quanuis dicta lex intelligatur de illo, qui est seruilis conditionis, nihilominus potest generaliter ītelligi de seruo locatitio.

Moraliter. ista lex potest exponi tripliciter.

Primo quidem in bonam partē de seruis illius maximi mercatoris Dei, quos posuit in hoc mundo vt negotientur regnum cœleste, dicens eis illud verbum Luc. 19. Negotiamini dum venio, i. priusquam ad vos veniam per mortem. Quicquid autem huiusmodi serui acquirunt, siue eleemosynas largiendo, siue ieiunādo, siue orando, aut ad loca sacra peregrinando, seu quodcunque aliud opus de genere bonorum faciendo, totum domino suo acquirunt, i. ad honorem omnipotentis Dei facere debent, dicente Apo. 1. Cor. 10. Siue manducatis, siue bibitis, siue quodcunque aliud facitis, omnia in laudem Dei facite. Et huius ratio est, quia ex denarijs dn̄i sui, i. ex bonis operibus q̄ principaliter sunt à Deo, non debent huiusmodi serui propriā laudem aut gloriam querere, sed tantum laudē, gloriā, & honorē dicti domini sui. Vnde fidelis seruus, & prudens huius talis ac tanti mercatoris erat ille q̄ dicebat, Nō nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Quasi dicat. O domine Deus merito tu, & non nos dēmus habere ex bonis operib. nostris gloriā, quia quod facimus, tu ipse magis facis sup nos, & nō nos proprie. Nam in talibus bonis operibus, tota rō facti est potentia facientis. Propter quod 11. q. 3. iniu

stum

ſtum, dicitur quia melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quàm in bonis ſuperba gloriatio.

Secundo prædicta lex, poteſt exponi oppoſito modo, videlicet in malam partē, ita vt per ſeruum intelligatur, q̄libet peccator, ſecundū illud Io.8. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Vnde dicit Aug. de ciui. Dei. li.4.c.4. ꝙ bonus ſi ſeruiat, liber ē. Malus aūt ſi regnet, ſeruus eſt, nec quidem vnius hominis, ſed quod grauius eſt, tot dominorum quot vitiorum. Huiuſmodi ergo ſeruus, id eſt peccator quicquid acquirit, totū acquirit domino ſuo diabolo, & præſertim hoc habet verum de illo, qui ordinat opus ſuum ad finem peccati. Et huius acquiſitionis rō eſt, quia ipſe diabolus ſemper ibi ponit aliquid de ſuo. Verbi gr. Aliquis exiſtēs in mortali peccato dat eleemoſynam propter inanem gloriam, vel forte ieiunat, aut orat ad eundem finē. q̄ ſic operatur, totū acquirit domino ſuo diabolo, eo ꝙ ipſe diabolus ponit ibi aliq̄d de ſuo, ſiue ponit ibi falſam, ſ. inanē gloriam, per quā inficit totū actum: & iō vult ſibi vſurpare totū actum. Ecce q̄uo talis ſeruus diaboli ſiue peccati quicquid lucratur, totū lucratur dn̄o ſuo. Secus tamē de operibus de genere bonorum, q̄ operās ordinat ad finē virtutis moralis, vtpote eleemoſynā ad pietatē, ieiuniū ad carnis macerationē, orōnem ad mentis eleuationē ad ſuperna, & huiuſmodi.

Tertio p̄dicta lex pōt exponi myſt. cè de Chriſto, q̄ ſcd̄m humanitatē fuit ſeruus Dei patris, ſcd̄m illud Eſa.42. Ecce ſeruus meus, ſuſcipiā eū: electus meus, in illo cōplacuit anima mea. Iſte āt ſeruus ſeruiuit Deo patri ferme 33 ann. nō aliā mercedē expectans niſi redēptionē animarum noſtrarū. In cuius etiā figurā legitur Gen.29. ꝙ Iacob ſeruiuit Labam auunculo ſuo multo tp̄e petens pro omni mercede cūctas oues varias. Hic ergo ſeruus Xp̄s quicquid acquiſiuit totum Deo patri acquiſiuit, oīa opera ſua referēs in laudē, gloriā, & honorē Dei patris, minime autē in gloriā ꝓpriā. Et in ſignum huius loquitur hmōi ſeruus in pręſenti euāg. iudæis, dicens, Ego gloriā meam nō quęro.

Secunda

Christus assistens Pontifex futurorum bonorum. Hebr.9.

Scribitur extra de electione, & electi potestate. c. bonę memoriæ, ꝙ electio de futuro epo non valet si fiat antequam alius sepeliatur. Casus est talis. Canonici alicuius ecclesiæ cathedralis audiētes iudicio peritorū medicorum epm suum ægrotare vsq; ad mortē, vel forte ꝙ iam est mortuus, sed nondum sepultus procedunt ad electionē de futuro pastore ecclesiæ suæ, forsan timentes ne princeps eis det epm ad nutum. Quęritur vtrum talis electio valeat? Certe non, quia vt dicit Innocentius III. per prædictā decretalē, ꝙ electio de futuro epo non valet, si fiat antequam alius sepeliatur. Ergo multo minus si fiat priusqnam ille moriatur Ad idem est, quod scribitur in maiori vol. dist. 79. nullus Pont. Vbi dicitur, ꝙ electio noui Papæ, siue etiam cuiuscunque episcopi non valet, si fiat ante triduum ab obitu, & sepultura prioris.

Moraliter. Diabolus interdum gerit se pro episcopo, & signanter super peccatores, & malos, in quorum conscientia, & velut in cathedra pestilentiæ sedet. Huius autem episcopi ecclesia est multitudo malignorum hominum, de qua loquitur dominus in Ps. di. Odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo, idest cum illis non regnabo siue per gratiam, siue per præsidentiam. Habet autem iste episcopus capellanos, & cantores suos, qui sunt blasphemi, periuri, mendaces, & similes. O igitur pauperes peccatores, consulo vt recedatis ab obedientia tam impij episcopi, & eligatis per bonam vitam Christum episcopum animarum vestrarum. Quod si facere vultis, oportet primo expectare tres dies post sepulturam prioris episcopi, scilicet diaboli, eo quòd nullus potest inchoare nouā vitam, nisi prioris malæ vitæ eum pœnituerit, & nisi peccatum sit in eo realiter, & non tantum apparenter mortuum, quod est contra hypocritas, & fictè pœnitentes. Sed qui sunt tres dies expectādi ante electionē futuri episcopi? Profectò sunt contritio,

tritio, confessio, satisfactio. Nam nullus peccator potest habere Christum præsidentē in anima sua, qui nō habeat illa tria, saltem in voto. In figuram ergo huius electionis legitur 2. Reg. 2. q̄ Dauid non prius regnauit pacifice super Iudā, quousque mortuus esset Saul. Applicatio est facilis. Eligamus igitur charissimi Christum in Episcopum nostrum secundum formam prædictam, quia ipse est qui dat optimas præbendas seruis suis, saltem in futuro, secundum q̄ de eo loquitur apostolus in epistola huius diei, dicens, Christus assistens Pontifex futurorum bonorum peramplius, &c.

PRO EADEM DOMINICA: DE EVANGELIO.

Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Ioan. 8.

Scribitur extra de homicidio, c. tua nos, q̄ medicus vel chirurgicus non est dicendus homicida, si nihil omisit de contingentibus, & tamen moritur ægrotus. Casus decretalis est talis. Fuit semel quidem monachus, qui attentans curare quadam mulierem à tumore gutturis, in illo tumore apposuit ferrum, & illum aperuit. Post hæc præcepit dictæ mulieri ne vllo modo se exponeret vento propter periculum. Illa vero, vt moris est mulierum, oppositum fecit. Vnde postmodum aer subintrans vulnus aggrauauit, & sic in breui mortua est. Multi autem cœperunt maledicere monacho, vocantes eum homicidam. Quid iuris in hoc casu? Nunqnid dictus monachus est homicida? Certe non, quia vt dicit Innocentius III per dictam decretalem, medicus vel chirurgicus non est dicendus homicida, qui nihil omisit de contingentibus, & tamen moritur ægrotus, quia vt dicit Ouidius lib. 1. de tristibus. Non est in medicis, vt semper releuetur æger. Ad idē est, quod scribitur in maiori volumine dist. 1. c. si duo fratres. vbi dicitur, quòd quādo quis dat operam rei licitæ, & omnem cautelam adhibuit, quantum potuit ne homicidium sequeretur, tunc si sequitur, non propterea iudicatur homicida.

Moraliter Christus est maximus ille medicus, qui de se ipso loquens Mat. 11. ait. Nō est opus valētibus me

dico, sed male habentibus. Idē Luc. 5. loquitur dicens, Non egent, qui sani sunt medico, sed qui male habēt. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Item Aug. de isto medico loquitur dicēs. De cœlo magnus venit medicus, quia magnus in mundo iacebat ægrotus. Fuit autem iste medicus præfiguratus per Helisæum Prophetam, qui dedit salutem Naaman leproso, quando misit eum ad Iordanis fluuium, vt ibi se lauaret. Quod cum fecisset septies, tandem sanatus est. Per ꝙ pręfigurabatur, ꝙ iste medicus Christus deberet nos saluare in sanguine suo, vt habetur Apoc. 1. Cuius medicamina sunt ipsa ecclesiastica sacramenta. Nos vero ægroti, & patiētes sumus. Pro quo notandum, ꝙ iste peritissimus medicus dedit diuersas regulas suis patientibus, iuxta qualitatē morborum, & personarum. Primo enim dedit regulam religiosis, vt non respiciant retro, dicens, Mat. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Respicere autem retro est religiosos habere iterum affectum ad mundum, quē semel reliquerunt. Secundo dedit regulam pastoribus animarum, & Ecclesiæ prælatis, vt non parcant propriæ vitæ pro salute ouium suarum, dicens Io. 10. quòd bonus pastor dat animam suam pro ouibus suis. Tertio diuitibus huius seculi dedit regulam vt faciant largas eleemosynas pauperibus, dicens Luc. 16. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis, vt cū defeceritis recipiāt &c. Quarto pauperibus dedit regulā, vt patientiā habeant in aduersitatibus suis, dicens Lucę. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Quinto dedit regulā vxoratis, vt fidem mutuo sibi seruent vsque ad mortem, dicens Mat. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet. Et sic de alijs statibus suo modo dicēdum est. Et certe nūquam fuit medicus tam solicitus de salute corporali sui patientis, quantū medicus iste solicitus fuit, & est de salute spirituali pauperū peccatorum. Ipse.n. nihil omisit de contingentibus nostrā salutem. Et ideo non est sibi imputandū si aliqui dam

nentur, Sed debent miseri peccatores sibi ipsis suã dãnationem imputare, eo ꝙ nolunt sibi credere. Et de hoc conqueritur in Euangelio hodierno, cum ait. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

In præsenti ergo Euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet de Christi perfecta innocẽtia. In principio Euangelij. De eiusdem maxima patientia. ibi. Ego dæmonium non habeo. De iudæorum mirabili sæuitia, ibi. Tulerunt ergo lapides, &c.

Primo igitur fit mentio de Christi perfecta innocentia. Pro quo notandum, ꝙ vna de causis quare prędicatio alicuius quantumcunque etiam eleganter, & profunde loquentis non auditur, est mala vita ipsius, quia, vt dicit Greg. ho. 12. cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur. Ne ergo iudæi mendose dicerent Christo, ideo te non audimus libenter prædicantem, quia opera tua mala sunt, in principio Euangelij præsentis suam iustitiam ostendens, ait illis. Quis ex vobis arguet me, &c. Ac si diceret. Non habetis iustam causam quare mihi dicenti veritatẽ non creditis. cum nullum peccatum in me inuenire possitis. 1. Pet. 2. Peccatum non fecit, nec inuentus est, &c. & vt dicit glo. ordi. allegans Greg. prædictis verbis, pẽsanda est, & ponderanda Christi mansuetudo, qui nõ designatur ex ratione ostẽdere se peccatorem non esse, qui tamen potuit ex virtute diuinitatis peccatores iustificare. Item admiranda est eiusdem Christi singularis excellentia, & prærogatiua, quia nullus hominũ præter ipsum potest fiducialiter dicere. Quis ex vobis arguet me de peccato? vnde Prou. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato? q. d. nullus, nisi sup. Christus. Nam teste Ps. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnũ. Et 1. Io. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi, &c. Ab hac ergo generaliter declinantium per peccatum solus inter viros Christus immunis, & liber extitit.

Sequitur in textu. Si veritatẽ dico vobis, quare non

creditis mihi? nisi quia estis filij diaboli, vt dicit gl. interl. Qui ex Deo est, non natura, sed fide, & gratia, vt dicit eadem gl. verba Dei audit, i. amat, & cum deuotione recipit secundum, quod solet in cōmuni prouerbio dici. Qui diliget regem, diligit eius legem. Insuper qui syncere aliquem diligit, libenter de eo audit loqui. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis, interl. per vitium non sunt ex Deo, qui tamen per naturam sunt ex Deo. Gre. in hom. hodierna. Interroget inquit se vnusquisque si ante cordis verba Dei percipit, & statim intelliget vnde sit.

Moraliter. Notandum iuxta illud verbum. Si veritatem dico vobis, &c, quod Christus illa verba decebat nō solum turbis iudæorum, idest minoribus, verumetiam principibus sacerdotum, vt hebetur in textu. Per quod innuitur, quod veritas est dicenda, non solum minoribus, & simplicibus, verumetiam maioribus, vtpote prçlatis, regibus, & principibus atque officiarijs communibus, tamen cum moderamine, & cum vitatione scandali. Sed profecto hodie nulli sunt, aut rarissimi, qui dicant veritatem principibus sacerdotum, hoc est Ecclesiæ prælatis, aut etiam temporalibus Dominis, sed fermè omnes illis vel applaudunt nutriendo eos in peccatis suis, aut tacent tanquam canes muti non valentes latrare, vt habetur Esa. 56. Quod ideo faciunt ne incurrant malam gratiam talium, & fortè ne fraudentur à desiderijs suis. Et tales sunt beneuenti in curijs talium magnatum, qui videntur eiusdem prædicatoribus, & forte suis confessoribus dicere illud Esa. 30. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, sed nolite, supple, increpare. Vnde Senec. li. 6. de beneficijs. Monstrabo, inquit, tibi cuius rei inopia laborent etiam magna fastigia de quibus dici solet. Quia omnia possidentibus deest? Certè ille qui eis verum dicat. Quo fit, vt magni vires suas ignorent, & dum se tam magnos, quàm audiunt credunt, superuacua attrahūt, & indiscrimen omnium rerū peruentura bella, hæc ibi, quāuis truncate propter textus prolixi-

dixitatem. Sunt tamen interdum aliqui qui dicunt. O quàm bene expediret auisare regem aut principem, abbatem aut præsulem, super tali vel tali materia. Sed in effectu nullus inuenitur, qui velit coram talibus portare verbũ. In hoc similes muribus, de fabulatur, q̃ cũ ĩter se cõclusissent paruam nullam debere suspendi ad colla cattorum illis insidiantium die ac nocte, & repente illos strangulantium, nullus tamen inter eos fuit, qui ausus fuerit dicere, Ego primus hoc faciam, timentibus cũctis pelli suę. Applicatio est facilis. hos itaque prędicatores, consiliatores, doctores, & potentum confessores, peccata maiorum increpare non audentes reprehendit scriptura Thren. 2. dicens Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pęnitentiam prouocarent. Sed q̃ deterius est, tibi plerunque adulabantur, & applaudebant, iuxta illud Eze. 13. Prophetæ timebant parietem. hos etiam condemnat factum diui Ioã. Bap. de quo August. ser. 1. in festo decollationis eiusdem loquitur dicens. Ioannes impietatem Herodis Regis, vxorem fratris inuadentis publica authoritate condemnans, propter iustitiam perdidit vitã, sed lucratus est gloriam. Et nos interdum pro gratia hominum, vel timore offensionum, præferimus adulationem, & vendimus veritatem, non timentes illud, qđ scriptum est Eze. 3. Si non annunciaueris iniquo iniquitatem suã, sanguinem eius de manu tua requiram. hæc Aug. Debent igitur prædicatores, consiliatores, confessores, & similes habentes accessum ad curias principum & domos Pontificum, tanquam Christi veri imitatores, & discipuli, dicere veritatem talibus, quia vt habetur. C. de testibus. l. eos testes, veritas est præponenda gratiæ, & potentatui hominum.

Notandum etiam est circa illud prædictum verbum Christi, Qui ex Deo est, verba Dei audit, q̃ circa auditionem diuini verbi se habent homines in quadruplici differentia.

Primi sunt, qui ipsum diuinum verbum etiã aure ex-

teriori audire contemnunt. Et hos comparat Ps. cuidã serpenti dicto aspis, dicens. Similitudo, supple taliũ est ad istar aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantiũ, & venefici incãtatis sapienter. Tales ergo diuinum verbum audire contemnentes sunt cõiter grauissimi peccatores, & in durati in malitia. Ecce aspis obturans aures suas. Incantatores autem in bonam partem sunt boni, & zelosi prædicatores. Sed hos incantatores nolunt audire prædictæ aspides. Nec similiter volunt audire vocem venefici incantatis sapienter. Est enim veneficus idem, q; venenum faciens. Dicti ergo homines mundani, & peccatores frequenter illum reputant veneficum, idest malum, & detractorem, qui vult eos incantare sapienter per retractionem à malo. Quàm grauiter autem peccent tales diuinum verbum, aut increpationem audire contemnentes, patet ex verbis Aug. super psal. 5. dicentis, q; illi amaricant Deum, qui peccãdo in eam ægritudinem deueniunt, vt cibum veritatis, quo sane animæ gaudens, tanquam felleum sustinere non possint.

Secundi sunt, qui diuinum verbum aure quidẽ corporis audiunt, sed non penetrat in eis aurem cordis, quia neque inde meliores efficiunt, neq; corde cõpũgũtur, neque per sancta desideria sursum eleuãtur. Et huius generis sunt multi inhabitãtes magnas ciuitates, quibus omni die Dñico, & festo pręcipuo ministratur verbũ salutis, qui tamen circa hoc se habẽt ad modũ molendinariorum, seu fabrorũ, qui postquã se quieti dederint, non facilè excitãtur ex continuo tumultu prædictorũ, & hoc totum propter longam habituationem. Tales autem prouocant iram Dei contra se, sicut pulchre persuadet Chryso. homil. 73. ita inquiens. Dic mihi quæso si tuum videas filium quotidie scholam petentem, & tempore progressio nihil inde amplius lucrantẽ, nunquid patienter feres? Nonne, & flagella puero infliges, & præceptorẽ eius argues? Postea si didiceris, q; à præceptore quidẽ omnia facta sunt,

&

& prætermissum est nihil, sed omnis causa fuerit pueri negligentia, nonne in puerum tuum omnem trâsferes indignationem. Ita circa diuini verbi auditionem fieri iustum est. Si igitur prædicatoribus omne studium vobis exhibentibus, & quotidie vos ad virtutis semitam ducentibus, vos non proficitis, quanta damnatio vobis erit cogitate, hæc ille.

Tertij sunt qui libenter uerbum Dei audiunt, ita ut interdum lachrymas, fundât ex cordis uehementi contritione, secundum illud Ps. Emitte verbū suum, & liquefaciet ea, flabit spiritus eius, supple boni prędicatoris, & fluent aquę, supp. compūctionis à cordibus deuotorum auditorum. Sed talis compunctio & deuotio parum durat. Quinimmo multi talium plerunq; nō multo post allecti delitiis mūdanis, & societatibus prauis ad uomitum redeunt. Tales ergo hodie lacrymantur ad pedes Christi cum Magdalena, & cras saltant & tripudiant cum infidelissima Herodiade in chorea. Et de talibus bene loquitur Christus Luc. 8. dicens, ꝙ ad tēpus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Audiant ergo tales, & corde intelligant Senec. ad Lucil. epist. 2. dicentem, ꝙ non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur. Audient insuper os illud aureum, Chry. dixerim super Mat. in opere imperfe. hom. 40. dicentem, ꝙ quemadmodum non sentimus saporem qualiscunque cibi, nisi primum ipsum dentibus masticauerimus, ita nisi primum masticauerimus verbū Dei quod audiuimus, virtutem illius intelligere non possumus. Et sicut cibum masticatum dimittimus ad stomachum, ita & verbum salutis postquam ipsum masticauerimus, debemus memoriæ quasi stomacho commendare. hæc ille.

Quarti sunt qui verbum Dei aure audiunt, & corde retinent, fructumq; afferunt, tempore & loco executioni demādantes. Et horum corda Christus vbi supra cōparat terræ bonæ, supra quam cecidit semen bonū, ꝙ attulit fructum centuplum. Insuper tales ab infinitis penè malis retrahuntur, quia vt dicit Chrys. in pro-

logo super Ioan. fieri non potest, vt is miseram agat vitam qui frequenter, & deuote diuinis vocat sermonibus. Bene ergo locutus est mũdi saluator Christus, Lu. 11. dicens. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiũt illud. Simus ergo charissimi de numero talium, vt tandem benedici à Dominô mereamur.

Secundo principaliter in præsenti Euang. fit mentio de Christi maxima patientia. Nam cum iudæi cũ duplici improperio illi dixissent. Nonne bene dicimus nos; quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Ad primum improperium non respondit corde, & ore, seruans secundum, ꝙ de eo fuerat prophetatum per Psal. in persona eius dicentem. Tanquam surdus nõ audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Itẽ ideo non negauit se Samaritanum esse, vt ostenderet pro omnium salute se venisse, & carnem assumpsisse. Item hoc idem non negauit propter interpretationem huius nominis Samaritanus, ꝙ idem valet sicut custos. Quia ergo ipse est custos noster, & tutor, atque defensor, ideo Samaritanum se esse non negauit, Iste est ergo Samaritanus, de quo loquens Psal. ait, Nisi Dominus custodierit ciuitatem, &c. Et de isto Samaritano similiter loquitur Greg. libro 9. mora. 37. dicens, quòd in cassum conditor noster nobis bona tribuit, si non omne quod tribuit, ipse custodit.

Quæri potest cur iudæi Christum Samaritanum appellabant. Respondeo propter duo. Primo quidem propter odium quod habebant contra Samaritanos, & similiter contra ipsum Christum. Oderant enim Iudæi Samatitanos, eo ꝙ ipsis inuitis occupabant magnam partem terræ promissionis. Et propter hoc nolebat cum eis habere comercium, neque pactum, Ioan. 4. Non coutuntur Iudæi Samaritanis. Quia ergo Christus arguebat iudæos de suis peccatis, ideo ipsi existimantes, quòd hoc faceret ex odio, vocabant eum Samaritanum, & quasi illis aduersarium, sicut etiam hodie aliqui in Francia improperant alijs, quos odiunt, quòd sunt Burgundiones, Normani, vel Picar

di.

di. Secundo Iudæi vocabant Christum Samaritanum propter similem viuendi modum, & hoc secundum eorum æstimationem. Samaritani enim in parte legem Iudæorum seruabant, & in parte transgrediebantur. Iudæi ergo videntes, saltem secundum eorum falsam existimationem, Christum legem soluere, præsertim miracula sua faciendo in die sabbati, vt patet de paralytico, Io. 5. Ideò vocabant eum Samaritanum. Et sic patet de primo improperio ad, quod non respondit Christus propter causas prius assignatas.

Ad secundum improperium quod fuit tale. Demonium habes, ipse Christus patientissimè, & benignissimè respondit, dicens. Ego dæmonium non habeo. Hoc ergo tanquam falsum negat, sed vt patiens conuicium non reddit, secundum glo. interli. 1. Pet. 2. Cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Poterat enim veraciter illis dicere. Non ego, sed vosipsi dæmonium habetis in cordibus vestris, cuius etiam filij estis. Sed vt nobis daret exemplum mansuete respondendi ad improperia nobis ab alijs illata, simplici verbo ait, se excusens. Ego dæmonium non habeo. Debemus ergo & nos homunciunculi, & vermes, potius quàm homines patiēter ferre iniurias ab alijs nobis illatas. Quia vt dicit Sene. li. de institutione morum. Nondum es felix, si non te turba deriserit. Sed profectò non sic facimus, quin potius cōtumeliam contumelia recompensare satagimus, etiā peius retorquentes, quàm fuerit nobis improperatum. Vnde Greg. homil. 18. exponens prædictum verbum. Ego dæmonium non habeo, dicit, quòd ex ista Christi responsione confunditur nostra superbia, quæ si exagitata quantuncunque leuiter fuerit, atrociores iniurias reddit, quàm acceperit. Facit enim peius qđ potest. Minatur etiam mala, & damna quæ facere non potest. Christus autem iniuriam suscipiens non irascitur, neque contumeliosa verba respondet. Qui tamen si eisdem ista dicentibus respondere voluisset dicēdo, vosmet dæmoniū habetis, verū profectò dixisset, quia

nisi

nisi impleti fuissent dæmonio, tam peruersa non potuissent loqui de eo. Sed accepta iniuria, etiam quod verum erat dicere, veritas noluit ne prouocatus contumeliam reddidisse videretur. Hæc ille.

Sed multi dicunt se non posse patientiam seruare contra irrogatas iniurias, qui tamen vt asserunt inde delent, & patientiam libenter seruarēt si modū eā seruandi & habendi scirent. Talibus ergo multa remedia salubria dabimus. Primum est huiusmodi iniurias non audire, quia vt dicit Senec. li. 3. de ira. Non expedit omnia videre, omnia audire, multæ nos iniuriæ transeant, ex quibus plerasque non accipit, qui nescit. Secundum remedium est, illas auditas cito obliuioni tradere. Vnde Cicero in laudem Cæsaris dicit, ꝙ nihil solebat obliuisci præter iniurias. Tertium est cōuertere huiusmodi opprobria & iniurias in facetiā & ludum. Vnde narrat idem Sene. vbi supra de Diogene philosopho dicens, ꝙ cum Lentulus spuisset in faciē eius etiam satis turpiter, ipse patienter abstergens faciem suam, ait. O Lentule affirmabo omnibus eos falli, qui te dicunt os nō habere. Quartū est huiusmodi iniurias hilari vultu suscipere, & quasi nō curare, nec aliquod signum tristitiç aut displicentiæ propter hoc ostendere. Alias secundū eundem Sene li. 2. de ira, iniuriantes facient iterum si se fecisse iniuriam crediderint. Hoc autem probat exemplo cuiusdam, qui in cultu regum consenuerat. Quem cum interrogasset quidam quomodo rarissimam in aula regia consecutus esset senectutem, ait. Certe, inquit, iniurias accipiendo & gratias agendo. Quintum remedium est ex virtute magnanimitatis negare se iniuras recepisse. Nam verus magnanimus nihil contra se dictum, vel factū reputat iniuriam, dicente Seneca de verborum copia. Ingenuitas, inquit, non recipit contumeliam. Itē idē ibidem. Magni animi est iniurias despicere. Sextum & vltimum remedium est patientiæ Christi aduersus iniuriantes se frequens recordatio. Vnde Chry. super Mat. hom. 88. Fortassis inquit dices. Quomodo potero nō

moueri

moueri ad alterius vituperium? Crucis inquit signo te signato,& recordare quāta conuicia aduersus Christū dominū tuū Iudæi in hora passionis, pariter & in vita locuti sunt,& cōfestim omnia in te extinguētur, pariter quoq; te modestum ac mansuetum hæc faciet cogitatio sancta. Præterea à tuis famulis documentū suscipias,qui plerunque te vituperante siluerunt. Et per hoc intellige hanc philosophiam non esse difficilem. Nam hoc modo furorem tuum condemnabis,& in ipso contumeliandi tempore dices non esse contumeliandum. Hæc ille Patent ergo sex optima remedia contra illatas iniurias.

Notandū etiā ꝙ circa huiusmodi iniurias possunt homines se habere tripliciter, ꝓut dicebat quidā sanctus pater,prout in vitas patrum legitur. Quidā enim sunt,qui iniurias patiuntur patienter propter Christum, adeo quòd se vendicare nolunt,vbi tamen possunt, sed iniuriantibus ex corde parcunt.Et tales secundum gratiam Christi sunt. Alij sunt q̃ nec lædere, nec lædi volunt. Et tales secundum naturam Adam sunt.Alij vero sunt qui alijs iniuriantur & eos lædunt etiam reddentes malum pro bono.Et tales secundum diabolum sunt. Videat ergo apud se omnis iniuriam passus,quos prædictorum imitare velit.Præcipue aūt quantū humana fragilitas patitur,imitandus est Saluator noster Christus,qui ad singulas iniurias patientissimus fuit.Eum autem male imitātur nonnulli,qui etsi alijs iniurias non irrogent, cito tamen ad minimas & leuissimas sibi irrogatas iniurias commouentur,inflammantur, concitantur. Et de talibus potest intelligi illud Psalmistæ. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Solent enim paruuli facere arcus, & cū illis trahere festucas,quæ de se nullo modo,aut parum lædunt. Fingunt tamen magni se lædi à talibus festucis,seu sagittis,vt videant si illis compatiētur huiusmodi paruuli.ita & nonnulli sunt adeo fragiles & teneri ad iracundiam,ꝙ conqueruntur se lædi à minimis verbis aliorum,etiam quantuncunq; ioco di

cantur

cantur. Propter quod ex impatientia retorquēt graues iniurias contra iniuriantes se, quas plerunque probare non possunt. Et hoc est quod subditur. Et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. Plerunq; etiā lis ex minimis verbis interdum maxima crescit, vt ait poeta, adeo vt quandoque etiam graue scandalum sequatur apud alios. & ideo subditur. Conturbati sunt omnes qui videbant eos, supple prius corrixantes, & verbis contendentes Patientia ergo in talibus seruanda est.

Sequitur in tex. Ego gloriam meam non quæro. Quia enim Christus prius dixerat Iudæis. Vos inhonorastis me, ideo illi poterant ei obijcere, q talia verba diceret ad iactātiam, & propriam gloriam. Propter quod se excusat de hoc dicens. Ego gloriam meam nō quæro. Quasi diceret. Ego non quæro gloriam mundanam, sicut uos false estimatis. Est qui querat, scilicet pater gloriam meam, & iudicet, idest vindicet suo tempore iniuriam meam. Hoc autem fuit impletum in destructione ciuitatis Hierusalem per Titum, & Vespasianum.

Moraliter notandū, q omnis rectè operans, & qui se, & sua in Deū refert, potest merito dicere post Christum. Ego gloriam meam non quæro. Vnde dicunt iusti ad dominū illud Psalmistæ Non nobis Dñe, non nobis, sed nomini tuo da gloriā. Et Apost. 1. Cor. 10. Omnia in gloriam, & laudem Dei facite. Item Aug. li. soliloquiorum. c. 15. Tuum domine est bonum quod in nobis est, & tua gloria est bonum quod facimus. Qui. n. de bono tuo gloriam sibi quærit, & non tibi quęrit, hic fur est, & latro, & similis est diabolo, qui voluit furari gloriā tuā. Et post pauca. Tibi enim soli domine Deus sit gloria, cuius est omne bonum, nobis autē confusio, & miseria, quorū est omne malum nisi tu volueris misereri. Hæc ille. Sed profectò plerique hodie totum cōtrariū faciūt auferentes à prædicta propositione negationem, & dicentes sigillatim. Ego gloriam meā quæro, vt sunt homines mundani, & honoris atq; gloriæ seculi cupidi. Omnes enim tales gloriā suā, & non Dei

quærunt,

quærunt, vnus quidem sic, alius autem sic. Et ad hoc propositum loquens Greg. lib. 11. moral. c. 15. dicit sic. Omnes qui cogitatione terrena huic seculo conformantur, per omne quod faciunt, huic mundo relinquere sui memoriam conantur. Alij bellorum titulis. Alij altis ędificiorum mœnibus. Alij disertis doctrinarum secularium libris instanter elaborant, sibique memoriæ nomen ædificant. Hæc ille. Tu vero adde, quòd nõnulli per opera de genere malorum gloriam sibi quęrunt, vt saltem per hunc damnatissimum modum possint sibi acquirere nomen grande, iuxta nomẽ magnorum, qui sunt in terra. Vnde ad hoc propositũ loquens August. exponendo illud verbum, Psal. Non mouebor a generatione in generationem sine malo, dicit, quòd animus perditus, & expers bonarum artiũ, atque à iustitia lumine alienus, malis artibus sibi molitur adiutorium ad famã tam diuturnam, vt apud posteros etiam celebretur. Et qui non possunt bene innotescere, cupiunt vel male de se homines loqui dũmodo nomen eorũ latissime peruagetur. Ita vt quilibet talis dicere videatur illud Ps. Non mouebor â generatione in generationẽ sine malo. Hæc il. Ista confirmantur ex his quæ dicit diuus ille Hierony. 1. parte epistolarũ suarũ, epistola. 9. & forte accepit ex Valeria lib. 8. c. 15. vbi vterque narrat de quodã, qui vulgo erat ignotus. Hic ergo cũ non posset notus fieri per bonũ opus, cœpit cogitare quõ famosus per malum opus fieret. Propter quod Dianæ tẽplũ incẽdit, quod insigne erat atque pulcherrimũ. Iste igitur, vt inquit ibi Hiero. Nobilis, & famosus est in scelere factus. Cum aũt post factũ interrogaretur cur tantũ facinus fecisset, ait. Quia .n. non poterã in omnibus bene agendo notus fieri, volui male agendo notus haberi, & quodamodo de me sermo fieret celebris, & memoria dignus. Hæc ille. Refert etiã idẽ Valerius vbi supra, de quodam alio, qui Pausanias dicebatur. Hic enim cum interrogasset Hermoclem quonam pacto clarus euadere posset, & ille respondisset, ꝙ vbi occideret illustrẽ virũ, continuo cla-

rus

rus & famosus haberetur, subito Philippũ Macedonũ regem interemit. Et per hunc modum assecutus est, quod petierat. Hæc ille. Nota etiam ad propositum de illo qui nostra ætate interfecit in ecclesia chatedrali Sancti Heruasij Mediolan. ciuitatis cum in festo celebraretur summa missa, Ducem patriæ dictum Franciscum de Fortia. Ex cuius morte secuta sunt mala penè infinita. Tales ergo omnes quærentes per talia facinora gloriam suam, & celebre nomen, fraudati sunt à desiderio suo, quia acquisierunt vituperium & ignominiam, & tandem pœnam æternam.

Sequitur in textu. Amē amē dico vobis, inqt Xps turbis iudæorũ & scribis pharisæorũ, si qs sermonē meũ seruauerit, mortē. glo. interli. verā nō gustabit in æternũ. Consequenter ponitur iudæorum increpatio omni blasphemia plenũ, in hoc ꝙ dixerũt ei. Nunc cognouimus quia dæmoniũ habes. Nā Abraham mortuus est, & prophetæ mortui sunt. glos. interli. Prędicti mortui sunt morte naturali, sed nō morte spirituali, aut æternali. Ex quo patet, ꝙ mors naturalis communis est bonis & malis, iustis & iniustis, patriarchis, & prophetis, diuitibus, & pauperibus, nobilibus, & rusticis iuxta illud Heb. 9. Statutũ est hominibus semel mori. Vñ quidam poeta. Est cōmune mori, mors nulli parcit honori. Diues & fortis veniũt ad funera mortis. Et ideo bene cōparatur mors falci acutæ, quæ præcidit simul viride, & siccum. Vnde Boetius de consolatione libro 2. met. 7. Mors spernit altā gloriam, inuoluit humile pariter, & celsum caput, æquatq; summis infima. Deinde exclamat dicens. Vbi nunc fidelis ossa Fabricij manēt? Quid Brutus, aut rigidus Cato? Signat superstes fama tenuis pauculis inane nomen literis. Hæc ille. Et sic patet de secundo principali.

Tertio principaliter in pręsenti euangelio fit mētio de iudæorũ crudelitate, & sæuitia mirabili aduersus Christum. Nam cũ ad interrogationem eorum dicentium. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? respondisset ꝙ sic. Tũ quia Abrahā exultauit, inquit, vt

videret

videret diem meũ. Diem inquam natiuitatis meę pariter passionis ac resurrectionis: hos.n. dies Christi vidit Abrahã per fidem in præcepto sibi facto de immolatione filij sui Isaac,& gauisus est. Ex quo patet Christũ fuisse maiorẽ Abraham. Tum quia, vt inquit, antequã Abrahã fieret, ego sum. per hoc insinuans æternã natiuitatem suam. tulerunt lapides, vt iacerent in eũ, tanquam in blasphemũ, vt dicit glo. interl. Quia ergo iudæi erant duri, vt lapides, ideo conueuienter cucurrerunt ad lapides. Iesus autẽ abscondit se, & exiuit de tẽplo. Abscõdit autem se tãquam homo humilis, quia tunc commendanda erat patientia, & non exercenda potentia, vt dicit interli. Abscondit inquam se, nõ quidem seipsum post parietem occultando, sed virtute diuinitatas se eis inuisibilem reddẽdo, vt dicit glos. ord.

Quęri potest cur Christus, qui venerat in hunc mũdum vt moreretur pro peccatoribus redimẽdis, fugit mortem sibi intentatam à iudæis. Respondeo, hoc fecit rationabiliter propter tria. Primo quidem, vt per declinationem mortis ostenderet veritatem suæ humanitatis, quæ alias forte venisset in dubium. Secundo vero, quia non elegerat tale genus mortis, sed potius supplicium crucis. Insuper quia nondum venerat hora eius qua mori disposuerat. Tertio autem vt daret exemplum discipulis suis declinandi tempore & loco furorem hominum. Quibus etiam dicit, Mat. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Vnde Grego. homil. 18. exponens prædictum verbum. Tulerunt lapides &c. dicit sic. Quid nobis Iesus hoc exemplo loquitur? nisi vt etiã cum resistere possumus, iram superbientium hominum humiliter declinemus, dicente Apos. Ro. 12. Date locum iræ. Nemo ergo se contra acceptas contumelias erigat, nemo conuitijs conuitium reddat. Gloriosius enim est Dei imitatione iniuriam tacendo fugere, quàm respondendo superare. Sed contra hoc superbia dicit in corde. Turpe est vt accepta iniuria taceas. Nam quisquis cõspicit quia contumeliam accipis & taces, non putat

quia

quia patientiã exhibes; sed quia crimina in te agnos-scis. Sed vnde vox ista in corde nostro contra patientiam nascitur? nisi quia in imis cogitationem, & non in cœlo figimus? & dum in terra gloriam quærimus, placere ei qui nos de cœlo conspicit, non curamus: Accepta ergo contumelia meditemur in opere vocem domini dicentis in hodierno euangelio. Ego gloriã meam non quæro. Est qui quærat, & iudicet. Hæc ille. Patet ergo ex dictis ipsius diui Gregorij, duplex remedium contra irrogatas iniurias: Primum est fugere: Secundum tacere. Et vtrunque exemplum siue remedium nobis præbuit Christus in hodierno euangelio: Taciturnitatem quidem in non respondendo ad illud Iudæorum verbum. Samaritanus es tu: Fugam vero de templo exeundo. Ad talẽ etiam fugam contra furorem hominum iracundorum nobis præbuit exemplũ Dauid, cum scilicet fugit à facie Saul querentis eum occidere, & fugit in desertum locum. 1. Re. 24. Vnde & psal. dicebat. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Similiter & de Paulo legitur, quòd cum esset apud Damascum & deliberarent homines ciuitatis eum comprehendere & interficere, discipuli eius nocte per murum dimiserunt eũ submittentes in sporta. act. 9. Bene ergo loquitur scriptura Prouerb. 20. dicens. Honor est homini qui separat se à contentionibus, honor inquam quo ad Deum qui talem honorat in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam æternam: Quam nobis concedat qui in Trinitatẽ perfecta.

FERIA SECVNDA POST DOMINICAM IN PASSIONE.



Miserũt Principes & Pariſæi miniſtros, vt apprehenderent Ieſum. Ioan. 7.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. ad legẽ Aquilianam. l. qui occidit. §. in hac quoq; actione, allegans iuriſconſultũ Paulũ, dicit, ꝙ ſi quis in ſtipulam ſuam vel ſpinam comburendæ illius cauſa ignẽ immiſerit, & vlterius euagatus & progreſſus ignis alienã ſegetẽ, vel vineam læſerit, ſi die ventoſã id fecerit, culpæ reus erit, i. tenetur talis ad damnum, quod alius hac occaſione paſſus eſt. Lex ſecum importat caſum ſuũ. Ratio aũt prædicti ſtatuti, & legis eſt, quia qui occaſionẽ dãni dat, damnum dediſſe, ſiue feciſſe, videtur: vt notatur extra de iniurijs, & damno dato c. ſi culpa tua.

Moraliter prædicta lex poteſt multipliciter exponi. Primo quidem de lubricis, & impudicis hominibus plerunq; ſollicitantibus pudicas & caſtas virgines, atque continẽtes vxoratas, ſiue viduas mulieres, de incõtinẽtia & actu turpi. Nã cũ tales carnales viri apud ſe inflammentur igne concupiſcentiæ, de facili talem ignẽ tranſmittunt in mulieres etiam caſtiſsiſimas, ſiue per incautũ aſpectum, ſiue per impudicũ tactũ, aut per turpiloquium, dicente Apoſtolo 1. Corinth. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Creditis ergo vos corruptiſsimi homines & incendiarij. Gallicè boutex feux, qui incenditis, quãtũ in vobis eſt, in caſtis puellis, aut mulieribus ignẽ cõcupiſcẽtiæ carnalis, ꝙ habebitis tãtũ reſpondere corã illo diſtrictio iudice Chriſto de peccato veſtro? Certè & de veſtro, & de alieno. Nam qui ſemel corrupit virginem, & extraxit ad iniquitatem, ita vt poſtmodum efficiatur publica meretrix exponens ſe omni tranſeunti, talis habebit reſpondere coram domino Deo de omnibus peccatis, quæ illa aliquando committet, eo ꝙ qui occaſionẽ

damni dat &c. Et vt dicit lex prædicta, Si quis in stipulã suã, &c. Hinc dicũt doctores sacri pęnã Arij nondũ esse terminatã, quãuis ante annos mille sit iá dãnatus. Et huius rationem assignãt dicẽtes, q eius pœna continuè augetur, ratione eorum, qui in dies insequũtur errores suos, Ita in proposito. Ecce quàm malum, & quàm periculosum est alteri dare occasiõnẽ peccandi.

Secundo prædicta lex potest exponi de nonnullis vanis, & curiosis mulieribus, non audeo dicere luxuriosis, saltem in cordibus suis, quæ ornant corpus suum pompaticè & curiose vt videantur. & concupiscantur ab hominibus. Nam tales suo ornatu excessiuo, pariter & aspectu minus casto, atque gestu, & risu incomposito, quantum in eis est, transmittunt in viros etiã castissimos, & ferreos ignem concupiscentiæ. Omne enim illud per quod studiose attrahunt, & inflammãt corda se intuẽtiũ, ignis est, siue sit vestis, siue annulus in digito, siue patrinolæ ad zonam pendentes, siue risus artificiosus, siue gracile eloquium, siue incautus aspectus, siue quodcunque aliud. Et de vestitu quidem loquens Aug. ser. 1. dñicę 24. post Trinitatẽ, dicit, q impudicus corporis habitus, adulterini cordis est nuncius. Et Hiero. 3. parte epistolarũ suarũ, epist. 14. c. 31. Fateor, inquit, illos mentiri, q gloriantur se seruare castitatẽ, qui in vestibus sectantur lubricitatẽ. Oẽs ergo tales personæ in die iudicij reddent rationem de omnibus animabus, quæ perierunt occasione earum.

Tertio prædicta lex potest exponi de superioribus, & quibuscũq; maioribus, suis subditis, aut famulis aliqua iniusta, & irrationabilia imperãtibus, quales erãt principes illi & pharisæi, de quibus loquitur euangeliũ pſens. Hi. n. ignẽ iræ & inuidiæ, quo intus ardebãt aduersus Xpm, ad alios transmiserũt, cũ scilicet ministros suos induxerunt, & destinauerunt vt apprehenderent illum, qui soluit compeditos, & ipsum ad eos adducerent tãquã malefactorem. Et ideo in hoc plus culpandi sunt, quàm ministri & executores prauę volũtatis eorum. Et quamuis intentum suum nõ habuerint,

nihilominus

nihilominus non minus quo ad Deum peccauerunt, quia vt dicit Amb. de officijs lib. 1. c. 30. Affectus tuus operi tuo nomen imponit. Affectus autem malus dictorum principum, & pharisæorum aduersus Christũ satis innuitur in præsenti euangelio in hoc, quòd miserunt ministros suos vt apprehenderent Iesum, & cõsequenter vt ipsum morti traderent.

SECVNDA INTRODVCTIO

Quæritis me & non inuenietis. Ioann. 7.] Scribitur extra de conuersione coniugatorum, c. veniens. ꝙ vir ingressus religionem, vxori adulteræ non est restituendus, ẽt dato quòd ipsum repetat. Casus decretalis est talis. Quidam vir de consensu, & beneplacito suæ vxoris ingressus est religionem, & professus in eadem. Vxor autem postmodum incontinenter viuit in seculo. Insuꝑ repetit virum suum, dicens se non posse continere. Quid iuris in hoc casu? Certe non obstante adulterio suo, maritus eius non est sibi restituendus, quia vt dicit Innocentius Tertius per prędictam decretalem, vir ingressus religionem, vxori adulteræ restitui non debet. Nec valet allegatio adulterij ipsius vxoris, quia vt habetur 23. quæst. 5. de occidendis. si præter voluntatem malum contigerit in illis, quæ propter bonum fiunt, tunc non imputatur.

Moraliter in baptismo omnes Christiani contrahũt quodammodo matrimonium cum Christo, iuxta illud Oseæ 2. Desponsabo te mihi in fide. Cum autem consequenter peccant mortaliter, tunc quodammodo adulterantur. Nec certè mulier adulterans tantã iniuriam & contumeliam facit viro suo, quãtam facit Christo quicunque mortaliter peccat. Et ideo sicut pro adulterio potest vir petere diuortium, & separationem ab vxore sua, ita etiam Christus iustè separat se à quolibet mortaliter peccante, dicens illi illud Oseæ 13. Perditio tua ex te. Pro quo aduertendum secundum August. in quodam sermone de dedicatione, quòd sunt animæ fornicariæ, & animę adulterę. Fornicarię animę sũt multis falsis dijs ꝓstitutæ.

Adulteræ vero aminæ tanquam legitimo coniugio copulatæ, eidem letigimo coniugio non seruant castitatem. Pagani.n.anima fornicaria est, quia legitimũ virũ non habet, sed per diuersa dæmonia prostituta corrũpitur. Christiani vero amina aliqua re adultera est, quia nec castitatem diligit, nec virum deserit. Hæc ille. Ex quibus verbis possumus concludere, quòd sicut adulterium est grauius fornicatione, sic cæteris paribus grauius peccant Christiani quàm Iudæi, quinimmo multi pagani videtur multis Christianis meliores maximè cum dicat Apo. Ro. 2. ꝙ gentes quæ ignorant Deum naturaliter ea quæ legis sunt faciunt. Mali vero Christiani Deũ quẽ fide cognoscunt, facto negant. Quãuis ergo tales in mortis articulo petant spõsum suũ Christũ sibi reconciliari, siue etiã in die iudicij. nõ tñ poterũt eũ inuenire. Et hoc est, quod dicit Christus ĩ hodierno euãgelio, Quęretis me, & nõ ĩuenietis.

In præsenti ergo euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet. De principum & pharisæorum magna iniquitate. In principio euangelij. De Christi libera, & insuperabili potestate, Ibi. Adhuc modicum tempus. De eiusdem clementi, & magnifica largitate. ibi. In nouissimo autem die, &c.

Primo igitur fit mentio &c. Pro quo notandũ, ꝙ vt præmittitur in euangelio Ioannis paulò ante textũm præsentis euãgelij, de turba Iudæorũ multi crediderãt in Christum; tum propter sanam doctrinã, quam prædicabat; tum propter miracula ingentia, & euidentia quæ faciebat; tũ propter scientiã, & exẽplarẽ vitã quã ducebat, ita vt ipsi Iudæi de eo dicerent, Christus cum venerit, nũquid plura signa faciet quã quæ hoc facit. Hæc ergo, & his similia audiẽtes, & partim ꝓprijs oculis videntes, & inde inuidentes, principes, i. Põtifices; & pharisæi. i. ficti & hypocrytæ religiosi, miserunt ministros vt apphẽderent Iesum. Non.n. audebant per semetipsos subire periculum, timentes turbam, quæ Christum sicut sanctum prophetam habebat.

Moraliter, & primo per prędictos prĩcipes Iudæorũ

mitten-

mittentes ministros suos ad capiendum Iesum, intelliguntur dæmones, qui mittunt suos milites, i. peccata ad capiendũ iustum, & deuotum, catholicum, religiosum, clericum, aut laicũ, & hoc vt ipsum ligatũ vinculis ipsorũmet peccatorum, illum pertrahant ad carcerẽ inferni. Nã huiusmodi principes mittunt ad religiosos hypocrisim, murmur, inuidiam, & huiusmodi. Ad clericos simoniã, ambitionẽ, vanam gloriam, & similia. Ad laicos diuites vsura, ad principes tyrannidẽ & rapinã, ad nobiles superbiam, ad pauperes furtũ, ad coniugatos adulterium, ad salutos simplicem fornicationẽ, & sic de quilibet statu, ita vt non sit qui se abscõdat à calore tentationis diabolicæ. Considerat. n. diabolus mores vniuscuiusque qualitatem, & inclinationem, & ad quod peccatum viderit ipsum procliuiorem, de illo ipsum tentat, vt facilius eum superet quasi habens adiutorium ab intra. Et ad hoc persuadendum Isido. de summo bono. l. 3. c. 5. ponit exemplũ de illo, qui alicubi aquam deducere conatur, quã non per aliã partem mitti, tnisi vbi impetum & faciliorem motum illius intenderit. Solet etiam ad hoc dari exemplum de principe exercitus, qui semper obsidet ciuitatem vel castrum ex parte debiliori. Applicatio est facilis.

Moraliter & secundo per principes Iudæorum & pharisæos, recte intelliguntur maiores dæmones, maiores inquam non quantitate molis, sed magnitudine virtutis naturalis. Et hi rectè vocantur pharisei, idest diuisi, quia reuera diuisi sunt à Deo per culpam & pęnam, similiter & à consortio Sanctorũ, cũ quibus nihil habent cõe. Similiter iustè vocantur principes, quia secundum B. Tho. 1. parte. q. 109. art. 2. inter dæmones est prælatio, & quidam naturali ordine sub alijs constituuntur, & actiones eorum sub actionibns superiorũ sunt. Huiusmodi tñ dęmonũ cõcordia qua aliqui alijs obediunt, nõ est amicitia, quã inter se habeãt, sed ex communi nequitia qua homines odiunt, & Dei iustitiæ repugnant. Est. n. proprium hominum impiorũ, vt illis se adiungant & subiiciant ad propriam ne-

quitiam exequendã,quos potiores viribus vidẽt,vt dicit idẽ doctor vbi supra in sol.ad secũdũ.Si ẽt inter dęmones reperitur pręlatio, & subiectio. Hmõi ergo principes & pharisæi mittũt ministros suos,i.inferiores dæmones ad apprehendendum Iesum,non quidem in se,quia nimis distat ab eis,& in loco illis inaccessibili,sed in mẽbris suis fidelibus.Vnde vnus mittitur à principe suo ad capiendum vnum bonum religiosum, alius ad apprehendendum quendam bonum ecclesiasticum,aut prælatum,vel huiusmodi. Interdum etiam mittuntur duo contra eundem, & aliquando plures, secundum ꝙ is qui tẽtatur,est potétior ad resistẽdum. Et ad propositum facit historia, quæ narratur in historia scholastica,videlicet de beato Cypriano Martyre. Hic.n.cũ adhuc magus esset, habebat in quadam pixide eburnea tres dæmones inclusos, per quos operabatur quicquid volebat, etiam destinando vbicunque volebat, expletoque negotio ad eum redibant. Semel tamen,diuina virtute impediti, nõ potuerũt ad ipsum adducere quandam puellam pulcherrimã Christianã, cuius amore tenebatur, eo ꝙ illis spiritib. immundis semper signum crucis opponebat.Quo ab eis audito,ipse Cyprianus ad fidem conuersus est, & tandem martyr factus,vt habetur ibidem.

Similiter refert Greg.in dialogo suo lib.2.cap.7.de quodam iudæo, qui iter faciẽs de cãpania versus Romam aduesperascente iam die,cum nullum hospitium in quo recipi posset,inueniret,necessitate ductus,intra tẽplũ Apolinis se contulit. Quẽ quidẽ locũ valde ꝑtimescens,eo ꝙ esset dæmonibus cõsecratus, signo crucis se muniuit,q̃uis minimè haberet in corde suo crucis fidã.Et ecce circa noctis mediũ, vidit multitudinẽ dæmonũ illic affluentiũ. Inter quos qui maior videbatur inter eos,sedit ĩ eminẽtĩ cathedra,singulos sigillatim interrogãs qd, & quãtũ operati fuissét ĩ obsequiũ eius cõtra bonos Christianos. Singulis ergo referentibus mala per eos perpetrata,tã in mari, q̃ super terrã, & vapulatis,eo ꝙ plus non fecisset,tandem affuit vnus

qui

qui dixit se tantum laborasse, vt quendam sanctum epi scopum Fundanæ ciuitatis, Andreã nomine, traxisset ĩ concupiscentiã cuiusdam sanctimonialis, quæ in episcopio eius habitabat, ita vt vespertina hora diei præterita in terga eius alapã dedisset illi blandiens. Quod audiẽs quæ sedebet in cathedra, hortatus est eũ vt diligenter perficeret quod incœperat malũ. Deinde aspiciens hominem iudæum ibi latitãtẽ dixit. Ite & videte quis ibi lateat. Ad quem venientes nonnullos dæmones, ipsum crucis signo munitum viderunt, atq; mirantes dixerũt, væ væ vas vacuum, & signatum. Moxque tota illa turba malignorum spirituum velut fumus euanuit. Iudæus vero continuo inde surgens episcopũ adijt, & visionẽ narrauit. Quo audito eps pęnitentiam egit, sanctimonialẽ de episcopio eiecit, & iudeus sacrũ baptisma deuotè suscepit. Hæc ibi. Similis ferme historia quãuis diuersa legitur ĩ vitas patrũ, quã breuitatis gratia prætereo. Patet ergo ex dictis, qũo principes dæmonũ mittũt inferiores cõprehẽdẽdũ hoĩem iustum per suas fallaces tentationes, sicut principes iudæorum ministros suos ad capiendum Christum.

Moraliter, & tertio, per principes iudæorum malam familiam habẽtes, & quã miserunt ad capiendũ Xp̃m designãtur multi prĩcipes, & nobiles huius seculi. Qui cum sint pleni omni iniquitate, sęuitia, & crudelitate ĩ ordine ad subditos, fouent in suos domibus pessimos gartiũculos, quos plerũq; mittũt hincinde, vt affligãt pauperes agricolas, nũc in personis suis, nũc in bestijs suis, quas dicũt deuastasse segetes, aut pascua dñorum suorum, & multa his similia frequenter fingentes. Et ideo bene scriptum est Eccl. 10. secundum iudicem populi, sic & ministri eius, Gallice, Tel maistre tel varlet. Vnde Augu. lib. 1. quæstionũ noui & veteris testamenti. quæst. 2. comparat malos, & tyrannos principes habentes malam familiam diabolo: qui factus est princeps omnium malorum. Et de talibus malis principibus habemus historiam Iudicum 11. de Iepte, de quo ibi dicitur, quod congregati sunt ad eũ viri inopes, &

latrunculi, & ipsum quasi principem sequebātur. Nota etiam de Caypha Principe sacerdotum, & Malcho seruo eius, qui primus percussit Christum, Io.8. Vnde & deuotus Ber. ser.3. de Epiphania dñi, exponēs illud verbū Mat.2. Rex turbatus est, & oīs Hierosolyma cū illo, dicit, quòd caput impium subiectos suę cōformat voluntati. Patet ergo triplex expositio prædictorum verborum.

Secundo principaliter in præsenti Euangelio fit mētio de Christi libera, & insuperabili potestate, in hoc scilicet, ꝙ dixit ministris principum & pharisæorum venientium ad eum capiendum. Adhuc, inquit, modicum tempus vobiscum sum, s. ad vtilitatem vestram, & ideo nō deberetis tam solicitè quęrere mortem meā, sed parum expectare temporis, & tunc sine coactione vestra morti me vltro offeram. Et nota, ꝙ Christus per illa verba, Adhuc modicum tempus &c. ostendit sufficienter se esse verum Deum, vt dicit Dominus Hug. Cardin. in postilla sua, eo ꝙ non est humanæ mentis obitum suum prædiscere, aut pręscire, quia nec Propheta Dauid illum sciebat. Propter ꝙ rogabat Dñm, dicens. Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mihi. Et quamuis sic orauerit, non tamen legitur fuisse in hoc exauditus.

Quæritur quare Christus tam modico & breui tēpore voluerit in hoc mūdo stare prædicādo, & miracula faciendo. Videtur enim, ꝙ multo maior vtilitas secuta fuisset, si diutius in hoc mundo permāsisset. Ad hoc potest responderi, ꝙ propter tria ita voluit fieri. Primo quidē ad demonstrādum virtutē suæ diuinitatis, quæ maxime per hoc est ostensa, ꝙ in tam breui tēpore mūdum illuminauit verbis & signis. ps. Dabit voci suæ vocem virtutes. Ecce efficacia prædicationis suæ. Date gloriam Deo, vos sup. iudæi, apud quos ipse Christus tam crebro prædicauit. Sequitur. Super Israel magnificentia eius, s. magnifica Christi virtus, & potestas ostēsa est super Israeliticū populū, & hoc in miraculo-

ſa ægrotorum illius populi curatione. Et non ſolum in hoc oſtenſa eſt ipſius Chriſti magificentia, verum etiam virtus eius in nubib. ſup. eſt demonſtrata, ſicut patuit in eius transfiguratione, quandoquidem obumbrauit eum cū Moyſe & Helia, vt habetur Matt. 7. Itē idem patuit in eius aſcenſione, quando ſcilicet videntibus eius diſcipulis, eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eū ab oculis eorum, Act. 1. Secundo vero Chriſtus voluit pauciſſimo tempore prędicare, & miracula facere, ad excitandum deſiderium apoſtolorum, vt ſcilicet eum magis deſiderarent quem modico tempote habituri erant. Tertio autem ad augendum eorundem apoſtolorum ſpiritualem profectum. Cum. n. Chriſti humanitas ſit nobis via eundi in cęlū, nō debemus in ea quieſcere, vt in termino, ſed per ipſam debemus in Deum tendere. Ne ergo corda apoſtolorum in Chiſtum carnaliter affecta; in eo vt homine quieſcerent, voluit ipſe Chrſtus corporalem ſui præſentiā cito ſubtrahere. Propter quod dicebat eis. Io. 16. Expedit vobis vt ego vadam. Super quo Beda in homil. loquitur, dicens. Expedit vobis vt forma⁹ veſtris ſubtrahatur aſpectibus, quatenus amor diuinitatis arctius veſtris, īfigatur mētibus. Ecce ergo triplex ratio cur Chriſtus voluit tam modico tempore manere nobiſcum per præſentiam ſuæ humanitatis, quæ nuſquam deeſt ex parte diuinitatis.

Sequitur in textu. Et vado ad eū q me miſit, interl. Vadit Chriſtus per paſſionē ſponte ad patrem, á quo tamen ſecundum diuinitatē non receſſit. Conuenienter autem vadit Chriſtus ad patrem, quia quælibet res naturalis naturaliter ad ſuum principiū redit. Eccleſiaſt. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, ſ. ad mare. Quærętis me, vos ſup. Iudęi, & nō inuenietis. Quaſi diceret. Vos Iudæi qui modo non vultis me audire prædicantem, & miracula facientem. tandē q̄retis me, videlicet tempore neceſſitatis & oppreſſionis veſtræ, quæ ſuperuenient vobis per Titum & Veſpaſianum, & hoc vt liberem vos ab huiuſmodi oppreſſione.

Sed

Sed assecuro vos ꝙ tunc me non inuenietis, supp. tanquam misericorde & liberatore. Inuenietis me tñ tanquã vltore, & punitorem. Sequitur. Et vbi sum ego, s. in cęlo per claram Dei visionẽ, quamuis illic nondũ esset per humanitatis præsentiam, vos non potestis venire. Et nota secundum glo. ord. ꝙ non dixit Christus, non poteritis venire, sed non potestis venire, supp. tales estis, quia in peccato, & per consequens indispositi, psal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Cui respondet Spiritussanctus, dicens. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam &c. Vnde & Petro adhuc peccatori dixit idem Christus Ioan. 23. Non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Iudæi autem tanquam carnales, & verba Christus non intelligentes, dicebant adinuicem. Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes? Isti nescientes quis dicerent, verum dicunt, & salutem Gentium veraciter prædicant. Nam & si Christus in propria non ierit ad Gentes docens, nihilominus per Apostolos suos iuit ad eas, cum ait illis. Euntes in mundum vniuersum &c. Matth. 16. Expressius autem illis. Ite, docete omnes gentes &c. Mat. 28. Prædicti ergo Iudæi prophetauerunt quodammodo, sicut & Cayphas, cum ait. Expedit vt vnus homo moriatur &c. Ioan. 11. Sed nec isti, nec ille intellexerunt quid dicerent, & ideo propriè prophetæ non fuerunt.

Tertio principaliter in hodierno Euangelio fit mentio de Christi clementia, & superabundanti magnificẽtia, & largitate, cum subditur. In nouissimo autem die magno festiuitatis, &c. Ad euidentiam autem huius textus notãdum, quòd vt legitur Leuitici 23. præsens festum, quod dicebatur festum tabernaculorum, habebat septem dies: Quibus expletis succedebat dies octauus celeberrimus atque sanctissimus, & dicebatur festum collectarum. supp. messium. In illo enim die conueniebat populus ad templum Domini, reddituruS

rus illis gratias pro fructibus terræ collectis. In huiuſmodi igitur die nouiſſimo feſtiuitatis ſtabat Ieſus, vt melius videretur, & clamabat, vt melius audiretur, dicens. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Veniat inquã ad me interius credendo & diligendo. Vel veniat ad me affectu amoris, & paſſibus fidei, recedendo ab amore mundi. hoc. n. eſt venire ad Chriſtum, vt dicit gl. interli. Qui ergo olim per Prophetã ſuũ Eſaiam clamabat, dicens. Omnes ſitientes venite ad aquas; nunc proprio & aperto ore clamabat, dicens. Si quis ſitit veniat ad me & bibat. O generalis inuitatio, quia ſi quis, ideſt quicunque. O humanæ mentis pia affectio, quia ſitit. O benigna attractio, quia veniat ad me. O vberrima inebriatio, quia bibat. Non quidem potum, qui perturbet intellectum aut ſenſum, ſed potius qui inflammet affectum in amorem ſui conditoris. O igitur deuotæ animæ, quæ deſideratis in amore veſtri Redemptoris permanere, & tandem ad cęleſtem gloriam poſt eum peruenire: Venite, accurrite, feſtinate, accedite ad fontem miſericordiarum, & omnium gratiarum, & ibi bibite; haurientes in gaudio de fontibus Saluatoris, vt tandem inebriari poſſitis ab vbertate domus ſuæ cęleſtis, q̃quidem de torrente voluptatis ſuæ potabit electos. Nec certe mirum ſi tũc taliter potabit electos ſuos Dominus, quoniam apud eum eſt fons vitæ.

Notandum eſt autem, iuxta illud verbum, In nouiſſimo autẽ die, &c. ꝙ iſte nouiſſimus dies põt tripliciter accipi. Primo quidem pro die legis gratiæ. Nam prius dies huius mundi fuit tempus legis naturæ. Secundus fuit tempus legis ſcriptæ. Tertius, & nouiſſimus eſt tempus legis gratiæ. Et in hoc nouiſſimo die inuitat Chriſtus omnes etiam horrendisſimos, & ſcelератiſsimos pctõres, & peccatrices, vt ſi ſitiant ſuam ſalutẽ, nõ deſperent de venia aut miſericordia, ſed ad ipſũ audacter recurrãt, & ĩdefectibiliter nõ repellet eos, neq; vacuos remittet, quinimmo abundanter potabit eos aquis miſericordiarũ, & gratiarũ. Nec quidẽ iniuria, maxime cũ ipſe ſit fons iugiter emanãs, cuius etiã

nunquam

nunquã aquę deficient, vt habetur Esa. 63. Iste autem fons est tã fœcundus, vt necesse fuerit ipsum emanere hora passionis per quinque meatus sui sacratissimi corporis. Hauriamus igitur charissimi aquas in gaudio, idest cum gaudio de fontibus Saluatoris, Esa. 12. Tertiò iste nouissimus dies potest accipi pro die sancto Paschæ, qui est nouissimus respectu dierum quadragesimalium. In isto igitur nouissimo die magno festiuitatis clamat benignissimus Christus Dominus noster, dicens nobis illud Matt. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis ieiunijs quadragesimalibus, pariter vigilijs & abstinentijs multis: & ego reficiam vos, scilicet in mensa altaris, tribuendo vobis abundãtissimè illum cibum & potum, de quo Io. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus &c. Sed dicet forsan aliquis laicus. Pater in mensa altaris bene inuenio cibũ, idest Christi corpus, qđ mihi datur sub specie panis, vinum autem minimè ibi inuenio. Nõ enim datur nobis laicis Christi sanguis sub specie vini, quẽadmodum vos Domini præsbyteri ipsum accipitis. Sed ad hoc breuis est responsio, si diligenter consideretur quid in hoc Sacramento sub specie panis de per se ex vi consecrationis continetur, & quid ex consequenti, siue per cõcomitantiam. Quamnis ergo sub speciebus panis facta consecratione, ex vi & natura verborum sacramentalium non sit ibi aliud, quàm Christi corpus: nihilominus per concomitantiam, & inseparabilem vnionem, ibi est sanguis Christi totus, pariter anima, atq; diuinitas integra. Tertiò iste nouissimus dies potest nobis significare iudicij diem, qui est nouissimus respectu vitæ pręsentis. In isto igitur die clamabit Xp̃s iudex iustis & electis, dicens. Si quis sitit, sup. delitias vitæ cœlestis, veniat ad me, quia ego sum qui do potũ inebriatiuũ gloriæ penis, & bibat per facietatẽ æternę atque beatificæ visionis, hæc autem inuitatio tunc menifestè fiet quando Christus dicet electis. Venite benedicti patris mei &c. Mat. 25. Et si patet de triplici expositione prædicti verbi

Sequi-

Sequitur in textu. Qui credit in me(inqt Xps) sicut dicit scriptura, i. pcipit esse credendũ, iuxta illud Io. 5. Scrutamini scripturas, quia illæ sunt quæ testimoniũ perhibent de me. Flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ viuæ: Ecce vtilitas, quæ cõsequitur fidẽ formatã de Christo. Nã vt dicit glo. or. vẽter aĩæ est cõsciẽtia, q̃ bibito Spiritusancto p fidẽ formatã purgata viuit, & hẽt fontẽ in se manẽte. i. Spiritũsanctũ psentẽ per gratiã. Et q̄ ita debeat exponi iste textus, patet ex his, quæ sequũtur. Hoc aũt dicebat de spũ quẽ accepturi erant credẽtes in eum. Credamus ergo in Christum charissimi, nõ quidẽ sicut dæmones qui credũt, & cõtremiscũt, vt habetur Iac. 2. Sed sicut veri catholici, & fideles, vt tandẽ possimus intueri, & videre aperte ipsum, quẽ pro præsenti cognoscimus per speculum, & in eingmate. Præstante eodem domino nostro Iesu Christo, qui &c.

Feria tertia post Dominicam in Passione.



Mbulabat Iesus in Galileam: non enim volebat in Iudæam &c. Io. 7.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS ff. de re militari. l. non omnes, allegans Iurisconsultum Arianum, dicit, quòd in casu bona fama saluat hominem à perditione. Casus est talis. Est aliquis qui habetur vehementer suspectus de aliquo homicidio, tamen talis non põt cõuinci, qa forte nemine vidente illud perpetrauit. Si iste casus acciderit in Normania, & in carceribus reclusus habeatur, qui ipsum factum commisit, tunc propter vehementẽ coniecturã quæ de eo habetur, quę tã non est sufficiẽs ad cõdẽnandũ eũ morti, sibi offertur tortura, vel in questa patriæ, q̄ si secũdũ elegerit, & in questa dixerit verisimile esse illũ homicidiũ pdictũ ꝑpetrasse propter tales & tales rõnes, tunc adiudicatur morti, eo quod se submisit illis arbitris; quãuis forte à parte rei fuit innocens à tali delicto. Si vero dixerint

rint non esse verisimile ipsum huiusmodi crimen cō-
misisse, eo quod ipsum cognoscunt ab ineunte ætate,
nec quicquā mali in eo vidisse asserunt, tunc liber abi
re permittetur, cū tamē forte à parte rei homicidium
commiserit, & per consequens obnoxius sit morti. Ec
ce quomodo bona fama, quamuis non semper vera, sal
uat interdum hominem à perditione.
Moraliter. Ista lex potest dupliciter exponi.
Primo quidem de vnoquoque nostrum. Pro quo no
tandum, ꝙ refert plurimum loqui in foro Dei, & in fo
ro hominum. Nam in foro Dei sola bona fama non
saluat hominem, nisi etiam simul concurrat bona vi-
ta, siue bona consciētia. Nam vbi omnes homines mū
di clamarent, & dicerent me sanctum hominem, forte
propter aliquam boni apparentiā, & ex parte rei ego
essem vnus magnus peccator coram Deo, ego non sal
uabor, quia vt habetur Esa. 11. Dñs non secundum vi-
sionem oculorū iudicabit, i. sc̄dm faciem, siue sec̄dm ex
teriorē apparētiā, quia sic posset interdum decipi. Ne
que sc̄dm auditum aurium arguet, idest propter rela-
tionē aliquorum non procedet ad increpationē, & cō
dēnationē aliorū, nisi aliud ponatur, s. rei veritas ac-
currēs cū fama publica. Audi ergo & intellige hypo-
crita, & peccator occulte, quia oportet te vna dierum
mori. Cūq; veneris corā illo districto iudice Xpo, &
arguet te forte de multis peccatis tuis occultis, fru-
stra niteris allegare excusationes in peccatis, dicens
illi. Dñe iudex interrogate vicinos meos, & qui me no
uerūt, si ego sim talis, qualē esse dicitis. Ipse. n. scit qd
sit in homine, nec est opus, vt quis testimoniū ꝑhibeat
de homine apud eū Io. 2. Resolutorie ergo bona fama
absq; bona vita neminem saluat in foro Dei. Neq; in
eodē foro mala fama cū bona conscientia sufficit ad
condēnandū aliquē. In foro autē hominū, saltem vbi
de crimine agitur, aliquando bona fama saluat aliquē
sicut patet in casu prius posito. Propter quod scriptu-
ra sæpe nos admonet ad bonam famam procurandā, si
cut ibi Ecclesi. 41. Curam habe de bono nomine.
Item

Item Prouerb.22. Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Item Ro.12. Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Item in Decretis 12. quæst. 1. dicitur, ꝙ qui negligit famam suam; crudelis est. Et omnium istorum ratio assignatur. ff. de regulis iuris. l. si duabus, vbi dicitur, quòd fama præponderat emolumento pecuniario. Et ideo August. lib. de bono viduitatis: & recitatur 11. quæ. 3. non sunt audiendi. valde reprehendit illos, qui negligunt bonā famā suā, vt sunt qui dicunt. Non est mihi curæ quid dicant de me homines, sufficit mihi ꝙ Deus me cognoscat. vbi etiam concludit, ꝙ duo sunt nobis necessaria, videlicet bona vita, & bona fama. Bona vita quidem propter nos, bona vero fama propter alios.

Secundo prædicta lex potest exponi specialius de Christo, cuius fama tanta erat, ꝙ diuulgabatur per vniuersam Iudæam, & Galilæam. In cuius rei signum legitur Mat. 14. ꝙ Herodes Tetrarcha, qui erat Rex Galileæ, audita Christi fama, dicebat ipsum esse Ioannem, quem paulò ante decollari iusserat, & quem à mortuis resurrexisse credebat. Item de eiusdem Christi fama legitur in Euangelio hodierno, quòd multi dicebant de eo, quia bonus est, quamuis aliqui peruersi, & filij diaboli aliter sentirent. hæc ergo bona fama Christi vtique debuit eum liberare à morte. Nec certè Pilatus audita eius bona fama debuit ad instantiam aduersariorum suorum Iudæorum ipsum adiudicare morti; de quibus quidem aduersarijs dicitur in præsenti Euangelio, ꝙ quærebant eum interficere, scilicet medio Pilati.

SECVNDA INTRODVCTIO

Quidam dicebant quia bonus est. Alij autem nequaquam; sed seducit turbas. Ioa. 7.] Scribitur extra de præsumptionibus. cap. 4. Item cap. literas, dicitur, quòd ex violenta præsumptione potest quandoque ferri sententia, eo quod multæ præsumptiones faciunt sufficientem causæ probationem. Casus decretalis est talis. Quidam iuuenis gallandus solitus erat frequenter ducere

re

re quendam iuuenculam suam per prata, & nemora causa solatij, vt dicebat. Cumque postea vellet contrahere cum quadam alia, oritur quæstio, & dubitatio si primam prius cognouisset. Super hoc igitur consultus Innocentius III. respondet verisimile esse, quòd eam cognouisset, & quòd ex violẽta præsumptione poterat ferri sententia. Ad idẽ est, ꝙ scribitur in maiori volumine, dist. 34. quorundã, vbi dicitur, quòd præsumptio violentia oritur ex propinqua facti circunstantia.

Moraliter, quamuis de secretis, & occultis nõ debeamus iudicare in malam partem, tamen vbi apparent omnia signa mali, & nulla boni, possumus tunc sine peccato ex talibus præsumptionibus, quæ vehemẽtes sunt, iudicare aliquem malum. Pro quo notandum, quòd triplex est præsumptio, videlicet leuis, probabilis, violenta. Præsumptio leuis est, quæ procedit ex leuibus signis quæ possunt esse sine peccato, vtpote loqui cum iuuene muliere. Et tunc qui iudicat tales loqui de impudicitia mortaliter peccat, nisi aliud ponatur. Præsumptio probabilis est cum quis videt aliquã iuuenem mulierem intrare domum alicuius sacerdotis nocturno tempore, qui quidem sacerdos non est ab omnibus æstimatus castus. Et tunc adhuc non est iudicandum absolutè, ꝙ talis mulier illic ingressa sit ob turpitudinum, & præsertim dummodo aliàs non sit diffamata. Potest tamen haberi suspitio de malo. Præsumptio autem violenta est quando apparent euidentissima signa mali, vt inuenire nudum cum nuda extra matrimonium. Et tunc non est peccatum iudicare in malam partem. Vnde & Christus Mat. 7. dicit, ꝙ à fructibus, idest manifestis malis operibus eorum cognoscetis eos, s. malos & peccatores. Et quamuis scribatur extra de præsumptionibus, captiulo dudum. Item cap. cum in iuuentute, quòd de quolibet præsumendum sit quòd sit bonum, & quòd nemo sit immemor suæ saluti, tamen immediate subditur, nisi probetur cõtrariũ. Sufficienter autem probatur contrarium quando apparent manifesta indicia mali.

Et

Et quia iudæi nullum signum mali videbant in Christo, sed potius totius boni, ideo illi de quibus dicitur in hodierno euang. q vocabant ipsum populi seductorem, grauiter peccabant.

In præsenti ergo euang. de tribus principaliter fit mentio, videlicet, De fuga laudanda. ibi. Nolebat Xps in Iudęam ambulare. De inuitatione malitiosa. ibid. Transi hinc &c. De responsione gratiosa. ibi. Tempus meum nondum aduenit.

Primo igitur in præsenti euan. fit mētio de fuga laudanda. Pro quo notandum, q vt refert beatus euan. Io. Christus paulò ante passionem suam ambulabat in Galileam Non. n. volebat in iudæam ambulare. cuius ratio assignatur, cum subditur, quia quærebant iudæi eum interficere. Sed nunquid poterat inter iudæos palā conuersari, & ab eis non occidi? Certe ita, nihilominus voluit rōnabiliter se ab eis absentare pro tēpore, & hoc propter tria. Primo quidem, quia nondum venerat hora eius, in qua pati disposuerat, s. tēpus Paschæ, qñ immolabatur agnus, vt sic victima victimæ succederet. Secundo vero, quia Christus erat Deus & homo perfectus, in eo ergo q Deus, poterat inter iudæos cōtinue conuersari, & ab eis non occidi. Hoc tñ noluit semper facere, qa sic in dubium venisset eius humanitas. Tertio autē hoc fecit ad consolationē infirmorum mortem timentium cum offertur, iō dicit gl. interl. q nō morabatur in Galilea, quasi mortē timens, cum omnimodam potestatē haberet, sed infirmis dedit exemplū, ne eis obijceretur laribulū, cum interdum fugerēt persecutores ne ab ipsis læderentur. Quod ēt esset faciendum verbo docuit, Mat. 10. di. Si vos persecuti fue. &c. Vbi ergo quis videt, q mors sua esset parum vtilis alijs, fuga autem multis proficua & vtilis, quia fugiēdo poterit multum fructum facere in ecclesia Christi, tunc rationabiliter potest fugere, & præsertim quando non est aptum sequi scandalū ex tali fuga. Hoc. n. modo Paulus fugit ad tempus rabiem iudæorum, qui erant Damasci, vt legitur 2. Corint. 11. Similiter hoc

modo Dauid fugit à facie Saulis, querentis ipsum occidere, & abscōdit se in monte solitudinis, vt legitur, 1.Reg.23. Propter eandem etiam causam Christus adhuc paruulus delatus est in Aegyptum à parentibus, cū ipsum quereret Herodes occidere, vt legitur Matt. 2. Propterea dicit August. & recitatur in decre. 7.q.1. aduersitas. Fugiat minister Christi, sicut Christus fugit in Aegyptū. Legitur ēt de B.Felice, ꝙ cum quereretur ad mortem, & inter parietes dirutos per modicum aditū se occultasset, mox per aditum illum aranæ telas extenderunt. Quod cum persecutores prospicerent, neminē illic esse putantes, continuò discesserunt. Facta autē nocte dictus vir Dei Felix ad alium locum secessit, vbi per tres menses latitans, à quadā muliere alimēta suscepit, cuius tamen faciē ille nunquam suspexit. Denique pace reddita Ecclesiæ sancte restitutus in pace quieuit. Hæc est eius legenda, in qua etiam legitur de S.Mamo, Nolanæ ciuitatis Episcopo, quòd tempore persecutionis cernens se iā senio pergrauatum, & per cōsequens putans se non posse ferre supplicia, syluas adijt. Et de multis similia leguntur. Ex quibus omnibus patet, ꝙ interdum licet subterfugere mortem cum offertur.

Moraliter. Galilæa quæ interpretatur rota vel trāsmigratio, recte disignat miserias, & calamitates vitæ p̄sentis, in quibus rotātur, & voluūtur hōies vnus post alium, ita vt vnus dicat, regnaui, alius regno, alius regnabo, alius sum sine regno. Ecce misera rotatio & trāsmigratio filiorū Adam, videlicet de felicitate ad infelicitatem, de diuitijs ad egestatem, de sanitate ad infirmitatē, de prosperitate ad aduersitatē, de gaudio ad tristitiā, & huiusmodi: propterea istam instabilitatē cōsiderans Boe. de consol. lib. 1. met. 1. dicebat, Quid me fęlicem totiens iactastis amici? Qui cecidit, stabili nō erat ille gradu. De hoc autem extat historia cunctis etiam laicis & idiotis notissima, videlicet de Iob, qui de ingenti felicitate & gloria, quasi in momēto, diabolo procurante, & Deo permittente, lapsus est in extre-

mam calamitatem,miseriã,& paupertatem,adeo vt in sterquilinio iacens, testa saniem corporis sui raderet. Iob.2. Similiter in libro Hester legitur de fœlicitate Aman & gloria illius,quę tanta erat,vt secundus esset post regē,haberetq; annulū regis in manu sua. Et breuiter tā exaltatus & gloriosus erat,vt magis videretur regere regnū Persarū & Medorū, q̃ ipsemet rex Assuerus,propter ꝙ populus coram eo flectebat genua quasi ipsum adorans, vt habetur Hester 3. Quibus honoribus,gloria,& magnificentia nō obstātibus, tandē rota fortunæ sic voluente, interijt in patibulo quod parauerat Mardocheo.Hester 7.Multa etiā ad idē propositū extant exēpla,quæ breuitatis studio pertrāseo. Mortales ergo homines consultius multo egerent si diligerent cū Christo in Galilea aduersitatis habitare,quàm in Iudæā prosperitatis ambulare. Et huius electionis rōnē assignat Boe. de consol.lib.2.prosa.8.dicens.Plus reor hominibus aduersam q̃ prosperā prodesse fortunam.Illa.n.semper specie fęlicitatis cum videtur blanda mentitur. Hæc vero semper vera est cum se instabilem mutationem dēmonstrat.Illa fallit,hęc instruit. Illa à vero bono deuios blanditijs trahit, aduersa plerunque ad vera bona reducens,velut vnco,i. tenaculo retrahit. Hæc ille.Propterea Greg.lib.5.mora.c.1. dicit, ꝙ sancti viri magis in hoc mūdo prospera, quàm aduersa formidantur.Quia vt dicit psal.Cadent à latere tuo mille.A latere inquā sinistro aduersitatis, & decem millia à dextris tuis,i.inter prospera.Ac si aperte diceret, ꝙ per mille qui dānātur inter aduersa per impatientiam,decē millia damnantur inter prospera per abusum & infatuitatem. Lętari ergo potius,quàm tristari debemus inter aduersa,tristari vero & valde nobis timere inter prospera.

Quæritur circa illud prædictum verbū de Christo. Nō.n. volebat in Iudæā ambulare. Vtrum quis rationabiliter possit sequestrare se à cōsortio malorū. Videtur,ꝙ non.Nā mali ex cōuersatione bonorum discunt benefacere. Ergo boni nō debent se ab eis retrahere

Responsio, Talis sequestratio potest bene fieri & male: Bene quidem in duobus casibus. Primus est, cum quis timet infici per culpam exemplo malorũ, & ex frequentatione eorum. Nam vt dicit Psal. Cum sancto sanctus eris, & similiter cum peruerso peruerteris. Et sapiens Eccl. 13. dicit, quòd qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et qui cõicauerit superbo, induet superbiam. Da exemplum de homine sano conuersante cũ pestilente, aut leproso: item de pomo putrido: item de pecude. Vnde poeta. Vnica sola pecus inficit omne pecus. Hinc Hiero. 3. parte epistolarum suarũ, epist. 85. dicit, ꝙ nihil tam nocet homini, quàm mala societas. Talis inquit efficitur homo, qualium societatem fruitur. Nunquam cum agno lupus habitat. Et post pauca. Plusquam, inquit, impossibile puto virũ diutius in bonis permanere operibus, qui mala assidua conuersatione vtitur. Hæc ille. Propterea ad talem vitationem nos admonet dominus in scripitura dicẽs illud Apo. 18. Exite de medio Babylonis popule meus, & ne sitis participes delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Ac si diceret: Si participaueritis cũ malis ĩ culpa, ẽt participabitis cum illis in pœna. Secundus casus est quando ex tali conuersatione imminet periculũ mortis, aut corporis, vel huiusmodi. Verbi gratia. Aliquis quærit me interficere, propter quod ego vito societatem eius. Hoc. n. multum expedit magis, quàm illi in faciem resistere. Vbi tamen tyrannus quæreret me ad mortem in odium fidei, ego non debeo fugere, & præsertim vbi ex tali fuga impediretur conuersio aliquorum ad fidem, vel etiam diminueretur fides in cordibus aliorum, qui videntes me fugere, cum est quæstio de confitenda & defensanda fide, efficerentur hac occasione minus firmi in fide. In hoc. n. casu firmiter persistendum est, & nullo pacto fugiendum. Et sic intelligitur illud verbum Apo. Rom. 9. dicentis. Ore confessio fit ad salutem. Ista enim sunt de mente B. Th. 2. 2. q. 3. articulo 2.

Male autem potest fieri huiusmodi sequestratio ab

alijs,& hoc similiter in duobus casibus. Primus est qñ quis hoc facit ex superbia & arrogantia, quasi non reputās alios dignos præsentia sua,& societate. Sicut.n. leones segregatim ab alijs animalibus habitant, quasi dedignantes consortiū cæterorum animalium; ita ēt est de aliquibus hominibus. Secūdus casus est cū qs iudicat, aut verisimiliter credit, ꝙ præsentia sua alios multum ædificaret, siue ꝙ per sui præsentiā multa mala impedirētur,& multa bona fierent, tunc talis grauiter peccaret sequestrando se à consortio malorū, nisi forte aliud ponatur. Nam vt dicit D. Hier. vbi supra. Perraro homo vel bonus vel malus efficitur, nisi ob societatis causam. Et sic patet solutio ad quæsitum.

Secundo principaliter in euang. hodierno fit mētio de inuitatione malitiosa, de qua subditur, cū dicitur. Dicūt ei, videlicet Christo fratres eius, Trāsi hinc, &c. Pro quo notandum, ꝙ tunc celebrabatur Hierosolymis festum scœnophegiæ, vt dicit euangelista, i. festum tabernaculorum, siue dedicationis, ut dicit interl. Olim enim dominus mandauerat filijs Israel per Moysen, vt patet Leui. 23. ꝙ mense septimo, qui apud nos vocatur mensis Septēb. 15. die mensis facerent prædictū festū, quod durabat septem diebus, habitarentque in tabernaculis, seu vmbraculis factis de ramis arborum,& hoc in memoriam quadraginta annorū, in quibus patres eorum manserunt sub tabernaculis in deserto. Quia ergo tunc temporis celebrabatur prędictū festum, vt dictū est, ideo dixerunt Christo fratres eius. Transi hinc &c.

Quæritur circa hoc, qui fuerunt fratres Christi, de quibus loquitur euangelium præsens. Pro responsione notandum, ꝙ aliqui voluerunt dicere, quòd Ioseph duxerat vxorem quandam, antequam desponsaret virginem Mariam sicut narratur in historia ecclesiastica, & de illa prima vxore, cuius tamen ignoratur nomen, genuerat ipse Ioseph filios, qui hic vocantur fratres domini, & hoc ex parte ipsius Ioseph patris putatiui ipsius Christi. Sed hoc communiter non recipi-

tur, quia verisimiliter creditur, ꝙ Ioseph virgo erat qñ desponsauit virginem Mariam. Nam sicut Christus in cruce matrem virginem virgini commēdauit discipulo, vt dicit Hieron. in prologo super euangelium Io. ita etiam verisimile est, ꝙ dominus virginē Ioseph virgini Mariæ copulari matrimonialiter voluerit. Alij fuerunt qui peius dixerunt, vt Heluidius, videlicet, ꝙ virgo Maria post Christum habuit alios filios carnales ex Ioseph, qui vocantur fratres sui. Sed abhorret fides catholica audire, ꝙ sanctissimus ille vterus virgineus qui Dei protulit nobis pariter & hominem, postmodum protulerit alios filios, vt dicit magister Nicolaus Gorram. Insuper istud derogasset dignitati & perfectioni virginis Mariæ. Nam vbi sic fuisset, tunc æstimari potuisset Christi mater non fuisse contenta tāto Dei filio. Propter quod alios filios quæsiuisset per viam naturæ. Sicut ergo in sepulchro dominico nullum aliud corpus, nec post, nec ante iacuit; ita neque in vtero virginis Mariæ alios filios, præter Christum aliqñ requieuit siue ante siue post. Restat ergo vt per fratres Christi in proposito intelligantur consanguinei eius, vt dicit interli. Tales. n. attinebant eidē Christo per matrem eius beatā Mariam, cuius erant nepotes. Horum tamen fratrum Christi, i. cōsobrinorū ignorantur nomina. Et ideo nescimus in particulari, qui fuerunt illi, nisi forte diuinare velimus, & hoc intellige ex tex. euan. dicit tñ Chrysost. super Io. hom. 47. ꝙ isti Christi fratres fuerunt Iaco. Hierosol. eṕs. qui frater Dñi appellatur, & Iudas alius Thadeus frater eius, qui fortasse Christū tradere iudæis cōsultabant. Hæc il. Nihilominus alij sancti exponunt hunc passum de remotis cognatis ipsius Xp̄i, vt dicit dñs Hugo. Card. in postil. sua. Nec est nouum, si cōsobrini Christi hic vocētur fratres eius. Nā consuetudo sacrę script. est appellare consanguineos fratres, secundū illud verbū Abrahæ ad Loth filium fratris sui. Non sit quęso, inquit, iurgiū inter me & te, frēs. n. sumus. Geñ. 13. Istud cōfirmatur per Apost. Ro. 9. dicentē. Optabam ego ipse ana-

thema esse à Christo pro fratribus meis,q̃ sunt cognati mei secundũ carnẽ. Et sic patet solutio ad quæsitũ.

Sequitur in tex. Transi hinc, videlicet de Galilæa, & vade in Iudæam, i. in Hierusalẽ, vbi est locus solennis doctoribus, & prędicatoribus conueniens: vbi etiã cõfluit maxima multitudo populi ex omni natione, rõne diei festi. Vt & discipuli tui videant opera &c. Prædicta ergo verba erant verba fratrum Christi, qui quærebant humanã gloriã de honore mundano qui Christo exhiberetur à turbis. Et ideo inducebant eũ vt faceret o pa sua in publico. Nemo quippe inquiũt in occulto aliq̃d facit, & quærit &c. Ac si dicerẽt illis. Tu q̃ris gloriã hominũ ex operibus quæ facis, & tñ ipsa facis in occulto quasi timens. Cũ tñ ea potius facere deberes in oculis omnium. Ecce q̃ irreuerenter & præsumptuose humana temeritas loquebatur cum Dei filio, quasi notans eum de appetitu laudis mundanæ.

Ex his ergo oĩbus possumus inferre tria corollaria.

Primum est tale. Mundani homines, qui plus sollicitantur de honoribus huius seculi, quàm cœli, potius inducunt consanguineos suos ad sectandum honores, pompam, & fastum huius nequã seculi, quàm ad sequendum honorem & amorem Dei. Verbi gratia. Si homines mundani habent aliquos cõsanguineos in ecclesia eos ad hoc inducunt, quòd laborent, vt magni esse possint in ecclesia. Quinimmo ipsemet de hoc solicitant principes, & magnates, & præsertim vbi sentiũt se habere gratiam in conspectu eorũ, sicut patet de capitaneis, & officiarijs regum, & principum instantibus, & pulsantibus aures ipsorum, vt fratres eorum clerici episcopentur. Si monachi, vt in abbates sublimentur, & hmõi. Et hoc quidem faciunt non propter Iesum tantum, sed vt inde ditẽtur, & fortè vt filij sui in Ecclesia prouideantur. Insuper vt post mortem talium thesauri & omnia mobilia ipsorum perueniãt ad eosdem consanguineos quasi iure hæreditario, contra tamen communem dispositionem iuris. Heu talis episcopus non erat sanctus ille pater August. quã

de seipso loquens ad fratres in Eremo. ser.21. sic aiebat; Consanguineos habeo; & nobiles se esse non erubescunt, & ad meipsum veniunt aliquando cum blandimentis, aliquando cũ minis, dicentes. Da nobis aliquid pater. Caro.n.tua sumus. Et tamen Dei gratia cõsanguineum aliquem me ditasse non recolo. Hæc ille. Item de eodem refert Possidonius in libro de vita ipsius; quòd suis consanguineis subueniebat, non sic vt diuitias haberent, sed vt non nimis egerent. O quàm paucos episcopos huic similes hodie habet Christi Ecclesia: Nã maxima pars eorũ vtitur, & distribuit patrimoniũ crucifixi, seu conseruat thesauros Ecclesiæ suis consanguineis. Alij autẽ subeunt onus maritandi neptes suas, quas assignant viris nobilibus etiam baronibus, aut supra. Cum tamen ipse neptes sint multo inferioris conditionis frequenter. Sed profectò nobilitatem sanguinis redimunt dicti prælati tribus aut quatuor millibus auri vel argenti in dispendiũ Ecclesiarũ suarum, ac pauperum. Alij vero prælati cum sint religiosi, faciunt se dispensari auctoritate summi Pontificis, vt possint testari. Et quia pecuniæ obediũt oĩa, ideo faciliter obtinent quod petunt. Quo fit, vt post mortem eorũ consanguinei & proximi talium cuncta rapiant, etiam vsque ad stramen, siue paleã lectorũ, & secum transferant. Et per hunc modũ denudantur domus pastorales, pariter & abbatiales, etiam vsque ad parua scabella pedum. Ita vt oporteat futurum episcopum aut abbatem omnia de nouo instaurare, meritò dicens illud Apo.21. Ecce noua facio omnia. Noui enim quendam monachum, qui cum episcopali dignitate tres notabiles abbatias occupabat. Hic ergo cum paulo ante hos dies mortem obijsset, tantam substantiam suis hæredibus reliquit, ꝙ vix per plures dies cũ quadrigis & curribus de domo episcopali euacuari potuit. Non mirum ergo si filij huius seculi maximè sollicitantur de exaltandis in Ecclesia suis consanguineis. Nam in hoc arbitrantur finaliter rem suam agere.

Secundum corollarium frequenter plus aduersantur hominibus etiam virtuosis, consanguinei, & carnales, amici, quàm extranei & alieni. Istud patet per fratres Christi, de quibus in præsenti euangelio, qui secundum quòd dictum est, inducebant eum ad eundum Hierusalem, vt sic facilius traderent ipsum in manibus inimicorum eius, cum quibus iam tractauerant de ipso tradendo. Hinc Micheæ 7. dicitur. Omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suũ venatur ad mortem. Et breuiter, vt ibi subditur post pauca. Inimici hominis domestici eius. Quod quidem verbum exponẽs D. Hiero. dicit sic. Hic exempla non quærimus, quia plura sunt, quàm vt testimonijs indigeamus. Nota de Dalida tradente insidiose virum suum Sansonem in manus Philistinorum. Iudicum 16. & ideo salubre cõsilium dat Hiero. 9. c. dicens. Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit. Hæc omnia confirmat Christus, Mar. 13. dicens. Tradet fratrem in mortem.

Tertium corollarium, quod sequitur ex præcedentibus, tale est. Non mirum, neque nouũ, si viri sancti & virtuosi interdũ habeant aliquos consanguineos malos, & peruersos. Istud corollarium sufficienter patet ex antedictis, videlicet de fratribus ipsius Christi. Idẽ etiam patet per historias plurium sanctorũ martyrũ, quorũ consanguinei & proximi erant in eorum persecutione primi. Denique idẽ patet per hystoriã sacræ scripturæ, vtpote de Abel innocentissimo, cuius Cain frater vterinus sceleratissimus fuit. Itẽ de Isaac & Ismaele. Item de Iacob & Esau. Itẽ de Ioseph & fratribus suis, & huiusmodi. Vide ad hoc propositũ illud decretũ, Quantũlibet, dist. 47. Nec profectò debent boni & virtuosi reportare notã infamiæ ex mala vita cõsanguineorũ suorũ, aliàs Saluator noster Christus vitupe rãdus esset, similiter & sacratissima eius mater virgo Maria. Nã vterq; ex peccatoribus descendit, vt patet in descriptione genealogiæ ipsius Christi. Mat. 1.

Quæri etiam potest, iuxta illud verbum iudæorum ad Christum. Manifesta te ipsum mundo. cur Christus tantum distulit manifestare se ipsum mundo per prædicationem publicam, & miraculorum operationem. Nam de eo legitur Ioan. 2. ꝙ initium signorum suorũ fuit mutatio aquæ in vinum. Quòd quidem signum fecit post baptismum, cum iam esset annorum circiter 30. vt habetur Lucæ 4. Ad hoc igitur dubium respondet Chrysost. super Io. ho. 20. assignans duas rationes huius tarditatis. Prima est, quia si Christus fecisset miracula in puerili ætate, Iudæi arbitrati fuissent prestigia videre. Secunda, quia si ita fecisset, Iudæi ex inuidia citius ipsum crucifixissent. De hoc vide si vis B. Th. 3. par. q. 43. ar. 3. per totum.

Tertio principaliter in præsenti euang. fit mẽtio de Christi gratiosa responsione ad fratrum suorum petitionẽ, cũ illi dicebant, Trãsi hinc &c. Quibus gratiose r̃ndẽs, ait. Tẽpus meũ nondum aduenit, quo supple debeam querere gloriam meam, prout dolose persuadetis. Adueniet aũt post resurrectionem, & ascensionẽ meam in cęlum. Tempus aũt vestrũ semper est paratum. Quasi diceret, Vos omni tempore estis parati querere gloriam mundanam, quã tantũ affectatis, & desideratis. Vel sic, Tempus meum, quo. s. mori debeam nõ dũ aduenit, prout ab æterno elegi etiam quantum ad diem, & horam. Tempus autem vestrũ semper est paratum, quia nescitis diem, neque horã, Mat. 25. Et ideo debetis expectare tempus mortis vestræ, ac si hac ipsa hora mori deberetis.

Pro quo notandum, ꝙ mors est nobis incerta quantum ad tria. Primo quidem quo ad tempus. Nescimus enim quo anno mori debeamus, neque quo mẽse, neq; qua hebdomada mẽsis, neq; quo die hebdomadæ, neq; qua hora diei. Et iõ bene dicit Ber. ser. 2. in cœna Dñi, cũ ait. Sicut nihil certius morte, ita nihil incertius hora mortis. Secundo verò quo ad locũ. Vnde idem Ber. lib. suarum medita. c. 3. Mors, inquit, vbiq; te expectat, tu quoq; si sapiens fueris, ubiq; eã expectabis, videlicet

cet in mari,& in terra,in foro & in domo , in lecto & in mensa. Tertio autem quo ad statum . Incertum.n. nobis est si moriemur in peccato,aut in gratia,confessi vel inconfessi , compotes mentis an sensu alienati , Eccle.9.Nescit homo finem suum , supple qualis esse debeat.Sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues capiuntur laqueo, s.insperatè , sic capiuntur homines in tempore malo,cum eis extemplo, i.cōfestim repete re superuenerit.

Deinde assignat Christus ratione illius quod prius dixerat fratribus suis,videlicet , Tempus vestrū semp est paratum,vt.s.possitis securè ascendere ad diē festū, & cum iudæis conuersari,quia nō pōt odisse vos mundus,i.mūdani homines,quia eadem uultis, quæ & ipsi volūt. Me autē odit , quia ego testimoniū perhibeo de ipso,quia opera &c. Et ideo tempus meū nondum aduenit.Et ideo ascendite vos ad diem festū hūc,quesituri supple gloriam vestram. Ego aūt nō ascendam, gl.interl.sicut vos,quærens gloriam meā. Vel nō ascē dā supple modo,sed bene postea, videlicet quarto die festi.Vnde Io.7.dicunt,ꝙ iam die festo mediante ipse Christus ascendit Hierosolymam. Vel,non ascendam, quasi ad patiendum pro nunc,vt procuratis , sed bene ascendam ad populum erudiendum. Vel, non ascēdam vobiscum & palam,sed bene post vos,& in occulto Et ita patet,ꝙ non est contradictio inter dictum Christi, & factum ipsius,prout dicit Aug.lib.2.quæstionū noui & veteris testamenti.q.31.

Moraliter , hic instruimur non ascendere ad diē festum,siue ad ecclesiā quasi quæsituri gloriam mundanam,sed tantū quæsituri Dei , & Sanctorum eius gloriam,& honorē.Cuius tñ contrarium plerique faciūt, qui se pōpatice ornant in die festo , cum debēt ire ad ecclesiā diuina audituri.Et in hac vanitate plus delinquunt mulieres,q̄ viri, quæ tūc se ornant, vt ab alijs videantur,& laudētur siue de pulchritudine,siue de ex quisito oratu.Similiter illic ascendnnt multi prædica tores, vt laudentur doctrina sua. Itē multi clerici , vt audiantur

audiantur in cantu & simphonia. Item multi ambitiō si & cupidi, vt adipiscantur Ecclesiastica beneficia. Cū tamen dicat Chrysost. & recitatur in decr. distin. 40. multi, quòd quicunque desiderauerit primatū in terris, inueniet confusionem in cœlis. Nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit. Hoc igitur considerantes sancti Dei amici, non solum non contendebant ascendere in templum domini, idest ad ecclesiast. beneficia, verumetiam ipsa fugiebant. Vnde Augu. de seipso loquens lib. 1. de moribus & vita clericorum, dicit sic. Quod esse potui, esse nolui, nec tamē quæsiui esse quod sum. Elegi in domo Dei abiectus esse magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorū. Et post pauca. Adeo, inquit, timebam episcopatū, vt in quo loco sciebam esse epm, non illo accederem. Refert etiam Hiero 3. parte epist. suarum, episto. 14. cap. 15. de quodā iuuene clerico, qui cum fuisset electus in epm cuiusdā ciuitatis, non acquieuit electioni de se factæ. Cūque non multo post ab hac vita decessisset, post dies paucos apparuit totus hilaris patruo suo, q illi hmōi consiliū dederat gratias eidem referens, & dicens; Scito patrue meus, ꝙ nunc essem de numero dānatorū, si fuissem de numero eporū. Hęc ibi in forma, quāuis multa omissa sint de historia, breuitatis causa. Similis historia narratur in lib. Apum, de quodā canonico regulari de monast. S. Victoris Pariū. Simile etiā legitur contigisse de quodam fratre Cister. ord. nomine Gotfridus. Patet ergo quanto periculo, & discrimini, se exponunt, qui per fas, & nefas contendunt ascendere in templum domini, hoc est ecclesiasticas dignitates, & ad animarum curam.

Notandum tamen ex quo materia se offert, quod circa huiusmodi ascensum ad prælaturam ecclesiasticam possunt homines se habere quadrupliciter.

Primo quidē huiusmodi honores refutando ex humilitate, pariter & refugiendo, exēplo Christi, de quo legitur Io. 6. quod cū populus vellet eū facere regem, videlicet post miracuiū de quinque panibus hordeaceis,

ceis, fugit & iuit in desertum locũ. Ad illius ergo imitationem multi viri sancti fugerunt sibi oblatos honores, & absconderunt se in speluncis, & desertis locis, cum quærerentur ad prælaturam: sic enim egit beatus Amb. cum peteretur in episcopum Mediol. Sic etiam egit beatus Greg. cum peteret eum concorditer omnis clerus, Senatus, & populus Rom. in summũ Pont. Nam cum hoc intellexisset, mutato, vt fertur, habitu cauernarum latibula requisiuit. Sed indicio columbæ, fulgidæ super se è cęlo dependentis, inuentus, captus, & tractus, summus Pontifex consecratur. Nescio si hodie habeat similem super terram in fugiendo ecclesiasticos honores.

Secundo vero ipsos honores oblatos humiliter acceptando. Hoc autem licet, præsertim vbi imponuntur à superiori in meritum sanctæ obedientiæ. Quam quidem obedientiam ille cui prælatura imponitur, non posset subterfugere absque mortali peccato. Vbi tamen talis experiretur in se talem defectum, & maxime occultum, qui simpliciter redderet eum inhabilem ad huiusmodi officium, non teneretur acceptare talem sarcinam, vt dicit B. Tho. 2. 2. quæst. 185. ar. 2. in sol. ad secundum. Et ibi dat exemplum de irregularitate, de qua non potest absoluere superior imponens prælaturam taliter irretito.

Tertio autem circa honores, & prælaturã possunt se habere homines talia in cordibus suis appetẽdo, & desiderando. Et sic non licet, eo quòd talis appetit pertinet ad ambitioné & superbiã. Vnde legitur in vitis fratrum ordinis Pręd icatorum de quodam sene patre dicti ordinis, quòd cum ambularet fatigatus, & se baculo sustentaret, cogitauit apud se, quòd si esset Episcopus, haberet egregiam mulam, nec oporteret eum vlterius sic fatigari. Et ecce eo suspenso in illa altissima cogitatione, cecidit in lutum. Quod cernens, ait sibiipsi, Surgite domine epe. Non enim decet epm in luto sic iacere. Et sic deridebat bonus ille pater suam vanam cogitationem circa prælaturam.

Quarto

Quarto & postremo possunt se habere omnibus circa hmōi honores ecclesiast. non solum vanè illos in cordibus suis appetendo, verumetiam se ingerendo, offerendo, petendo, siue ꝑ se, siue ꝑ interpositos amicos. Et istud est multo grauius, quàm præcedens. Et de hoc vide B. Th. vbi supra ar. 1. Ex dictis ergo possumus euidenter concludere conformiter ad doctrinam B. Th. ꝙ multi prælati ecclesiastici sunt in graui periculo æternæ dānationis, eo ꝙ plerique talem aspirauerunt, & quātum in eis fuit operam dederunt siue per se, siue per interpositas personas, vt possent epari, aut quodcunque aliud beneficium habens annexam curam animarū adipisci. Secus autem de simplici beneficio, cui non est aīarū cura annexa. Nam licet ipsum apeti ab improuiso clerico: idoneo tñ, & qui non habet vnde cōmode sustentari valeat. Et sic patet qūo licet ascendere in templum domini, & quomodo non. Sunt tñ nonnulli qui ascendunt ad ecclesiast. beneficia, sicut & Christus in templum. De eo enim subditur in euangelium, ꝙ cum fratres eius illic ascendissent, tunc & ipse ascendit non manifestè, sed in occulto. Sic & multi nō audent manifeste petere beneficia, sed occultè, & sub quadam palliatione & velamine illa petunt, sicut patuit de quodā epo ciuitatis Sitrensis. Gall. Sitron. Hic. n. cum esset valde pinguis, habitaretq; in curia Regis Franciæ, videlicet Ludoui. XII. vna dierum ait ad regē: Dñe, videte quid est de vno citron pro tanto corpore. Est autem citron fructus sic dictus. Cui Rex, Certe satis est vno citron pro vno porco. Quo audito alter obstupuit, nec replicauit, vidēs, ꝙ non placeret Regi, vt præter episcopatū aliud peteret beneficium. Quæ autem sequuntur in euangelio, expositione non indigent, & ideo prætermittuntur, vt sic prolixitas nimia vitetur. Sic ergo charissimi viuamus in præsenti, vt tandem ascendere possimus in templum Domini, quod est in Hierusalem cęlesti. Quod nobis concedat, qui in Trinitate perfecta &c.



Acta sunt encenia Hierosolymis & hyems erat. Io. 10.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. de probationibus, & præsumptionibus. l. 1. quæ incipit quotiens. allegans iurisconf. Papyrium, dicit, ꝙ dicens & asserens se esse filium & hæredem talis vel talis hominis, hoc debet & habet probare, si ei negetur. Casus est in Valerio li. 9. c. 15. de quodam, de quo refert, quòd dicebat se esse filium Octauiæ sororis Octauiani Aug. Dicebat enim se accepisse à nutrice sua quòd cum illi fuisset traditus nutriendus, alius fuit ei suppositus paruulus, eo ꝙ ipse corpore imbecilli videretur. Et sic per talē fictionem pariter, & mendacium dicebat se esse filium dictæ Octauiæ: & per consequens, ꝙ deberet illi in bonis succedere. Sed cum hoc illi negaretur à veris hæredibus eiusdem Octauiæ, nec posset sufficienter suum intentum probare, cecidit turpiter de accusatione sua. Dictumque est illi legem Imperialem currere contra eum, quæ dicit, quòd asserens se esse filium, & hæredem alicuius, debet hoc probare si illi negetur.

Moraliter ista lex pōt dupliciter exponi, scd̄m ꝙ sūt duo gn̄a filiorū Dei, videlicet adoptiui & naturales.

Primo. n. Deus pater habet quosdam filios, qui dicū tur filij adoptiui, videlicet per gratiam baptismalē, vt sunt oēs veri & synceri Christiani, Io. 1. Dedit eis potestatē filios Dei fieri, videlicet his qui credunt in nomine eius, & qui ex Deo nati sunt. Talibus ergo filijs tanquam legitimis acquisiuit ipse Christus pretio sui sanctissimi sanguinis hæreditatem pinguissimā, vtpote lacte & melle manantem, s. regnum cœlorū. Sed huic tali ac tantæ hæreditati renunciat miser hæres mortaliter peccando, etsi non verbo, tn̄ opere & facto. Cum ergo talis aliqua dierum venerit ad extremū vitæ, &

petierit

petierit introduci in actualem possessionem dictæ hæreditatis, dicens illud Eccle. 24. In hæreditate domini morabor; dicetur illi, q̃ nõ constat cum esse hęredem, & ideo necesse habet illud probare. Quis si voluerit istud probare per illud verbum ps. Filij excelsi omnes, supple estis, dicetur illi, q̃ ex illa auctoritate aliud non habetur, nisi q̃ omnes homines sunt filij Dei per creationem. Hoc autem non sufficit ad probandum se esse hæredem cœli, aliàs diabolus esset hæres eiusdem cœli, maxime cum sit filius Dei per creationem. Qui ergo vult introduci in illam hæreditatem cœlestem, necesse habet probare se esse hæredem illius, non solum ratione filiationis, quę acquiritur per creationẽ, verumetiam ratione illius, quæ acquiritur per gratiã gratis facientem. Poterit autem istud probare per testes fide dignos, & qui non possunt per viam iuris refelli. Sunt autem huiusmodi testes tres, videlicet cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio Vel testes fide digni sunt opera recta, iusta, & sancta, quæ testificantur de vnoquoq; qđ debeat habere paradisum iuxta illud verbum præsentis euang. Opera quæ ego facio, ipsa testimoniũ perhibent de me, scilicet quòd sim filius Dei per gratiam; Quis si filius & hæres per Deum, vt argumentatur Apoc. 4. Gal. 4. Quicunque ergo poterit illud probare modo prædicto, tandem audiet sententiam pro eo, quæ registrata est Matth. 11. Hic est hęres, supple regni cœlestis. Sic ergo viuamus, vt tandem illam sententiam pro nobis audire mereamur.

Secundo prædicta lex potest exponi de Christo, qui quãuis esset verus & naturalis Dei patris filius, & p cõsequens hæres regni cęlestis, hoc tñ malitiose negãtibus iudęis impijs, hoc ipsum illis manifeste, & sufficienter probauit. Tũ per publicũ instrumentũ, quod registratũ est, Io. 5. vbi Christus ait, Scrutamini scripturas, in quibus putatis vitam æternam habere. Et illæ sunt quæ, testimonium perhibent de me. Tũ per testes omni exceptione maiores, q̃ sunt Pater, & Filius, & Spiritussan-

ritusſanctus, qui hoc ipſum teſtificati ſunt. Tum in baptiſmo. Luc. 3. Tum in transfiguratione. Matt. 17. Tum etiam per euidētiam operū, quæ nemo alius fecit. De quibus etiam loquens idē Chriſtus in euang. hodier. ipſis iudæis quærentibus, quāuis in dolo, an ipſe eſſet Chriſtus, ait. Opera quæ ego facio, ipſa &c.

SECVNDA INTRODVCTIO

Opera quæ ego facio, ipſa teſtimoniū perhibēt de me. Io. 10.

Scribitur extra de probationibus. c. cū cauſam, ꝙ quæ ad probationem ſingulorum nō proſunt, multa ſimul collecta proſunt, ſcilicet teſtes, fama, & huiuſmodi. Caſus eſt talis. Aliqua iuuenis mulier viſa eſt ſemel loq. cum quodā ſacerdote, vel religioſo, per hoc non probatur ſufficienter incontinentia eius. Sed ſi pluries videatur hoc facere, etiā cū riſu, cachinnis, oculis, aut tactibus alijs impudicis, ingrediēdo etiam domū eius horis ſuſpectis, & ſic de alijs, quid iuris in hoc caſu? Certe quamuis vnū articulate factū de numero præcedentium, non ſufficiat ad habendum vehementem ſuſpitionem de incontinentia illius, multa tamen ſimul collecta proſunt, vt dicit Innocen. III. per præallegatam decretalem. Ad idem eſt, quod ſcibitur in maiori vol. 4. q. 3. teſtes. vbi in fine dicitur, quòd per vnum teſtem nihil probatur. Secus autem ſi plures fuerint, quia in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum.

Moraliter. Quando videmus ſemel aliquem lapſum in aliquod etiam grande peccatum, non propterea debemus eum ęſtimare reprobatū, aut ꝙ nunquam efficietur bonus. Valde enim præſumptuoſus æſtimator fuiſſet, qui dixiſſet, Dauid poſt ſuum adulterium nunquam verè pœniturum. Idem dic de Petro, Paulo, Magdalena, & huiuſmodi. Propterea Apoſtol. 1. Corinthiorum 4. ait Nolite ante tempus iudicare, quouſque veniat Dominus. At vero vbi adduntur peccata peccatis, & effrenatè peccant homines, inſuper abſque vllo timore perpetrant mala, quomodo quis poterit de talium finali ſalute bene ſperare? Certè

nescio. Dicit enim Augustinus primo libro de ciuitate Dei cap. 11. quòd mala mors putanda non est, quam vita bona præcesſit. Ita etiam per oppoſitum, bona mors putanda non eſt, quam vita mala præcesſit. Multa igitur peccata ſimul collecta & continuata faciunt ſufficientem, aut ſaltem multum probabilem fidem de finali damnatione alicuius, niſi forſan pijsſimus Deus ex immenſa liberalitate ſua ipſum reuocauerit de profundo abyſſo peccatorum. Vnde Hierony. De centum, inquit, militibus, quorum vita mala fuit, vix ad veram pœnitentiam peruenit vnus. Vnde quilibet perſeuerans aſſiduè in peccatis ſuis, poteſt meritò dicere id, quod in euan. hodier. dicit Chriſtus ad Iudæos loquẽs, quanuis ad alium ſenſum. Opera quæ ego facio, ipſa teſtimonium perhibent de me, ſup. finaliter dãnando.

In præſenti ergo euãg. de tribus principaliter fit mẽtio, videlicet de iudæorum fallaci interrogatione. ibi. Si tu es Chriſtus &c. De Chriſti efficaci reſponſione. ibi. Opera quæ ego facio &c. De eorundem iudæorum pertinaci obſtinatione. Tulerunt lapides &c.

Primo igitur &c. Pro quo natandum, quòd vt legitur 1. Mach. 4. Iudas Machabæus poſtquam reædificauit templum, ſtatuit fieri feſtum dedicationis illius. Sed quia dictum feſtum durabat per octo dies, ideo hic vocatur pluraliter encænia. Ab huiuſmodi ergo feſto venit Chriſtus, tum vt patrem adoraret, tum vt legem impleret, tum vt populum inſtruẽdum illic inueniret, tum vt voluntariè ſe mori oſtenderet, tum vt nobis exemplum loca ſacra viſitandi, & præſertim in die feſto oſtenderet. Dicit ergo euang. Ioannes, quòd facta ſunt encænia Hieroſolymis, & hyems erat. Et ambulabat Ieſus in porticu Salom. i. in oratorio Regis, in quo ſtabat Salomõ, orans dominum quotiens ad templum veniebat. Sicut ergo Imperator terrenus vult viuere cõformiter ad leges, quanuis legibus ſit ſolutus, vt habetur C. de teſtamentis. l. ex imperfecto: ita Chriſtus qui eſt Rex regum, & Dominus dominantium, quanuis nõ eſſet legi Iudæorum ſubiectus, nihilominus voluit, cõ-

formiter ad legem agens, venire ad festum Dedicationis templi. In quo quidem facto arguitur & confunditur multorum Christianorum negligentia, qui in die festo ecclesiam non visitant, aut si ex quadam consuetudine ecclesiam ingrediuntur; sæpe tamen cito recedunt, nec missam ex integro audiunt. Cum tamen præcipiatur de consec. dist. 1. missas, vt omnes seculares omni die dominico missam ex integro audiant, ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi non præsumat. Quis si exerint, tunc ab episcopo publice confundantur, i. excōmunicentur, vt aliqui exponunt. Hoc tamen debet intelligi de consuetudinarijs, vtpote, qui sæpe negligunt audire diuina.

Notandum est autem, quòd non solum cōe est apud fideles Christianos celebrare festum Dedicationis; atque dedicare loca sacra omnipotenti Deo, vt patet de consecr. dist. 1. solennitas: verū etiam Iudæi hunc ritū obseruabant, vt patet ex textu præsentis euang. Insuper & idololatræ hunc ritum circa templa deorū suorum obseruasse leguntur. Et de hoc refert Aug. de ciui. Dei lib. 5. c. 18. Item Valer. lib. 5. c. vlt. Item Titus Liuius. li. 2. circa principium: de Puluillo Rom. consule, quòd dedicauerit ædem Iouis in capitolio olim sitam. Quanto magis ergo debent hunc ritum obseruare circa ædem vnius veri Dei, veri Christiani? Insuper & in die anniuersarij eiusdem Dedicationis debent deuotè ecclesiam frequentare, & diuina ibi audire.

Moraliter. Templum quod dedicandum est dño, est illud de quo loquitur Apost. 1. Cor. 4. di. Templū Dei sanctum est, quod estis vos. Sicut ergo templum quod erat in Hierusalem legitur ter fuisse dedicatū. Primo quidem à Salomone 3. Reg. 8. Secundo vero post regressum de captiuitate Babylonica à Zorobabel & Iesu sacerdote magno, scilicet tempore Esdrę, vt patet 1. Esdr. 8. Tertio aūt à Iuda Machabæo, vt patet 1. Machab. 4. vbi legitur, quòd recuperata ciuitate Hierusalem prius occupata ab idololatris, ipse Iudas, & qui cū

eo erant, ascenderunt in templum renouare sancta. Et exinde festum Dedicationis, appellatum est encænia in plurali. Encænia encęniorum est nomen græcum, quod idem sonat sicut noua festa. Ita spiritualiter tẽplum cõscientiæ tripliciter dedicatur à Domino. Primo quidem in baptismo, vbi omnis spiritualis immũditia tam grossa, quàm parua & minuta (vt sunt mortalia & venialia cum originali in adulto prius non baptizato) eiicitur ab anima, vt patet de consecr. dist. 4. ꝑ baptismum. Sed quia post baptismum adhuc remanet fomes peccati, quo fit, vt tempore suo insurgant multi motus libidinum, & praua desideria: insuper superexcrescunt multa peccata mortalia, ideo debet sequi secunda dedicatio, quę fit per pęnitentiam & sacramẽtalem confessionem. Et de hac secunda dedicatione videtur loqui dominus, Ezech. 36. dicens; Effundam super vos aquam mundam, i. gratiam meam iustificatricem, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Rursum, quia post absolutionem sacramentalem adhuc remanent multæ imperfectiones in homine, & fortè quædam peccatorum reliquiæ; ideo celebratur tertia dedicatio per sacramentum extremæ vnctionis, quo delentur pctã oblita, pariter & reliquiæ pctõrum, iuxta illud Iac. 5. Infirmatur quis ex vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eũ oleo in nomine Dñi, & si in peccatis sit remittentur ei. Vel dic ꝙ prædictum templũ conscientiæ prophanatur, & polluitur per quodlibet mortale pctm̃ secundũ illud psal. Deus venerũt gentes, i. dæmones, vel peccata, in hæreditatem tuam, i. animam rationalem, quæ est hæreditas Domini, vtpote precioso eius sanguine redempta. Sed quid ibi fecerunt? Certe polluerunt tẽplum sanctum tuum, id est animam, quam sanctificaueras in baptismo, & ĩ qua habitare elegeras, iuxta illud Prouerb. 8. Delitiæ meæ esse cum filijs hominum. Huiusmodi ergo templum sic pollutum, & prophanatum dedicatur, & reconciliatur tribus vicibus à Domino, videlicet contritione, confessione, & satisfactione.

Et tunc post tertiam dedicationẽ venit optimus Iesus perfectè in templum animæ per gratiam. Studeat ergo quilibet peccator debitè se præparare ad dictã triplicem dedicationem, si cupit Deum secum habere in præsenti per gratiam, & tandem cum eo iugiter permanere per gloriam.

Mysticè notandum iuxta illud prædictum verbum, Hyems erat, quòd hyems designat tempus illud, quod præcessit Domini aduentum. Tum propter nebulositatem & obscuritatem ignorantiæ vnius veri Dei. Tũ propter inundantiam aquarum, & multarum iniquitatum. Nam tunc abundauit delictum, vt dicit Apostolus. Roma. 5. Tum propter importunitatem ventorum, & tempestatum diabolicarum tentationum, quæ tunc multo plus inualescebant, quàm nunc. Aestas autem designat tempus gratiæ. Tum propter accessum veri Soli ad nos. Tum propter inflammationem caloris charitatis, & gratiæ Spiritussancti: In cuius etiam rei testimonium ipsius Spiritussanctus descendisse legitur super Apostolos in specie ignis. Actuum 2. Tum propter abundantiam terræ nascentium, idest gratiarum & donorũ Spiritussancti. Propter quod Apostolus Gal. 4. vocat tempus gratiæ, plenitudinem temporis. Et de hoc loquens Odilio Cluniacen. in quodam sermone de natiuitate beatæ Virginis, dicit sic. Antequam conciperet virgo Maria Dei verbum, hyems erat, At vbi vero recepit Dei verbum, facta est æstas, & feruore Spiritussancti vaporata Virgo Maria flos esse cœpit, & spirare odorem fidei, castitatis fragrantiam, gratiæ suauitatem. Hæc ille. Quod ergo dicitur in præsenti euangelio, hyems erat, merito ad statum legis antiquæ possumus referre. Sed de tempore gratiæ possumus iustè dicere illud Can. 2. Iam hyems transijt, imber abijt & recessit, hoc totum referendo ad legem veterem. Flores apparuerunt in terra nostra, id est Dei filius, cum plenitudine gratiarum, & virtutum apparuit visibiliter in mundo isto.

Moraliter. Prædictum verbum illum Hyems erat, potest exponi de statu peccati, vnde gl. ord. dicit, quod hyems hic cõmemoratur, vt frigiditas Iudæorũ significetur. Sed ecce ignis de quo merito deberet accendi, vt dicit glo. interl. Circa hoc ergo notandũ est, quod quãdiu quis subiacet mortali peccato, est velut in quadam intensissima hyeme. Et hoc propter tria.

Primo quidem propter mortificationẽ. Nam sicut in hyeme terræ nascentia, & qui prius erãt viridia, mortificantur & desiccantur, sicut patet in folijs arborum, in pratis & herbis virentibus, & huiusmodi, ita & per sequens peccatum mortale omnia præcedẽtia merita deperduntur. Eccl. 9. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet, & Hier. 8. Non est vna in vitibus, nec fi. &c.

Secundo vero propter tarditatẽ. Tempus .n. hyemale est frigidũ & humidũ, reddens humana corpora grauia, ponderosa, & pigra ad laborandum; ita & mortale peccatum reddit hominem frigidũ, ponderosum, & ad laborandum pigrum. Prouerbiorum 20. Propter frigus piger arare noluit, id est peccator bene operari noluit, aut neglexit.

Tertio autem propter immunditiam. In hyeme .n. propter pluuiam sæpe de cœlo cadentem generantur paludes, & similia super terram; ita & peccator habitat in paludibus, & immunditijs iniquitatum, adeo quod aliquando vix potest inde extrahi, nisi specialiter adiuuetur à Deo, propter quod Psal. post commissum homicidium, proditionem, & adulterium clamabat ad dominum, di. Saluũ me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, i. in profundo limi, hoc est peccati. Et ideo inde exire non valeo, nisi tu saluaueris me. Da exemplum de assueto fornicario. Item de inueterato auaro, & huiusmodi. Ecce ergo hyems peccati, quę fugienda est, & quærenda diligenter est æstas gratiæ.

His itaq; præmissis, videndum est de Iudæorũ fallacii nterrogatione, de quibus dicit euangeliũ præsens, quod circundederunt Christum. Vnde pijssimus Iesus tũc

dicere

dicere potuit de ipsis Iudęis illud psal. Circundederūt me sicut apes, quæ. s. habent mel in ore, sed aculeū in cauda, & exarserunt sicut ignis in spinis. Ecce eorum auiditas nocendi Christum. Item tunc dicere potuit illud eiusdem psal. Circundederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me. Et dixerunt ei. Quousque animam nostram tollis? glo. interl. Dum incertos de teipso qualis sis, nos relinquis. Adulatoriè ergo loquebantur per hoc ostendentes se desiderare scire veritatem de ipso, vt sic ea agnita cum debito honore venerarentur, cum tamen in dolo loquerētur. Psal. Molliti sunt sermones eius, s. populi Iudaici, & ipsi sunt iacula. Nam vt dicit Senec. de verborum copia. Habet suum venenum blāda oratio. Practica per multa.

Sequitur. Si tu es Christus, dic nobis palam, vt. s. colamus te. Istud tñ non intendebāt, sed aliud prætēdebant, s. habere ex ore eius materiā accusandi eū apud iudices legis, siue apud Pilatum tanquā seditiosum. Super hoc autem passu Chryso. super Io. ho. 60. facit talem exclamationē, dicens. O perfidi Iudæi cur Christū interrogatis, dicētes. Si tu es Christus &c. Nunqd ipse palā dixit mulieri Samaritanæ. Ego sum Messias qui loquor tecū. Io. 4. Et cœco nato dicenti, Quis est dñe filius Dei, vt credam in eū? Respōdit illi, Qui loquitur tecum, ipse est. Io. 9. O impijssimi Iudęi interrogate Deū patrem, quæ fallere non potest, quid sentiat de illo, de quo ita dubiè interrogatis vtrū sit Christus. Et certe ipse respondebit vobis illud Lu. 3. Hic est filius meus dilectus. Itē īterrogate sanctos Dei angelos, & ꝑfectò ipsi respōdebūt vobis similiter, ꝙ sic. Vnde Luc 2. dicit Angelus pastoribus, Euangelizo vobis gaudiū magnū, quia natus est vobis hodie Saluator. Item interrogate magistros vestros dæmones, quid de Christo sentiant, & ipsi respōdebūt vobis, ꝙ est verus filius Dei. Vnde Lu. 4. Exibant dæmonia à multis clamantia & dicentia, quia tu es Christus filius Dei. Item interrogate Nicodemum principem inter vos, & ipse idem

dicet vobis Io. Scimus, inquit, quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hęc signa facere quę tu facis nisi fuerit Deus cum eo. Non quidem supple per gratiam tantum, verum etiam per essentiæ vnitatem, referendo ly Deus, ad Deum patrem: vel referendo ly Deus ad Deum filium, qui fuit cum Christo homine per vnionem personalem. Item interrogate Martham & Mariam sororem eius. Io. 11. Vide ibi. Item interrogate Iosephum vestrum, de quo tantum gloriamini, quid de eo sentiat. Nonne de eo scribit ad Tyberium Imp. in hunc modum, prout legitur in lib antiquitatū. Fuit nostris temporibus vir quidem sapiens Iesus nomine, si tamen eum virum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector, ac hominum doctor, eorum maxime qui quæ vera sunt, libenter audiunt, hanc ob rem multos, tum ex Iudæis, tum ex Gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc erit cum Pilatus à principibus nostræ gentis instigatus in crucem agendum censuisset, non tamen illi defuere qui eum ab initio dilexerat. Eisdem prætcrea die tertio post mortem viuus apparuit, quēadmodum diuinitus inspirati prophetæ hæc, & alia de eo innumera miracula futura esse prędixere. Perseuerat & vsque in hodiernum diem celebre Christianorum nomen ab ipso sumptum &c. Hæc recitatiue habentur in proœmio Platinæ de summis pōtificibus. Ecce quàm multiplex testimoniū suę diuinitatis habuit Christus tā de cęlo, q̃ de terra, tam ab amicis, quàm ab inimicis, tam ab Angelis q̃ ab hominibus, tam à viris quàm à mulieribus. O igitur perfidi Iudæi qui tot auditis de Christo testimonia, ꝙ sit verus & indubitatus Deus, frustra ipsum in dolo interrogatis, dicentes. Si tu es Christus, dic nobis palā. Audite quid de prædictis testimonijs dicat Ps. Testimonia, inquit, tua credibilia facta sunt nimis, i. valde. Et sic de primo principali.

Secundo principaliter in præsenti euangelio fit mētio de efficaci Christi responsione ad Iudæorum interrogationē, cum ait illis. Loquor vobis & nō creditis,

Opera

Opera quæ ego facio ĩ nomine patris mei,i. ad honorem patris mei, ipsa testimonium perhibent de me,s. ꝙ ego sum Christus,& Dei filius. Notanter autem dicit Christus Opera,& non opus ad ostendendum multitudinem signorum, quæ ipse fecit. De quibus loquens Chrys super Matth. exponendo illum textum Matth. 8. Curabat omnes male habentes, dicit sic. Intende quantam multitudinem curatam à Christo transcurrunt euangelistæ non vnũquenque curatum enarrantes, sed vno verbo pelagus miraculorum inducentes. Propterea Ioan. in fine euangelij sui concludit, dicens. Sunt & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribãtur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. Similiter Ambro. ad idẽ lib de Salomone. c. 5. dicit, ꝙ si omnis verba, & gesta Christi essent scripta, mundus ea capere non posset. Aduertendum tamen, ꝙ ipse Christus plura miracula fecit cum primum cœpit prædicare, quàm postea. Et huius rationem assignat Chrys. super Matt. in opere imperfecto homil. 8. dicens, ꝙ sicut nouus medicus intrans ciuitatẽ aliquam, & volẽs ostentationem dare sui artificij, omnes ad se venientes curat, & non tantũ cogitat de mercede accipienda, quantũ de opinione sua cõmendanda; cũ vero manifesta fuerit eius fama bona, tunc secundum laborẽ suũ incipit exigere mercedem: sic dominus incipiens prædicare, non secundũ iudiciũ quosdã, sed omnes sanabat. Postquam vero illũ omnes de Iudæa cognouerunt, beneficia sanitatũ digno prtecio fidei vendebat, dicens. Fiat tibi secundum fidem tuam. Hæc ille.

Quæritur autẽ circa prædictũ verbũ, Opera quæ ego facio, &c. Vtrũ miracula, quæ Christus fecit in hoc mundo degens, fuerint sufficientia ad ostendẽdũ, quòd ipse esset verus Deus. Videtur, quòd non maximè cũ multi Sancti vtriusque testamenti legantur similia fecisse. Quinimo ipse Ioan. 14. dicit sic. Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Igitur. Ad hoc dubium sufficienter

ficienter respondet B.Tho.3.par.q.43.ar.4. dicens, ꝙ sic,& hoc scd̃m tria. Primo quidem scd̃m ipsam speciem operum, quæ transcendebant omnem potestatẽ cuiuscunque virtutis creatę, sicut patet de suscitatione mortui,de illuminatione cœci nati,de perfecta sanatione leprosi, & huiusmodi. Secundo propter modum faciendi ipsa miracula. Nam propria virtute ipsa faciebat,& non orando, sicut cæteri Sancti fecisse leguntur. Tertio ex ipsa doctrina qua se Deum dicebat,quę nisi vera esset,non confirmaretur miraculis diuina virtute factis. Conuenienter ergo dicebat ipse Christus Iudæis.Opera quæ ego facio,ipsa testim. &c. Et quòd dicitur Sanctos similia signa fecisse, negandum est. Non enim propriè Sancti miracula faciunt, sed potius Deus ad preces eorum. Sunt tamen plerunque sancti viri instrumenta Dei in operandis,quia per eos facit miracula,vt dicit beatus August. in epistola ad Volusianum. Et ad auctoritatem ex textu,respondet beatus Tho. vbi supra in sol. ad tertium, dicens, quòd forsan Christus tunc loquebatur de illis operibus,quæ illa hora faciebat. Vel dic secundum eundem doctorem ibidem, ꝙ Christus maiora opera fecit per apostolos, quàm immediate per seipsum fecerit. Et sic patet ad quæsitum.

Moraliter, quilibet nostrũ potest rectè dicere post Christũ.Opera quæ ego facio, ipsa &c. Aut enim homo est bonus,aut malus.Si bonus, tunc cũ fiducia diuinæ gratiæ & misericordiæ dicere põt. Opera q̃ ego facio, videlicet ieiunia,elemosynæ,orõnes,& similia opera sancta,quæ,inquã, facio in nomine patris mei, i.ad honorẽ & gloriã patris mei cœlestis,& nõ ad propriã gloriã meam sicut hypocritæ, ipsa testimoniũ perhibent de me, i. sunt quædam signa diuinæ prædestinationis & electionis ad cœlestẽ gloriã.Nã in die mortis nostræ hmõi opera interpellabunt pro nobis ad dñm.Eleemosyna.n.tũc dicet de actore suo. Dñe, iste homo semꝑ fuit pius & misericors ad pauperes,& ori suo pepcit,vt alijs largus esset.Et iõ æquũ est atq; ita

postulo

postulo, vt faciatis ei misericordiam, maxime cum dixerit, Mat. 5. Beati misericordes, qm̃ ipsi miseric. conseq. Item ieiunium tunc dicet Dñs, iste homo ob amorem vestri & Sanctorum vestrorum frequenter ieiunauit, vtpote obseruans ieiunia ecclesiæ, & alia superaddens. Ideo rogo, vt detis illi edere & bibere super mensam vestram in regno vestro. Idem dic suo modo de oratione, ac cæteris operibus bonis. Si vero homo fuerit malus, tunc similiter opera sua mala, quæ fecit in nomine patris sui diaboli ipsa testimonium perhibebunt de eo coram iudice Xp̃o, ꝙ debeat damnari, vtpote dicendo, Dñe iste homo fuit vnus magnus ribaldus, execrabilis, nominis vestri blasphemus, ad pauperes inhumanissimus, grossus vsurarius gulosus, mendosus, superbus, & hm̃oi, ideo iustum est, vt dãnetur cum mille dæmonibus. Quemadmodnm ergo furtum repertũ actualiter super hominem ipsum condemnat, ita etiã opera mala, in quibus reperietur omnis peccator in die mortis, ipsum condemnabunt. Ecce Vrias, qui secum defert literas mortis suæ, 2. Reg. 11. Apo. 20. Iudicabitur de singulis scd̃m opera eorum. Patet ergo quãtum debemus laborare ad vitandum mala opera, ne nos ꝑdant in die iudicij, & laborare ad bene operandum, vt bona opera q̃ fecerimus, dent testimoniũ pro nobis in die iudicij tam particularis, quàm generalis.

Sequitur in textu. Sed vos, inq̃t Christus ad iudęos, non creditis, sup. quia non estis ex ouibus meis. Sic autem de ipsis loquitur Christus, quia videbat eos futuros perditioni, vt dicit gl. interl. O tremẽdũ, & stupendum verbum, Non estis ex ouibus meis. Quid. n. est, nõ esse ex ouibus Christi, nisi esse de numero hædorũ, seu reproborum, & filiorum perditionis. Certè melius nobis esset non fuisse natos, quàm non esse ex ouibus Christi, & tamen nescimus qualiter nobis in fine erit. Omnia. n. occulta & abscondita ab oculis nostris reseruantur in futuro, vt habetur Ecclesiast. 9.

Quæritur vtrũ possimus cognoscere de nobisipsis ꝙ simus de numero ouiũ Christi? R̃sio, hoc non possumus

mus cognoscere euidenter, neque certitudinaliter, sicut neque nos esse in gratia. Nihilominus hoc possumus per quædã signa cognoscere. Primum igitur signũ est si abhorreamus & fugiamus vlulatus luporũ. idest reproborum, scilicet pessima & turpissima verba eorũ, qualia solent decantari in choreis & mundanis solatijs. Qui ergo fugit talia, ostendit se esse de ouibus Christi. Vel vlulatus luporum sunt stultiloquia, & scurrilia verba, atque lasciuia plena, de quibus 1. Corint. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Casta igitur mulier, & pudica puella abhorrens talia in se, habet signum quòd sit de ouibus Christi. Et per oppositũ, illæ quę libenter audiunt, ostendunt se esse hœdis diaboli. Secundũ signũ est si timeamus timenda. Ouis. n. est naturaliter timida. Specialiter autem timet tria, quæ sunt vlulatus luporum, latratus canũ, strepitum currum, aut similium magnum sonum facientium: sic & ouis Christi timet valde vlulatus luporum, idest tentationes dæmonum. Similiter latratus canum, idest tentationes carnis, & mundi, quia vterque non cessat contra bonos latrare. Caro quidẽ suis prauis suggestionibus, & insultibus. Mundus vero suis blanditijs, & interdum detractionibus, atque oblocutionibus. Itẽ timet ouis Christi strepitũ, idest iudicij diẽ. Abac 4. Dñe audiui auditionẽ tuã, & timui. Sed quã auditionẽ? Certe illã, Surgite mortui, venite &c. Itẽ illã. Ite maledicti &c. Ecce ergo tria, quę timere debemus, aliàs non sumus de ouibus Christi. Et ideo notanter dicitur Prouerb. 28. Beatus homo, qui semper est pauidus. Tertiũ signũ, quod simus de ouibus Christi, est si vocẽ veri pastoris nostri cito audiamus. Ouis enim quàmprimũ audit vocẽ, siue sibilũ pastoris sui, caput sursum erigit, & ipsum pastorẽ sequitur quocunque ille ierit: Sic & ouis Christi statim audit & intelligit vocẽ Dei vocãtis eã, non solũ exterius per prædicationes, aut aduersitates, verũ etiã interius per bonas inspirationes. Et talis ouis erat, q dicebat. Audiã quid loquatur in me dominus Deus.

Vel

Vel vox pastoris erit illa, quã profert Christus versus electos in die iudicij dicens, Venite benedicti &c. O q̃ dulcis & gratiosa erit hæc vox pastoris Christi in auribus ouiũ illius. Ideo sequitur, Ibunt iusti in vitã æternã, supp. sequentes suum pastorẽ Christum. Vel dic, quòd vox pastoris est traditio mandatorum diuinæ legis. Et hanc vocem libenter audit ouis Christi, huiusmodi præcepta efficaciter implendo. Et hoc est quod consequenter loquitur Christus in præsenti euãgelio, dicens. Oues meæ vocẽ meã audiunt, idest prę ceptis meis obediunt, vt dicit interl. & ego cognosco eas, scilicet notitia approbationis, & sequuntur me per conformitatẽ vitæ, quantũ in ipsis est. Et ego vitã ęternã do eis, idest dabo: & non peribunt in æternũ. quod est contra Origenem, qui posuit in beatitudine alternationẽ, prout refert August. in de ciui. Dei libr. 21. cap. 17. Quanuis ipse idẽ Origenes optime se excuset in apologia de huiusmodi errore, dicens, ipsum falso ab æmulis suis impositum: Et non rapiet eas quisquã de manu mea. Ecce certitudo diuinæ prædestinationis, & perpetuitas, siue securitas gloriæ cœlestis, Sapien. 3. Iustorũ animæ in manu Dei &c. Hanc autẽ protectionẽ electorũ probat ipse Christus quasi sic arguendo. Illud quod est in manu patris mei, nullus potest rapere. Sed eadem est virtus patris & mea, igitur &c. & hoc est quod ait, Pater meus quod dedit mihi, s. ꝙ sim filius eius consubstantialis, maius omnibus est, & nemo potest rapere &c. Nec mirum si ego possim taliter protegere oues meas, quia ego & pater vnũ sumus, scilicet in essentia, quãuis differamus personaliter, quia alia est persona patris, alia filij, &c. Et sic patet de secundo principali.

Tertio principaliter in præsenti euangelio fit mentio de pertinaci iudæorũ obstinatione. Nam quamprimũ audierunt Christum dicentẽ. Ego & pater vnũ sumus, mox concurrerunt ad lapides, & tulerunt lapides vt iacerent in eũ tanquã in blasphemũ. Sed profectò ipsimet erant lapidandi tanq̃ veri blasphemi, eo


ꝙ ne-

ꝙ negebant Christum esse verum Dei filium. Nunc ergo facto ostenderunt, ꝙ in dolo prius interrogauerant Christum, dicentes, Si tu es Christus dic nobis palam. Horum ergo sæuitiam & malignitatem cum increpasset Christus, dicens, Multa bona ope. &c. Sequitur. Propter quod eorum opus, videlicet de curatione paralytici in die sabbati, vultis me lapidare. Illi volentes palliare malitiam suam, dixerunt ei. De bono opere nō lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo, &c. At vero Christus consequenter probat se non dixisse blasphemiā in hoc scilicet, ꝙ dixit se esse Deum, maxime cum dicat Psal. Ego dixi dij estis, & filij &c. Arguit ergo hic Christus per locum à minori ad maius, & hoc. Si illi possunt dij appellari, qui sunt tantum participatiue dij, quanto magis ego qui sum Dei filius per essentiam, possum Deus appellari? Moraliter multi sunt hodie similes iudæis per vitium ingratitudinis, & quo ad Deum, & quo ad homines. Quo ad Deū quidem, sicut patet de illis, qui postquàm repleti sunt bonis huius seculi, inhonorant Deum quasi ipsum lapidantes suis blasphemijs, & peccatis multis. vnde Eccle. 19. Pascet & potabit ingratos, & adhuc audiet amara ab eis. Nota etiam de illis agricolis, qui cum vidēt segetem multam, & vinum atque frumentum propter abbundantiam modico pretio comparari, murmurant contra, quasi indignantes de tanta benedictione dñi. Ecce quō de bono opere lapidatur Deus. Similiter quandoque de bono opere lapidatur homo. Hoc patet de viris zelosis, qui frequenter lapidantur linguis malignorum, & detractorū propter opus piū, bonū, & sanctū. Si. n. Prælatus velit intendere reformationi & honestati religionis, mox lapidabitur à multis contradicentibus. Itē dicendū de bonis officiarijs reipu. Et similiter de illis, qui pio affectu, & fraterna charitate studēt alios facere meliores, & sic de alijs. Et breuiter quicunq; hac tēpestate laborat, & zelat pro domo dñi, in quocunque ēt statu, statim lapidatur linguis obloquentium iniquè. Et, quod grauius est, interdum

etiam

ætiam præter verba patitur verbera, & multa aduersa, forte sub palliatione alicuius criminis falso sibi impositis. Quis si iniuria tractum fuerit ad iudicium, solent rei lauare manus suas cum Pilato, & dicere, quòd nullo pacto intendunt talem de bono opere lapidare, sed de tali, vel tali excessu, sicut plerunque fieri solet in nouellis reformationibus monasteriorum contra eos, qui ad hoc efficaciter laborant, & hoc ab his qui ipsas impugnant. Et de hoc experientia nos certiores reddit, quàm scriptura. Non sic, charissimi, non sic agendum est, sed summas gratias agere debemus his, qui nostram cum sua procurant salutem, vt sic bene agentes simul ad æternam peruenire valeamus fœlicitatem. Quam &c.

FERIA QVINTA POST DOMINICAM IN PASSIONE.



Ogabat Iesum quidam Pharisæus vt manducaret cum illo. Luc. 7.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de epi. & cleri. l. presbyteri citra iniuriam, dicit, qd cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Expressius autem hoc dicit glos. vbi supra. Casus est talis. Rex aliquis, aut princeps habens bellum contra aduersarios suos, illic destinat multam militiam, cui præfert vnum generalem locum tenentem, & de quo multum confidit. Sed in ipso die conflictus dictus capitaneus gñalis timens pelli suæ, cũ tñ habeat sufficiẽtes copias, terga vertit hostibus, quẽ mox totus suus exercitus sequtur. Hoc audito, qd agere dẽt princeps de tali duce belli? Certe debet eum deponere à dicta commissione, & digna pena ipsum mulctare, etiam supra cæteros, qui pariter cum eo fugerunt, quia, vt dicit lex prædicta, cui plus cõmittitur, plus ab eo exigitur. Ista lex est conformis legi euangelicæ, quæ habetur Luc. 7. vbi dicit

Christus

Christus, quòd omni cui multum datum est, multum quæretur ab eo.

Moraliter possumus prędictam legem multipliciter exponere.

Primo quidem de Christianis in generali, quibus plus ratione gratiæ baptismalis, & eorum quæ ad ipsam sequuntur, commissum est, quàm infidelibus. Psa. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, sicut supple Christianis. Vbi ergo ipsi Christiani male vixerint, plus ab eis exigetur in districto Dei iudicio, quàm à non Christianis: & per consequens grauius damnabuntur. Hoc autem probatur quadrupliciter, videlicet auctoritate, ratione, similitudine, exemplo. Primo quidem auctoritate principis apostolorum Petri, dicentis, Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem &c. 2 Pet. 2. Item auctoritate diui Hieronymi 3 parte epistolarum suarum, epistola 85. dicit sic, Heu quotquot hodie sacro sunt regenerati baptismate, Christiano funguntur nomine, quibus male viuendo melius foret non fuisse. Est enim gehennalis pœna Paganorum infinitè minor, quàm malorum Christianorum. Secundo ratione sic. Vbi maior cognitio agendorum & fugiendorum, ibi maior culpa. Sed Christiani habent maiorem cognitionem agendorum, & fugiendorum, quàm infideles. igitur. Tertio similitudine sic. Testa fortiter impinguata vehementius inflammatur, quàm testa totaliter sicca. Sic est autem, ꝙ Christiani inunguntur in baptismo. Item in susceptione sacramenti extremæ vnctionis, igitur &c. Quarto idẽ probatur exẽplo, quod refert Cyrillus episcopus Hierosolymitanus, prout habetur in fine epistolarum August. epist. 26. Narrat. n. ibi de quodam resuscitato à mortuis, & qui viderat pœnas inferni. Hũc dictus Cyril. interrogauit de grauitate pęnarũ malorũ Christianorũ respectu aliorũ dãnatorũ. Cui alter dixit, ꝙ tm̃ differt inter illas duas pęnas, vt pęnæ & cruciatus paganorum respectu cruciatũ malorũ Christianorũ sine

quasi

quasi nihil quãuis & illi cruciatus sint mirabiles, nec à viuẽtibus cogitabiles, vt dignũ est, hæc ille. Et hãc grauitatẽ voluit innuere Saluator Luc. 12. cũ inquit, seruus sciens voluntatẽ Dñi sui, & non faciens, plagis vapulabitur multis, ecce quomodo cui plus cõmittitur, plus ab eo exigitur.

Secundo prædicta lex potest exponi de pastoribus, & rectoribus Ecclesię, quibus quanto plus cõmittitur, tanto plus ab eis in fine à summo pastore Christo exigetur. Verbi gratia. Plus exigetur ab Episcopo, quàm à simplici curato. Itẽ plus ab abbate, q̃ à priore, & inter omnes plus à summo Põtifice. Et idẽ iudiciũ est de illis, qui præsunt in republica. Verbi gratia. Plus exigetur à Rectore Prouincię, quàm à Pręside vnius particularis ciuitatis. Plus à Duce, quàm à Comite. Plus à Rege, quàm à quocunq; suorũ officiariorũ, aut subditorũ, hoc autem erit quando districtus ille iudex dicet vnicuique talium illud Luc. 16. Redde rationem villicationis. &c.

Tertio prædicta lex potest exponi de doctoribus, & literatis viris, quibus Deus plus committit de thesauro abyssi scientiarum sanctarum. Et ideo plus ab eis exiget in hora mortis suæ, dicens vnicuique talium. Ego dedi tibi scientiam, & literarum peritiam, vt tu recte ageres, pariter & alios ignaros instrueres. Nunc autem nec te bene rexisti, nec alios debitè instruxisti, sed talentum meum abscondisti, non audiens Apostolum meum Paulum 2. Cor. 6. dicentem. Fratres hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Non denique considerans illud Eccle. 22. Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quę vtilitas in vtriusque? q. dicat nulla. Caueant ergo viri literati, & qui habent gratiam verbi, ne abscondãt talentum Domini sui.

Quarto sæpe dicta lex potest exponi magis ad ꝓpositum præsentis Euãgelij, videlicet de duobus peccatoribus inæqualiter peccantibus, quibus tandẽ redeũtibus pęnitentiam ad patrẽ misericordiarum, datur pec-

giam, ſicut fermè totum mundum deleuit tempore diluuij. Item dic de ſodomitis. Alios propter gulã, ſicut patuit de filijs Iſrael in deſerto, de quibus dicit Pſal. ꝙ adhuc eſcæ erant in ore ipſorum, & ira Dei deſcẽdit ſuper eos, & occidit pingues eorum. Alios propter inobedientiã, ſicut patet de Saul 1. Reg. 16. Alios propter blaſphemiam, ſicut patet Leui. 24. De illo quẽ ꝑ hoc vitium iuſſit ipſe Dominus lapidari. Alios propter odium fraternum, ſicut patuit de Cain, Geneſis. 4. Et ſic de alijs peccatis. Cum ergo conſideramus hæc, & his ſimilia, profectò debemus terreri, & præcauere nobis à ſimilibus delictis, ne ſimilis vltro, aut grauior nos inuoluat, quia vt dicitur Pro. 19. Peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior erit. Et Sene. de verborum copia. Ex vitio, inquit, alterius, ſapiens emendat ſuum. Et hoc eſt, quòd dicit decretalis præallegata, ſcilicet quòd Facta & acta in vno iudicio faciunt fidem in alio.

Secundò poſſumus exponere prædictam decretalem in bonã partẽ, videlicet de infinita Dei miſericordia, benignitate, & gratia, quam olim exhibuit grauiſſimis peccatoribus ad eũ per verã pœnitentiã redeuntibus. Sicut patet de Nabuchodonoſor. Item de Dauid. Item de Petro, Paulo, Matthæo, Zachæo, & ſignanter de Maria Magdalena, quam poſt fluxæ carnis ſcandala tam benigne recepit pijſſimus Ieſus, vt patet in hodierno Euãgelio. Si quis igitur imitati ſunt priores in culpa, ſtudeant eos imitari in pęnitentia. Quod ſi fecerint, proculdubiò Dominus erit illis ꝓpitius, ſicut & fuit prioribus, quia facta & acta in vno iudicio faciunt fidem in alio.

In præſenti ergo Euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet de Magdalena humiliter cõparẽte. ibi. Et ecce mulier &c. De Phariſæo irrationabiliter indignante. ibi. Hic ſi eſſet propheta &c. De Christo peccatricem miſericorditer abſoluente. ibi. Remittuntur &c.

Primo igitur &c. pro quo notandũ, ꝙ vt refert Lu.

in principio euangelij præsentis quadā die completo egregio sermone facto per Christū, rogabat Iesum qui dā Pharisęus dictus supple Simō (vt postea exprimitur) vt manducaret cum illo. De isto autem Simone Pharisæo legitur in legenda aurea, quòd postea dictus fuerit Iulianus, qui post ascensionem Domini venit cum Magdalena, Martha, Lazaro, & multis alijs vsq; Massiliam. Deinde venit Cenomannis, atque ciuitatem cū adiacente prouincia sua doctrina & prædicatione ad fidem catholicam traxit, factusque est in ea Episcopus primo, & dictus est Iulianus. Et nota, quòd iste pharisæus multum tenebatur festinare Christum, eo ꝙ prius ipsum à lepra curauerat. In cuius rei signū adhuc nomē leprosi retinuerat, vt patet Mat. 26. & Mar. 14. in quibus passibus iste homo vocatur Simon leprosus. Quando autem, aut vbi ipsum curauerit Christus, incertum habemus, nec de hoc loquuntur prædicti Euangelistæ.

Moraliter. hic instruūtur diuites huius seculi, q cōiter sunt leprosi, per culpam, ad exēplum huius diuitis Simonis leprosi aduocare ad se Christum, & rogare ipsum in mēbris suis, qui sunt pauperes & peregrini, vt dignētur cum eis manducare. Nec satis est ad vitæ perfectionem expectare, ꝙ Christus in mēbris suis prædictis petat ab eis refectionem corporalē, quinimmo debent ipsum præuenire, & super hoc ipsum instanter rogare ad instar huius: sic enim agebat hospitalarius ille pauperū Abrahā Patriarcha sanctissimus, de quo legitur Gen. 18. in feruore diei sedebat ī ostio domus suæ expectans si quis pauper, aut peregrinus à casu trāsiret viam. Vnde cum semel vidisset illud trāsire tres angelos in speciē peregrina, eos pręcibus coegit intrare domum suam, ignorans eos esse Angelos. Similiter etiā legitur egisse Loth duobus Angelis Gen. 19. Sic autem voluit Dominus fieri, vt palam ostenderet quātū illi placeret sanctas hospitalitas, & pauperū susceptio propter nomen sanctū eius facta. Nā tales in futuro erunt socij angelorum in cœlo, propterea Augu.

ad fratres in Eremo ser.46. admonens diuites huius seculi ad pietatis opera, dicit sic. Veniat sanctus pater Abraham & quid erga pauperes egerit innotescat. veniat & nepos eius Loth, & dicat propter quid, vel quomodo à Sodoma liberari per Angelos meruerit: veniat & Thobias ducens secum filium,& nobis dicat palam propter quid per Angelum meruerit illuminari,& filium suum à periculis liberari: veniant & tres pueri, & quomodo actiuis & passiuis approximatis non sequatur actio,nos doceant: veniat & Petrus, & quomodo per Angelum de carcere liberari meruerit audiamus,vt & audientes tam magna magnalia, quæ circa nos operati sunt sancti Dei Angeli,ipsos in operibus pietatis immitari studeamus,& efficaciter elaboremus.hæc ille.Nec certè solum Angelos, verumetiã verum Deum,& Angelorum dominum Iesum Christũ tales operibus pietatis dediti recipere hospitio interdum meruerunt. Et de hoc pulchram historiam refert beatus Greg. homil.23. videlicet de quodam patre familias,qui quotidie ad mensam suam pauperes peregrinos suscipiebat.Quodam igitur die peregrinus quodam inter alios affuit,qui ad mensam cum cæteris pariter ductus est. Cum ergo dictus paterfamilias more solito,& ex magna humilitate, qua plenus erat,vellet aquam manibus eius infundere, mox ille disparuit.hæc ille.Tu ergo diues noli expectare vt depreceris à paupere, sed ipsum păueni, & roga,vt velit tecum manducare,vt sic in ipso honorifices Christũ. Nã taliter agendo multiplicas meritum tuum, tum quia das, tum quia præuenis, tum quia in hoc humiliaris. Sed profecto paucissimi & rarissimi sunt tales super terrã. Sed ò vtinam qui possunt & rogantur distribuerent de bonis suis veris pauperibus,iuxta eorum facultatem, & ipsorum pauperum necessitatem.

Sequitur in textu.Et ingressus domũ pharisęi,discũbuit.sup.Christus cũ discipulis suis. Non enim tenebat mẽsam ad partẽ & seorsum à discipulis suis, sicut plerũque abbates & priores faciunt, qui vix semel in

anno veniunt ad commune refectorium cum cæteris fratribus.

Sequitur. Et ecce mulier, videlicet Maria Magdalena, quæ pro tanto hic non nominatur, eo quòd esset adhuc in statu peccati, secundum hominum opinioné, qui iudicant de his quæ foris sunt. Nihilominus quo ad Deum iam erat corde contrita, & per consequens iustificata. quæ erat in ciuitate peccatrix. glo. inter. iã pęnitens. Ecce quòd immediate dictum est. dicit autę dominus Hugo Car. ꝙ Magd. ex illo verbo in ciuitate peccatrix, conuincitur multos traxisse ad peccatũ, & ideo circa hoc communiter quæri solet.

Vtrum Maria Magdalena fuerit publica peccatrix. Pro respõsione ad hoc dubiũ recitabo tres opiniones, quas ponit dominus Anto. in parte chronicæ suæ titũ. 5. §. 13.

Prima igitur opinio dicit, quòd Magdalena fuit virgo corpore, quãuis corrupta mente. Et hanc partẽ videtur tenere Io. Damascenus doctor græcus, dicens, quòd non peccauit corporaliter, sed tantũ mentaliter. Et cũ contra eũ obijciebatur ex textu præsentis euangelij, vbi Maria peccatrix appellatur. Quod quidem verbũ non intelligitur de peccato mentis seu cordis, sed tantũ operis exterioris, eo ꝙ ecclesia tantum iudicat de exterioribus. Respondebat, quòd fuerunt duæ Mariæ, quæ ambæ unxerunt dominũ. Vna quidẽ in domo Simonis, de qua loquitur euangeliũ pręsens. Et hæc realiter fuit peccatrix, seu meretrix. Alia vero in Bethania, prout legitur Ioan. 7. Et hæc fuit Maria soror Marthæ, & Lazari, prout dicitur ibi expresse. Et hæc Maria fuit virgo saltem corpore. Ad hanc etiam partem videtur declinare Origenes, qui similiter fuit doctor Græcus. Similiter & Beatus Hieronymus, qui etsi doctor Latinus fuerit, nihilominus in lingua Græca fuit eruditissimus. Sed Aug. Greg. & Beda, doctores Latini dicũt, ꝙ fuit tm̃ vna Maria, quę bis vnxit dominũ. Primo quidẽ in domo Simonis leprosi, quãdo scilicet conuersa fuit ad pœnitentiã. Se-

cundo

eundò vero in Bethania,& hoc post conuersionē suā. Hoc idem etiam ponit glo.ordi.super hoc euangeliō.
Secunda opinio dicit totum contrarium, videlicet quòd fuit vna,& eadem Mariæ,quę bis vnxit dominū, scilicet hič, & ibi. Et quòd ipsa fuit Magdalena, quæ non solummente peccauit, verum etiam facto & opere,intantum quòd totaliter effrenata effecta est meretrix publica. Vnde Chryso.homil.31, quæ intitulatur de proditione Iudæ,dicit,quòd quando prostituta lupanar exiuit,tunc discipulus, videlicet Iudas gehennam intrauit.Quando illa mercedem sui corporis abdicauit,tunc iste præcium sanguinis magistri sui postulabat.Quando illa osculabatur pedes Iesu vt ad misericordiam susciperetur, tunc iste domini labia vt proderet obsculabatur.Hæc ille,Item in decretis,1.q.7.Si quis omnem.sic legitur. Noluimus Mariam primum peccatricem, quamuis post conuersionem sanctam & castam, tamē inter diaconissas cōputata non est.Et nota ꝙ dicitur diaconissa, non quæ ordinē diaconatus habeat, sed officium legendi euangeliū cum homilia in matutinis, quod solis virginibus cōpetit. Itē in hymno de eadem sic canit ecclesia.Maria soror Lazari,quæ tot cōmisit crimina,ab ipsa &c.Sequitur. Post fluxæ carnis scādala, fit ex lebetæ phiala, in vas trāslata gloriæ de vase contumeliæ. Itē in ecclesia nō fit officiū de ea sicut de cæteris virginibus.Nec similiter in laudibus dicitur versiculus de cōmuni virginū, videlicet.Adducētur regi virgines.Sed loco illius dicitur.Dimissa sunt ei peccata multa. Præterea in ecclesijs solēnibus nō assumuntur in die festo ipsius vestimēta virginū,sed potius alterius coloris.Cæterū glo. inter.super illo verbo Mar.21.Publicani & meretrices præcedēt vos in regnū Dei,dicit sic. Publicani,vt Mathæus.Et meretrices vt Magdalena.Insuper sacra scriptura, aut similiter ecclesia non solet aliquē vocare peccatorē aut peccatricem propter peccatū occultū, sed tantum propter manifestū. sic est autem qᵒ Magdalena vocatur peccatrix in euāgelio hodierno.Sed ꝙ di

ctum euangelium intelligatur de ea ad literã, patet, quia ecclesia ipsum legit in die festo ipsius, vt cunctis liquet aperte. igitur &c.

Tertia autẽ opinio tanquã medians inter duas prædictas tenet & dicit, quòd Magdalena non fuit virgo, sed mente & copore corrupta. Nec similiter publica meretrix. Nihilominus in domo sua impudicam ducebat vitã, sicut quandoque agere solent nonnullæ mulieres nobiles secretæ meretrices, de quibus etiã quandoque fama currit quòd tales sunt, quanuis non omnibus se exponant. Quòd ergo non fuerit publica meretrix siue scortũ, patet multipliciter. Tum primo quia lex hoc interdicebat, vt patet Deut. 23. vbi dicitur. Non erit meretrix de filiabus Israel. Tũ secundo quia mulieres plerunque efficiuntur publicæ propter inopiã & rerũ secundarũ ægestatem. Sic est autẽ, quòd Magdalena non patiebatur rerum secundarum inopiam, quinimmo vt tradunt historiæ, acceperat post mortem patris pro sorte sua castrum, quod Magdalum dicitur, cum pertinentijs, à quo & Magdalena nuncupata est. Tũ tertio quia habebat fratrẽ Lazarũ virũ vtique virtuosum & honestum, similiter & sororem Martham castam & pudicam, qui nunquam passi fuissent tantam infamiam in sorore, quinimmo vbi publica fuisset, cito de prostibulo eam fortè violenter, & per crines inde, siue per se, aut per suos extraxissent, nullo pacto patienter ferentes tantam infamiam in propria sorore, cuius etiam dedecus in eos, ac in omnem parentelam quodammodo redundasset. Vt enim dicitur Eccle. 22. Filia fatua, idest vaga & dissoluta, in deminoratione fiet. glos. interli. honoris sui & parentum. Patet ergo quid tenendum circa prædictam materiam. Et quamuis nihil ab ecclesia de hoc determinatum sit, nihilominus tertia opinio sustinetur tanquam probabilior.

Circa ergo præsentẽ materiã tria occurrunt tractãda admiratione digna. Primũ est quomodo mulier tã nobilis & generosa potuit ad tantã lasciuiam pertrahi.

trahi.

trahi. Secundo, quomodo mulier tam dissoluta & deprauata voluit ad tantam pęnitentiã reuocari. Tertiũ cur ecclesia post Christi matrem inter mulieres de ea tam præcipuum festum colit.

Ad primũ dubiũ respondetur, ꝙ tres pessimæ & turpissimæ maquerelę traxerunt nobilissimam Magdalenã ad vitæ impudicitiã, quæ solent plerunque mulieribus etiam generosis, & nobilibus præbere occasionẽ ruinæ, & quæ etiam traxerunt filium prodigũ ad tantam miseriam, vt dissiparet substantiam suam cũ meretricibus viuendo luxuriosè. De hoc vide prius in expositione euangelij de filio prodigo Sabbato post secundam dominicam Quadr.

Ad secundũ dubiũ dicitur, quòd hoc fuit singularissimũ Dei beneficium, & opus, quod paucissimis datũ est à Deo. Propter quod canit ecclesia in officio de eadem. Laudemus opus Dei in Maria peccatrice, sed pęnitente. Solet enim quandoque Deus ex immensa gratia sua & misericordia peccatotes, & peccatrices, etiã de quorũ emendatione interdum desperant alij, velociter, & subitaneè inspirare, cor lapideum ad pœnitentiam emollire, & de faucibus inferni eos benignè eripere. Cuiusmodi fuit de Magdalena, de qua etiam canit ecclesia in hymno de eadem dicens; quòd ab ipsa fauce tartari, redit ad vitæ limina, id est ad eminentiam gratiarum & virtutum. Et ideo eius conuersio potius debet dici miraculosa, quàm aliter. Nã vt dicit B. Tho. 1.2.q.113.articu.10. commune est, quòd infirmus paulatim ad sanitatẽ redeat. Quis si subito perfectè curetur, tunc miraculose sanari dicitur, quia præter modum solitum. Sic etiam circa sanitatem spiritualẽ dicendum est, videlicet ꝙ vbi Deo mouente interius animã homo conuertitur ad Deũ, primo quidẽ conuersione imperfecta, vt postmodũ ad perfectionẽ deueniat, tunc talis conuersio miraculosa non solet appellari. Vbi vero Deus tam vehementer, & tam efficaciter mouet animam, vt statim quandam perfectionem iustitiæ assequatur, tunc huiusmodi cõuersio miracu-

miraculosa censeri debet. Et ibi dat exemplũ de conuersione Pauli; quæ facta est cum miraculosa prostratione exteriori eiusdem. Propter quod huiusmodi conuersio tanquam miraculosa celebratur in Ecclesia. Idem autẽ semie iudicium videtur esse de conuersione peccatricis Magdalenæ. In cuius etiam officio canit ecclesia in quodã responsorio, dicens. Flauit auster & fugauit aquilonem, quando lauit cor Mariæ pęnitentis imber sancti Spiritus. Liquefecit & refecit resolutam in lamentis verbũ missum celitus. Fluminis impetus ciuitatem Dei lætificauit. Nota diligenter singula verba, & inuenies prædictam huius peccatricis conuersionem miraculosam. Quis enim miraculũ grande non arbitretur, quòd publica meretrix de vase contumeliæ, confestim translata in vas gloriæ sit? Et quæ prius erat in ciuitate peccatrix, cœpit tam diligenter quærere fontẽ misericordiæ, vt in eo se ablueret. Item ꝙ tam ardenti desiderio voluit omnibus illis modis satisfacere, quibus Deum offenderat. Profectò hæc mutatio dexteræ excelsi, mutatio inquam nõ communis cæteris peccatoribus, quandoquidem mutantur de culpa ad gratiam; sed specialis, & miraculosa, vt dictum est.

Ad tertiũ dubiũ quo quæritur cur ecclesia post Christi matrem tam solenniter celebrat festum Mariæ Magdalenæ nullius enim mulieris siue virginis, siue alterius status post benedictam Christi matrem festum tã celebriter in ecclesia colitur, sicut huius peccatricis; respondetur, ꝙ hoc facit ecclesia propter tria.

Primo quidẽ propter ecclesiæ triumphantis imitationẽ, cuius ciues angelici valde lætati sunt de huius peccatricis conuersione, iuxta illud Luc. 15. Gaudiũ est angelis Dei super vno peccatore pęnitentiũ agente. Quinimo inde gaudere cœpit caput ecclesiæ triũphãtis, pariter & militãtis, videlicet Iesus Christus. Et hoc ideo quia inuenit ouẽ quã perdiderat, ita vt videretur dicere toti curiæ cęlesti illud Lu. 15 Cõgratulamini mihi, quia inueni ouẽ quã perdideram, & similiter

ter drachmam. Hinc canit ecclesia in hymno de eadẽ Magdalena, In thesauro reposita regis est drachma perdita, gẽmaque lucet inclyta, de luto luci reddita.

Secundo propter præstandam fiduciam his, sup: qui peccauerunt. Nã mater Ecclesia solennizando festum Magdalenæ videtur quodammodo allicere peccatores, & peccatrices ad pœnitentiam exemplo illius, quasi dicens: Ecce videtis quanto honore veneratur illa, quæ olim fuit tam enormis peccatrix, ad quam etiam cum adhuc esset in terris, & habitaret in desertis locis, certis horis diei accedebant sancti Dei Angeli ipsam in aere miro studio subleuantes, & tunc quis audiebat cęlestem melodiam. Confidite ergo ò peccatores, & nolite timere, sed accedite ad Deum post peccatricem Magdalenam, & illumin amini, recognoscentes culpam commissam, Dei misericordiam, cœlestem gloriam. Quis vbi feceritis, idest ad Deũ accesseritis, profectò facies vestræ non confundentur, idest non denegauit vobis Deus misericordiam suam, sicut neque illam denegauit peccatrici Magdalenæ. Ecce quare ecclesia vniuersaliter colit festum Magdalenæ. Si ergo peccasti cum Magdalena, resurge per pœnitentiã cũ ea, atque in ipsa assume fiduciam inueniendi apud dominum misericordiam & gratiam.

Tertio propter eiusdẽ Magdalenæ sanctitatem. Solet enim ecclesia facere festũ de quatuor differentijs sanctorũ, videlicet de Apostolis, de Martyribus, de confessoribus, & de sanctis mulieribus. Sic est aut, ꝙ Magdalena fuit apostolorũ apostola, dũ. s. apostolis Christi resurrectionẽ nunciauit. Apostolus. n. grecè dicitur nũcius Latinè. Itẽ ipsa fuit martyr. Tum ex vehementi dolore peccatorũ suorũ ad pedes Iesu lachrimando, & dictos dominicos pedes lachrimis suis rigando. Tũ ex ardenti amore iuxta crucem Christi cũ Mariæ matre eius, & Ioan. astando, & magistro suo morienti cõpatiendo, ità vt ipsius animam pertransierit gladius doloris, & cõpassionis. Tũ incredibilẽ pęnitentiã agendo. vt. n. legitur in legenda aurea, anno à passione do-

mini,

mini.14. orta est grauissima persecutio in Iudæa aduersus Christianos. vnde & multi occisi sunt. Alij autẽ in exilium missi, inter quos Magdalena cum Martha sorore sua, & fratre Lazaro adiunctis nonnullis alijs, vtpote cœco nato à Christo illuminato, qui dictus est Sydonius, & Marcella discipula Marthæ, & alijs, nauigio expositi sunt absque nauta & remis, vt sic facilius periclitari possent. Sed nutu diuino tandẽ Massiliam deuenerũt. Nec multò post Magdalena dimissa sorore & fratre, ac cæteris, eremum asperrimã sibi elegit, vbi incognita hominibus 30. annis mansit, durissimam ibidem agens vitam. Nunquid ergo tibi videtur hæc mulier meritò inter martyres computanda? Item ipsa fuit confessatrix. Ipsa enim est, quæ primo confessa est in ciuitate Aquensi nomen Christi. Nam vt refert prędicta legenda, postquàm dictus numerus Christi fidelium deuenit ad portum Massiliæ, cœperunt per diuersa loca nomen Christi prædicare. Magdalena autem elegit sibi ciuitatem Aquensem, quem verbo prædicationis ad fidem traxit catholicã. Quo facto, non multo post eremum quæsiuit, & ibi vsque ad vitæ exitum soli Deo, & Angelis eius cognita permansit. Ecce quomodo fuit confessatrix, immo doctrix disciplinæ Dei, vt habetur Sapien. 8. Et si quis obijciat prædicationis officium mulieri non esse cõmittendum, cum hoc prohibeat Apost. 1. Timot. 2. dicens. Doceri mulieri non permitto, conceditur regulariter & de communi lege. Secus autem in casu, & maxime cum hoc fit ex speciali instinctu Spiritus sancti, cuiusmodi creditur factum fuisse in proposito. Postremo Magdalena, & si non fuerit de numero sanctarũ virginũ, saltẽ vsque ad vitæ terminũ, ad minus fuit de numero sanctarũ mulierũ. Cuius sanctitatem attestantur multa, vtpote incredibilis pęnitentia, Angelorũ frequentia, miraculorũ copia, & populi Christiani ad eam deuotio facta. De nulla enim sanctarum legitur, quòd tam crebro & tam assiduè visitentur eius sanctę reliquiæ à populo Christiano, sicut de Magdalena.

na. Commendemus itaque nos sui sanctis precibus, dicentes illud Iudith 8. Ora pro nobis, quoniã mulier sancta es. Patet ergo ex dictis, ꝙ non mirum si ecclesia facit tam præcipuum festum de Maria Magdalena, quale etiam non fit in tota Ecclesia de quacunq; muliere post Christi matrem. Nec mirum, quoniã ipsam laudare sufficienter non possumus, quantumcunque eam laudemus.

His ergo præmissis, describendus est modus aduentus piæ Magdalenæ ad Christum, & suæ conuersiosionis ad ipsum. Considerans itaque & animaduertens ipsius Christi maiestatem, & reuerentiam, & dignitatem, decreuit ad ipsum venire cum notabili & honesta comitiua domicellarũ, eidem Christo acceptissimarum, quæ etiam tangunrur in præsenti euang.

Prima igitur domicella fuit diuina illuminatio, q̃ tãgitur in Euangelio, cũ dicitur, vt cognouit ꝙ Iesus accubuisset in domo Simonis Leprosi. Circa quod notandum, ꝙ prædicta domicella docuit Magdalenam multa cognoscere, & quæ quilibet peccator ad Deum redire volens cognoscere debet, videlicet peccatorum suorum multitudinem, magnitudinem, & infamiam, mortis suæ incertitudinem, diuini iudicij formidinẽ, diuinæ iustitiæ contra multos rigorem, diuinæ misericordię erga pęnitentes & ad cor redeunte mãsuetudinem, pœnarum infernalium sęueriatem, atq; cęlestis gloriæ ineffabilitatem. Hæc igitur & his similia sunt quæ cognouit Maria Magdalena. Notanter autẽ præmisimus Magdalenam primo cognouisse suorũ pctõrum multitudinẽ, magnitudinẽ, & infamiã, quia vt dicit Sene. ad Luci. epistola 28. Initium salutis, est notitia peccati. Nam qui peccare se nescit, corrigi non vult. Tu vero adde per contrarium, quòd qui peccare recognoscit, corrigi desiderat. Et huiusmodi erat Dauid, qui cùm adulterium commisisset, clamauit ad dominum tanquam diuinitus illuminatus, dicens. Miserere

sere mei Deus secundum magnā misericordiā tuā. Et secundnm multitudinem miserationū tuarum, dele iniquitatem meam, Amplius laua me domine ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatē meā ego cognosco. Ecce peccati cognitio, quæ facit quærere Dei misericordiam.

Secunda domicella tenens comitatū Magdalenæ ad Christum venienti, fuit peccatorū contritio. Et hæc domicella exprimitur, cùm subditur in euangelio. Attulit alabastrū vnguenti. Vbi notandū, quod alabastrum vnguenti est cor pœnitentis, in quo reconditur prætiosum vnguentum, & valde vtile ad medendū peccata, quod vocatur contritio. Nā huiusmodi vnguentū est tantæ virtutis, & efficacię, vt vna sola guttula illius valeat mederi & curare omnia genera morborū animæ, dicente Psal. Sanat contritos corde. Ecce ergo alabastrū vnguenti, quod attulit Magdalena quando venit ad Christū summū medicū. Propter quod ecclesia de ipsa canit in hymno dicens. Aegra currit ad medicū, vas ferens aromaticū, & à morbo multiplici verbo curatur medici.

Secunda domicella associans Magdalenā fuit profunda humiliatio, quæ notatur, cum subditur. Et stans retro secus pedes eius, videlicet Christi. Hic ergo quatuor dicuntur de Magdalena. Primum est, quòd stabat quasi parata seruire Christo si expedisset, Secundum, quòd erat retro, & non ante, & hoc in signum magnæ verecundiæ. Tertium, quòd erat secus, & non longe, & hoc in signum magnæ confidentiæ. Quartum quòd erat secus pedes Iesu, in signum humilitatis maximæ. Et nota, quòd primo stetit Magdalena retro dominum, deinde inclinauit se ad pedes eius lauandos, tergendos, osculandos, & vngendos. Item ob aliam causam inclinauit se faciem conuertendo in terram, ne scilicet videret homines ibi adstātes, aut ab eisdē uideretur per incautū aspectum. Nam de ea dicit Origenes, ꝙ ex quo fuit ad

Chri-

Christum conuersa, nunquam deinceps voluit homines respicere in faciem pręter Christum, considerans apud se, quòd occasione hominum tantum offenderat Deum.

Secunda domicella comes Magdalenę ad Christum venientis fuit integra satisfactio. In generali enim offenderat Deum quatuor modis, quibus etiam solent fatuæ & impudicæ mulieres dominum offendere, fatuos homines ad turpitudinem allicientes. Primo quidem per oculos incautè & impudenter elegantes iuuenes videndo & concupiscendo. Secundo vero ꝑ capillos, eos componēdo, & ornando. Tertio autem per os, amatores suos osculando. Quarto & postremo varijs vnguentis corpus suum fouendo. Ecce quot modis offendit Deum. Et ideo oppositis modis voluit illi satisfacere.

Primo quidē flendo vberrimè contra incautū aspectū. Et hoc est, quod in euangelio subditur. Lachrymis cœpit rigare pedes eius, videlicet Christi. In quibus verbis duo notantur. Primū aquarū qualitas, quia lachrymis. Secundū aquarū dictarū abūdātia, q̃a cępit rigare pedes eius. Vnde Greg. in hodier. hom. quæ est numero 33. Discite, inq̃t, quo dolore ardet, quæ inter epulas flere non erubescit. huius itaque exemplo etiā grauissimi peccatores & peccatrices debent flere ad pedes Christi peccata sua, dicentes illud Psa. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam, vnde & idē Greg. vbi supra. Cogitanti mihi de Mariæ pęnitētiā, flere magis libet, quàm aliquid dicere. Cuius enim vel saxeū pectus illæ huius peccatricis lachrymæ ad exēplū pœnitendi non emolliant? Et certè hæc peccatrix data est nobis non in exemplū in peccatum ruēdi, aut Deum offendendi, sed tantū in exemplum resurgendi, & ad Deū redeundi, postquam in peccatum cecidimus, & Deū offendimus. Sed profectò multi volunt cadere cum Magdalena per carnis lasciuiam, qui nolunt cum ea resurgere per lachryma-

rum

feci. Vel forte dicebat cũ filio prodigo illud Luc. 15. Pater peccaui in cœlum & coram te, iam non sum digna vocari filia tua. Vel forte dicebat cum adultero Dauid illud verbum. Iniquitates meæ supergressę sunt caput meum, quia supple ascenderunt vsque in cœlum clamantes vindictam cõtra me. Et sicut onus graue grauatæ sunt super me, per obligationem pœnæ æternæ, heu me miseram. Putruerunt certè, & corruptæ sunt cicatrices meæ, i. carnales culpæ meæ, & hoc totum à facie insipientiæ meæ. Quia si fuissem sapiens sicut soror mea Martha, talem impudicam vitã minime duxissem. Misera igitur facta sum, supp. super omnes mulieres mundi, & curuata sum vsq; in finem, id est perpetuò detinebor, & succumbam peccatis, nisi tu omnipotens Deus & fons abyssi misericordiarum erexeris me per gratiam tuam, & non ex operibus iustitiæ meæ, quæ nulla sunt. Nec certè gaudium habeo aut lętitiã in corde meo quousque me ad pęnitentiã & gratiam receperis. Sed tota die, i. toto residuo vitæ meæ contristata ingrediar, supple viam vniuersæ carnis per mortem, quam expecto; heu vbi sunt misericordiæ tuæ antiquę Domine, i. vbi est modo ille vsus miserendi, quo solitus es misereri antiquitus, sicut patuit in Dauid, atq; plerisq; alijs adulteris fornicatoribus. Nunquid obliuisceris misereri Deus, aut continebis in ira tua, & vsque ad me miseram peccatricẽ nõ descendas. Nunquid in æternum proijcies me à facie misericordiæ tuæ, aut nõ appones vt cõplatior sis adhuc, supple mihi. Aut in finem misericordiam tuam à me abscides? Certe non ita te facere conuenit ò Domine Iesu bone. Sed recordare quid olim dixeris per organum Dauid prophetæ tui fidelis in psal. Memor ero Raab, supple meretricis. Sed qnomodo memor es eius. Certe ad saluandum & miserendum, & non ad perdendum. Tu enim ipsam præseruasti quantumcunque prius meretrix, propter opus pietatis, eo scilicet, q; abscõdit seruos tuos in domo sua, quos miseras Hierico ad explorandum ciuitatem. Iosue 2. Ego

enim sum altera Raab meretrix. Memor ergo esto meî non ad perdendum, sed ad saluandum. Miserere igitur mei Deus, secundum magnam misericordiam tuã &c. vsque ibi. Tibi soli peccaui. Ecce quæ & qualia dicebat pauper peccatrix ad pedes Christi prostrata cum fletu & planctu. Et breuiter lachrymæ quas tunc fudit, tantæ fuerunt, & tam efficaces, vt dicat Hiero. 3. parte epi. suarum, epi. 24. ad Furiam scribens, quòd in ipsis baptizata fuit.

Quæritur denique quando hęc peccatrix Magdalena primum ad pœnitentiã conuersa fuerit? Ad hoc dubiũ respõdetur, ꝙ ex nullo passu sacræ scripturæ possumus de hoc adducere apertũ & determinatum testimoniũ. Non. n. ex textu p̄sentis Euãgelij, quia iã cõuersa erat interius qñ venit ad Christum, quanuis hoc nõ innotesceret hominibus, vt dictum est. Neq; ẽt ex illo textu Io. 12. vbi legitur in Bethania cęnante Christo illius pedes vnxisse, quia iã innotescebat exterius hominibus de ipsius conuersione. Dicunt tñ nõnulli ꝓbabiliter Magdalenã primo conuersam interius in p̄dicatione Christi, quã fecit de filio prodigo. Audierat enim ex publica fama de Christo, ꝙ esset speciosus forma prę filijs hominum. Itẽ audierat forte à sorore sua Martha, ꝙ nunquàm homo tã prudenter, & tã elegãter locutus fuerat, sicut loquebatur Christus. Occasione ergo prædictorũ verborũ, in crastinũ venit satis mane ex quadam curiositate audire Christi sermonẽ. Qua aduentata & ex opposito Christi sedẽte, cœpit ipse Christus diuertere sermonẽ suum iuxta materiã subiectã, & adducere parabolã de filio prodigo, dans voci suæ vocem virtutis: virtutis inquam attrahẽdi peccatricẽ ad pœnitentiã. Quo diligẽter audito, tacta dolore cordis intrinsecus Magdalena, cępit cogitare, ꝙ de ipsa loqueretur Dominus sub verborũ palliatione, quasi nolens eam coram toto cœtu scandalizare, aut cõfundere. Tunc ergo cœpit de sede sua descendere vsq; in terram, & tunc cancellatis manibus, & facie in terrã demissa vehemẽter compugni, firmiter proponens de cętero

tero à peccatis omnibus abstinere, & ad fontẽ miseri-
cordiæ Christum humiliter venire imploratura pecca
torum suorum veniã. Ecce igitur principium conuer-
sionis illius. Huic autem simile legitur in Valerio. li.
5. c. 11. de Polemone Atheniensi, qui cũ esset adolescẽs
& elegantis formæ, adeo lubricus erat, ꝙ ẽt vix põt cre
di. Semel ergo totus lasciuus in gestu, habitu, & cõmi
tatu scholas Xenocratis philosophi intrauit. Quo viso
dictus Xenocrates, omissa oratione, quã cęperat, cœpit
de bono pudicitię loqui. Quẽ cum diligenter audiret
impudens adolescens, paulatim cępit seipsum recolli-
gere, & qualis esset cogitare, atque priusquàm scholas
egrederetur, seipsum componere. Ex quo adeo immu-
tatus est, vt postea cæteros studio anteiret in dies profi
ciendo, & tandẽ Xenocrati in regendo Gymnasiũ Athe
niensium successit. Sicut ergo iste Polemones subito
ad vocẽ Xenocratis mutatus est in virũ alterũ, ita &
peccatrix Magdalena ad Christi prædicationẽ mutata
est in mulierẽ pœnitentem sanctã, & deuotam. Et hoc
opus fuit mutatio dexterę excelsi. Et sic patet diffuse
de primo principali huius Euangelij.

Secũdo principaliter in præsenti Euãgelio fit men
tio de pharisæo irrationabiliter indignãte, de quo sub
ditur in textu. Vidẽs aũt pharisęus. glo. ĩterl. de falsa iu
stitia suꝑbus, nulla cõpassione naturę cõmotus suę fra
gilitatis oblitus, ait ĩtra se, s. occultè cõtra suũ hospitẽ
murmurãdo. Hic si esset ꝓpheta, sciret ꝑfectò q̃ in per
sona, & qualis in vita est mulier, quæ tangit eũ: q̃a pec
catrix est. Iste ãt pharisęus medicũ reprehẽdit, q̃a ægro
tanti subuenit, vt dicit ꝑdicta gl. Et nota, ꝙ iste phari-
sæus gerit typũ illorũ, qui ex quadã arrogãtia volũt cæ
teros cõfundere & deprimere; seipsos aũt iustificare.
Quo fit vt sępe cadant in grauissima scandala. Nota e-
xẽplũ de illa moniali, quæ dicebat, ꝙ nollet esse in cœ
lo ad instar Magdalenæ, s. absq; aureola virginitatis,
quæ nõ multo post monasteriũ clam exiẽs facta est pu
blica meretrix; prædictũ ergo suꝑbũ cõuicit Christus
sub quadã parabola, dicẽs illi. Simõ habeo aliquid tibi

dicere. Duo debitores erant cuidam fęneratori, vnus debat &c. Vt autē dicit gl.or. iste pharisæus significat iudæos, qui in primitiua Eccl. indignabātur de conuersione gentium. Vnde & dicebant Apostolis. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester? Matt. 9.

Allegoricè. duo debitores sunt iudæi & gentiles. Gētilis populus plus debuit, q̃a grauius peccauit, vtpote idola colēdo. Iudaicus vero populus minus, q̃a semꝑ ī fide vnius veri Dei ꝑmāsit Ps. Notus in Iudęa Deus, in Israel magnū &c. Fęnerator est Deus, qui ꝓ culpa momentanea exigit pœnā æternā. Nō habentib. illis vñ redderēt, q̃a nullus pōt proprijs meritis se absoluere à debito culpæ, donauit vtrisq; .s. ꝓ oībus satisfaciendo in cruce. Donauit inq̃ sufficiēter oībus, licet nō efficaciter. Et ideo populus Gētilis ad fidē conuersus tenetur plus diligere Christum, quàm populus Iudaicus.

Moraliter. duo debitores sunt Magdalena & pharisæus, clerici & laici, docti & indocti, pctōres notorij & oculti. Nā inter oēs istos primi sūt vniuersaliter magis Deo obligati. Fęnerator est Xp̄s, q̃ mutat nobis animā cū potētijs suis, corpus cū mēbris, de quib. vult habere lucrū, bonū opus ex talibus exigēdo. Vbi ergo iste fęnerator remittit oībus p̄dictis vniuersum debitū, i. culpā & pęnā, tūc cōstat ꝙ primi tanq̃ magis obligati tenētur ipsū magis diligere, q̃a vt dicit Gre. hom. 9. Cū augentur dona, rōnes ēt crescunt donorū. hoc idē ēt probat ipse Christus in pn̄ti Euan. exēplo Magdalenæ & pharisæi, dicēs eidē pharisæo. Vides hanc mulierē? Intraui in domum tuā, aquam pedibus meis non dedisti: hæc aūt lachrymis rigauit pedes meos &c. Propter ꝙ dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, qm̄ dilexit multū. Cui āt minus dimittitur, minus diligit. Per hæc aūt verba voluit Xp̄s innuere Simoni pharisæo, ꝙ ipsum diligebat, sed minus q̃ Magdalena, eo ꝙ sibi minus dimissum fuerat, quàm Magdalenæ, quæ grauius peccauerat. Sed cōtra p̄t obijci de B. Maria, cui nihil dimissū est: quo nō obstāte plus dilexit Xp̄m, quā

Magda-

Magdalena. R̃nſio. Senſus prædictę ꝓpoſitionis eſt talis. Cui plus dimittitur, plus diligit ex dimiſſo, q̃uis nõ ſemper ex commiſſo. Virgo igitur Maria plus diligit Chriſtum filium ſuum ex cõmiſſo, quàm Magdalena. Ex dimiſſo vero econtrario fuit.

Tertio principaliter in præſenti Euangelio fit mentio de Chriſto peccatricem Magdalenã abſoluente, vt enim inquit Euangeliſta. Ipſe conuerſus ad mulierẽ, ait illi. Remittuntur tibi pc̃tã. Ipſe. n. fuerat ab ea diu auerſus propter pc̃tã ſua, ſicut & a cæteris peccatoribus, iuxta illud Deu. 32. Abſcondam faciẽ meam ab eis, ſed tandem ad eã pœnitentẽ eſt conuerſus, ſicut & ad cœteros peccatores ad eũ redire volẽtes, ſecundum illud Zacha. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Dixit ergo Chriſtus Magdalenæ, remittuntur tibi peccata. O fęlix remiſſio, O iocunda conſolatio. O diu deſiderata & expectata Dei miſeratio. Et cœperunt q ſimul accumbebant, dicere intra ſe. Quis eſt hic &c. Vt enim dicit gl. or poſt Gre. ægra quæ ad medicum venerat, ſanata eſt, ſed de eius ſalute alijs ægrotant, quaſi de diuinitate Chriſti dubitantes. Dixit autem ad mulierem. Fides tua te ſaluã fecit. Vade in pace, ne à via veritatis in viam ſcandali vlterius labaris, vt dicit glo. interl.

Notandum eſt autem iuxta hoc nomen Magdalena, quòd ſunt in eo nouem literę, quæ poſſunt eſſe capita titulorũ glorioſorum, quibus inſignitur, & decoratur glorioſa Magdalena. Iſtud autem declarare poſſumus diſcurrendo per huiuſmodi ſingulas litteras hoc modo. M. matri Chriſti Magdalena ſociatur, & hoc patienti Chriſto in cruce. Ioan. 19 Stabat iuxta crucem Maria mater Ieſu, & Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Sic & nos debemus illic ſociari Chriſti matri ꝑ deuotam contemplationem. A. Apoſtolorum Apoſtola nuncupatur. Vnde Ioan. 10. dixit illi Chriſtus. Vade ad fratres meos, & dic eis. Aſcendo ad patrem &c. Sequitur. Venit Mariæ Magdalenę annuncians diſcipulis, quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi. Sic & nos

debemus alijs referre bona & salutaria. G. gloriosum intuetur, videlicet Christũ post resurrectionem, quanuis nõ in forma gloriosa, sed potius in specie ortulani quando scilicet dixit illi. Si tu sustulisti eũ &c. Io. 20. Sic & nos debemus Christum gloriosum intueri oculo fidei, Io. vbi supra. Beati qui non viderunt, sup. oculo corporali Christũ, & crediderunt. Ecce oculus fidei. D. dulciter à Christo excusatur. Tum contra murmurantem Simonem leprosum siue pharisæum, vt prius dictũ est. Tum contra indignantem discipulum Iudã, de effusione vnguenti præciosi super caput ipsius Christi recũbentis. Cum. n. ille discipulus, pariter & cæteri post eũ dixissent. Vt quid perditio hæc? Ipsam excusauit Xp̃s, dicẽs. Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum &c. Sic & nos debemus benigne & charitatiue excusare eos, de quibus alij detrahunt. A. angelica visitatione cõsolatur. Nam vt dicitur Marc. 12. cũ ipsa valde mane ipso die Dominicæ resurrectionis iuisset ad monumentũ cũ alijs duabus Marijs, corpus dominicũ nõ inuenerũt, sed Angelum viderunt, qui dixit ei. Iesum q̃ritis Nazarenũ crucifixũ. Surrexit non est hic. Nonne ẽt visitatione angelica consolabatur, qñ ea demorãte in deserto septies in die angelicis manibus in aera eleuabat? Sic & nos debemus ita pure viuere, vt tandẽ possimus Angelos in cœlis videre, & ab eis in mortis articulo sursum eleuari & deportari ad ĩstar mẽdici. Lu. 16. L. Lachrymis resoluitur, s. stãs retro secus pedes Domini, vt dictum est. Sic & nos debemus resolui in lamentis ex cõsideratione pc̃tõrum nostrorum. Ps. Exitus aquarũ deduxerũt oculi &c. E, æterna contemplatur. Verisimile. n. est eam adhuc mortalem raptam in cœlum fuisse per apertam Dei visionẽ. Sic & nos debemus ęterna contemplari per fidẽ credendo, & per spẽ illic tẽdẽdo. N. nomine glorioso insignitur, quia Maria, in hoc concordans cum Christi matre. Et verè rectè dicta est Maria, i. valde amare, siue mara amarum, quia fui valde amara, cũ lachrymis suis cępit rigare Dominicos pedes. Vnde de ea possumus dicere il

lud

lud ps. Secundũ nomen tuum sic & laus tua. Sic & nos debemus esse valde amari in contritione pctõrum nostrorum. A. alte colitur, i. multum celebriter, qa per totam Ecclesiam militantem fit de ea festum solēne, Et quamuis de dicto festo nulla fiat mentio in corpore iuris, quia non in illo c. pronunciandum. de conse. d. 3. Nec similiter in illo c. conquestus, extra de ferijs, in quibus traduntur nobis festa ab vniuersali Eccl. obseruanda, tñ vniuersalis Ecclesiæ consuetudo in hac materia obtinet vim legis & præcepti. Donet ergo nobis Dñs sic eam colere, vt tandē suis meritis & præcibus, ad æternã gloriam valeamus peruenire. Quod nobis concedat, qui in Trinitate &c.

FERIA SEXTA POST DOMINICAM IN PASSIONE.



Ollegerunt Pontifices & Pharisæi consilium aduersus Iesum. Io. 11.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. vnde vi. l. si quis in tantã, dicit, q̃ audacia q̃ versatur circa licita, approbatur. Quæ aũt circa illicita, reprobatur. Casus est talis. Aliquis rex, aut magnus princeps, q̃ cõmissurus bellũ contra aduersarios, congregat maximũ & copiosum exercitũ. Adueniente aũt die, & hora qua præliandum est, nonnulli strenui milites fortiter aggrediuntur postes, quos partim occidunt, & partim in fugã cõuertũt. Alij autem eius milites tanquàm vecordes & formidolosi, fortes armatos nõ inuadunt, sed ad p̃dam se conferunt, & victuarios, gall. les viuandiers, occidunt, cũ sint inermes. Quid ergo iudicãdũ est de audacia vtrorũq; ? Certe ad hoc rñdet lex imperialis p̃dicta, q̃ audatia primorũ est virtuosa, & laude digna. Audacia vero secundorum opprobrio & vituperio plena.

Moraliter sicut in militia terrena & corporali aliq sunt audaces, vbi, quando, & quomodo oportet: alij vero formidolosi, sic etiam suo modo contingit in

militia, quæ est secundum Deum.

Primo igitur in hac militia aliq̃ īueniūtur valde audaces, strenui, & fortes, secūdū q̃ eos admonet ecclesia, di. Estote fortes ī bello, & pugnate cū antiquo serpēte. Et de hmōi militibus pōt ītelligi illud Heb. 11. Fortes facti sunt in bello. Et similiter q̃cunq; aliquid arduū aggreditur p̄p Dei honorē, miles eius dicitur. Nonne egregius & audax miles erat ille Iudas Machabeus, q̃ cōgressurus in bellū aduersus hostes Dñi, suos hortabatur, dicēs. Accingimini & estote filij potētes, & estote parati in mane vt pugnetis aduersus nationes has, q̃ cōuenerunt disperdere nos & sctā nostra, qm̃ melius est nobis mori in bello, q̃ videre mala gētis nostræ & sanctorū. Sicut aūt fuerit voluntas in cęlo, & sic fiat. 1. Mach. 3. Ecce audacia bona & laudabilis. hāc ēt habuerunt septē fratres vnà cū matre sua, de quibus legitur 2. Mac. 7. q̃ prælegerunt diuersis cruciatibus vitā gloriose finire, quàm contra legē agēdo vitā cōseruare. Similiter hāc gloriosā audaciā habuit ille sctūs senex Eleazarus, de quo legitur vbi supra. c. 6. q̃ cū Anthiochus impijssimus tyrannus cōpelleret eū carnē porcinā manducare, aliàs moreretur, ille gloriosus mortem magis, quàm odibilē vitā amplectēs, voluntariè p̄ibat ad suppliciū. Insuper hanc virtuosam audaciā habuit Ioseph ab Arimathia, de quo legitur Mar. 15. q̃ audacter introiuit ad Pilatū, & petiit corpus Iesu, q̃ & deuotè sepeliuit, non curans furorē Iudæorū inimicorum Christi. Rursum hanc audaciā insuperabilē & laudabilē habuerunt Christi apostoli, pariter & martyres vniuersi, qui semota omni formidine, nō obstante mortis periculo, fidē catholicā palā cōfitebātur. Insup̄ vltro vultibus tyrannorū se offerebant, conformiter agentes ad illud Christi verbum, Matt 10. vbi ait Noliter timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt perdere. Sed potius timete eum, qui postquàm occiderit corpus, habet potestatem mittere animam in gehennam. Patet ergo de veris militibus regis æterni, & de eorum insuperabili audacia.

Secun-

Secũdo in militia regis æterni aliqui inueniuntur valde formidolosi circa aggressionem bonorũ operũ, audaces vero & animosi circa opera de genere malorum. Et horum audacia est illicita & vituperabilis. Qui enim sunt similes miluo, quæ est auis audacissima circa pullos rapiendos, sed valde formidolosa circa gallos. Et de talibus loquitur Greg. lib. 19. morali. & recitatur in decre. distinct. 47. omnes. dicens. Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsque ad mortem desudare appetunt, pro spe autem perpetua nec parum in labore quidem subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cœlesti mercede ferre etiã tenuissimi verbi contumelias recusant. hæc ibi. Hanc igitur audaciam habent multi mundani homines, vtpote pleriq; mercatores, qui spe lucri tẽporalis se exponunt, & sua infinitis periculis & discriminibus siue terras peragrando, siue maria transsuadando, qui vix vellent millesimam horum partem attentare pro animarum suarum salute. Item multi ieiunant libenter, & dietas multas faciunt tales quales præcepit peritus medicus pro corporis incolumitate, atque pro causa multã substantiã tpalẽ exponunt etiã quandoque inaniter, quia tñ formidant ieiunare, aut etiã dare pro animarum suarũ salute. Nõne ergo tales tibi videntur audaces plusquàm oportet vbi non oportet, & vecordes atque formidolosi vbi oportet? Vnde de vnoquoque tali potest intelligi illud Prou. 22. Dicit piger leo est in via. idest non audeo incedere per viam pœnitentiæ ꝓpter illius difficultatẽ. In medio platearum occidendus sum. Quasi dicat. Morer frigore aut fame, si oporteret me longe peregrinari, aut diu ieiunare. Et ideo talia nequeo facere. Ecce defectus bonæ & laudabilis audaciæ, vbi, & quando expedit eam habere.

Sed audiat omnis talis formidolosus quid scriptura dicat, Iob. 6. Qui timet pruinam irruet super eum nix. Pruina enim quæ nascitur ex terra, significat pœ-

nam

nã tpalẽ Nix vero quæ desuper cadit, designat pœnam æternã quæ cadet super peccatores in die iudicij, cũ dicetur illis illud Mat. 25. Ite maledicti in ignẽ &c. Tales autẽ formidolosi fuerũt Iudæi, qui timuerunt perdere locũ suũ, & gentẽ si dimitterent Christũ diutius viuere, vbi tñ non timuerunt perdere gloriã æternã in procurãdo eiusdẽ Christi mortẽ. Ecce quõo iuxta prophetiã David trepidauerunt timore vbi non erat timor. Super quo gl. interli. Temporalia timuernnt perdere, ꝙ non erat timendũ, & non timuerunt perdere cœlũ, qđ erat timendũ. Vnde de hoc eosdem increpãs idẽ Psal. ait, Quare fremuerunt gentes, s. Christi vitam longã, & populi meditati sunt inania, videlicet eiusdẽ Christi mortẽ, ne perderẽt locũ suum & gentem? Hæc .n. meditatio inanis fuit, qa Christũ occidẽdo in candẽ calamitatẽ inciderunt per Romanos Imperatores Titum & Vespasianum. Ecce quõo audaces fuerunt circa illicita, idest circa Christi mortem tractandam, prout innuitur expresse in præsenti euangelio.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Venient Romani & tollent locum nostrum & gentẽ. Io. 11.

Scribitur extra de voto & voti redẽptione. c. licet, ꝙ filius nõ adimplens voluntatẽ patris defuncti, dẽt successione eius carere & priuari perpetuò. Casus decretalis est talis. Fuit quidã rex Hungariæ, qui ardore fidei succensus, vouit ire Ierusalẽ in subsidium terræ sanctæ, & fidei catholicæ, quæ ibi impugnabatur, sed præuentus fælici morte, nequiuit in propria implere votum. Propter quòd aduocauit filium suum, illi imponens sub interminatione maledictionis æternæ, vt illud votum impleret. Ille autẽ spopondit se hoc facturũ. Mortuo igitur patre, filius misit Romã pro dispensatione Cui respondet Inn V per prædictam decretalem, ꝙ aut impleat votum patris, aut careat paterna successione. Ad idem est, quòd dicitur in maiori volumine. 3. q. 2. vlt. vbi dicitur sic. Vltima voluntas defuncti omnibus obseruanda est. Itẽ 16. q. 1. admonere. sic dicitur. Admonere te volumus ne piæ defunctorũ voluntates

luntates tuæ, qđ absit remissione cassentur. Et sunt verba Greg. ad Karolitanum Episcopum Venerium.

Moraliter, pater noster cęlestis Christus Iesus mortuus est pro nobis. hic aũt pater multa præcepta filijs suis Christianis obseruãda. Et horũ oĩum notarij fuerunt quatuor Euãgelistæ. Inter cætera aũt præcepit illis vt assumãt crucẽ pęnitẽtiæ ꝓ recupanda terra sancta, i. cęlesti gloria. Et hoc est, ꝙ in exordio suarũ prędicationũ locutus est, dicẽs, pęnitentia agite, appropinquabit regnũ cœlorũ. Math 4. Item eiusdẽ. 15. ait. Qui vult venire post me, abneget semetipsũ, & tollat crucẽ suã &c. Itẽ iste pater noster in testamẽto suo præcepit nobis, vt paci studeamus, dicẽs Io. 14. Pacẽ relinquo vobis, pacẽ meã do vobis. Similiter Mar. 9 ait. Pacẽ hẽte inter vos. Insuꝑ ꝑcepit nobis, vt habeamus mutuã charitatẽ, dicẽs Io. 13. Mãdatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ sicut dilixi vos. Et qa plures Christiani nõ obseruant testamẽtũ prædicti patris, neq; ea quæ præcepit ab eis fieri, ideo non mirũ si multi de illis damnantur, & hæreditate, siue regno cęlesti priuantur.

Alio modo possumus exponere prædictã decretalẽ de iudæis, qui olim vocabantur filij Dei primogeniti, vt patet Exod. 4. huiusmodi enim filij propter multa meruerunt exhæredari. Nã vt dicitur extra de iureiurando, c. quintauallis, filius propter multa meretur exhęredari à parentibus. primo si manus violentas iniecerit in eos. secundo si grauem iniuriam illius fecerit, tertio si criminaliter eos accusauerit, & signãter de causa quæ non sit aduersus principẽ, siue rẽpublicã. quarto si vitæ parentum insidiatus fuerit, quinto si cũ maleficis conuersetur. Modo sic est, quòd iudæi tanquã filij impij in his oĩbus peccauerũt aduersus patrẽ suum Christũ. Primo enim sæpe voluerunt in eũ ponere manus violẽtas vt ipsum occiderent, vt patet Lucæ 4. Secundo sæpe illi grauiter iniuriati sunt, vt patet Ioan. 7. quando vocauerunt eum Samaritanum, dicentes eum dæmonium habere. Tertio criminaliter eum accusauerunt, quãdo dixerũt Pilato, hunc inuenimus

mus subuertentes gentē nostrā, & prohibentem tributum dari Cæsari Mat.27. Quarto sæpe vita ipsius insidiati sunt, vt patet in Euangelio hodierno, vbi legitur, quòd collegerunt pontifices, & pharisæi consiliū aduersus Iesum, dicentes. Quid facimus, quia hic homo &c. Tandem Cayphas tanquam deterior & stultior, ait. Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, ne &c. Ecce insidiæ. Propter hæc igitur, & his simlia prædicti filij meruerunt exhæredari & priuari regno terrestri & cœlesti. Et de terrestri quidem regno qualiter ipsum amiserint, patet quando Titus & Vespasianus destruxerunt Hierusalem.

In hoc ergo euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet, De Iudæorum aduersus Christum consultatione. in principio euangelij. De Cayphæ præsumptuosa opinione, ibi. Nescietis quicquā &c. De consultationis finali conclusione, ibi. Ab illo ergo die &c.

Primo igitur &c. Pro quo notandū, quòd cū maiores Iudæorū, videlicet pontifices & pharisæi audissent ex cōmuni fama, & à fide dignis Christum apertissime suscitasse Lazarum quatriduanū in monumento, videntes etiā, quòd propter tā euidens miraculū multi crederent in Christū, cogitauerunt eū occidere, cū tñ potius debuisse nt in eum credere. Et hoc est, quòd hic loquitur Euangelista, dicens. Collegerunt pontifices, idest prælati, & pharisæi, i. doctores & rabini, cōsiliū aduersus Iesum. Ecce iniqua & praua eorū intentio. Et ideo Psalmista præuidens in spiritu prophetico huiusmodi iniquū consiliū, in capite libri psalmorū loquitur, dicens. Beatus vir qui non abijt in consilio impiorū; supple Iudæorū. At qui abijt, sed non consensit eorum malæ voluntati, qualis fuit Gamaliel, similiter & Nichodemus, qui nullo pacto consenserunt in morte Christi quinimmo quantū potuerunt restiterunt, vt postéa forte dicetur. Beatus etiā vir, qui in cathedra pestilentiæ non sedit. Et per oppositū, maledictus vir qui ī eadē cathedra sedit, cuiusmodi fuit Cayphas

phas

phas pontifex anni illius, qui dixit. Expedit vt vnus homo moriatur, &c.

Moraliter notandum, quòd hodie multi colligunt consilium aduersus Iesum, sicut patet de illis qui prece, aut pretio, siue pro se, siue pro alio mendicant, seu potius emunt voces electorum, vt scilicet nominet talẽ vel talem in Episcopũ, abbatẽ, aut priorẽ. In quorũ concilio non præsidet Spiritussanctus, sed dicit illud Gen. 49. In concilium eorum non veniat anima mea, i. voluntas mea non est cũ talibus, nec assisto concilijs eorũ. Illi etiã colligunt consiliũ aduersus Iesum, quia scienter eligunt non eligibilẽ, sed quia sperant habere bonum tempus sub eo. Vbi autẽ verisimiliter crederent aliquẽ esse rigidũ in prælatura si eligeretur, & ꝙ forte vellet intendere reformationi & diuino honori, nequaquam ipsum eligerent, sicut patet de multis monasterijs laxatis. Vnde contingit semel ꝙ cũ instaret tẽpus electionis abbatis cuiusdam ditissimi monasterij beati Benedicti, quidam vir nobilis habens fratrem suum monachum in alia abbatia, hoc intelligens destinauit capellanum suum ad illos monachos, rogans vt fratrem suum in sua electione commendatum haberent. Cumque dictus capellanus cõpleta legatione sua ad dñm suũ redijsset, cępit illi narrare ꝗ̃ bene porauerat apud illos monachos, affirmans de dicto eligẽdo ꝙ esset totus ecclesiasticus & claustralis seriosus, & exẽplaris magnæ abstinẽtię vir, & hmõi. Insuper ꝙ vbi vellent habere eum in abbatẽ, sperabat abbatiã in breui optimè reformãdã, & ꝙ a cætero illic non ingrederẽtur mulieres, & similia. Quibus oĩbus auditis, ait dictus Dñs capellano prædicto, in nomine diaboli quid dixistis? Non enim talia vobis iusseram dicenda. Noui. n. mores illorũ monachorũ, & scio ꝙ nõ quærunt talẽ in abbatẽ. Accersito ergo alio famulo, videlicet magistro domus suæ, ait illi. Ite diligenter ad dictos monachos me cõmendans bonæ gratiæ eorum, pariter & fratrem meum, & dicite ꝙ capellanus meus non est nisi vna bestia, qui etiã excessit mandatum meum.

Neque

Neque enim nouit fratrem meum, quem tantum cõmendauit de sanctitate vitæ Ego autem optime noui eum, & scio de eo quòd est bonus socius. Non enim est bigotus, neque tales querit. Satis erit sibi quòd dicatur officiũ. In reliquo autẽ bene placet sibi, ꝙ fratres lætè viuant, bene epulentur, honestè induantur, solatia sua habeant, & similia. Si volunt talem in abbatem habere, ipsum eligãt, & bene erit illis. Audito igitur secundo nũcio, dicti monachi vna voce clamauerunt dicentes. Volumus hunc regnare super nos. Sit ergo abbas noster. Quod & factũ est. Ecce quomodo multi in suis electionibus colligunt consilium aduersus Iesum, quia Iesus non ita statuit esse procedendũ in electionibus pastorum Ecclesię. Sed potius ꝙ eligátur viri potentes opere & sermone, atque probatæ vitæ, quales erant illi, quos in Apostolatu assumpsit. Non est tñ necesse in quolibet eligendo inuenire tantam sanctitatem, quanta fuit in Christi apostolis, quia nullus est talis hodie super terram, sed ad minus debet eligi talis, qui eos imitetur quamuis a longe.

Sequitur in textu. Et dicebant, supple pontifices, & pharisæi cõgregati aduersus Dominum, & aduersus Christũ eius. Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. O mira iudæorũ cęcitas, quia Christum hominẽ adhuc vocant, qui tantam susceperant diuinitatis eius demonstrationem, vt dicit Chrys. super Io. ho. 63. Item nota, ꝙ propter magnũ odiũ quod contra ipsum Christum conceperant, non dignabantur eum proprio nomine appellare, sed despectiue dicebãt, hic homo. Hos itaque iudæos imitantur hodie multi, quales sunt illi, qui vix possunt proprio nomine appellare illos, quos odiunt, aut quibus inuident. In vanum ergo quærebant iudæi, dicentes, quid facimus, quia vt dicit Chrys. vbi supra, credere eos oportuit, & colere, atque adorare Christũ, neque amplius eum communem hominem estimare. Et ad hoc faciendũ eos conuincebat dictum ipsorum met, cum aiunt. hic homo multa signa facit. Nam resuscitat mortuos, illumi-

nat cæcos,sanat ęgrotos,liberat dæmoniacos,panes & pisces multiplicat,aquā in vinum subito mutat,super vndas ambulat, & multa his similia facit opera, quæ nō nisi à Deo pñt fieri.Ex quo ergo multa signa facit, signū est,ꝙ sit verus filius Dei, & signanter ꝑꝑ modū signa faciēdi,q̨ cū imperio,& per consequens propria auctoritate.Nō sic aūt cæteri Sancti.Dicti tamē ponti fices & pharisæi sic loqui intēdebāt. Quid facimus,i. quare nobis nō prouidemus?Si dimittimus eū sic.s.vi uentem, & signa tā miranda facientem, omnes credent in eum.O certe optabile bonum,ꝙ tamē prædicti pro maximo inconuenienti habebāt. Deinde allegāt aliud inconueniens, dicentes. Et veniēt Romani, q̄bus supple inuiti subijciemur. Et tollent locum nostrū & gentē,gl.or.De temporalibus timent,& non de æternis,& ideo iusto Dei iudicio vtraq; perdiderunt. Nā 42.anno a passione Dñi locum perdiderunt,s.Hierusalē,similiter & gentem,quæ in parte cæsa est, & in parte hinc inde dispersa. Propterea Aug. suꝑ psalteriū exponens illud verbū.Trepidauerūt timore vbi nō erat timor,dicit,ꝙ hoc recte pōt de iudæis intelligi,q̄ timuerunt regnū ꝑdere terrenum vbi nō erat timor, & nō timuerūt regnū ꝑdere æternū, ꝙ vtique timere debuerāt.hec ille. Sic etiā hodie multi plus timēt tp̄alia q̄ æterna,vt auari.Alij plus timēt pęnas corporales q̄ æternales,vt delicati. Alij plus timent cōfundi in præsenti in conspectu hominū, quàm in futuro in cōspectu angelorū Dei & sanctorū,vt superbi & humanæ laudis cupidi. Et ad hoc propositū loquēs Aug.de verbis Apostoli,ser.18.dicit sic. Timet hō carcerem,& non timet gehennam,timet quęstionarios tortores, & nō timet angelos infernales, timet cruciatum temporalem,& non timet pœnam æternam, timet ad modicum uti,& non timet in æternum cruciari.hęc ille.

Aliter autē prædicta verba. Si dimittimus eum sic &c.exponens Chryso.homi.63.dicit, ꝙ pontifices, & pharisei per huiusmodi verba volebant concitare populum aduersus Christum tamquā tyrannide periclitat urum

taturũ,ſ,populum.Si videãt,inqunt,Romani turbã ipſum ſequẽtẽ, ſub tyrannide nos eſſe arbitrabuntur, & deſtruent noſtrá ciuitatẽ. deinde facit talẽ admirationẽ,di.Quanã gratia dic q̃ſo.Nunq̃d ſeditionẽ docebat Xps?Nunq̃d diſſuadebat cenſum dari Cæſari?Nõne regẽ ipſum facere voluiſtis,& renuit? Nõne humilem & abiectã ducit vitam? Nõne domo,& oĩ terrena poſſeſſione caruit:cuius eſt terra, & plenitudo orbis terrarũ,& vniuerſi q̃ habitãt in eo?Hæc ergo ſine vlla ratione dicebãt,ſed inuidia tñ mouebãtur. Verũ id ſibi cõtingit cum minime expectarent. Nã ciuitatẽ & gentẽ Romani cęperunt poſtq̃ Xp̃m interemerunt. Hæc ille. Dñs aũt Hugo Car.dicit,ꝙ tũc tp̃is iudęis diſponebãt rebelare Romanis,eo ꝙ nimiũ ab ipſis opprimebãtur tributis,& hmõi.Audiẽtes ergo, ꝙ Xp̃s ındixiſſet tributũ reddẽdum Cæſari.Mat.22 Similiter aliqñ eum audierãt p̃dicãtẽ & dicẽtẽ.Si q́s te ꝑcuſſerit in vnã maxillã,p̃be ei,& aliã.Mat.5.Itẽ in eodẽ c. Si q̃s abſtulerit à te tunicã p̃be ei & pallium,timebãt ex his verbis Xp̃i,ne veniẽtibus cõtra ſe Romanis ꝑꝑ hmõi tributi negationẽ, & rebellionẽ nullus auderet ſe contra eos defendere,& ita ꝙ de facili tollerẽt locũ & gẽtẽ eorũ

Moraliter circa huius eſt notandum, ꝙ impoſſibile eſt diuinam prouidentiam, aut p̃ſcientiam impedire. hoc patuit in iudæis volentibus eam ſubterfugere ꝑ vnam viam,videlicet ꝑ Xp̃i mortem,qui tñ in eandem inciderunt ꝑ aliam viam, ſicut rei probauit euentus. Sed in hoc decepti ſunt,ꝙ tñ attendebant cauſas inferiores & ſecundas:non autem cauſam primam,videlicet Dei ordinationem.Propter quod populus ille iudaicus,cũ poſtmodum obſideretur ꝑ Titum & Veſpaſianũ,atq; poſtmodũ in exiliũ mitteretur, dicere merito poterat illud Iob 3.Timor quę timebã euenit mihi,& ꝙ verebar accidit. Ecce quomodo humana ſapientia cõprehenditur in ſuperbia ſua,& quõ etiã qñque p̃ter intentũ implet Dei ordinationem,& prędeſtinationẽ. Quod etiam perpulchrè declarat Grego.lib.6. moral. c.11.exponens illud verbum eiuſdem Iob 5.q̃.comprehendit

hendit sapientes in astutia eorum, & consilia prauorum dissipat, adhuc adducens exẽplũ de Ioseph & fratribus suis, ita dicens. Sæpe nonnulli humana sapientia inflati dum desiderijs suis diuina iudicia contraire conspiciunt, astutis machinationibus eis reluctari conantur, & quo ad votum suum vim supernæ dispensationis intorqueãt, callidis cogitationibus insistunt, subtiliora consilia inquirunt. Sed idem voluntatem Dei peragunt, vnde hanc immutare contendunt: atq; dum omnipotentis consilio resistere nituntur, obsequuntur. Ecce.n. Ioseph à fratribus est venditus ne adoraretur ab eis super terrã. Sed tñ ideo est adoratus, q̃a vẽditus. Ecce quomodo diuinum consilium dum deuitari contenditur, impletur: & humana sapientia dum reluctatur, comprehenditur. Hęc ille. Itẽ vbi supr. c. 12. hoc idem probat Greg. exemplo Ionæ, qui cum declinare vellet ne in Niniuem pergeret pęnitentiam prædicaturus, nauem petijt vt fugeret. Sed tandem in mari proiectus, & de ventre cœti liberatus, illuc peruenit quo ire sponte contempsit. Deinde dat exemplum ad propositum de Iudæis, qui cernentes quòd totus populus post Christum concurreret, p̱p multa signa quę faciebat, vt ab illo tm̃ concursum abscinderent, extinguere eius oĩpotentia morti conati sunt, dicentes. Expedit vt vnus hõ moriatur pro populo, & nõ tota gens pereat. Sed quid secutũ est, audiamus. Profectò ipsi persecutores peregerunt hoc q̃ perniciose moliti sunt. Intulerunt.n. Xp̃o mortẽ, vt ab eo abscinderẽt fideliũ deuotionẽ. Sed inde fides creuit, vnde se hãc extinguere infidelium crudelitas credidit. Ecce quomodo dominus comprehendit, sapientes huius mundi in eorum astutia. Hæc vbi supra. Et sic patet de primo prĩcipali.

Secundo principaliter in præsenti euangelio fit mẽtio de Caiphæ pniciosa & dãnabili opinione. De quo subdit euãgelista. Vnus aũt ex ipsis, Caypas nõie, cum esset Pontifex anni illius &c. Circa qđ notandum, q̃ q̃uis dñs ordinasset sũmũ sacerdotẽ legis debere fungi officio suo vsq; ad mortẽ, vt patet Nu. 35. quo mortuo

alius succederet, qui similiter per totam vitã suã officiũ põtifici exerceret, nihilominus successu temporis tãta ambitio & auaritia succreuerat inter sacerdotes iudæorum, vt vnus teneret Pontificium vno anno, & alius alio: quinimmo emebatur cum pecunia própea ab officialibus imperij, qui regebant terram illam, quæ quidem pecunia conuertebatur ad vtilitatẽ Imperatoris Romani, quod simoniacum erat aperte. Sed auaritia excæcauerat corda tam sacerdotum, quàm officiariorum imperij. Sicut etiam hac tempestate domini Pontifices habent multos officiarios, quibus committũt totum regimen suarum diœcesum tam in temporalibus, quàm in spiritualibus, quas tenent quãdoque ad firmam, ita ꝙ qui plus offert, præfertur in susceptione dicti regiminis cuilibet alteri, quamuis magis idoneo, sed minus offerendi. Interdum etiam tales Pontifices prælati in fine anni, vel de triennio in triẽnium mutãt officiarios antiquos, nouos instituentes, qui plus offerunt. Et breuiter hac tempestate non est quæstio nisi de auaritia. Propter quod bene de hoc tẽpore longè ante prophetauit Hiere. 6. c. dicens, A minore vsq; ad maiorem omnes auaritiæ student, & à sacerdote vsque ad Leuitam cuncti faciunt dolum. Bene ergo dictum est de Caypha cum esset Pontifex anni illius. Sequitur, dixit illis, Vos nescitis quicquã, nec cogitatis. Ac si apertè diceret, Vos oẽs estis ignari, & fatui, & ego solus sapiens & rectè iudicãs. O verbũ stolidũ, ò verbum præsumptuosum, ò verbum omni arrogantia plenum, ò verbum omni irrisione dignum.

Moraliter multi sunt adhuc Cayphæ super terram, tam in ecclesia, q̃ in ciuili politia, & fermè in oĩ statu, quales sunt illi, qui ex aĩ elatione & procaci voce volunt & nituntur seipsos supra cæteros etiã q̃nque peritiores exaltare, & sapientes apparere etiam superbia voce, reprobando sententiam seu opinionem aliorum quantuncunq; peritorum, sicut frequenter euenire solet in consilijs & congregationibus tã ecclesiasticorũ & religiosorũ, q̃ etiã laicorũ & reipub. rectorum, Sunt

enim

,n.plerunque nonnulli in huiusmodi congregation
bus,& consilijs adeo arrogantes, ꝙ non habetur cum
eis pax nisi fiat scd̄m eorū deliberatiōnē,desideriū, &
voluntatem . Nec quicquā bene concludi existimant
quod aduersetur opinioni eorum.Hinc insurgunt cla-
mores,lites,cōtentiones,iniuriæ,opprobria,monopo-
lia,partialitates,odia, & multa similia . Nam,vt dicit
Greg.lib.14.mor.c.18. omnes arrogantes hoc habent
proprium,vt cū rectū qd vel parū senserit in vsum hoc
elationis inflectāt,seq; doctis doctores existiment, &
reuerentiam sibi à melioribus exigant. Hæc ille.

Sequitur in textu.Expedit vobis(inqt Cayphas ce-
teris consiliarijs)vt vnus homo moriatur pro populo,
& non tota gens pereat.Hæc tamen verba alium intel
lectum habebant scd̄m intentionem ipsius Cayphæ il
la proferentis,& alium scd̄m intentionem Spiritus-
sancti.Nam intentio Cayphæ erat,ꝙ cum bonum cōe
sit præferendum bono particulari,etiam cuiuscunque
personæ,consequens sibi videbatur, ꝙ expediebat oc-
cidere Christum pro conseruatione reipub. Alias con
seruando sibi vitam,& permittendo eum viuere , im-
minere arbitrabatur excidium reip.per Romanos.Sed
intentio Spiritussancti longe erat alia , secundū quòd
exprimitur in textu.Vnde sequitur . Hoc autem à se-
metipso non dixit,sed sup.à Spiritusancto hoc illi in
spirante , atque per os ipsius loquente , quanuis ipse
Cayphas non intellexerit sensum ipsius Spiritussan-
cti.Et ideo propriè perfectus propheta non fuit,sicut
dicit B. Th,2.2.q.173.ar.4.Sed cum esset Pōtifex anni
illius, ꝓphetauit, quia Iesus moriturus erat pro gen-
te,videlicet Iudæorum,vt dicit gl.or.Et iste est sensus
quem prętendebat Spiritussanctus,per organū Cayphę
loquens.Ex quo patet ꝙ donum prophetiæ similiter
& cætera dona Spiritussancti , siue gratiæ gratis datæ
dātur frequenter maioribus , & si non propter se, sal-
tem propter vtilitatē aliorum . Sequitur . Et non tm̄
pro gente,sup. iudæorum moriturus erat Christus, ve-
rumetiā pro omnibus prædestinatis ad cœlestem glo-

 riam

riam saltem sufficienter . ideo subditur . Sed vt filios Dei, qui dispersi erant, in vnum congregaret.

Moraliter . per hoc ꝙ Cayphas pontifex prætulit opinionem suam opinioni multorum, dicens, Vos nescitis quicquam &c. designatur, ꝙ multi plati, & principes consilium interdum quærunt à sapientibus, quorum tñ sæpe sanum consilium non prosequuntur, sed potius suam fantasiam, qñq; etiam multum pistoratã insequuntur. Et ideo non mirum si frequenter eis malè succedat . Et de hoc extat historia expressa de rege Xerse, de quo refert Valerius Max. li. 9. c 5. ꝙ cum statuisset inferre Græcis bellum , iussit conuocari ad se omnes Asię principes , quibus aduentatis sic locutus est. Non vos, inquit, in vnum conuocaui, vt mei consilij participes facerẽ. Et ideo scitote vobis magis esse parendum, quàm suadendum . Quod quidem verbum maximę arrogantię fuit, vt dicit idem Valer. Nam sic loqui videbatur prædictis principibus, velitis, nolitis, hoc bellum gesturus sum. Sed qualiter illi successerit in dicto bello, aperte insinuat commentator Valerij, vbi supra, dicens, ꝙ cum fuisset superatus à Themistocle nauali prælio, tandem in patriam suam piscatoria naui turpiter refugere est coactus. Hæc ibi. Nota etiã de Lud. XI. Francorũ Rege, cui facete dixit dñs Petrus de Brescio, prout refert Guaguinus in chronica sua, ꝙ equus cui insidebat, merito fortis esse deberet, ꝙ ferret Regem & totum eius consilium. Ex quo verbo non immutatus Rex neque contristatus, quia virum diligebat, & forte quia iudicauit & recognouit ita esse .

Tertio principaliter in præsenti euãg. fit mẽtio de finali cõclusione cõsultationis põtificum & pharisęorum aduersus Iesum, cum subditur . Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum. glo. inter. Non sic cogitauerũt quin prius, sed modo diffinitiue. Propter qđ dederũt mandatũ, vt si quis cognouisset de Christo vbi esset, indicaret illis, vt ipsum apprehenderent, vt habetur Io. 11. in fine. Nõ tñ consenserunt in dictam sententiam contra Christum latam Gamaliel doctor le-

gis,

gis, Nicodemus princeps Iudæorum, neq; similiter Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, vir bonus, & iustus, de quo exprc ssè dicitur Luc. 23. ꝙ non consenserat cõsilio & actibus iudæorum. Et ideo Iesus non palã ambulabat apud Iudæos, vt subdit euangelista. Sed abijt in regionem iuxta desertum, in ciuitatẽ quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Reliquit ergo Iudæos ad tempus, non quia non posset cum eis conuersari, & ab ipsis non occidi, sed vt doceret nos cedere furori dum est in cursu, vt dicit interl. Propter quod Matt. 10. ait. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate &c. Pro quo notandum secundũ theologos, quòd vbi non speratur vtilitas nec de præsenti, nec de futuro ex frequentatione inter tyrannos & fidei inimicos, sed potius irritatio & ad malũ prouocatio, tunc cedendum est furori, & fugiendum, & permaxime si sit persona, quæ sit vtilis ecclesiæ. Sed vbi verisimiliter speraretur conuersio aliquorum ad fidem, vel etiam in casu vbi fides impugnaretur, & ex fuga aliquorum periclitaretur in cordibus pusillorum, qui ex hac occasione crederent fidem non esse veram, tunc nullo pacto fugiendum esset, sed potius vsque ad mortem inclusiue certandum pro iustitia, vt habetur Eccle. 4.

Notandũ est aũt, ꝙ sententia mortis hodie lata per pontifices & pharisæos Iudæorum aduersus Christum fuit iniqua, iniusta, & oĩ iuri contraria. & hoc ex parte triũ. Primo qdẽ ex parte motiui siuè zeli. Nã zelus eorum malus fuit, vtpote ex inuidia procedẽs Mat. 20. Sciebat Pilatus, ꝙ ꝑ inuidiã tradidissent eũ summi sacerdotes, eo s. ꝙ videbãt totũ populũ post ipsum currentem, & in eum credẽtem Secũdo verò ex parte causæ, qa nulla causa rationabilis erat, propter quã Christus esset occidendus, propter quod dixit Pilatus Iudęis. Ego nullam cãm mortis inuenio in homine, isto, Luc. 22. Tertio autem ex parte ordinis. Non. n. fuit ibi seruatus ordo iuris, maxime cum Christus fuerit morti adiudicatus non sponte confessus, non conuictus, nòn testibus fide dignis malefactor probatus.

Moraliter. Ita est hodie sicut tunc fuit, saltem quo ad multos iudices, qui deficiunt in iudicando tribus modis prædictis.

Primo quidem ex parte zeli siue motiui: Sicut patet de illis, qui iudicant ex odio, siue ex timore, aut huiusmodi. Nam vt habetur 11. q. 3. quatuor modis. Quatuor modis humanum peruertitur iudicium, videlicet timore, amore, odio, munere.


Secundo ex parte causæ, vt cum causa non est sufficiens, vel etiam cum alicui imponitur crimen, quod nunquam cogitauit, sicut legitur factū fuisse Naboth. 3. Reg. 21. vbi dicitur, quòd ad instantiam impijssimæ Iesabel iudices populi subintroduxerunt duos falsos testes filios Belial, qui testificati sunt eum dixisse blasphemiam in Deū. Insuper & maledixisse regi Achab marito ipsius Iesabel. Propter quod & innocens Naboth lapidatus est. Totum autem malum processit ex mala radice, eo. s. ꝙ noluisset ipse Naboth vendere vineam suam regi Achab, vt habetur vbi supra.

Tertio ex parte ordinis, quando non obseruatur forma iuris, vtpote qñ non datur tps respondendi, sed repente & cum ira, atque furore proceditur. Nam vt habetur in decretis dist. 29. Sciendum. Iudex in labyrinthum impingit, qui ante iudicat, quàm intelligat. Talis autem iudex erat quidem Præpositus generalis marescallorum per regnum Franciæ sub rege Ludouico XI. qui dicebatur Tritannus eremita. Hic. n. præpositus valde rigidus in officio suo erat, adeo quàm primū audiebat de aliquo gallando ꝙ esset malæ famæ cum modico casu probato, si ipsum apprehendere poterat sine magna dilatione iubebat eum ad primam arborem occurrentem suspendi. Deinde plenius inquirebat quid in particulari egisset mali. Et post plenam informationem quandoque comperiebat talem nō meruisse mortē. Ecce quàm malum, & periculosum est iudicē esse præcipitem in ferendo sententia. Propter quod lex imperialis. C. de edendo. lib. 16. apud. præcipit iudici vt omnino veritatē rei, aut negocij inquirat.

Hoc

Hoc idem præcipit lex Ecclesiastica, vt patet. 3.q. 2. in primis,& similiter. 3.q.5. iudicantem. Item di. 68. si quid. Cuius tñ cõtrarium egerunt impij pontifices & pharisæi aduersus Christum,& iõ nunc recipiunt mercedem suam pro male actis suis in inferno. A quo nos liberet ille, qui in Trinitate perfecta viuit &c.

SABBATO POST DOMINICAM IN PASSIONE.



Vbleuatis Iesus oculis in cælum, dixit, Pater hora &c. Io. 17.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de aduocatis diuersorum iudicum. l. laudabile: dicit ꝙ aduocatorum officium necessarium est & laudabile. Casus est talis. Sortes patersa habet multos filios, quibus volens pro futuro prouidere, vnum ponit in militia, alium in ecclesia, alium in mercatura, alium in agricultura, reliquum mittit Aureliam aut Papiam, vt ibi discat leges,& possit in futurum esse bonus causidicus: Contradicit autem mater quo ad istud vltimum, dicens non expedire saluti filij sui exercere dictum officium, & hoc propter infinita mala, quibus plerunque implicari solent aduocati,& huius generis viri, qui etiã vulgo latrones appellari solent. Non autem placet sibi vt filius suus sit latro, aut quòd latro nuncupetur: Quid iuris in hac controuersia? Certe cum pater habeat principalem curam de filio educando, instruendo, & prouidendo, potest etiam inuita matre ipsum ad dicta gymnasia destinare pro audiendis legibus, maxime cum dicat lex predicta, officium Aduocatorium esse necessarium reipublicæ, a que laudabile, dummodo supple debitè, & secundum quòd expedit, exerceatur.

Moraliter. Ista lex potest exponi in generali dupliciter, secundum quòd duplex est curia, videlicet infe-

rior & superior,& quælibet habet suos aduocatos necessarios.

Prima igitur curia,quæ dicitur inferior,est mundus præsens.Et iterũ aduocati huius curiæ sunt duplices. quidam.n.sunt seculares & laici,alij aũt ecclesiastici.

Primi igitur aduocati curiæ inferioris dicuntur aduocati laici. Et hi sunt qui aduocãt in publicis curijs regum,principum, ac dominorum temporalium. Tales ergo aduocati sunt necessarij in rep. Tum quia nõ omnibus aduocare conuenit,sed tantum iuratis. Tum quia non omnes sciunt subtilitates & cautelas iuris. Tum quia non omnes habent gratiam verbi, nec omnes possunt bene casum suum proponere coram iudice,aut causam suam defendere.Ecce quare officiũ aduocatorum est necessarium. Insuper huiusmodi officium est laudabile ex se,dummodo debitè exerceatur, vtpote ꝙ non suscipiatur scienter, neque defendatur causa iniusta. Nam de hoc præstant iuramentum dñi aduocati in sua creatione,vt patet.C.de iureiurando. l.cum & iudices.Item ꝙ non nimiũ prolongetur causa iusta,sed infra biennium, aut ad maius triennium à lite cõtestata terminetur,vt patet.C. de postulando. l.quisquis. Item ꝙ non exigatur immoderatum salariũ,sed scd̃m laborẽ assumptũ plus aut minus,& similiter scd̃m facultatẽ personæ, cuius causa geritur.[De hoc plenius scripsi ĩ magno Rosario nostro.ser.21. q intitulatur de rosa aduocationis.Patet ergo officiũ aduocatorũ laicorũ de ꝑ se esse laudabile & virtuosum.

Secundũ, aduocati curiæ inferioris,i.huius mundi, dicuntur aduocati Ecclesiastici.Et iterum isti sunt duplices.Primi sunt qui aduocant in curijs Ecclesiasticis & corã iudice Ecclesiastico, vt pote coram officiali, aut huiusmodi. Et de istis possunt dici suo modo oĩa quæ supradicta sunt de aduocatis laicis.Secundi aduocati clerici sunt illi,qui aduocant palàm & publice in ecclesijs corã iudice & officiali Dño nostro Iesu Christo & Deo patre,vt sunt deuoti clerici seculares, pariter & religiosi diuinũ officiũ soluẽtes, & die ac nocte

pro populo otãtes,& dicentes illud Iohel 2. Parce dñe parce po. &c. Propterea & Alex. Papa de officio ecclesiast loquẽs, prout recitauit in decr. 1. q. 1. ipsi sacerdotes. dicit sic. Ipsi sacerdotes pro populo interpellant,& pctã populi comedũt, quia suis prçcibus ea delent, atque consumunt. Qui quanto dignores fuerint, tanto facilius in necessitatibus pro quibus clamant exaudiũtur. Hæc ibi Talis aũt bonus aduocatus erat ipse Moyses, qui pro populo idololatrante orãs,& aduocans ad dñm dicebat, Domine dimitte eis hanc noxã, aut dele me de libro quẽ scripsisti. Exo. 32. Nihilominus sicut inter Christianos nullus potest esse aduocatus, qui nõ est verus Christianus, vt cauetur. C. de episcop. audiẽ. l. nemo. vbi dicitur, ꝙ nemo aduocatorũ cõsortiũ accedat, nisi sacrosanctis misterijs Catholicç religionis fuerit imbutus, ita neq; apud Deum potest clericus aut religiosus pro quocunq; pctõre aduocare, prout decet, ꝗ non fuerit bonus coram Domino, quia, vt dicit Greg. & recitatur 3. q. 8. In grauibus peccatis quis positus dũ suis præmitur, aliena non diluit. Cunctis. n. liquet aperte, quia cum is qui displicet &c.

Secunda curia quæ dicitur superior, est cœlum. Et similiter aduocati huius curiæ sunt duplices.

Primi sunt omnes sancti angeli & homines beati. hi enim omnes nõ cessant die ac nocte aduocare apud supremum iudicem dominum Deum pro nobis miseris peccatoribus. Non enim sancti Dei amici,& cum eo regnantes in cœlo minus afficiuntur nostræ saluti, quàm cum adhuc degerent in terris. immo multo plus ꝓ quãto charitas est in ipsis perfectior. Sic est aũt, ꝙ cum adhuc nobiscũ essent orabãt ꝓ miseriis aliorum, ẽt pro suis inimicis, ergo ẽt & nunc. Et de hoc hist. legitur 2. Mac 15. de Iuda Machabeo qui suos animans ad ꝑlium aduersus impijss. Nicanorẽ, dicebat se vidisse in somnijs Oniam, qui vita comite fuerat summus legis sacerdos & uir bonus. Deinde referebat sibi apparuisse virũ aliũm mirabilẽ & magni decoris, de quo loquens Onias ipsi Iudç aiebat. Hic est fratrũ amator

&

& populi Israel. Hic est qui multum orat ꝓ populo, & vniuersa sancta ciuitate Hieremias propheta Dei. Ecce quõo sancti aduocãt ꝓ nobis in cęlo apud Dñm. Quãuis tñ tunc tẽporis ipse Hieremias nõ dũ esset in cęlo. Hinc in collecta de omnibus Sanctis oramus dominũ dicentes, Quæsumus domine vt desideratam nobis tuę propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris.

Secundus aduocatus in curia cęlesti est dñs noster Iesus Christus, cui secundum ꝙ homo conuenit orare & aduocare pro nobis apud summum illum officialẽ dictæ curiæ Deum patrem. Et de isto aduocato scribitur 1. Ioh. 2. Si quis peccauerit, non supple desperet de uenia, quia aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. Iste autem aduocatus non solum fungitur officio aduocationis in illa suprema curia cœlesti, verum etiam functus est huiusmodi officio in hac bassa & inferiori curia quandiu in terris mansit. Hoc patuit in orto. Item in cruce quando aduocauit pro inimicis suis. Item in hodierno euangelio legitur, quòd multum eleganter & prudenter aduocauerit pro suis apostolis, dicens ad Deum patrem. Pater, ego pro eis rogo, non vt tollas eos de mundo, sed vt conserues &c.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Ego pro eis rogo quos dedisti mihi, nõ pro mundo rogo. Io. 17.

Scribitur extra de furtis, cap. si fures, quòd pro furibus in furando occisis nõ est orandum. Casus est talis. Aliquis fur nocturnus vult intrare quandã domũ per fenestram. Accidit autem, forte iusto Dei iudicio, vt cadat deorsum, & frangat sibi collũ. Quid igitur iuris? Nunquid poterit sepeliri in loco sacro? Nunquid etiã poterunt pro eo fieri preces publice & similia? Certe non, quia vt dicit decretalis præallegata, pro furibus in furando occisis non est orandum: eo quòd præsumitur quòd male mortui sunt quantum potest humanitus coniecturari, vt dicit glo. ibidem. Ad idem est quod scribitur in maiori volumine 24. qõ. 5. placuit.

vbi

vbi dicitur, ꝙ non est orandum pro illis, qui sibijpsis inferunt mortem, quales sunt qui se scienter præcipitant. Item qui sibijpsis venenum propinant, qui se submergunt, aut suspendio tradunt, nec generaliter pro illis qui in suis sceleribus moriuntur impœnitentes. Hæc ibi.

Moraliter timeo ne sint multi fures & latrones inter nos. Furtum enim secundum doctores est contrectatio rei alienæ, inuito domino, lucrifaciendi gratia. Modo sic est quòd animæ nostræ sunt possessio Dei secundum illud Ezech. 18. Sicut anima patris ita & anima filij omnes animæ meæ sunt, dicit dominus. Quotiens igitur mortaliter peccamus, contrectamus rem alienam inuito dño. Quod autem ipse dominus Deus sit inuitus, patet ex forma ꝓhibitionis peccati, quæ ē obligatio ad pęnā æternā, scđm illud Ezec. vbi sup. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Prædicta autem contrectatio fit lucrifaciendi gratia, in hoc scilicet quòd peccans credit reportare magnam commoditatem de peccato suo, videlicet bonum delectabile. Sed reuera reportat maximum dānum, s. amissionē boni honesti, quale est bonum virtutis, meriti, & gratiæ in præsenti, & tandem gloriæ in futuro. Vnde ipsis damnatis improperatur illud Rom. 6. Quē fructū habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Patet ergo ex dictis, ꝙ omnis peccator est fur. Quemadmodum, ergo pro furibus in furando occisis non est orandū, vt dicit decr. præall. sic neq; pro peccatoribus in peccato morientibus, & hoc maxime quando constat eos sic decessisse. Et sicut pro talibus non est orandum, ita neque pro reprobis quando nobis cōstaret in particulari ꝙ essent tales. Et quia Christus tales cognoscit, ideo pro talibus non orat, sed pro prędestinatis. Et hoc est, quod dicit in euang. hodierno ad patrē loquens. Ego, inquit, pro illis rogo, quos dedisti mihi, non pro mundo rogo.

In præsenti ergo euāgelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet, De oratione quā Christus facit pro

se,dicens,Pater venit hora clarifica filium.De ratione per quam probat,ꝙ debeat exaudiri,cum subdit;Opus consummaui &c.De oratione, quam facit pro apostolis,& cæteris eius amicis ibi. Nunc pro eis rogo.

Primo igitur &c.Pro quo notandũ,ꝙ euang.Ioãnes qui plus cæteris apostolis loquitur de verbis Saluatoris,& præcipuè de sermonibus mellifluis in cœna per eum habitis;refert in euang.hodierno , qualiter ipse mundi Saluator Christus , subleuatis oculis in cœlum dixit.Pater clarifica filium tuum &c.Sed circa hunc textum possunt moueri tria d[illegible]ia.

Primum igitur dubium est tale. Vtrum Christo non peteret orare,& deprecari patrem suum. Videtur quòd non,maxime cum esset verus Deus , & per consequẽs illi æqualis . Oratio autem , seu deprecatio semper ad superiorem dirigitur . Ad hoc dubium respondet B.Tho. tertia par. q.20.ar.1.Pro cuius seductione ponitur talis distinctio,quæ etiam trahitur ex dictis eiusdem doctoris,vbi supra. In Christo fuit duplex natura, videlicet diuina & humana, vnica tamen persona. Ratione igitur naturæ diuinæ non competebat Christo orare patrem,eo ꝙ secundũ illã naturam est illi æqualis. Hoc tñ sibi cõueniebat secundũ humanam naturã, secundũ quam, erat Deo patre inferior. Hinc Athan. in symbolo Aequali patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem,Duplex aũt est ratio cur ipse voluerit patrem orare,secundum eundem Bea.Tho.vbi sup. in sol.ad primũ . Prima quidem vt ostenderet se esse in hũcmundum à patre missum : vnde & Ioan.11.dicebat. Propter populũ qui circũstat dixi.s.verba orationis,vt credant, quia tu me misisti.Secunda verò ratio est , vt nobis daret orandi exemplum,& præsertim cum iminet quæuis necessitas,vnde & Iosaphat rex Iuda dicebat,Cum ignoremus quid agere debeamus,hoc solum residui habemus , vt oculos nostros dirigamus ad te.2.Par.20.

Secundum dubium est.Cur Christus subleuauit ocu
los

los in cęlum, cùm voluit orare Deum patrem. Rñdeo, vt per hoc daret nobis intelligere in oratione debere eleuare in cęlum oculos, non quidē carnis, vt ille pharisæus de quo Luc. 18. sed mētis, vt publicanus, de quo vbi supra. Ps. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis. Et propter hoc in oratione dominica dicimus, Pater noster, qui es in cœlis. Vnde Petrus Damianus in quadā epi. quæ incipit, Alexander eps. quærit quare non dicimus in dicta oratione dñica: Pater noster, q̃ es in terris, aut in aquis, sicut qui es in cęlis, maxime cū vbique sit dñs? Et respōdet, ꝙ idcirco dicimus, qui es in cœlis potius, q̄ aliquid aliud, vt ad illā cœlestē hæreditatem sese noster animus erigat. Hæc ille. Et ꝓpterea dicit Damasc. vt notatur de consecra. dist. 1. qñ autem stamus, ꝙ oratio est eleuatio mentis in Deum. Exemplo ergo Christi in omni necessitate debemus recurrere ad Deū, ad ipsum oculos mentis dirigentes, & præsertim vbi nobis desunt vitę necessaria. Nam & ad hoc agendum nos instruūt paruuli coruorū, antequam nigrescāt, quia tūc à solo Deo pascuntur, secundū illud Ps. Dat escā omni carni, & pullis coruorū inuocātibus eum. Da exemplum de dispensatore domus patrifamilias, qui si negauerit filijs, aut seruis cibum aut potum, tunc recurrunt ad patrem, seu dñm domus. Sic vbi natura, vel terra negat nobis vitæ necessaria, debemus tūc recurrere ad patrem cœlestē, & dicere ei cū quadā pia querimonia. Pater noster ecce peccatrix vestra terra denegat nobis panem nostrum quotidianum, & ideo ipsum da nobis hodie. Ecce quō debemus recurrere ad patrem cœlestem in omni necessitate temporali.

Secundū dubiū est. Cùm Christus totus purus & mundus, vtpote qui nunquā contraxerat obscuritatem culpæ, aut ignorātiæ, quomodo petebat à patre clarificari, dicens; Pater clarifica filium tuum? Respondeo, Christus per hmōi verba nō petebat clarificari à culpa ex parte affectus, nec ab ignorātia ex parte intellectus saltē quo ad se. Nā cōtra obscuritatem culpæ habuit semper claritatē gratiæ. Et similiter cōtra obscuritatē igno-

ignorantiæ habuit claritatem scientiæ. Et de istis duobus dicitur Io. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis. Petebat tamen clarificari in intellectibus ambulantium in tenebris ignorantiæ siue erroris, vt, s. illuminarentur per fidem, & crederent eum esse filiū Dei veracem. Nā dignitas filij, laus & gloria est patris, vt habetur in authenticis, rub. constitutiones. § generaliter. Petebat ergo bonus filius Christus à patre clarificari in hora passionis, i. vt tunc manifeste ostenderetur esse verus Deus per euidentia signa, ne, s. per signa suæ humanæ fragilitatis, vtpote per traditionem, flagellationem, coronationem, crucifixionem, mortem, & huiusmodi, in dubium veniret veritas suæ diuinitatis in intellectibus credentium populorum. Et sicut petiuit à Deo patre, sic etiam obtinuit.

Vbi notandū, q̄ ipse Christus ex omni parte fuit clarificatus, i. clarus factus, & hoc per euidētia signa suæ diuinitatis. Primo quidē ex parte cœli, quando. s. sol obscuratus est, & retraxit radios suos quasi compatiēs creatori suo. Sicut etiam solent serui indui nigris vestimentis in morte dñi sui in signū luctus. Secūdo ex parte terræ, qñ. s. ipsa tremuit percepto cruore calido creatoris sui. Item ex parte terræ clarificatus fuit qñ petræ scissæ sunt, & monumenta multa aperta sunt. Tertio ex parte inferni, quando. s. mortui resurrexerūt & multis apparuerunt, asserentes viuentibus de Xpo, q̄ ipse esset verus filius Dei. Quarto fuit clarificatus in cordibus credentium, vtpote eorum, qui reuertentes de monte Caluariæ percutiebant pectora sua, dicētes. Verè filius Dei erat iste. Quinto fuit clarificatus ī sua iocunda resurrectione, quandoquidem corpus suum quod prius erat obscurum, tenebrosum, & opacum, factum est luminosum, clarum, & lucidum. Sexto fuit clarificatus in sua ineffabili ascensione, quandoquidē nubes lucida diuinitus formata suscepit eum in cœlum, Act. 1. Tandem autem clarificabitur, i. clarus ostēdetur in die iudicij. Nam tunc omnes hoīes videbūt ipsum venientem ad iudicium cum potestate magna

&

& maiestate, vt habetur Luc. 21. Boni quidem ad corũ consolationem. Mali vero ad ipsorum terrorẽ, & confusionem. Tunc etiam Iudæi videbũt quàm gloriosus erit quem sic turpiter & ignominiose tractauerũt, & quasi leprosum reputauerunt. O quantum tunc stupebunt qui ipsum Christum conculcauerunt.

Sed quid sibi vult, quod subdit Christus: vt filius tuus clarificet te. Quomodo enim Christus clarificauit Deum patrem suum? maxime cum nulli obscuritati aliquando subiacuerit? Respõdeo, ista clarificatio intelligenda est quantum ad corda credentium, vt dictum est de Christo. Nam olim Deus pater solumodo notus in Iudæa erat, iuxta illud Psal. Notus in Iudæa Deus. Modo vero per totum mundum notus factus est, tam per Christi prædicationem, quàm suorum, atque sequacium. Et quamuis claritas Dei patris in se augeri non possit, sicut nec minui, tamen dicit gl. ord. apud homines minor erat, vnde in Iudæa sola notus erat. Maior autem tunc facta est, dum post resurrectionem filij vbique innotuit.

Moraliter notandum ꝙ habemus triplicem patrem, videlicet cęlestem, spiritualem, naturalem, & cuilibet eorum debemus dicere illud Christi verbum. Pater venit hora, clarifica filium tuum.

Primo igitur habemus patrem cęlestem, qui Deus est, cui in oratione dominica dicimus. Pater noster, q̃ es in cęlis &c. Matth. 6. Huic ergo magni patri nostro debemus humiliter dicere, postquam, s. mortaliter peccauims. Pater venit hora. Ista hora est vita præsens, in qua solũ peccata remittũtur, & nõ in alio seculo. Psal. Venit tempus miserendi eius, clarifica filiũ tuũ, i. clarum fac filium tuũ adoptiuũ, & hoc interius per gratię splendorem. Ipsum siquidem prius clarificaueras ĩ baptismo ipsũ purgãdo totaliter à culpa & pęna, sed postmodum seipsum turpissimè maculauit etiam multo deteirus, q̃ prius per culpã actualem. Et ideo nunc rogat te, vt iterum ipsum interius in anima clarifices claritate, quam prius habuit, videlicet antequã mortaliter

taliter peccaret. De illis ergo, quos Deus pater clarificat per gratiam, potest intelligi illud Luc. 2. Claritas Dei circunfulsit illos.

Scundo habemus patrem spiritualem, qualis est prędicator sincerus, confessor discretus, & quilibet nostrę saluti cooperari paratus. Cuilibet ergo tali dicere debemus verbum prædictũ, videlicet. Pater clarifica filiũ tuũ, i. instrue, doce, perfice. Istud signãter tangit simplicẽ & illiteratũ hominẽ confiteri volentẽ, qui quanto est simplicior, tanto peritiorẽ debet querere confessorem, & præsertim vbi optio sibi datur de multis eligere vnũ. Sic. n. scribitur de pœ. di. 6. qui vult confiteri. vbi dicitur, ꝙ qui vult confiteri, meliori sacerdoti confiteatur, & qui sciat ligare & soluere. Da exemplum de agroto, qui querit peritiorẽ medicum. Et similiter de habente processum in curia Ecclesiastica, aut seculari, qui querit peritiorem aduocatum.

Tertio habemus patrem naturalem, seu carnalem qui nos genuit. Huic autem patri debet dicere bonæ indolis filius. Pater venit hora, idest tempus est, clarifica filium tuum, videlicet, intellectum eius illuminando & instruendo de agendis, vt sunt Dei & Ecclesiæ præcepta. Item de credendis, qualia sunt illa, quæ communiter traduntur credenda, vt sunt articuli fidei. Debet ergo bonus pater clarificare filium suum quamprimum incipit habere rationis vsum, & verba potest proferre. vtpote docendo eum dicere salutationem angelicam, deinde orationem dominicam, consequenter Symbolũ fidei. Et hoc propter quatuor. Primo quidem propter prædictarum orationum breuitatem. Quia. n. breues sunt, ideo de facili sciri possunt. Secundo vero propter materiæ in eis contentæ dignitatem. In salutatione. n. angelica axprimitur incarnationis fil. j Dei mysterium diuinum & sanctum, quo nihil dignius. Item in oratione dominica exprimuntur septem, quæ petere debemus à dño, ut patet diligẽter intuenti. Similiter in symbolo exprimit mysteriũ Trinitatis, pariter incarnationis, passionis, & resurrectionis,

nis atque ascensionis Christi in cœlum, & tandē aduē tus eiusdem ad iudicium. Ecce materiæ maxima digni tas. Tertio autem propter actorum sublimitatem. Nā actor angelicæ salutationis pro maiori parte fuit Gabriel archangelus. Pro reliqua autem parte adducūtur verba sanctæ illius vetulæ Helisabeth matris Ioan. Baptistæ, ad quam visitandam cum accessisset beata virgo Maria, ait illa. Benedicta tu inter mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Luc. 1. Actor orationis dominicæ fuit ipse Christus, vt patet Matt. 6. Cæterum actores symbolum fuerunt Christi apostoli. Ecce actorum dictarum orationum sublimitas. Quarto & vltimo propter vitandam culpam. Nam qui ad ætatem sufficientem peruenerunt, nec prædicta sciunt, grauiter peccant, ita vt Aug. videatur negare eos Christianos esse. Nam ser. 1. dominicæ decimæ post Trinitatem dicit sic. Nescio qua fronte se Christianum dicat, qui paucos versus in symbolo, vel oratione dominica parare dissimulat. Propter ergo prædictas quatuor rationes valde expediens est, vt patres carnales clarificent filios suos in prædictis orationibus, maxime cum sint super omnes alias Deo acceptissimæ, secūdū eundem August. homil. 42. Et ideo frequenter repeti debent prout nos admonet idem August. vbi supra, ita dicens. Quotidie symbolum dicite quando surgitis, & similiter quando collocatis vos ad somnum, tunc reddite vestrum symbolum domino, & commemorate vos ipsos illi, nec pigeat repetere. Bona. n. est repetitio illius ne subrepat obliuio. Nec dicatis. Dixi heri. Dixi hodie. Quotidie dico. Illud bene teneo. Commemora fidem tuam in cœlo. Hæc ille. Vnde ecclesia ad prædicta agenda suo exemplo nos instruens, solet præmittere dictum symbolum in principio matutinarū, pariter & primarū, & tandē ipsum subiūgere in fine cōpletorij, saltē secundum vsum fratrum Prædicatorum. Sunt autem multi simplices idiotæ, quibus fastidit sæpe frequens repetitio prædictarum orationum, & ideo optant scire, & dicere alias orationes. Sed & talibus ob

niat Isidorus de summo bono.lib.1.c.13.dicens,ꝙ symbolum fidei, & dominica oratio ꝓ tota lege paruulis Ecclesiæ ad cęlorum regna capessenda sufficit. Omnis enim scripturarum latitudo in eadem oratione dominica & symboli breuitate concluditur. Hæc ille.

Sequitur in textu. Sicut dedisti ei potestatem oĩs carnis,i.omis hominis. Vbi notandum, ꝙ Deus pater dedit Christo filio suo potestatem omnium hominum tam præteritorum, quàm præsentium,& futurorũ Sed qualem & quantam potestatem dedit illi pater? Certè potestatem in terra dimittendi pctã. Item potestatẽ omnes redimendi,& liberandi ab obligatione damnationis æternæ.Item potestatem miracula operãdi,mortuos suscitandi, iudicium faciendi, & hmõi. Insuper aliam potestatem mirabilẽ dedisti ei, videlicet vt omne,quod dedisti ei,s. per æternam prædestinationem, det eis vitam æternam.Ecce q̃ mirabiliter Deus pater clarificat filium suum Christum. Et quia Christus mẽtionem fecerat de vita æterna,ideo occasione bona de ea sumpta ipsam describit, ostendens in quo cõsistat, dicens.Hæc est vita æterna,i. causa meritoria vitæ æternæ,vt cognoscant te solum Deum verum,s. per fidem formatam, & quẽ misisti Iesum Christum. vel sic. Hęc est vita æterna,i.in hoc consistit vita æterna,vt cognoscant &c.s. per apertam visionem. Nec tñ ly solũ, excludit Spiritumsanctum,cum sit nexus & amor amborum.Est ergo sensus, ꝙ vita æterna consistit in cognitione, seu visione patris, & filij, & spiritus sancti, qui tres sunt simul vnus solus verus Deus. Turpiter ergo errant,& fatui sunt valde Sarraceni,dicentes,beatitudinẽ consistere in delitijs corporalibus, vtpotè in venereis,cibis & potibus, & ꝙ in alio seculo hæc erit tota merces hominũ beatorũ,secũdũ ꝙ dicit Mahumetus in suo Alcorano.Sed profectò huiusmodi beatitudo potius dicenda est vita & beatitudo pecudum,q̃ hominũ, vt habetur 1.Ethi. Consistit ergo vera beatitudo principaliter & essentialiter in aperta uisione totius Trinitatis,quę talis ac tanta est,vt dicat August.ad fratres in

Ere-

Eremo.ser.44.qui intitulatur de pietate,ꝙ si non liceret in ea manere amplius quàm vnius diei hora, vel media, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni delitijs & circunfluentia bonorum temporalium,rectè meritoq; contemni deberent. Hæc ille.

Secundo principaliter in præsenti euangelio fit mētio de ratione,quam adducit Christus, & per quam ꝑsuadet Deo patri, ꝙ debeat ipsum clarificare modis p̄dictis,cum ait.Ego te clarificaui,i.manifestum mundo feci.Ergo rationabile est,vt & tu me clarifices.Deīde adducit aliam rationem,dicens,Opus cōsummaui,i.in breui sum consummaturus,quod dedisti mihi,vt facerem,i.consummarem.Et nota,ꝙ hic loquitur Christus de opere humanæ redemptionis quod sibi imperauerat Deus pater vt perficeret.Insuper adducit aliā rationem dicens. Manifestaui nomen tuum hominibus,i. apostolis,quos dedisti mihi &c.

Moraliter.Notandum iusta illud verbum. Opus cōsummaui quod &c. ꝙ hoc verbum potest dicere Deo patri quasi gratias illi agens quilibet moriens,qui in vocatione qua vocatus fuerat,laudabiliter se gessit,vt pote Prælatus bene pręsidendo.Iudex in rectè iudicando.Religiosus conformiter ad regulam suam viuendo Ecclesiasticus honestè conuersando.Artifex iustè operando.Mercator fideliter negociando, & sic de quolibet statu practicando.Sed quis est hic? & laudabimus eum.Profectò quicunq; inuentus fuerit talis,fecit mirabilia in vita sua,Eccl 33.Rara ergo est hæc auis. Similiter prædictum verbum potest dicere quilibet pœnitens,qui redit ad priorem confessorem,& qui perfecit pœnitentiam aliàs sibi ab eodem impositam, siue sit ieiunium,siue eleemosyna,aut hmōi.Cum ergo talis interrogatur à confessore suo qualiter se acquitauerit de pœnitentijs sibi impositis,si illas perfecerit, recte dicere potest eidem,Opus consummaui quod dedisti mihi &c.

Moraliter, & aliter per prædicta verba. Opus consummaui quod dedisti &c. docemur exemplo Christi

vſque in finem perſeuerare in bona vita, & in operibus ſanctis. Qui enim incipit domum ædificare, habet eam conſummare, ſi velit ex ea habere fructum & vtilitatem. Sic & in ædificio ſpirituali non ſatis eſt bonũ inchoare, niſi ſequatur bene perſeuerare, etiam vſque in finem.

Pro quo notandum, quòd ad conſummationem boni operis, & finalem perſeuerantiam in eodem multa nos inducunt.

Primũ eſt auctoritas & verbũ Saluatoris noſtri, qui Matt. 10. ait. Qui perſeuerauerit vſq; in finẽ, hic ſaluus erit. Super quo verbo gl. ord. dicit, ꝙ hic Chriſtus docet virtutem longanimitatis, quia, nõ incępiſſe, vel facere, ſed perficere virtutis eſt. Hoc idem etiã dicit Hieron. 3. parte epiſtolarum ſuarũ, epiſt. 9. in fine. Similiter Augu. ad fratres in eremo, qui intitulatur de perſeuerantia. dicit, ꝙ non eſt magnum bonum inchoare quod bonum eſt, ſed conſummare hoc ſolum perfectũ eſt. Multi inquit, aggrediuntur, ꝗ in via deficiunt. Multi exierunt in deſertum, ſed pauci ꝑuenerunt ad terrã promiſſionis. Tales ergo ſe decipiunt, quia vt dicit Gre. ĩ mora. li. 1. c. 11. exponẽs illud Iob 1. Sic faciebat Iob cũctis diebus vitæ ſuę. Et ſimiliter recitatur de pę. diſt. 3. incaſſum. incaſſum bonũ opus agitur, ſi ante terminum vitæ deſeratur, quia fruſtra velociter currit, ꝗ priuſquã ad metas veniat, deficit. Item Iſid, de ſummo bono lib. 2. c. 7. dicit, ꝙ non inchoantibus præmium promittitur, ſed perſeuerantibus. Patet ergo non ſufficere ad ſalutẽ bene inchoare, niſi ſequatur ꝑſeuerare.

Secundo idem probatur ratione ſic. taliter ſuo modo ſe habet Dei miſericordia in præmiando bona opera, qualiter eius iuſtitia in puniendo peccata. Sed ſic eſt, ꝙ Dei iuſtitia nunquam punit hominem æternaliter propter ſua ſcelera ſaltem de per ſe, niſi contingat illum in talibus finaliter decedere. Igitur neq; Dei miſericordia aliquem æternaliter præmiat, niſi qui in bono incępto finaliter perſeuerat.

Tertio probatur idem intentum, multiplici figura.

Prima

Prima eſt de Ioſeph,cui pater Iacob fecit tunicam polymitam,i.vſque ad talos deſcēdētē,vt patet Gene.37. Per quod myſterium ſignificatur ſecundum Greg. ho. 13.perſeuerantia in bono opere vſque ad finem vitæ. Secunda figura eſt de cauda beſtię,quæ ex præcepto legis iubebatur in ſacrificio cum toto animali offerri, vt patet Leuit.7.Et per hoc deſignantur ſecundum eundem Grego.vbi ſupra,ꝙ ille bene immolat,qui ſacrificium boni operis vſque ad finem debitè perducit actionis.Tertia figura eſt de ſigno Thau,de quo dicitur Ezel.9. Omnem ſuper quem videritis Thau,ne occidatis. Thau eſt vltima litera in alphabeto hebraico, quæ habet formam crucis. Et ideo rectè deſignat finalem perſeuerantiam in pœnitentia. Quarta figura eſt de pondere, quæ erat veſtis ſacerdotis legalis alba, & vſque ad pedes deſcendens, Exod.28.Applica vt prius.

Quarto proſequitur idem intentum ſimilitudine ſeminum,atq; arborum,& vinearum primo florentiū. ſed ad modicam pruinam,& gelu tabeſcentiū. Quo facto fruſtra vltra ſperatur fructus ex talibus. Sic multi bene incipiunt,ſed ad modicum ventum borealē tētationis à bono incœpto deſiſtunt,& retrocedunt.Nota de illis,qui reddūt de mirabilia vſq; ad defecit. Da exemplum de illis viatoribus, qui mane valde diligenter ambulant,ſed diu non perſeuerant.

Hoc idem intentum probatur exemplo Saulis, qui cum eſſet paruulus in oculis ſuis,conſtitutus eſt rex ſuper omnem Iſraelem.Sed quia non perſeuerauit in humilitate & timore dn̄i,ideo tandem amiſit regnum & vitam.7.Reg. vlt.Eſt ergo ſemper perſeuerandum in bono incœpto, dicendo illud Pſal. Dixi nunc cœpi. Propterea refert Gregorius homilia 37. de quodam ſancto Epiſcopo valde pio ad pauperes,& deuotiſſimo circa altaris ſacramentum, vtpote qui nunquam celebrabat miſſam abſque abundantiſſimis lachrymis & ſuſpirijs. Habebat autē hic epiſcopus quēdā archidiaconū ēt deuotū, cui nocte oranti apparuit dn̄s, dicēs,

Vade & dic epō, Age quod agis, operare ꝙ operaris. Non cesset pes tuus, non cesset manus tua. Natali apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedē tuā. Compleuit archidiaconus legationem suam. Perseuerauit episcopus de bono in melius, & sic tandem peruenit ad cęlestem gloriam. Sic ergo perseueret vnusquisque in bono opere, vt cū venerit hora exitus eius de hoc mundo, possit dicere patri cœlesti. Opus consummaui quod dedisti &c.

Tertio principaliter in præsenti euangelio fit mentio de oratione, quam fecit Christus ad patrē pro suis apostolis, & consequenter pro omnibus prædestinatis, cum ait: Ego pro eis rogo, non pro mundo, interli. i. pro deditis mundo, eo súp. ꝙ tales ponunt obicem suæ saluti, & ideo non merentur, vt pro eis roget Christus. Hic ergo iustruuntur prælati, exemplo Christi orare pro sibi subditis, vt eos dominus conseruet à malo tā culpæ in præsenti, quàm pœna æterna in futuro. Cætera faciliter patent præter illud verbum Christi. Iam non sum in mundo. Taliter autē locutns est Christus, quia in proximo erat, vt transiret de hoc muudo ad patrem. Vel non sum in mundo, s. per affectum & amorem. Quod autem subditur de Apostolis. Et hi in mundo sunt, intelligendum est quo ad præsentiā corporalem, non autem per affectionem mentalem. Syncerus ergo religiosus, & quilibet mundi contemptor, cui mundus cruxifixus est, & ipse mundo merito potest dicere cum Christo. Iam non sum in mundo, videlicet per affectum & amorem terrenorum, quamuis in ipso sim per carnis præsentiam. Et per oppositum, potest dici de auaris & luxuriosis, de ambitiosis & gulosis, & hmōi, ꝙ hi in mundo sunt, & similiter in mundo, qui tamen non sunt de mundo, vt viri contemplatiui, qui etsi secundum carnem adhuc ambulent in terris, spiritu tamen cōuersantur in cœlis. Alij autem sunt in mundo & de mundo, vt peccatores & qui delectantur in rebus huius seculi.

Morali-

Moraliter iuxta prædictum Christi verbum. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo. Notandum, ꝙ sunt duo genera peccatorum siue peccantium. Quidam. n. peccant ex humana fragilitate, & talibus est compatiendum, & pro ipsis orandum ut resurgant, prout nos admonet scriptura, Iac. 5. di. Orate pro inuicem ut saluemini. Alij autem peccant ex certa malitia, & deliberatione perfecta, ut habituati in malis, & obstinati. Et pro talibus, pręsertim pro obstinatis, non esset orandum, si tales certitudinaliter à nobis possent cognosci: quia, vt dicit scriptura. Eccl. 7. Nemo potest corrigere quem Deus despexit. Item. 1. Io. 5. Est peccatum ad mortem, non dico ut pro eo quis roget. Nota de imagine Crucifixi, quæ cunctis cernentibus obturauit aures suas cum celebrarétur exequiæ cuiusdam locupletissimi usurarii, & qui multos pauperes excoriauerat. Sed quia nescimus qui sunt obstinati, & finaliter damnandi, & qui non; ideo pro omnibus orare debemus. Nam vt dicit Aug. de ciui. Dei lib. 22. c. 24. si ecclesia de aliquibus adhuc in hac vita constitutis esset certa, ꝙ prædestinati essent, seu pręsciti in ignem æternum ire cum diabolo, tantum pro eis oraret, quantum pro ipso diabolo. Sed quia de nullo certa est, ideo orat ꝓ omnibus hominibus in hoc corpore constitutis, nec tamen pro omnibus exauditur Pro prædestinatis enim ad gloriam exaudirur. Pro illis autem qui cor impęnitens gerunt, non exauditur. Hæc ille. patet ergo intẽtum. Et quia Christus sciebat quid esset in homine, ideo in hodierno euang. orauit pro suis Aposto. quos præuidebat per peccatum casuros ex humana fragilitate, scilicet timore mortis. Non autem orauit pro obstinatis Iudæis. Si igitur peccemus, non simus charissimi de numero mundanorum & obstinatorum hominum, sed potius de numero fragilium, quatenus valeamus cum Christi Apostolis consequi fructum orationis eiusdem Christi, in præsenti quidem per gratiam, & in futuro per gloriam Quam nobis concedat &c.



Vm appropinquaret Iesus Hierosolymam, & venisset Bethphage &c. Math. 21.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de insti. l. reprehēdenda dicit, ꝙ honor est præferendus cōmodo pecuniario. Casus est talis, Est aliqs nobilis valde strenuus in re militari, & qui in bello cū paucis sibi adhærētibus fecit magnā stragē, & expeditionem de aduersarijs regis, adeo ꝙ multis occisis, reliquos in fugā cōuertit, præter eos, quos captiuos cœpit. Quo audito & eo accersito, Rex exhilaratus offert sibi pecuniā magnā, aut militiā, ponēs in eius optione alterū eligere. Si ergo in tali casu militiā eligat, bene, & prudenter elegit, quia vt dicit lex prædicta, honor est præferendus omni cōmodo pecuniario. Hæc lex est conformis sententiæ Arist. qui 4. Ethic. dicit, ꝙ honor est maximū bonum inter exteriora bona.

Moraliter. Deus qui bonorum nostrorum non eget, ex omnibus beneficijs, quæ nobis largitur, non exigit à nobis nisi vt ipsum honoremus, veneremur, & ipsum superiorem in temporalibus & spiritualibus recognoscamus. Christianissimus enim Franciæ Rex, quāuis in terris neminem superiorē in temporalibus recognoscat: bene tamen in spiritualibus, quia vt habetur distin. 10. certum est. & similiter dist. 68. Valentianus. salubre est regibus, & principibus, episcopis & presbyteris sua colla subdere. Christus vero, qui verus Deus est, rex regum, atque dominus dominantiū, sicut neminē recognoscit superiorē in temporalibus, ita neque in spiritualibus. Nam etsi Deus pater sit eo superior & maior secundum ꝙ homo est: non tamen secundū ꝙ Deus. Hinc Athā. in symbolo, Aequalis patri secūdū diuinitatē, minor patre sc̄dm humanitatē. Iste est ergo nobilis ille, qui in monte Caluariæ debellauit, vicit, superauit hostem illum antiquū, & aduersariū humani generis

generis, videlicet diabolũ, quẽ victoriosissime prostrauit cũ lãcea crucis. Nõne ergo tibi videtur optime meruisse honorem & dignitatẽ militarẽ? Nam ex tã insigni victoria & triumpho, aliud à nobis non exigit, nisi vt ipsum honoremus, vt dictum est. Hinc Apost 1. Ti. 1. dicit. Regi sęculorum immortali inuisibili soli Deo honor & gloria in secula seculorum.

Pro quo notandũ, ꝙ cõiter solent honorari tria hominũ genera, videlicet nobiles, diuites, religiose viuentes. Et propter hæc tria valde honorandus est à nobis Dñs noster Christus. Primo quidẽ, quia nobilis, vtpote rex regum, & dñs dominantiũ. Secundo verò, quia diues est in misericordia omnibus inuocantibus eum, vt habetur Ephe. 2. Insuper ipse est, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi, vt habetur Col. 2. Tertio aũt qa ipse est fons totius sanctitatis, vtpote alios sanctificans, ita vt appelletur & nominetur sanctus sanctorũ, Turbæ ergo Iudæorũ velut à Spiritusancto illuminatæ, & inspiratæ, tria prædicta in Christo considerantes, hodierna die ipsi intranti ciuitatẽ Hierusalem (quæ caput & metropolis totius regni Iudeæ erat) exhibuerunt quatuor honores melius quo poterunt. Primus fuit in hoc, ꝙ ipsum super asinã sedere fecerunt. Secundus, ꝙ sternebant vestimẽta sua in via. Tertius, quia cædebant ramos de arboribus, quos sternebant in via per quam Christus transiturus erat. Quartus, quia pueri clamabant dicentes, Osanna filio Dauid. Sed quia scriptũ est in gl. sup illo verbo populus. insti. de iu. nat. § quod principi. ꝙ honor nõ est absq; onere. Et similiter de reg iu lib. 6, dicitur, ꝙ q́ succedit honori, debet succedere & oneri: iõ ipse summus Rex Christus post exhibitionẽ tantorũ honorũ, sucubuit maximis oneribus ĩ die Veneris sctã, Nã quilibet honor hodie sibi exhibitus, tunc fuit illi in opprobriũ & contumeliã cõmutatus. Hoc aũt patet sic inductiue. Hodie .n. turbæ Iudæorũ fecerunt ipsum sedere super asinã. Tunc autem maiores eorũ fecerunt ipsum sedere super duram crucem. Hodie multi

ti sternebant vestimenta sua in via. Tunc autem ab eodem abstulerunt propria vestimenta, Hodie cædebant ramos de arboribus, quos similiter sternebant in via. Tunc autem plectētes coronam de spinis acutissimis imposuerunt capiti eius in ludibrium. Hodie clamabant, dicentes, Osanna benedictus &c. tunc autem clamabant, Crucifige, crucifice eū. Itē, vah qui destruis tēplum, &c. Item alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, & huiusmodi. Ecce clare videtis qualiliter honor hodie Christo à turbis iudæorum exhibitus, fuit illi postmodum carè venditus; & similiter q̄uo hmōi honor non fuit absque onere. Heu hodie multi Christiani imitantur iudæos, quales sunt illi, qui in istis sanctissimis diebus videntur multum deuoti tanquàm parui angeli, qui tamen post pascha erunt dissoluti & deprauati, velut magni diaboli. Olim enim dicebat Apos. Rom. 5. ꝙ vbi abundauit delictum, superabundauit gratia. Sed de multis Christianis poterit dici post Pascha, quòd vbi abundauit gratia, superabundauit & delictum.

Moraliter ergo notandū, ꝙ quicquid honoris exhibuerunt Christo Iudæi hodie tēporaliter, itidem debemus hodie illi offerre spiritualiter. Primo nēpe debemus eum facere sedere super asinā, i. super carnem nostrā per ipsius mortificationē, dicente Apost. 1. Cor. 6. Glorificate & portate Deū in corpore vestro. Secundo debemus sternere vestimenta nostra in via, i. proijcere longe à nobis peccata nostra, & hoc quādiu sumus in via, i. in hoc mundo cōstituti. Nam postq̄ fuerimus in alio seculo, amplius nō erit locus, neq; tēpus deponendi huiusmodi vestimenta. Et iō ad hoc faciendum nos admonet Apost. Eph. 4. dicēs. Deponite veterē hominē cū actibus suis. Tertio debemus cædere ramos de arboribus, & sternere in via, i. distribuere bona temporalia pauperibus, & pijs locis. Sic enim cędebat ramos de arboribus suis diues ille Zacheus, cū dicebat ad dominum, Ecce dimidium bonorum meorum dn̄e do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum

druplum,Luc.19. Et per oppositum diues ille Epulo, quia noluit cædere ramusculos de arboribus suis pauperi Lazaro,ideo tandem sepultus est in inferno, Lucæ 16.Debent ergo diuites huius seculi in istis sanctissimis diebus permaxime vacare operibus pietatis,distribuētes ramos de arboribus suis in vsus pauperum, attendentes q̃ largus & magnificus fuit Christus in effundēdo suum pręciosissimum sanguinem pro nobis. Quarto debemus clamare dicentes ad dominum,Osanna,i.obsecro salua nos Christe Redemptor.Item debemus vacare orationi, & diuinis laudibus insistere per hos sanctissimos dies,dicentes cum populo Hebræorũ. Benedictus qui venit in nomine Domini, vt scribitur in præsenti euangelio.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Omnis lingua confiteatur,quia dominus Iesus Christus in gloria.Phil.2.] Scribitur extra de consuetudine.c. cum inter vos, quòd in locis interdictis non licet solenniter celebrare diuina,ratione alicuius consuetudinis. Casus decretalis est talis. Quidã episcopus Cenomanensis posuit interdictum certis de causis in sua ciuitate. Erant autem ibi quidam canonici in ecclesia S.Petri, qui nolebant seruare huiusmodi interdictum, sed publice,atque solenniter celebrabant diuina, dicentes, quod erant exempti ab episcopo.Et ideo, vt dicebant, licebat eis etiam pulsatis campanis alta voce celebrare diuina,exclusis tamen prius à sua ecclesia excommunicatis & interdictis. Super hoc igitur consultus Papa Innocentius I I I.respondet per præallegatam decretalem,ꝙ talis consuetudo est irritanda,& quod non licet talibus canonicis hoc facere. Ad idem est quod scribitur.11.q.3.de illis præsbyteris.vbi dicitur, quòd excommunicati non debent se immiscere diuinis, vtpote celebrando diuinum officium solenniter cum alijs persoluendo.Et hoc sub pœnitentię per tres annos infligendæ.

Moraliter,ecclesia contra malefactores hēt triplicem gladium, vt patet 24. quæstione 1.si Petrus,vide

licet excõmunicationẽ, suspensionem, interdictum, vt patet extra de verborum significatione. cap. querenti. Sic autem differunt prædicti gladij, quia ex communicatio & suspensio feruntur contra personas. Interdictum autem contra loca, & communitates. Insuper duo prima sic differunt, quia excommunicatio fertur contra omnes, siue sint ecclesiastici, siue laici. Suspensio autẽ tantũ contra ecclesiasticos profertur. Audite igitur vos pauperes peccatores, qui estis vsque in præsens more asinæ Hierusalem peccatis vestris alligati. Scitote, ꝙ omnis in peccato mortali existens est apud Deum excommunicatus, vt patet 6. q. 1. illi qui. quia quandiu est in peccato, est exclusus à licita perceptione sacramentorum. Item talis est exclusus à communicatione fidelium, saltem merito, quamuis non semper numero. Cum ergo in locis interdictis non liceat celebrare diuina, non obstante consuetudine, nec similiter excommunicatis aut suspensis, mirandũ est quomodo multi adhuc inconfessi præsumant assistere processioni & mysterio solẽni huius celeberrimæ diei. Dico. n. vobis, ꝙ non estis digni deferre ramos benedictos, qui deferuntur in signum victoriæ contra diabolum, & peccatũ, neq; decantare Christo laudes, nisi sitis puri, sicut pueri Hebræorũ, saltem per carentiam mortalis culpæ, maxime cum scriptum sit Eccl. 15. ꝙ non est speciosa laus in ore peccatoris. Studeamus ergo puritati, vt simus hodie digni laudare Christũ. Ad quod nos admonet Apost. in epist. hodierna, dicens, Omnis lingua confiteatur &c.

PRO EADEM DOMINICA DE EVANG.

Inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea. Mat. 21.

Scribitur extra de sent. excommunicati. c. officij, ꝙ excommunicatus pluribus de causis, & à diuersis iudicibus in ipsum ius habẽtibus, non potest absolui ab vna sentẽtia, tacẽdo aliã. Casus est talis. Sortes est excõmunicatus à summo Pontifice pro vno casu, & pro alio à suo episcopo. Tandem venit ad suum episcopũ petẽs ab eo absolui pro casu secundo, nihil dicens de

excom-

excõmunicatione Papali. Quæritur vtrum talis abso-
lutio valeat? Respondet Innocentius I I I. simpliciter
& absolute, ꝙ non. Eadem sententia habetur extra de
officio & potestate iudicis ordinarij. cap. ex parte. vbi
dicitur, quòd si quis a suo ordinario mittatur ad sedẽ
Apost. pro absolutione ab aliquibus casibus, & aliquos
occultauerit, & sic episcopum redierit: tunc postquam
episcopus deprehenderit fraudem, debet eum remitte
re ad Papam pro plena absolutione. Et vt dicit glo. vbi
supra, pro qualibet causa debet recipere absolutionem
particularem, & tunc vltima confirmabit omnes prio
res, quia tunc incipient valere, & tot sunt necessariæ
absolutiones, quot sunt excommunicationes. Si autem
excommunicatus fuerit à pluribus, tunc omnes com-
mittent vices suas vni, & tunc talis absoluetur ab om-
nibus vnica absolutione, expressa tamen causa cuiusli
bet excõicationis, & tunc erit idem iudicium, acsi ab-
solueretur sigillatim à qualibet. Hæc in gl. vbi supra.

Moraliter. Quilibet in mortali peccato existens est
apud Deum excõicatus, vt dictum est in præcedenti
decretali, etiã tot excõicationibus, quot mortalia pec
cata habet. Est. n. excõicatio maior separatio à parti-
cipatione sacramentorum, & consortio Christi fide-
liũ. Modo sic est; quòd quilibet in mortali peccato exi
stens est exclusus à perceptione sacramentorum, præ-
terquã à sacramento pœnitentię. Item est exclusus à
consortio Christi fideliũ, saltem merito. Ideo omnis
peccator est excõicatus. Qui ergo taliter est corã Deo
excõicatus pluribus excõicationibus, id est pluribus
peccatis, non potest absolui ab vno peccato mortali,
nisi etiã absoluatur ab alijs, quia vt dicit Aug. & reci-
tatur de pę. dist. 3. sunt plures. Quædã impietas infide-
litatis est à Deo dimidiã sperare veniã. Dicit etiã ibi
dẽ idẽ Aug. ꝙ illi, q diuidũt cõfessionẽ, male cõsiderãt
dñm mutũ, simul & surdũ à dęmonio liberasse: ꝑ hoc
docẽs nos nũquã nisi de oĩbus peccatis sanari posse.
Si. n. inqt, vellet peccata ex parte reseruari, hñti septẽ
dæmonia, potuit proficere sex expulsis. Expulit aũt se-
ptem

qui mittuntur ad soluendum asinam,i. animam pecca tricem siue per officium prædicationis,siue per beneficium absolutionis,debent esse duo, quæ sunt scientia,& vitæ munditia, quia ab immundo quis mundabitur? vt dicitur Eccle.34. Itē ad insinuandū,q in prę dictis debet esse duplex dilectio,videlicet Dei, & proximi,quæ debet eos trahere ad dicta officia, & non cupiditas,siue ambitio, dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est,i.in Hierusalem vobis ex opposito sitam.Et nota, q ipse Christus vocat Hierusalem non ciuitatem,sed castellum, eo quòd in ea non erat ciuium vnitas,neque inter se, quia aliqui erant pro Christo,alij autem sibi aduersabantur. Neque etiam cum rege suo Christo,sicut rei probauit euentus.¦Iam .n. erant pontifices & pharisæi armati aduersus Christum,armis.s.malitiæ & nequitiæ, odij, & inuidiæ,ita vt quærerent quomodo eum tenerēt & dolo occiderent. Vel fortè vocauit Hierusalem non ciuitatem,sed castellum despectiuè propter malitiam habitantium in ea,vt dictum est.sequitur. Et statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea.Nota si vis qualiter in porta ciuitatis Hierusalem erat asina alligata ad communes vsus & necessitates pauperum. Item nota, q Marcus & Lucas non faciunt mentionem de asina, sed tantum de pullo ligato,super quem nemo hominū adhuc sederat,vt aiunt Quem Christus iussit per prædictos discipulos suos ad se adduci,dicens: Soluite,& adducite mihi.Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia dn̄s his opus habet.Non quidem pp suam necessitatem,sed propter nostram instructionem.Et nota q dicit dn̄s,sine addito.Cæteri autem domini sunt domini cum addito,& cum cauda, vtpote talis vel talis loci. Sed Christus est dominus omnium rerum simpliciter,cui seruire debet omnis creatura,vt dicit glo. interl.Et confestim dimittet eos,sup. asinam & pullum abire.Nam vt dicit prædicta gl.virtus Christi parauit cor custodis animalium ad dandum illa in obsequiū eiusdem Christi.

Allego-

Allegoricè secundū gl.ord.asina significatur populum iudaicum, qui fuit olim ligatus vinculo diuinorum præceptorum,& grauatus onere atque multitudine cerimoniarum legis.Pullus autem populum gentilem designat,qui lasciuus erat, & cui nullum doctorum frenum correctionis imposuerat,sed permittebatur abire quo volebat,etiam vsque ad idolorū, atque dæmonum venerationem.Christus itaque super vtrunque populum sedit,quia ex ambobus vnam ecclesiam sibi constituit, & subiectam fecit. Perfectius tamen & peramplius istud fiet in fine mundi, quandoquidem fiet vnum ouile,& vnus pastor.Io.30.Patet ergo ingēs pietas & charitas, qui non spreuit gentem peccatricem,& post illa currentem, prophetarum interfectricem & diuinis præceptis inobedientem & rebellem: Quinimmo ex immensa misericordia sua,& gratia iubet omnes ad se adduci per pœnitentiam & gratiam. Bene ergo de ipso loquitur Psal.dicens, ꝙ misericordię non est numerus.

Mroaliter Per istos duos Christi discipulos intelliguntur diuini verbi prædicatores, & animarū rectores,vt dictū est.Et hi debent adducere ad Christum asinas,& pullos,i.quosque peccatores tam senes, quàm iuuenes.Peccatorē quidē benignè & charitatiuè admonēdo,& præsertim illos,qui ex humana fragilitate atq; passione peccauerūt.Durè autem & asperè increpando illos,qui videntur in peccatis obstinati. Rectores aūt sacramētà debitè administrando. Vtrisque ergo præcipit dn̄s in præsenti euang. di. Ite in castellū, i.in mundū,multipliciter Deum impugnantē,& contra ipsum contumaciter rebellantem, & contra vos est,i aduersarium. Nā mundus communiter aduersatur bonis pastoribus,& zelosis prædicatoribus. Quod patet sic. Nam si aliquis zelo domus dn̄i accensus prædicet quantūcunq; discretè cōtra Ecclesiæ prælatos,& clericos,mox citabitur,statimq; ei prædicationis officium interdicetur.Similiter si prædicetur contra abusus officiariorum & rectorum cōmunitatum,aut contra

cra tyrannidem principum, statim significabitur sibi, ꝙ exeat foras, vel fortè cum eo grauius agetur. Ecce quomodo castellum huius mundi aduersatur bonis. Quod præuidens Christus Io.16.loquitur,di.In mũdo præssuram habebitis,vos sup.veritatis prædicatores,& recti pastores.Sequitur. Et statim inuenietis asinã alligatã,& pullum cum ea. Et notanter dicit statim, quia vbique & omni tempore sine etiam magna solicitudine querendi occurrunt turmæ peccatorũ.Sed quia dñs misericors est,nec vult mortẽ peccatoris,sed potius v. cõuertatur à via sua pessima,& viuat,vt habetur Ezech. 18.ideo præcipit prædictis,vt asinam,i.animam peccatricem soluant, & ad se adducant, dicens. Soluite & adducite mihi.

Notandum est ergo, ꝙ in illis prædictis verbis. Et statim inuenietis asinam alligatam,& pullũ cũ ea.tangitur triplex misera peccatorum conditio.

Prima est bestialis similitudo.Nam tales cõparantur brutis animalibus,& signanter asinæ & pullo, vt postea dicitur. Vnde propheta Dauid postquã adulterium cõmisit,dixit ad Dominũ,Vt iumẽtũ factus sum apud te.Et alibi ad hoc propositum de peccatore loquitur, dicens.Homo cũ in honore esset,nõ intellexit,cõparatus est iumentis &c.Vnde etiã Boetius de cõso. lib.3. ꝓsa.3.pulchrè deducit, & declarat quõ diuersa pctõrũ genera rectè diuersis generibus ferarum & animaliũ comparantur.Peius est aũt comparari animali, quàm esse animal.Nam primum nunquam absq; vitio est,bene autem secundum.

Secunda misera peccatorum conditio est spiritualis ligatio.Sunt.n.fortissimè ligati.Et hoc insinuatur cum subditur,alligatam.Vnde Prouer.5.Funibus peccatorum suorum quisque constringitur. Item Psal.Funes peccatorũ circumplexi sunt me. Nota figuram de Sansone,quo comprehenso per Philisteos ipsum fortissime ligauerunt.Iudic.16. Vnde Chrysost.super Mat. in opere imperf.homil.34.exponens hunc textum, dicit sic,Antequam peccemus,liberum arbitriũ habemus si

volumus ſequi voluntatẽ diaboli, aut non ſequi. Quis ſi ſemel peccantes obligauerimus nos operibus eius, iam noſtra virtute euadere non valemus, ſed ſicut nauis, fracto gubernaculo, illuc ducitur, vbi tempeſtas voluerit, ſic homo diuinæ gratiæ auxilio perdito per peccatum, non quod vult agit, ſed quod diabolus vult. Deinde poſt pauca dat ibi exemplum de populo ſibi liberè regem eligente, quem tamen iam in regno confirmatum, & in ipſo populo ptãtem habentem, nõ poteſt populus deponere, nec iugum eius de ceruice ſua repellere. Quo fit, vt voluntas populi vertatur in neceſſitatem. Sic, inquit, homo priuſquam peccet, habet liberũ arbitriũ vtrũ velit eſſe ſub regno ipſius diaboli, an non. Sed cum peccando ſe tradiderit ſub regno ipſius, iam ex ſe non poteſt de poteſtate eius exire, nec inde liberari, niſi à ſolo Deo. Hæc ille. Vnde ſatis ad hoc propoſitum loquens de ſeipſo Aug. lib. 8. confeſ. dicit ſic. Suſpirabam ligatus non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate. Velle meũ tenebat inimicus, & inde mihi cathenam fecerat, & me conſtrinxerat. Quippe ex voluntate peruerſa facta eſt libido, cum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo, & dũ conſuetudini reſiſtitur, facta eſt neceſſitas. Quibus quaſi anulis quibuſdam ſibimet innexis, vnde cathenam appellaui, tenebat me obſtrictum duræ ſeruitutis. Hæc ille. Ecce quomodo peccatores ligantur funibus & vinculis peccatorum ſuorum.

Tertia miſera peccatorum conditio eſt praua & iniqua parturitio. Vnus. n. peccator aut peccatrix ſuo malo exẽplo, aut documento ſtatim parturit vnũ vel duos aliquando decẽ vel centum ſibi ſimiles. Et talis parturito notatur in aſina & pullo eius, pſal. Ecce parturit ſup. peccator iniuſtitiam, concepit dolorẽ, i. malũ propoſitum, de quo eſt dolendum, & peperit iniquitatem male agendo exterius. Ex quo quidem partu iniquitatis ſequitur multa proles frequenter, ideſt multi peccantes ex malo alterius exemplo. Legitur Gen. 38. ꝙ Thamar nurus Iudæ vnico coitu cõcepit ex eo, & tandem

dem peperit geminos filios. Relatu etiam aliquorum didici, ꝙ ante annos fermè 50. fuit in Biscaya mulier quædam nobilis, quæ reputabat impossibile mulierem castam posse vnico partu parere plures proles nisi esset sus. Sed quid illi acciderit audiamus. Nam nō multo post vno partu ædidit decem filios, qui propter verbum matris appellati sunt procelli. Facti ergo grādæui, adducti sunt omnes pariter per patrem ad regē Hispaniæ, quos omnes sibi in filios adoptauit, & viros magnos fecit. Magnum ergo fuit, & prius inauditū, ꝙ vna mulier vnico partu decem ædiderit filios. Sed profecto misera asina diaboli, vtpote meretrix, siue quæuis alia personapublicè peccās suo malo exemplo parit frequenter plures proles, vtpote centum, aut mille. Interdum etiam absque numero. Ecce parturitio praua & iniqua. Et sic patet de triplici misera peccatorum conditione.

Moraliter & aliter exponēdo mysterium huius diei, præsertim quo ad asinam videnda sunt tria, videlicet, Quid per asinam significetur. Quomodo ligatur. Quomodo soluitur.

Primo igitur videndū est quid per asinam significetur. Notandum ergo, ꝙ per asinam intelligitur omnis peccator, vt dictum est, & hoc propter tres conditiones asinæ. Prima enim conditio asinæ est, quòd est pigra ad ambulandum. Sic & peccator est piger ad bene agendum, vtpote ad ieiunandum, & orandum, ad peregrinandum, ad mane surgendum die festo, vt seruiat creatori suo. Item est piger ad confitendum, sicut patet de multis, qui expectant confiteri vsque ad vigiliā Paschæ. Piger enim dicitur, quasi pede æger. Et quia prædicti sunt quasi pedibus ægri, ideo meritò dicuntur pigri. Omnem ergo talem reprehendit scriptura. Prouerb. 6. dicens, Vsquequo piger dormies? Quando consurges è somno tuo?

Secunda cōditio asinæ est, ꝙ est dura contra stimulum, quæ si non pungatur vsque ad sanguinē nō incedit diligenter. Sic multi peccatores sunt ita duri & in

ueterati in peccatis suis, quod nisi fortiter pungantur calcaribus, i. infirmitatibus & aduersitatibus huius seculi nolunt currere ad pœnitentiã, neq; ad Deum. Cum vero sentiunt calcaria dolorum & infirmitatum corporalium, tunc festinant ad ipsum currere. Ps. Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ, postea accelerauerunt. Et Greg. Mala quæ nos hic prę munt, ad Deum &c. de hoc figuratiuè scribitur Num. 22. de asina Balaam deuiante, quam calcaribus ad rectam viam reducere studuit. Applicatio est facilis.

Tertia conditio asinæ est, quòd est debilis in parte anteriori, fortis autem in parte posteriori. Sic & multi peccatores sunt fortes & potentes ad male agendum, sed debiles ad bene agendum. Vnde Grego. libr. 19. moral. & similiter recitatur in decretis. dist. 44. omnes. Omnes, inquit, huius seculi dilectores in terrenis rebus sunt fortes, in cœlestibus debiles. Patet ergo quomodo per asinam propter tria peccator designatur.

Secundo videndum est, quomodo dicta asina, i. peccatrix anima ligatur. Pro quo notandum, quod sunt tria, quæ ipsam ligant in pecatis suis.

Primum est delectatio peccati, in cuius figuram legitur Gen. 8. quod coruus mansit sup cadauera mortuorũ, vt sic de illis satiaretur, sicq; nõ rediit ad arcam. Sicut ergo volẽtes capere laqueo bestias siluestres, aues, aut pisces apponunt exterius escam illis delectabilẽ, sed interius laqueos abscondunt, quo fit vt dum prædictam volunt capere escam illis placentem & delectabilem, simul capiãtur laqueis intus latẽtibus, nec postmodum possunt se liberare: ita & diabolus ad capiendas miseras animas illis præsentat delectationes peccatorũ, occultans Dei offensam, & pœnæ æternæ obligationem. Quo fit, vt dum miseri peccatores volunt capere delectationes suas in præsenti, simul & semel capiantur ab eis. Vbi notãdum, quòd sunt nonnulli, qui difficulter alliciuntur ad delitias peccatorum. Cum vero semel illas gustauerint, vix aut nunquam inde extrahi

trahi

trahi possunt. Da exemplum de peccato carnis, quo ad multos, qui diu castè vixerunt, & tandem ceciderunt. Tales autem sunt similes vrso, qui (vt fingitur) olim habebat aures, & caudam more aliorum animalium. Sed cum magister suus semel vellet eum trahere ad al ueearia apum, vbi mel erat, tantum restitit, quòd passus est aures sibi abscindi illic tamen tractus est. Postquam autem semel gustauit de dicto melle, tantam delectationem in eo inuenit, ꝙ necesse fuit ipsum inde per caudam violenter extrahere. Quæ quidem violentia tanta fuit, quod cauda eius extracta fuit. Applicatio est facilis.

Secundum vinculum quo ligatur misera asina diaboli in peccatis suis, est pudor commissi. Nam quamprimum pauper peccator proponit confiteri, statim diabolus ponit coram oculis suis pudorem commissi sceleris, vt sic erubescat illud confiteri. Et istud potissime accidit illis, qui peccauerunt & lapsi sunt in peccatum carnis, & hoc secretè. Tales enim timent de hoc confiteri ne se scandalizent. Sed iste timor non, nisi à diabolo procedit. Nam hominem ad hoc peccatũ pertrahens aufert ab eo pudorem, & omnem timorẽ. Postmodum autem cum ipsum videt velle ad Deum redire per sacramentalem confessionem, ponit coram oculis suis dictum pudorem. Nota de illo dæmone discurrente per ecclesiam, in qua plures erant confiteri volentes. Quem cum quidam vir sanctus vidisset, & adiurasset quid tunc ibi ageret, respondit se restitutiones facere. Pudorem enim inquit, ab istis mulieribus abstuli cum eas ad peccatũ carnis traxi. Nunc vero huiusmodi pudorem restituo vt vereantur integrè confiteri. Sed diligenter attendat pauper peccator illud Prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua non dirigetur, supple in cœlum, sed potius in infernum.

Tertium vinculum est spes diu viuendi, vt.n. dicit Cicero lib. de senectute. Nemo est tam senex, qui se nõ putet annum viuere. Multi itaq; dicunt intra se ipsos,

adhuc iuuenis sum,oportet dimittere transire iuuentutem. Postqàm verò senuero,faciam vt boni,& intendo tunc me emendare. Sed qui talia inania meditatur,valde fatuus est,& præsumptuosus. Sic.n. loquitur de futuro tanquàm dñs posuisset tp̃s futurũ in sua dispõne & voluntate. Multi.n.sic deliberabant, qui tñ cito & adhuc iuuenes & fortes mortui sunt, Esa.38. Dum adhuc ordirer, succidit me. Hinc vnumquemque talem diu viuere sperantem, & propterea pœnitentiam differentem admonet scriptura, Eccl.5. dicens. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito.n.veniet ira eius &c. Item & Christus nos generaliter admonet, Matt.24. dicens. Vigilate quia nescitis diem neque horam.

Tertio videndum est quæ sunt illa,per quæ solui potest misera asina à vinculis peccatorum : Illa autem sunt tria.

Primum est timor diuinæ iustitiæ, Prou.15. Per timorem dñi declinat omnis à malo. Cum enim aliquis peccator intra seipsum cogitat,dicens,O miser homo quid facis? Vide quõ viuis,& si sic velles mori vt viuis. Certum.n.est & ineuitabile,ꝙ si semel decesseris cum mortali peccato, ꝑpetuo damnaberis cum mille dęmonibus. Relinquere ergo te oportet peccata tua,& de iã cõmissis pœnitentiã agere, ne diuina iustitia vindictã sumat de peccatis tuis. Attende quid dicat Ps.omnibus peccatoribus. Nisi,inquit, conuersi fueritis, gladium suum uibrauit,sup.diuina iustitia,arcũ suum tetẽ,&c. Ex consideratione ergo prędictorum generari solet in corde peccatoris timor diuinæ iustitiæ, quo quidẽ timore recedit plerũq; à peccato,vt dictum est. Et quãuis hmõi timor sit seruilis secundũ Aug. de verbis Apost. ser.18,dicentẽ,ꝙ ille timor seruilis est,quo times cum diabolo ardere,castus aũt timor est quo times Deo displicere,nihilominus disponit ad timorem castum, & frequẽter subintroducit eũ. Da exẽplũ de acu & filo.

Secundum est cõsideratio diuinæ affabilitatis & misericordiæ, quæ non vult mortem peccatoris, sed &c.

Ezech.

Ezech.18.Item Thren.3 Misericordiæ dñi multæ, qđ non sumus consumpti.Itē Luc 1. Misericordia eius à progenie in piogenies timentibus eū. Et similiter in decr.16.q 6.his q.dicitur,ꝙ misericordiæ domini nec mensuras possumus ponere,nec tempora definire. Cū ergo pauper peccator considerat tantam diuinæ misericordiæ affabilitatem,clementiam, & benignitatem, tunc frequenter prouocatur peccatum suum relinquere,& ad Deum per veram pęnitentiam redire.

Tertium est desiderium cęlestis gloriæ. Cum.n quis cupit efficaciter saluari, consequens est, vt detestetur omne id quod posset eum impedire à consecutione tā ti boni,cuiusmodi est peccatum. Nempe scriptum est Apoc.21.ꝙ non intrabit in illam cęlestem Hierusalem aliquid coinquinatū,& faciens abominationē. Similiter cum Ps.interrogasset dñm,dicens, Dñe qs habitabit in tabernaculo tuo? continuo respondit illi Spiritussanctus dicēs,Ille intrabit in tabernaculo meo,qui ingreditur sine macula,& operatur &c.Patet ergo moralis sensus asinæ alligatæ. Et per consequens patet de primo principalii

Secundo principaliter in præsenti euang. fit mentitio de perfecta & prompta obedientia duorum prædictorum discipulorum Christi,de quibus subditur in euang.Euntes autem discipuli fecerunt sicut præceperat illis Iesus. Rationabiliter autem ita prompte obedierunt Christo, eo quòd ipse non præcipit nisi bona, iusta,& rationabilia,secundum illud Psal.Omnia mandata tua æquitas. Et adduxerunt asinam & pullum. Petrus quidem adduxit asinam,idest Iudæos, quorum fuit Apostolus: propter quod Paulus Gal. 2. dicebat, Creditum est mihi euangelium præputij,sicut & Petro circuncisionis.Philippus autem adduxit asellum,i populum Gentilem.Hoc autem probatur ex textu, Act. 8 vbi legitur,ꝙ cum idem Philippus iter faceret,adiūxit se currui,in quo sedebat eunuchus seruus Candacis reginæ Aethiopum, quem in fide instruxit, & sacro baptismate mundauit, Sequitur. Et imposuerunt

super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.

Moraliter. Ista vestimenta secundum Chryst. super Mat. in opere imperfecto. hom. 34. significant mandata legis, & gratiam Spiritussancti, sine quibus Christus non requiescit in animabus nostris. Sicut. n. inquit ipse Chrysost. Auditas turpitudinis tegitur vestimẽto, sic & animæ deuotę teguntur mandatis Dei, & gratia Spiritussancti.

Moraliter. Asina super quam sedit Christus, corpus nostrum designat, super quod tunc ascendit idem Christus, cum crucem pœnitentiæ in corpore nostro portamus, vtpote ieiunando, peregrinando, disciplinas suscipiendo, & huiusmodi. Propter quod nos admonet Apost. 1. Cor. 6. dicens, Portate Deum in corpore vestro. Aduertendũ tamẽ, quòd sicut boni sunt asinæ Christi, ipsum modis prædictis in corpore suo portantes: ita & mali sunt asinæ diaboli ipsum portantes per mala opera. Simul. n. portantur ab eo, & ipsum portant: vnde Chryso. vbi supra. Sicut, inquit, sancti & iusti equi sunt Christi, ita & peccatores equi sunt diaboli. Nam sicut Christus sedens in sanctis dirigit eos per plana iustitiæ, i. in castitate, humilitate, sanctitate: ita & diabolus in peccatoribus sedẽs instigat eos per deserta facinorũ, i. per fornicationes, ebrietates, per choreas, & ludos, ac hmõi ergo equitatus diaboli perditio est. Equitatus autem Christi salus est, secũdũ illud Abacuch 3. Qui ascẽdis sup equos tuos & quadrigæ tuæ saluatio. Hæc ille. Videat ergo quisq; quem velit habere supra se sessorem, Christum scilicet, an diabolũ. Nam sicut sessor ducit equum, aut asinum quo vult; ita & diabolus ducit in præcipitium æternũ illos supra quos sedet; Christus vero suos portitores ducit ad portum æternæ salutis. Lata ergo differentia est, & multum refert portare Christum, aut diabolum. Et reuera multum insani sunt illi, qui potius volunt, & eligunt portare supra se, siue in corde per peccata spiritualia, siue in corpore per peccata car-

carnalia diabolum, quàm Christum, maxime cum videamus interdum aliquos equos aut mulas non libenter pati, quòd alius præter dominum suum super eos ascendat. Vnde refert Plinius in naturali historia. lib. 8. cap. 42. quod intitulatur de natura equorum, de Alexandro Magno, qui habuit equum exquisitissimum, quem Bucephalam vocauit. Hic aũt equus regio instratus ornatu neminem quàm ipsum Alexandrum in sedem recipiebat, alios quosque passim reijciés. Quo defuncto, rex iussit ei exequias fieri. Vade & tu fac similiter quo ad regem tuum Christum.

Sequitur in textu. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam, sup. Zachariam. 9. cap. dicentem. Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit &c. Et quia hæc prophetia potest dupliciter intelligi, videlicet de aduentu Christi in carnem & in Hierusalem, ideo præsens euangelium legitur bis in anno, videlicet Dominica prima aduentus, & in hac dominica, in qua recolitur aduentus Christi in Hierusalem. Exponendo ergo hanc prophetiam secundo modo, videlicet de aduentu Christi in Hierusalem notandum, quòd propheta Domini Zacharias vult, & pręcipit tria de Christo prædicari & annunciari ciuitati Hierusalem.

Primũ est venientis maiestas, quia ecce Rex tuus. tibi proprius, tibi promissus, de te natus, Nolite vos ergo Iudæi dicere. Non habemus Regem nisi Cæsarem, quia habet in vestimento & in femore suo scriptum, rex regum, & dominus dominantiũ. Apo. 19. Sed quid demonstrat hoc aduerbium Ecce? Certe demonstrat Christũ multipliciter. Ecce ergo, qui certitudinaliter à Patriarchis est p̄uisus, vtpote ab Abrahã, Isaac, & Iacob. Vnde signãter de Iacob, Gen. 49. legitur, ꝙ cũ moreretur, benedixit filiũ suũ Iudã, dicens. Non auferetur sceptrũ, supr. regale. de Iuda; & dux de femore eius, donec &c. Itẽ ecce qui à pontificibus indubiè est creditus. vnde & Moyses aiebat, Obsecro dñe mitte quem missurus es. Exod. 4. Item ecce qui à regibus & principibus

cipibus fiducialiter est postulatus. Vnde & Dauid timens ne propter peccatū suū retardaretur huiusmodi filij Dei incarnatio, dicebat ad Deum patrem. Propter Dauid seruū tuū non auertas faciē Christi tui. Itē ecce quia à prophetis fideliter est promissus. Math. 3. Statim veniet ad templum &c. Sed qualis est iste quem ly, ecce, demonstrat? Certe rex, qui supple pecuniam non querit more aliorum regum, sed animam. Non delectationem, sed supplicium. Non quietē, sed pęnam. Non propriam vtilitatem, sed nostram salutē. Ecce igitur rex pacificus, mānsuetus, iustus, sapiens, diues liberalis, & magnificus. Sed cuius gentis est rex Christus, an scilicet Francorum, vel Anglorum, aut Hispanorum tantum? Certe non, sed est rex omnium hominum: ideo subditur tuus. Et vere bene dicitur Christus rex noster, quia totum se exposuit pro nostra, omniumque salute.

Secundum nunciādum ciuitati Hierusalem de hoc rege est venientis charitas, quia venit tibi. glossam ord. tibi si credideris, contra te si non credideris. Venit, inquam, tibi homini nō angelo, quia nō indiguit: non dæmoni, quia eius peccatum expiari non potuit: ideo tu homo cognosce Dei charitatem ad te, pariter & dignitatem tibi factam, secundum illud Leonis Papæ in quadam homilia. Agnosce o Christiane dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire. Venit ergo tibi homini multipliciter subueniendo, scilicet defectum tuum reparando, viam salutis demonstrando, ægros curando, mortuos resuscitando, peccata remittendo, dęmoniacos liberando, gloriam pollicendo, cœlum aperiendo. Et breuiter venit tibi seipsum totaliter donando, in quo maximam charitatem tibi demonstrauit. Refert enim Sene. lib. 2. de beneficijs, de quodam philosopho, qui dicebatur Eschines, quod cum videret consodales suos præceptori suo Socrati multa donaria offerre, attendens suam paupertatem ait illi. Nihil dignum quod tibi optime præce-
ptor

ptor dare possim inuenio. Et ideo tibi dono quod vnũ habeo, s. meipsum. Ad quem Socrates. Tu, inquit, magnum munus mihi dedisti, nisi forte paruo te existimas. Applicatio est facilis de Christo, qui se totum nobis dedit. Patet ergo eius charitas ad nos.

Secundum nunciandum &c. est ipsius Christi benignitas, quia mansuetus, Mat. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Suam autem mansuetudinẽ demonstrauit Christus hodie facto & opere, quia sedẽs super asinam & pullum filium subiugalis, idest asinæ, quæ sub iugo & onere ponitur. Et de hac Christi mansuetudine loquens Chrysost super Matt. in opere imperfecto homil 34. dicit sic. Vis cognoscere mansuetudinem venientis? considera speciem aduentus eius. Nõ sedet in curru aureo purpura fulgente. Non ascendit super feruidum equum discordiæ amatorem, qui pectus habet plenum gloriæ iactantia. Qui procul odoratur bellum, & gaudet ad vocem tubæ, & cum viderit sanguineam pugnam, dicit, bene factum est. Non habet in circuitu suo splendentes gladios, aut cætera ornamenta terribilium armorum. Sed quid? Certe ramos frondentes, testimonia pacis. Hæc ille. Hic habendus est sermo contra pompam & fastum mundanorum hominum: vtpote nobilium, qui cum tanto apparatu incedunt, vt in huiusmodi vanitatibus consumant omnem substantiam suam, aut saltem multis debitis implicent & aggrauẽt possessiones suas. Nam semper in fine anni sunt in arreria. Præ cæteris autem increpandi sunt multi ecclesiæ Prælati, vt pote Abbates, & Episcopi, Archiepiscopi, & supra. Tales enim incedunt hodie cum multitudine affrenata famulorum, & equorum, ac mularum faleratarum. Ecclesias autem sibi commissas permittunt labi in terram. Item pauperes sinunt perire famæ. Huiusmodi ergo abusum reprehendens deuotus ille Bernard. ad Papam Eugenium scribens, de consideratione lib. 4. dicit sic, Petrus, cuius ò pater Eugeni sedem tenes, nec sciuit processisse aliquando gemmis ornatus, non se-

ricis

ricis vel auro textus, nõ equo albo vectus, nõ milite stipatus, non circunstrepentibus ministris septus. In his successisti non Petro, sed Constantino. Hæc ille. Patet ergo de secundo principali.

Tertio principaliter in præsenti euangelio fit mentio de pio obsequio à turbis hodie Christo exhibito. Nam eo ingrediente ciuitatem Hierusalem, & asina strata palijs apostolorum Petri & Philippi eum officiose gestante, plurima turba strauerunt vestimẽta sua in via. Alij autem cędebant ramos de arboribus & sternebant in via.

Mysticè secundũ Grego. super Ezech. homil. 17. per vestimenta designantur corpora humana, quæ multi sternunt in via, dum corpora sua per abstinentiam domant, vt exempla bona sequentibus præbeant. Alij autem ramos vel frondes de arboribus cędunt, & in via sternunt, quia in doctrina veritatis verba atque sententias patrum ex eorum eloquio serpunt. Et istud secundũ tangit prædicatores diuini verbi.

Vel dic in eodem sensu mistico, quòd per turbas sternentes vestimenta sua in via ad Christi honorem, pręfigurabantur sancti Dei martyres, qui propter defensionem nominis Christi strauerunt vestimenta sua in via, i. exposuerunt corpora sua morti in hoc mundo propter Christũ. Nonne B. Bartholomeus veraciter strauit vestimentũ suum in via, quandoquidẽ pro querela Christi viuus excoriatus fuit? Per illos autem, qui cædebant ramos de arboribus designantur ecclesiæ doctores, secundũ Chrysosto. vbi supra. Qui quidẽ, inquit, doctores ex prophetijs accipientes exẽpla viua de Christo quasi de arboribus semper virentibus sternunt ramos frondentes ante pedes subiugalis populi. Per illos autem qui præcedebant clamantes osanna, dicit Grego. vbi supra, Iudæos designari. Per illos vero, qui sequebantur Gentiles significantur. Quia ergo omnes electi, siue de Iudęa siue de Gentili populo assumpti, in mediatorem Dei & hominum crediderunt, & credunt, ideo qui præeunt & qui sequuntur

tur

tur clamant osanna. Osanna autem hebraicè, salua nos dicitur latinè. Ab ipso igitur Christo salutem quæsierunt priores, quærunt & præsentes, & benedictum, qui venit in nomine Domini confitentur, quia vna fides, vna spes est præcedentium, atque præsentium, & sequentium populorum. Hæc Grego. vbi supra. Vel dic, quòd turbæ pręcedentes sunt veteris testamenti doctores: quæ autem sequebantur significant noui testamenti doctores, qui à primis non discordant in laude Saluatoris, sed vtrique clamant, dicentes filio Dauid, idest Christo, Osanna, idest obsecramus, salua nos Christe redemptor.

Moraliter vestimenta significant bona temporalia, quæ debent diuites sternere in via pauperibus propter Christum, vtpote illis pauperibus qui perdiderunt vsum sui corporis, siue etiam cœcis, aut leprosis, & huiusmodi, qui communiter in istis sanctissimis diebus proxime sequentibus solent sedere ad fores ecclesiarum, siue in via publica, vt nullus possit eos ignorare, & qui petunt piũ subsidium à transeuntibus, & benedictionem temporalem. Sed profecto merito dicere possunt de multis diuitibus ante eos transeuntibus illud Psal. Non dixerunt qui præteribant benedictio Domini super vos benedicimus vobis in nomine Domini, id est dedimus vobis benedictionem temporalem propter dominum. Vel dic, quòd illi sternunt vestimenta sua in via, qui temporalibus renunciant saltem in particulari. Et taliter strauerunt vestimẽta sua in via Apostoli, cũ dixerunt Christo. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, Mat. 19. Taliter etiam eorũ exemplo sternunt vestimenta sua in via illi, qui religionem approbatam ingrediuntur. Maximè cum votum paupertatis sit religioni inseparabiliter annexum. Vel dic, quòd illi sternunt istis diebus vestimẽta sua in via, qui more serpentis antiqui deponunt veterem pellem per sacramentalem confessionem conformiter agentes ad verba Apostoli, Ephes. 4 dicens, Deponite vos secundum conuersationem pristinam

veterem

veterem hominem, & induite nouum hominē, qui scd̄m Deum creatus est. Per illos autem qui cędebant ramos de arboribus & sternebant in via, significantur multi pauperes agricolæ, artifices, & manu operarij, qui plus solito istis diebus corporaliter laborant, vt sic comparare sibi valeant modicam pecuniam, quam tam pro communibus iuribus ecclesię, quàm pauperibus ac cæteris pietatis operibus erogare valeant pro animarum suarum salute. Demū per illos qui clamabant, dicentes, Osanna &c. designatur deuota oratio, quæ necessaria est omnibus Christi fidelibus in istis sanctissimis diebus. Vel dic, quòd per illa verba Osanna &c; Designantur piæ voces sanctorum patrū in limbo existentium, & liberationem à Christo, qui solus habet clauem abyssi, petentium. Propter quod etiam mysterium plenius exprimendum solent decantari in hodierna processione à pueris intra ecclesiam existentibus certi versus, quorum primus incipit, Gloria, laus tibi, & honor sit rex Christe redemptor &c. Vbi notandum, quòd actor horum versuum fuit Theodolphus Aurelianen. episcopus, vt legitur in rōnali diuinorum officiorū. Hic ergo ep̄s, vt habetur ibidem, cum falso fuisset accusatus per suos emulos apud Imperatorem Ludouicum Caroli magni filium, reclusus est Andegauis in carcerē. Cum ergo in dn̄ica de ramis processio, cui intererat dictuces Ludouicus, trāsiret ante locū carceris dictus Theodolphus optimus musicus fenestra aperta hos pulcherrimos versus à se æditos in carcere, videlicet, Gloria laus &c. cępit decantare sub missa voce, & lugubriter. Quorum modulatione allectus Imperator mox ipsum inde extrahi iussit, & episcopatui suo reddi. Et ex tunc dictus Ludouicus ordinauit per totum regnum Franciæ, & terris imperij sui vt annis singulis in die palmarum processione in ecclesiam reuertente dicti versus deuotè decantarentur. Quo factum est, vt per totam Christianitatem hęc consuetudo hodie obseruetur.

Quæri autem potest circa mysterium huius diei, cur hodie

hodie portant Christiani ramos benedictos à sacerdote in solenni processione. Ad hoc dubium possumus assignare quadruplicem rationem, secundum quatuor sensus sacræ scripturæ.

Prima igitur ratio est literalis. Est.n.commune prouerbium, q cauda est difficilior ad excoriandum. Vt ergo populus Christianus attenuatus ieiunio, & pœnitẽtia quadragesimali aliqua exteriori consolatione refociletur, & similiter vt facilius, & iocundius perficiat quod superest de huiusmodi abstinentia, Ecclesia statuit iocundam processionem hodierna, dicente poeta, Interpone tuis interdum &c. Et Eccle. 3. Omnia tempus habeãt. Tempus flendi, tempus ridendi. Est & alia ratio literalis institutionis dictæ processionis, vt scilicet representetur mysterium Christi ingredientis ciuitatem Hierusalem, vbi obseruata sunt illa, quæ communiter obseruari solent circa regis ingressum in aliquam ciuitatem sui regni, & præsertim si fuerit caput regni, sicut Parisius in Francia. Primo enim solet rex præmittere suos præcursores, qui nunciant ciuibus & rectoribus ciuitatis suum propinquum aduentum. Sic & Christus ingressurus ciuitatem Hierusalem præmisit suos præcursores Petrum & Philippum, dicens eis, Ite in castellum &c. Secundo rege ingrediente ciuitatem ipsum concomitantur principes & barones regni. Sic & Christum hodie associauerunt duodecim apostoli tanquam duodecim duces in ingressu ciuitatis Hierusalem. Barones autẽ fuerunt septuaginta duo discipuli, quorum multi piè creduntur interfuisse huiusmodi ingressui. Tertio in tali ingressu adsunt tibicines Sic & hodie tuba cecinit prophera domini Zacharias, dicens; Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit &c. Quarto vici solent parari & ornari tapetis, & huiusmodi. Sic & hodie plurima turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem &c. Quinto clamatur, viuat rex. Sic & hodie turbę quę pcedebant & quæ sequebãtur, pariter & pueri, vt habetur Io. 12. clamabant dicentes, Osanna filio Dauid, Benedictus qui &c. Sexto

rex

rex in tali ingressu communiter sedet super insignem equum optime faleratum. Ita & Christus hodie sedit primùm super pullum, vt habetur Matth. 11. & Luc. 19. Similiter & Ioan. 12. Sed quia adhuc indomitus erat, Christus inde descendens ascendit super asinam tapetis vestimentorum Apostolorum faleratam & ornatam. Patet ergo ratio literalis processionis hodiernæ.

Secunda ratio quare hodie portantur rami in processione, est moralis. Nã rami virentes significant opera bona & præcedẽtia merita, mortificata quidẽ per sequentia peccata, sed rursum hoc tempore per pœnitentiã virentia. Vel dic, ꝙ hodie deferimus ramos virentes in signum triumphi & victoriæ de diabolo, quẽ superauimus humiliando nos coram confessore nostro. Ex quo patet, ꝙ soli confessi & pœnitentes veri sunt idonei ad deferendũ hmõi ramos. Sed timendũ est ne etiã inter eos qui confessi sunt, multi sint similes ramis, quos in manibus gerũt. Sunt.n.hmõi rami virentes quidẽ in folijs, sed sine fructu. Sic etiã hodie multi videntur exterius boni, & deuoti, qui forte interius sunt sine fructu boni propositi, & cordis contriti.

Tertia ratio est allegoricalis seu mysticalis. Rami.n. quos hodie deferimus loco palmarũ sunt virides. Itẽ habent folia duplicia. Itẽ benedicuntur à sacerdote. Et ideo iuste representãt nobis Christũ, qui in primis fuit semper viridis per gratiã, dicente Psal. Foliũ eius non defluet. Itẽ habet duplicem naturam, s. diuinam & humanã, quia perfectus Deus, & perfectus homo est. Item fuit benedictus à Deo patre per omnimodã gratiarum abundantiam. Hodie ergo deferimus huiusmodi ramos in manibus, protestantes signo visibili fidem quam interius habemus de Christo.

Quarta ratio est anagogicalis. Nã rami virentes significant corpora electorũ, quæ etsi in præsenti videãtur sicca & sine fructu, nihilominus in generali omnium resurrectione in melius cõmutabuntur. Induent enim tunc nouam formam, & tanquam virentia transplanta-

ſplantabuntur de hoc mundo in cœlum, cum dicetur illis illud Matth. 25. Venite benedicti patris mei &c. Et hoc eſt quod ait deuotus Bernar. ſer. 1. in ramis Palmarũ. Hodierna, inquit proceſſio ſignificat illam cœleſtem lætitiam, quando. ſ. rapiemur in nubibus obuiã Chriſto in aera. Tunc. n. deferemus ramos virentes ſigna victoriæ. Hæc ille. Studeamus ergo chariſſimi talem in præſenti genere vitam, vt tandem in prædicta forma poſſimus eidem Chriſto obuiare in aera, & ſic ſemper cum eo permanere in cœleſti gloria. Quam nobis &c.

FER. II. POST RAMOS PALMARVM.



Nte ſex dies Paſchæ venit Ieſus in Bethaniã. Ioan. 12.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS ff. pro ſocio, l. ſi non fuerint, allegans iuriſconſultũ Vlpianũ. dicit, quòd illa ſocietas, eſt illicita tanquam vſuraria, in qua quis vult eſſe ſocius in lucro, & nõ ĩ dãno. Caſus eſt talis. Eſt aliquis mercator huius ciuitatis, qui vult ire ſuper mare, mercandi gratia. Venit ergo ad aliquẽ diuitem burgenſem, ſeu mercatorẽ petens ab eo ſi velit ſibi committere res venales, quas habet domi, vtpote vina, frumenta, & ſimilia. Ille autem libenter annuit, tali tamen pacto, quòd dabit ſibi fideiuſſorem, ſiue reſpondentem de nihil perdendo, & ꝙ ſemper ad minus recipiet ſuum capitale etiam quicquid euenerit. Si autem lucrum inde ſecutum fuerit, vult habere partem in lucro pro quota ſua. Quid ſentitis & iudicatis in cordibus veſtris de tali conuentione & pactione? Quis ſi dicatis rem eſſe vſurariam, bene dicitis, quia à parte rei ſic eſt. Nam vt dicit lex præallegata, illa ſocietas eſt illicita tanquam vſuraria, in qua &c.

Moraliter. Chriſtus fuit optimus mercator. Nam de eo ſub parabola legitur Matth. 12. quòd inuenta vna

prætiosa margarita, abijt & vendidit omnia quæ habuit & emit eã. Ista autẽ margarita prætiosa est illa cælestis gloria quam non sibi, sed magis nobis comparauit prætio sui sanguinis. Pro qua etiam nobis comparanda venit de cœlo ad terras, & vendidit omnia quæ habuit, idest exposuit corpus, sanguinem, & animam, immo seipsum hac de causa vendi permisit per proditorem suum Iudam. Sanguis ergo Christi est optima pecunia, qua ipse comparauit animas nostras, de qua 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione, sed prætioso sanguine quasi agni immaculati. Iste igitur ditissimus & potentissimus mercator vult nobiscum condiuidere lucra sua & damna. Lucrum est cœlum. Damnum vero labor præsentis vitæ, quia vt dicit Apostο. Rom. 8. Si sustinemus, & conregnabimus. Et 2. Corint. 5. Sicut socij estis passionis, ita eritis & consolationis. Sed profectò Christus inuenit multos, qui volunt esse vsurarij. Hi. n. sunt illi, qui volunt esse socij cum eo in lucro, & non in damno. Volunt enim finaliter habere cœlestem gloriam, & tamen nolunt esse socij Christi in pœna & labore, & in hoc turpiter se decipiunt. Si enim oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam, quanto magis pauperes peccatores habent pati in præsenti, si cupiunt tandem cũ ipso Christo in cœlis regnare? Propter quod Paulus Galat. 2. dicebat. Confixus sum, inquit, cruci. Quia ergo pauci volunt esse socij Christi in damno, ideo paucos habet socios in lucro. Nota ad propositum historiam de duobus latronibus, & exploratoribus viarum, qui inter se conuenerant, quòd fideliter condiuiderent quicquid reciperent. Accidit ergo vna dierum, vt vnus multum lucrum acquisiuisset, ad quem accedens consocius petijt partẽ lucri. Cui alter respondens, ait. Certe charissime socie simul cum pecunia sustinui multa vulnera (vt cernis) in corpore meo, propter quod oportet te recipere partem vulnerum, si cupis habere partem pecuniarũ. Et quia ille renuit subire par-

tem

tem vulnerum, ideo perdidit partem pecuniarum. Sic multi renuũt pati cum Christo, ideo non mirum si priuantur lucro, idest gloria cœlesti.

Non sic ergo charissimi, non sic, sed æquanimiter quæque aduersa toleremus, & crucẽ post Christũ portare studeamus, præcipuè in hac hebdomada pœnosa, quæ idcirco pęnosa dicitur, eo quòd in ea Christus maximos dolores pro nobis sustinuit. Item in signum quòd magnam pœnitentiam, etiam plus solito, in istis sanctissimis diebus agere debeamus. Isti.n. sunt dies pœnitentiales, quos obseruare debemus temporibus suis, idest annis singulis. De quibus etiam loquens deuotus Ber. serm. 1. in cœna domini, dicit sic. Isti sunt dies pietate & gratia pleni, quibus etiam secularium hominum mentes ad pœnitẽtiam prouocantur. Nam tanta est vis sacramentorum eorum quæ diebus istis recoluntur, vt possint ipsa lapidea corda scindere, & pectus omne, licet ferreum, sufficiant emollire. Hæc ille. Item idem in quodam alio sermone, quem facit feria 4. in hebdomada sancta, dicit sic. Vniuersi Christiani hac sacra hebdomada plus solito pietatem colunt, vt Christo patienti quodammodo cõpati videantur. Quis enim tam irreligiosus, qui non compungatur? Quis tam insolens, qui non humilietur? Quis tã iracundus, qui nõ abstineat? Quis tam flagitiosus, qui non contineat? Quis tam malitiosus, qui his diebus non pœniteat? Hæc ille. Vos ergo mundani homines & peccatores facite in ista hebdomada sancta secundum cõsilium diui apostoli Pauli, Roman. 6. dicentis. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibite illa seruire iustitiæ in sanctificationem, vtpote ecclesias plus solito frequentando, elemosynas largiendo, carnẽ ieiunijs & abstinentijs, vigilijs & disciplinis domando. Nã ad hoc nos hortatur Christus in præsenti euangelio sub similitudine granis frumenti in terram proiecti, dicens. Nisi granũ frumenti cadens in terra mor-

tuum fuerit, ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Fecerunt ei cœnam. Io. 12.] Scribitur extra de præſcriptionibus, cap. accedentes. quòd Legato Papæ oẽs ad quos mittitur, tenentur ſuccurrere, & ſubſidium quo ad expenſas impartiri. Item reuerenter ipſum recipere. Caſus eſt talis. Duo magni principes Catholici habent lites & diſcordias mirabiles, etiam bella cruentiſſima adinuicem. Quod audiens ſummus Pontifex, querit pacem ponere inter eos. Propter quam cauſam deſtinat ad eos aliquem de Cardinalibus ſuis, quẽ facit Legatum ſuum. Quęritur quis prouidebit illi Legato de expenſis. Certe ad hoc reſpondet Innocẽ. I I I. per præallegatam decretalem, ꝙ illi ad quos mittitur, debent illi prouidere de expenſis. Dicitur etiã diſt. 92. præcipimus. ꝙ Legatus honorandus eſt loco illius, cuius legatione fungitur.

Moraliter. Ante aduentum Chriſti erant maxima bella. Et primo inter Deum patrem & mundum, adeo quòd nullus hominum permittebatur intrare domum eius cœleſtem. Item erat bellum inter angelos, & homines. In cuius ſignum legitur Gen. 32. quòd angelus luctatus eſt cũ Iacob. Inſuper erat mirabilis diſcordia inter uiros & mulieres ſibiinuicem præuaricationem primorum parentum improperantes, dicentibus viris mulierem ſeduxiſſe virum. Parte ex altera mulieribus dicentibus Adam ſtultè egiſſe in hoc, ꝙ voluit plus cõplacere vxori, quàm Deo. Ad pacificanda igitur prædicta bella venit Chriſtus in hunc mundum tanquam legatus à latere Dei patris.

Pro quo notandũ, ꝙ vt dicitur extra de officio legati. c. nemini dubiũ. Ad officiũ Legati multa pertinent. Primũ eſt quod debet probare ſe eſſe miſſum, oſtendendo literas ſuæ legationis. Secundum eſt, quòd ſuæ conſtitutiones ſint validæ & perpetuæ. Tertium eſt, ꝙ poteſt ab omnibus excommunicationibus & cenſuris abſoluere, & poteſt eccleſias vacantes, & beneficia vacua

tua conferre. Hæc autẽ omnia fuerunt in legato nostro Iesu Christo. Primo.n.ipse probauit se esse missum à Deo patre per scripturas, cum ait, Ioa.5. Scrutamini scripturas, & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me Similiter hoc idem probauit per mirabilia opera, quæ fecit. Vnde vbi supra sic ait. Opera quæ ego facio ipsa testimonium perhibent. Propter quod illi dicebat Nichodemus princeps Iudęorum, Ioan.3. Scimus quia à Deo venisti magister. Nemo.n.potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cũ eo. Secundo istius legati constitutiones sunt perpetuæ, prout ipsemet testatur Luc.21. dicens. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Tertio habuit plenariam auctoritatẽ absoluendi ab omnibus criminibus & censuris, eo teste Mat.28. vbi ait. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Quarto iste legatus dat præbendas vacantes in ecclesia triumphante, cũ assumit homines ad ordines angelorũ, vt repleant ruinas multorum angelorũ, qui inde descenderunt. Hic igitur legatus venturus est ad nos sacramẽtaliter in die sancto Paschæ, & ideo reuerenter debemus eũ suscipere. Tũ propter suam reuerentiam, tum propter honorem Dei patris, qui misit illum. Insuper tenemur in hac sancta hebdomada expensas facere pauperes pro illius honore, & amore, secundum facultatem vnusquisque pascendo, maxime cum dicat Mat.25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. In hoc imitantes sanctas illas mulieres, videlicet Magdalenam, & sororem suam Marthã, vnà cum fratre suo Lazaro, qui ipsum in propria pauerunt, præparantes illi cœnam, vt legitur in euangelio hodierno.

In præsenti ergo euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet, De charitatiua Christi in Bethleem receptione. ibi. Fecerunt ei cœnam. De murmuratiua Iudæ detractione. ibi. Quare hoc vnguent. &c. De passionis Christi fructificatione. ibi. Nisi granum frumenti. &c.

Primo igitur fit mentio &c. pro quo notandũ, quòd

vt legitur Ioan. 12. & est principiũ præsentis euangelij [Ante sex dies paschæ venit Iesus in Bethaniã] q̃ distabat à Hierusalẽ duobus miliaribus, quæ faciunt vnam leucam. Illuc ergo venit Christus sexto die ante Pascha, idest sabbato ante ramos.

Moraliter ergo notandũ, quòd Bethania quę domus obedientię interpretatur, rectè designat humanã mentẽ, ad quã venit Christus per internã inspirationẽ, seu per propositũ & desideriũ confitendi ante Pascha, quãdo scilicet à Christi fidelibus debet sumi verus agnus Paschalis in sacramento altaris, vt patet extra de pœ. & re. c. oĩs vtriusque sexus. Per sex ergo dies, aut etiã per plures ante diẽ Paschæ, debent veri Christiani se preparare cũ oĩ diligentia ad Christũ debitè recipiendũ in dicto sancto die Paschæ, considerantes, quòd ipse est optimus, & ditissimus hospes, qui affert secũ panẽ & vinũ, idest qui offert nobis in sacramento altaris corpus suũ in cibũ, & sanguinẽ in potũ, volens epulari nobiscũ. Sed primũ pulsat ad ostiũ conscientiæ per sex dies, nos promouens ad debitè eũ recipiendũ, dicens illud Apost 3. Ego sto ad ostiũ, sup. humanæ cõscientiæ, & pulso, videlicet bonũ propositũ inspirando. Si quis mihi aperuerit, inspirationi cooperando, intrabo, peccata remittendo, & gratiã conferendo, & cœnabo cũ illo, & ipse mecum in sacramentali refectione. Sed quia non habemus ex nobis vnde possimus talẽ ac tantũ hospitẽ in suo iocundo aduentu ad nos festiuare: ideo debemus facere sicut fecisse legitur ille, de quo Luc. 11. dicitur, ꝙ cũ venisset ad eũ amicus de via, nec haberet, ꝙ poneret ante eũ, iuit media nocte ad amicũ suũ rogans vt dignaretur sibi accõmodare tres panes ad festiuandũ dictũ amicũ. Ille ergo tandẽ importunitate pulsantis deuictus, dedit sibi quotquot habebat necessarios panes. Ad propositũ, iste amicus est Christus, qui dignatur se adeo humiliare, vt velit ad nos sacramentaliter venire in die sancto Paschæ. Quid ergo facere debemus, vt illum egregiè festiuemus? Certe debemus accõmodare tres panes à vici-

nis

nis nostris. Isti tres panes sunt cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio. Vicini autem nostri sunt omnes sancti Dei, quos plus solito debemus istis diebus interpellare, vt saltem precibus suis impetrent nobis à domino prædictos tres panes. Quibus habitis, poterimus egregiè & lautè reficere in cordibus nostris amicũ nostrũ Iesum Christum. Vel dic, quòd sex dies præcedentes diem Paschæ significant sex opera misericordiæ corporalia, de quibus Matthæ. 25. quæ plus solito debent Christi fideles exercere in istis sacris diebus, vt sic prouocent misericordiam Dei erga seipsos.

Sequitur in textu. Fecerunt autem ei cœnam ibi. Et Martha ministrabat. Lazarus verò vnus erat de discũbentibus cũ eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pystici præciosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta ẽ ex odore vnguenti. Circa hunc ergo textum notandum, quòd merito istæ tres personæ fecerunt Christo cœnam, seu baquetum, eo quòd ei multum tenebantur. Martha quidem eo quòd ipsam Christus à fluxu sanguinis curauerat. Hæc.n. fuit illa mulier hemorrhoissa, sic dicta à genere morbi, quæ sanguinis fluxumpatiebatur annis duodecim, quã curauit dñs, vt habetur Marc. 5. & Lucę 8. Vnde Ambro. in tractatu de Salomone dicit sic, Christus largũ sanguinis fluxum siccauit in Martha, & dæmones expulit de Maria Magdalena, qua verò adhuc plus tenebatur Christo, q̃ Martha, vtpote quã mente curauerat, dicens illi, Remittuntur tibi peccata, Lucæ 7. Itẽ Mar. 16. & Luc. 18. dicitur, quòd dominus eiecit ab ea septem dæmonia, Et vt dicit dominus Hugo in postilla sua super Lucam, vtrum hoc ita fuerit ad literam, non est discussum. Addit tamen, quòd sacri doctores volunt, vt per septem dæmonia intelligantur septem criminalia peccata, quibus plena fuerat. Et hoc idem dicit glo. interl. super Lucam Similiter Lazarus multum tenebatur Christo, eo quòd ipsum à mortuis resuscitauerat, vt patet Ioan. 11.

Sed quare voluit Christus vt Lazarus discumberet ad mensam cum eo, & non potius seruiret, adiuuans sororem suam Martham? Responsio, Hoc voluit Christus, vt non fantastica, sed vera ipsius Lazari resurrectio probaretur. Vnde August. super Ioan. tract. 50. dicit, quòd in hoc quòd Lazarus loquebatur & epulabatur, veritas suæ resurrectionis ostendebatur, & infidelitas iudæorum confundebatur. Pium est autem credere quòd ipse Lazarus inter cœnandum loquebatur de doloribus mortis, quos expertus fuerat: similiter & de pœnis inferni, atque purgatorij, quas viderat. Item de desiderio sanctorum Patrum expectantium de limbo per Christum liberari quos illic reliquerat. Vnde propter prædicta verisimile est dictum Lazarum nunquam post suam resurrectionem risisse. Si enim illi, qui dicuntur intrare foueam siue purgatorium sancti Patricij, de qua quidem fouea meminit dominus Ant: Florentin. in secunda parte chronicæ suæ. titu. 11. cap. 18. § 2. dicuntur mirabilia videre, & inde redeuntes alijs enarrare, & deinceps nunquam ridere, quamuis nonnulli dicant omnia illa consistere in fantasijs hominum, & nihil esse in rerum natura; quanto magis dictus Lazarus, qui realiter, & non secundum immutationem fantasiæ siue virtutis imaginatiuæ prædicta viderat, prout sunt, à risu & omni humano solatio abstinuisse credendus est?

Quæritur etiã quo ad Magdalenam, cur post conuersionem suam & primam lotionem sacrorum pedum Christi in domo Simonis Leprosi factam, reseruauit capillos suos, quibus legitur hodie tersisse prędictos Christi pedes. Respõdeo. Huiusmodi capillos ideo post conuersionẽ rẽseruauit Magdalena, eo quòd tetigerãt dominicos pedes. Non ergo reseruauit ad fastum seu vanam gloriam, sicut pleræq; mulieres faciunt, quę sciẽter dimittunt partem capillorum suorum exterius apparere vt videantur. Reseruauit autem illos ob reuerentiam tactus dominicorum pedum, quos inde terserat. Da exemplum de ferro lanceæ lateris Christi, & similiter

ſimiliter clauorum pedum ac manuum eius, quæ reſeruantur & venerantur propter tactum Dominici corporis, & non propter ſe, aut quia præparata ſunt in contumeliam Saluatoris, ſecundum iudæorũ prauam intentionem. Per hoc autem inſtruuntur mundanæ mulieres & ſignanter nobiles, quæ ſolent precioſis indui ad faſtum, vt eccleſijs dediſſent veſtes, & quæcunque iocalia, quibus in ſuperbiam interdum abuſę fuerunt.

Quęritur ſimiliter quo ad Martham, cur ipſa in propria miniſtrare voluit in dicta cœna. Videtur .n. quòd melius egiſſet ſi ancillis ſuis cõmiſiſſet huiuſmodi miniſtrationẽ, & ipſa ad menſam ſediſſet cũ fratre ſuo more dominarũ, aut ſaltẽ iuuiſſet ſororẽ ſuã in lotione pedũ Chriſti. Reſpondeo, Decuit vt in dicta cœna Martha miniſtraret propter duas rationes. Prima eſt literalis. Non enim debuit talis ac tantus dominus niſi à generoſa & nobili domina ſeruiri ſeu miniſtrari, quæ etiã vitã immaculatã ducebat. Vnde de ea vtique dicere poterat Chriſtus illud Pſal. Ambulans in via immaculata, ſup. Martha: hic ideſt in Bethania mihi miniſtrabat. Secunda ratio eſt moralis conſtat eũ ſecundũ ſacros doctores per iſtas duas ſorores duas vitas deſignare, ſcilicet actiuã & contẽplatiuã. Vnde ad hunc ſenſum exponit Auguſt. de verbis domini, ſer. 27. illud euangeliũ. Intrauit Ieſus in quoddã caſtellũ, & mulier quędã Martha &c. Martha enim actiuã deſignat vitã: Maria verò contẽplatiuã. Ad inſinuandũ ergo quòd non ſolũ perſonæ infimæ & abiectæ debent vacare operibus vitæ actiuæ, cuiuſmodi eſt miniſtrare pauperibus propter Chriſtũ, verũ etiã nobiles & generoſæ, dictũ officium in propria exercere voluit ipſa Martha. Sic enim egit beatus Ludouicus quondã Francorũ Rex, qui legitur miniſtraſſe, & cibũ appoſuiſſe ori cuiuſdam monachi leproſi corruptiſſimi, quem etiam abhorrebant cæteri monachi apud regalẽ montẽ Ciſtercien. ordinis, ab octo fermè leucis à ciuitate Pariſienſi. Sic etiã egit ſancta il-

la Elisabeth quondam Regis Hungariæ filia. Hæc enim post mortem viri, videlicet Regis Turigiæ omnia mundana abiecit, & in quodam hospitali cu ancillis suis se ponens pauperibus & infirmis seruiebat cũ maxima charitate. Similiter hanc sanctam vidam imitans quędam generosa & nobilis domina, dicta domina de diuite burgo ꝓpe insulas, soluta à lege matrimonij, intra septa suæ habitationis, siue castri, construi fecit quoddam hospitale decenter ornatum, certos redditus perpetuo ibi assignans, & hoc ad vsus pauperum, qui vsum sui corporis perdiderunt. Quæ vsque ad vitæ terminum in propria ministrauit ibi degentibus, etiã plagas eorum quantumcunque horribiles abluendo, & medendo. Sic autem dictum hospitale disposuerat, quòd vnam partem occupabant virij, aliam mulieres, se interponẽte firma clausura. Vnde ab eadẽ domina rogatus ibidem aliquando sermonem ad patientes feci, & quæ prænotaui proprijs oculis conspexi, non sine admiratione tantæ charitatis ac humilitatis dictæ dominæ. Ecce ergo quare Martha voluit in propria Christo ministrare.

Moraliter. Per dictam cęnam à Christi in Bethania factam, intelligitur spiritualis refectio, quam illi Christo exhibent, qui in fine dierum pleno corde pœnitent. Ad cuius euidentiam notandum, quòd circa huiusmodi spiritualem refectionem se habent homines quadrupliciter.

Primo enim aliqui dant Christo ientaculũ, sed hoc est totum. Huiusmodi autem sunt illi, qui in iuuenili ætate seruiũt Deo pro capacitate illius ętatis. Sed post modum grandæui facti implicant se pene infinitis malis, siue propter malas societates, siue propter mala cõsilia, aut nescio quo occulto Dei iudicio. Nam tales, iuxta commune prouerbiũ de paruis angelis efficiũtur magni dæmones, vtpote crapulosi, ebriosi, luxuriosi, blasphemi, brigosi, fures, lusores, & huiusmodi. Ecce quomodo mutatur in ipsis color optimus. Et de hoc extant multa exẽpla in sacra scriptura, quãuis de hoc nõ requi-

requiratur aliud testimonium, quàm tacti euidentia. Ecce enim Saul cum adhuc iuuenis esset, & custos asinarum, erat tantæ perfectionis, quòd non erat me lior eo inter filios Israel, vt habetur 1. Reg. 9. Et tamen postmodum adeo deprauatus fuit, quòd in pœnã iniquitatum suarum possedit eum spiritus nequam, & vexare eum cœpit 1. Reg. 16. Similiter Salomon in principio sui regni valde acceptus & charus Deo extitit, qui tamen in decrepita ætate turpiter cecidit de ceptus per mulieres, adeo vt de eius salute dubitent magni doctores.

Secundo aliqui dant Deo ientaculum, & consequẽter prandium, sed non cœnam. Et huiusmodi sunt illi, qui multo tempore perseuerant in Dei seruitio & timore, qui tamen tandem turpiter cadunt, forte ideo quia de propria iustitia nimium præsumunt. Vnde ad hoc propositum loquens Aug. lib. soliloquiorũ. c. 29. dicit sic, Vidimus multos & à patribus nostris audiuimus (quod vtique sine magno tremore non recolo) ascendisse primitus quodammodo vsque ad cęlos, & inter sidera nidum suum quodammodo colocasse. Postmodum autem vsque ad abyssos cecidisse, & animos eorum in multis obstupuisse. Hæc ille. Propterea nos cautè admonet Apost. 1. Corin. 10. dicens, Qui stat, videat ne cadat. Et huius casus timorem assignans Augustin. ad fratres in eremo. serm. 8. qui intitulatur de perseuerantia, dicit sic, Multi magna aggrediuntur, sed deficiunt in via. Multi exierunt in desertum, sed pauci peruenerunt ad terram promissionis. Et post pauca. Illa, inquit, actio quasi chimerica est, quæ initiũ habet à ratione, sed finem à sensualitate. Cum enim sic agitur, humano capiti ceruicem equinam pictor iũgit. Et iterum post pauca. Multorũ bene incipere fuit, sed perseuerantium paruus est numerus. Iudas enim bene agere cępit, Saul & Salomon, & multi alij, qui tamen malè perseuerauerunt. Hæc ille. Et nota, quòd tales retrocedunt redeuntes de mirabilia, ad defecit in salutare tuum anima mea. Practica de nouiter ingredientibus

tibus religionẽ, aut de recenter assumptis ad officiũ prælaturæ, siue iudicaturæ, aut huiusmodi. Solet .n. in principio esse feruor in omni statu, aut officio, sed statim tepescere solet.

Tertio aliqui econtrario dant Christo cęnam, sed non ientaculum neque prandium. Huiusmodi autem sunt illi, qui florẽ suæ iuuentutis dedicauerunt diabolo & mundo, feces autem suæ senectutis Deo. Psal. Dederunt in escam meam fel, & in siti &c. Melius tamen est Deo offerre huiusmodi cœnam, quàm nihil. Vnde Augustin. vbi supra. Si, inquit, cępisti ædificare, perfice. Si non incępisti, incipe. Si obtulisti florem tuæ iuuentutis diabolo, saltem fecem tuæ senectutis immolare non differas Christo. Ipse enim misericors est, & recipiet te libenter, & dabit tibi stolam candidam, & anulum in manu tua, & calciamentum in pedibus tuis. Hæc ille. Et de isto præmio, seu salario dando his qui tarde conuertuntur ad dominum, dantes ei cœnam tantum, scribitur sub parabola Matth. 20. de illis, qui venerunt ad operandũ in vinea patrisfamil. hora vndecima, quibus cum sero factum esset, tantum iussit dari, quantum & illis, qui hora prima venerant. Et in hoc relucet maxima Christi misericordia, liberalitas, & magnificentia.

Quarto aliqui dant Christo omnia prædicta, videlicet ientaculum, prandiũ, & cęnam. Et huius generis sunt viri perfecti perseuerantes in via mandatorũ Dei, vtpote illi qui bene incipiunt, melius continuant, optime perficiunt & consumant. De quibus in psal. Ibunt de virtute in virtutẽ. Et ideo tandẽ ab eis videbitur Deus Deorum in Sion, idest in cęlesti Hierusalẽ. Sed profectò paucissimos inuenit Christus, qui eũ taliter reficiant, quia, vt dicit Hierony. tertia parte epistolarũ suarũ, epistola 29. ad Lucillum scribens, cœpisse bonum multorum est, sed ad culmen peruenisse paucorum. Studeãt ergo pauperes peccatores, qui huc vsque in peccatis vixerunt, saltem dare vnã bonam

cęnam Christo, illi dedicantes residuũ vitæ suæ. Et similiter qui non ieiunauerunt prioribus diebus præsentis quadragesimæ, saltem paucis exceptis, ad minus ieiunent sequentes dies, & deuotiones solito fiant in ista sancta hebdomada.

Secundo principaliter in præsenti euangelio fit mẽtio de murmuratiua Iudæ detractione. Hic enim de bono opere Magdalenæ murmurare cœpit, notans eam de indiscretione quo ad effusionem vnguenti super dominicos pedes, dicens. Quare hoc vnguentum non venditur trecentis denarijs, videlicet pecuniæ vsualis illius patriæ, & datum est ægenis? Iudas ergo sub prætextu religionis & pietatis Magdalenam reprehendebat. Non ergo dolebat de damno pauperum, sed potius de proprio damno, quod sibi arbitrabatur contingere ex huiusmodi vnguenti effusione super dominicos pedes. Et hoc est quod ait euangelista, Dixit autem hoc Iudas, non quia de ægenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, idest bursam custos, ea quæ mittebantur, supple ex eleemosynis populi intra dictas bursas ad Christi & Apostolorum sustentationem, & de eo quod supererat ad pauperum alimoniam portabat, idest exportabat, & furto tollebat, vt dicit glo. interl. Nam secundum dominum Hugonem Cardin. Iudas habebat vxorem & filios, secundum quòd ad literam de eo dicitur in psal. Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. Talibus ergo personis dabat ea quæ furaretur, & quæ veris pauperibus ex Christi ordinatione, dare debebat.

Circa autem hunc textum possunt moueri aliqua dubia.

Primum igitur dubium est, quare Christus cõmisit Iudæ loculos seruare, maxime cum ipse sciret quid esset in homine, vtpote quòd esset auarissimus, & latro pessimus, ad sensum prædictum. Ad hoc dubium potest responderi quadrupliciter.

Primo quidẽ, ꝙ tunc fur nõ erat quando primo dictos

ctos loculos sibi cõmisit Christus, quàmuis postmodũ in furtum & auaritiam ceciderit.

Secundo, vt ab eo auferet omnem occasionem proditionis futuræ,& vt eius cupiditati satisfaceret,vt dicit Chrys super Io.homil.64.

Tertio ad insinuandũ, ꝙ frequenter illi sunt deteriores,qui sunt locupletiores,secundũ illud Ps. In quorum manibus iniquitates sunt,dextera eorum &c.

Quarto ad significandum,ꝙ in aliqua cõmunitate, siue religiosorum,siue ecclesiasticorum,cura temporalium debet dari minus doctis & minus contemplatiuis,docti quia & periti debent in maioribus exercitijs occupari. Propter quod legitur Act.6.quòd in primitiua ecclesia apostoli ordinauerunt septem diaconos sub eis ad temporalia administranda,inter quos B.Stephanus primicærius erat. Hoc autem ideo fecerunt apostoli,vt ipsis liberius possent intendere orationi & prædicationi. Pessimè ergo agunt multi nobiles viri,qui viris ecclesiasticis & capellanis suis committũt curam & administrationem,seu receptam, aut procurationem bonorũ suorũ. Insuper constituentes eos in vilibus officijs,vtpote dispensę,cellario,& huiusmodi. Cum tamen dicat Apostolus 2. Timoth. 2.quòd nemo militans Deo implicet se negotijs secularibus, vt ei placeat &c. Talem etiam abusum vetant iura tam ciuilia, quàm ecclesiastica, De ciuilibus quidem patet.C.de episcopis & clericis.l. placet.vbi hoc expresse interdicitur.

De ecclesiasticis vero patet dist. 86 ꝑuenit. Itẽ.4. q.6.omnibus.Et similiter 21.q.3.peruenit. & c. credo. Item extra de postulando c.1.Itẽ ad hoc est expressa rubrica lib.3.decretaliũ,quæ intitulatur. Ne clerici vel monachi secularibus negotijs se immisceant.Vbi primum capitulm, quod incipit multa. multum facit ad propositum.Ad idem facit c.sacerdotibus vbi supra,super quo dicit gl.quòd postquam tales clerici procuratores, aut receptores secularium personarum fuerint ter moniti, si non destiterint, sunt tanquam ex

com-

cõmunicati vitandi. Videant ergo quæſo tales quantis diſcriminibus exponunt animas ſuas, & ſimiliter qui talibus huiuſmodi curã committunt.

Secundum dubiũ eſt, quare Chriſtus ſuſcepit intra collegium ſuum Iudã proditorem nequiſſimum, & cuius omne malũ ipſe præſciebat. Non .n. cedit ad honorẽ probi hominis habere malum & diſſolutũ famulum, & præſertim vbi nouit ipſum eſſe talẽ. Reſpondeo. hoc fecit Chriſtus rationabiliter, & hoc propter tria.

Primo quidem ad vtilitatẽ ipſius Iudæ ſi prudens fuiſſet, vt ſcilicet ex confratũ ſuorũ apoſtolorum ſalubri conſortio, & religioſa conuerſatione, tam ipſorum quàm Chriſti prouocaretur ad meliora chariſmata. Nã, vt dicit Ambroſi. libr. de bono mortis cap. 9. Qui bono adheret aſſumit inde quod bonũ eſt. Quia vt habetur in Pſa. Cum ſancto ſanctus eris, & cum innocente innocens eris. Aſſiduitate enim, atque imitatione quædã ſimilitudinis imago formatur. Hæc ille.

Secundo ad ſanctarũ congregationum excuſationẽ. Præuidebat enim Chriſtus, quòd multi ſcandalizarentur, & in malã partẽ loquerentur de ſanctis congregationibus propter nonnullos leues & diſſolutos. Ne ergo ita agant homines, permiſit Iudam tanquã vnũ dæmonẽ intra collegiũ ſuũ, & tanquã lupũ rapacẽ in medio ouiũ ſuarũ. De quo etiã dixit Ioan. 6. Nonne ego vos duodecim elegi? & vnus ex vobis diabolus eſt. Dicebat autem hoc de Iuda Simonis Scariothis, qui cum erat traditurus, inquit euangeliſta. Ad idẽ etiã facit illud decretũ quantùlibet. diſtinct. 47. Et ſumptũ eſt originaliter ex verbis Auguſtini epiſtol. 137. vbi ſic ait. Quantumlibet vigilet diſciplina domus meæ homo ſum, & inter homines viuo, nec mihi arrogare audeo vt domus mea melior ſit, quàm archa Noe, vbi tamen inter octo homines vnus reprobus inuentus eſt, aut melior ſit quàm domus Abrahæ, vbi dictum eſt, Eijce ancillam & filium

eius

eius &c. Sequitur. Aut melior sit, quàm habitatio Christi, in qua vndecim boni perfidū & furē Iudam tolerauerunt. Hæc ille.

Tertio ad declarādum miserum, periculosum, & lamentandū vitæ huius statum, in quo semper cum grano aliquid est de palea. Quandiu enim mundus iste durabit, boni cum malis permixti erunt. Secus autē in alio seculo. Vnde Gregor. homil. 38. Quousq; inquit, hic viuimus, necesse est vt vitam præsentis seculi permixti peragamus. Tunc autem discernemur cū ad portum peruenimus. Boni enim nusquam soli sunt nisi in cœlo. Et similiter mali nusquam soli sunt nisi in inferno. Hæc autem vita, quæ inter terram & cęlum sita est, sicut in medio subsistit, ita & vtrarumque partium ciues communiter recipit. Hæc ille. Hoc totum confirmatur ex illo verbo Iob 3. Frater tu draconum, & socius struthionum. Quemadmodum ergo lilium crescit inter frondes, & similiter rosa inter spinas, & aurum inter sulphuream terram, sic in pręsenti vita miscentur boni malis, velint nolint. Et sic patet ad quæsitum.

Tertium dubium est. Quare dominus voluit semper esse aliquos pauperes in hoc mundo. Istud autem dubium mouetur propter Christi responsum, qui discipulis murmurantibus de effusione vnguenti precio si super pedes suos, & dicentibus, melius fuisset si venundatū fuisset, & præciū distributū in vsus pauperum, ait illi Chtistus. Pauperes &c. Vbi nota, quòd murmurauit Iudas de prædicta effusione ex cupiditate, vt dictū est. Cæteri autē apostoli ex pauperū compassione, vt dicit glos. ordin. super Matth. 26. Respondeo. Deus ex immensa prouidentia sua vult semper in hoc mundo aliquos esse pauperes inter diuites, & hoc propter tria.

Primo quidē, vt quilibet habeat materiā merendi vitā æternā, videlicet diues eleemosynā largiendo, & pauper patientiā ferendo. Si enim omnes essent

æque

tèque diuites, vbi pietatis opera? vbi peccatorũ remissio, quæ fit per eleemosynarũ largitionẽ? vt habetur Dan.4. Item si omnes essent pauperes, vbi qui necessitatibus proximorũ subuenirent? Certe cito periret vita hominum. Quia ergo multi diuites se excusant, dicentes ieiunare non posse, nec diu in oratione persistere propter occupationes exteriores, similiter neque lõge peregrinari posse, ne ergo dicant materiam merẽdi vitã æternã non habere, dedit illis dominus bonorum copiam, vt inde eleemosynam faciant pauperibus, qui pro ipsis orabunt. Et hoc est quod loquitur dominus Deut.15. dicens. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ. Vnde Aug. de verbis domini. ser. 25. vbi exponit parabolam de diuite Epulone & Lazaro, dicit, ꝙ diues & pauper duo sunt sibi contraria, sed sibi inuicem necessaria. Diues. n. inquit, propter pauperẽ factus est, & pauper propter diuitem. Pauperis. n. est orare, & diuitis erogare. Da exemplũ de duobus mẽdicãtibus, quorum vnus cœcus est, alter vero claudus. Cœcus ergo si in humeros suos deferat claudum, verum erit dicere ꝙ ambulat pro duobus: E diuerso autem claudus pro ambobus videt &c.

Secundo hoc fecit Deus, & ita voluit, vt diuites vidẽtes pauperum necessitates, non contẽnant ipsos in cordibus suis, sed potius gratias Deo agant, qui fecit eos locupletes, vbi alios dimisit inanes & egentes, cũ tñ ipse potuisset totum contrarium facere. Idẽ dic de sano & ægro, de forti & debili, de formoso & distorto, de sapiente & fatuo, de fortunato & infortunato. Nam, vt dicit Aug. in ser. dominicæ secundæ Aduentus. Vnius & eiusdẽ domini serui sumus, vno precio redẽpti, & pari conditione in hunc mũdũ intrauimus, simili etiam exitu migraturi sumus. Et si bene egerimus, ad vnã beatitudinẽ perueniemus. Quare ergo pauper tecum non capiat cibum, qui tecum accepturus est regnũ? Quare pauper non accipiat veterem tunicam, qui tecum est accepturus immortalitatis stolam? Quare pauper non mereatur panem tuum, qui tecum meruit accipere

baptiſmi ſacramētum? Cur indignus eſt accipere reli quias ciborum tuorum, qui tecū inuitatus eſt ad cōui uiū angelorū? Hæc ille. Sed profecto multi diuites parum aut nullo modo iſta attendunt. Quinimmo pau peres & abiectos homines contemnunt corde, ore, & opere, adeo vt illis pręferant canes ſuos, prout pulchrè deducit Ambro. ſer. 33. ita di. Sunt plerique diuites & nobiles, qui de venatione redeuntes magis canū, quàm pauperum curam gerunt. Faciunt enim canes iuxta ſe recumbere vel dormire, quotidianum illud cibum in ſui præſentia miniſtrantes, qui vtrum ſerui eorum vel paupere fames moriantur ignorant. Videas denique in nonnullorum domibus nitidos & craſſos canes diſcurrere, homines autem pallentes & titubantes ad ianuam iacere. Hæc ille. Ecce ergo quàm male conſiderant iſti communem diuitum ac pauperū cōditionem.

Tertio voluit Deus in præſenti pauperes permiſceri diuitibus ad confouendam pacē, concordiam, & mutuam charitatem inter mortales. Cum enim inter pares cōmuniter regnet inuidia, ſi oēs homines eſſent pares in bonis huius ſeculi, multæ diſcordiæ, rixæ, & inuidiæ inter ipſos orirentur, ſicut plerunq; videmus accidere inter diuites pares. At vero dum vnus abundat & alius deficit, qui deficit cogitur ad abundantē recurrere ſe illi ſubijciendo, ipſum ſalutando, honorādo, benedicendo. Sicque hac occaſione pacifica eſt inter eos conuerſatio. Patet ergo ſolutio ad dubium, & per conſequens de ſecundo principali.

Tertio principaliter in præſenti euangelio fit mentio de paſſionis Chriſti fructificatione, cū dicitur. Niſi, inquit Chriſtus, granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit &c. In quibus verbis ipſe Chriſtus cōparat ſeipſum grano frumenti. Nam ſicut granū frumenti non fructificat, niſi primum fuerit in terrā proiectum, & illic mortificatum, ita neque aduentus filij Dei nobis profuiſſet ad redemptionem ſi non mors ſecuta fuiſſet. Sic .n. dicit diuus ille Leo Papa in officio

cio benedictionis cerei Paschalis. Et quanuis sint multa grana seminum, nulli tamen se comparat Christus nisi frumento. Vnde mos cępit ecclesiæ de hoc solo grano corpus domini confici, vt hic dicit gloss. ordinaria.

Mysticè granum frumenti, quod prius corrumpitur & mortificatur intra terrā, & postmodū virescit, pullulat, & fructificat, designat corpus humanum, quod prius moritur, & terra cooperitur. Sed postmodum in generali resurrectione in melius reparabitur, & fructū afferet, videlicet agilitatis, subtilitatis, claritatis, impassibilitatis. Et illud tantum concernit electos, à quorum corporibus omnis imperfectio auferetur. Vnde Apost. 1. Cor. 15. Seminatur, inquit, corpus in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Ad quod etiam persuadendum August. de verbis aposti. ser. 34. adducit similitudinem de arboribus & plantis, quæ in hyeme spoliantur folijs, & viriditate sua. Sed redeunt verno tempore rursum veniuntur floribus, folijs, & fructu: ita in proposito &c.

Moraliter per mortificationē grani frumenti designatur mortificatio motuum sensualitatis & carnis, quæ nisi præcesserit, non sequitur fructus bonæ operationis. Propter quod nos hortatur Apo. Coll 3. dicēs. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram. Fit autem huiusmodi mortificatio per ieiunia, disciplinas vigilias, & alia pęnalitatis opera. Sic studeamus ergo mortificare huiusmodi motus, vt sic acquirere possimus Dei gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Quam nobis concedat.



Rat pascha & azyma post biduũ. Marc. 14.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS.C. de pignoratitia actione.l.pignoris causa. dicit, ꝙ debito soluto res impignorata restitui debet. Casus est talis. Sortes necessitate pressus cogitur mutuo accipere à Platone centum, aut mille . Nihilominus Plato per modũ assecurationis recipit ab ipso. Sorte certum pignus; quod tantum aut plus æstimatur quantum est summa mutuata. Dicitur tamen .C. de iure dotiũ.l.fi.§. sinautem, ꝙ pignus semper debet plus valere , quàm res pignorata. Posthac igitur Sorte deuenit ad pĩguiorem fortunam, propter quod volẽs se acquitare, offert Platoni totam pecuniam mutuatam, simul repetens ab eodẽ pignus datum. Plato autem recusat illud restituere. Si igitur lis ventiletur in iudicio exteriori , quid iuris? Certè bonus Iudex dabit sententiam contra Platonem, condemnans ipsum ad pignoris restitutionem, quia vt dicit lex præallegata. Debito soluto, res impignorata &c.

Moraliter ista lex potest tripliciter exponi.

Primo quidẽ de pastoribus & ecclesiæ prælatis, qui suscipientes aliorum curam quodãmodo impignorant animas suas pro animabus subditorum suorum . Et profectò talis impignoratio valde grauis est, & periculosa, quia non possent maius pignus offerre . De qua etiam impignoratione videtur loqui dominus 3.Reg. 20.di. vnicuique tali. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius. Hoc igitur diligenter attendentes multi viri sancti & magni refugerunt prælaturas & ecclesiasticas dignitates, præsertim quibus est animarũ cura annexa, vnde Aug. de seipso loquẽs. lib. 1. de vita & moribus clericorũ , dicit sic. Adeo timebam episcopatum, vt quoniam cœperat esse

iam

iam alicuius momenti inter Dei seruos fama mea, in quo loco sciebam non esse episcopum, non illo accederem. Sed quid est, quòd debito soluto, res impignorata restitui debet? nisi quia ille prælatus animam suam à peccato liberat, & per consequens à periculo æternę damnationis, qui soluit debitum ad quod obligauerat, & hoc quotiens quantum in se est subditorum salutē procurat, tam verbo sanctæ doctrinæ, quàm exemplo bonæ vitę, vnde Ezec. 3. loquitur dominus cuilibet prælato, di. Si non annunciaueris impio vt auertatur à via sua impia & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autē eius de manu tua requirā, idest te puniam cū eo pro peccato quod habes in non corripiendo eū. Et sic væ illi & tibi. Si autem annunciaueris ei, nec tamen ille conuersus fuerit ab impietate sua, ipse quidē in iniquitate sua morietur, tu aūt animā tuā liberasti. Ac si diceret. Væ illi tantum. Ecce quomodo prælati impignorant animas suas pro subditis, & quomodo faciendo quod in eis est, acquirant se coram Deo. Sed quis est hic? & laudabimus eū. Certè raro talis potest inueniri.

Secūdo prædicta lex potest exponi de pœnitente, qui prius peccando impignorauerat animam suam diabolo, & illam dānationi æternæ obligauerat, dicente propheta Ezec. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Sed pœnitendo & condignè satisfaciendo soluit quodammodo debitum contractū, & ideo anima sua prius impignorata debet in pristinam libertatem reponi, & restitui cum omnibus bonis & meritis, quæ per peccatum præcedens mortificata fuerant. In cuius figuram dixit pater filij prodigi ad seruos suos. Cito proferte stolam primam, & induite illum &c. Luc. 15.

Tertio prædicta lex potest exponi de redemptione humani generis facta per Christi passionē. Adā enim pro vno pomo impignorauerat totam humanam naturam, & æternę damnationi reddiderat, seu reliquerat obnoxiam. Cumque se acquitare nō valeret, Dei filius hō est factus, vt tale debitū præcio suæ benedictissimæ

mortis exolueret. Et hoc est quod loquitur Psal. di. Mutuabitur peccator, scilicet Adam, & non soluet, i. soluere nō poterit debitū contractū per peccatū. Iustus aūt, idest, Christus miseretur & retribuet, videlicet patiendo & pœnā exsoluendo pro peccato Adæ, ac totius humani generis. In huius aūt figurā legitur Leui. 25. ꝙ apud Iudæos talis lex erat, etiā Deo ordinante, vt si q̄s necessitate compulsus vendidisset possessionem suā, propinquus eius poterat illam redimere si volebat, & ad se retrahere, dummodo refunderet preciū inde datum. Quæ quidem lex adhuc obseruatur apud Christianos, dūmodo fiat reclamatio infra annum & diem. Ita in proposito filius Dei videns Adā impignorasse quodamodo hæreditatem cœlestem vili precio, quia pro pomo, ipse postmodum carne assumpta, precio magno eam redemit, quia morte sua. Non quidem quasi ipsam sibi soli retinendo, sed potius eam nobis tēpore suo restituendo. Et de hoc longe ante prophetauerat Psal. dicens in persona Adæ, aut etiam cuiuslibet omnium nostrum. Dominus retribuet pro me. Ecce quomodo debito soluto, idest Christo passo, res impignorata, id est cœlestis gloria nobis restituitur, si tamē Christo patienti compatiamur. De cuius passione fit mentio in hodierno euangelio, in quo legitur passio secundum Marcum.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Ego quasi agnus mansuetus, qui ducitur ad victimā. Hier. 11.]

Scribitur extra de electione & electi potestate. cap. cum inter seniorem, quod cui semel iuri suo renunciauit, non potest postea ad illud redire. Casus decretalis est talis. Semel fuerunt duo clerici contendentes ad idem beneficium. Tandem fecerunt inter se apunctuamentum tali medio, quod vnus dabat recompensam alteri vt sic renunciaret iuri suo si quod haberet ad huiusmodi beneficium. Quo facto, non multo post ille qui iuri suo renunciauerat, forte aliūde suasus, voluit redire ad ius prætensum. Quid ergo iuris in hoc casu? Certe ad hoc respondet Innocen

tius

tius III. q non potest vlterius redire. Cuius causam assignat gloss. ibidem dicens, q quicunq; renunciat iuri suo spirituali, pure & simpliciter renunciat. Aliàs esset simoniacum. Nec in spiritualibus habet locũ renũciatio cõditionalis, aut pactionalis: vñ propter ista p̃dictus non potest ad ius suũ redire. Ad idem est quod scribitur in maiori volumine 7.q.1 quã periculosum: vbi dicitur, q quis potest priuari iure suo propter expressam renunciationem. Et ibi adducitur historia de Esau, qui renunciauit iuri primogenituræ suę & vẽdidit illud fratri suo Iacob, vt patet Gen.25. Vñ ex tũc nõ potuit ad illlud ius redire, q̃uis libenter hoc voluisset.

Moraliter possumus exponere prædictam decretalẽ tripliciter.

Primo quidẽ de peccatore pœnitente. Deus.n. tãquã iustus Iudex habet optimũ, ius de perdẽndo æternaliter quẽlibet peccatorẽ cõformiter ad illũ textũ Ezec. 18. Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Nihilominus ex abundanti misericordia & liberalitate sua renũciat prædicto iuri quotiens videt peccatorẽ ad ipsum p pœnitentiã redire volẽtẽ, iuxta promissum eiusdẽ, dicẽtis: In quacnnq; hora ingemuerit peccator, omniũ iniquitatũ eius, quas operatus ẽst, non recordabor amplius. Ezec.18. Dicitur etiã 23.q.4. si illic. q diuina clementia dimissa peccata in vltionẽ redire non permittit.

Secundo potest exponi prædicta decretalis de quolibet recidiuante. Quilibet.n. baptizatur, & similiter omnis verus pœnitens habet ius de lege posita ad regnum cœlorum. De baptizato quidem patet per illud Mar.16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. De pęnitente vero idẽ patet per illud Mar.4. pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorun. Sed profectò tam baptizatus, quàm pœnitens tali iuri renunciat cũ mortaliter peccat. Nec deinceps põt ad illud ius redire virtute propria, sed tantum ex mera misericordia & liberalitate Dei, dicẽte Apo. Ti.3. Non ex operibus iustitię, quæ fecimus nos, sed secundum suã misericordiam saluos nos fecit.

Tertio prædicta decretalis potest exponi de primo parente nostro Adam, quem fecerat dominus capacem hæreditatis cœlestis, sed peccando mortaliter renunciauit iuri & parti suæ paradisi. Nec quidem solum pro se, verum etiã pro omni posteritate sua, nec certe ad idẽ ius potuit ex se redire, maxime cum dicat Psal. Spiritus vadens & non rediens. Item idem alibi. Nunquid dabit homo placationem suam, & pręcium redemptionis animæ suæ? supple non dabit. Hoc igitur animaduertens Dei filius, misericordia motus, assumpsit formam humanam, in qua pati & mori voluit, vt sic ad se retraheret hæreditatem perditam, non quidem sic, ꝙ vellet eam sibi soli retinere, sed omnibus recte viuentibus impartiri & conferre. Ecce pretiũ magnum, quo ipse Christus recuperauit nobis ius cœleste, semel ꝑ peccatũ primi parentis perditum. Vnde de hac morte, & de modo illius loquitur idem Christus in epistola hodierna, dicens. Ego quasi agnus mansuetus, qui ducitur ad victimam.

Sed antequam intremus principalem materiam, mouenda sunt aliqua dubia, iuxta materiam subiectam.

Primò igitur dubium est, quare in hac hebdomada sancta quater legitur passio dominica, videlicet secundũ quatuor euãgelistas, etiã eo ordine quo scripserũt. Maxime cum apud Mediolanenses non nisi semel legatur, & hoc in die parasceues, vbi legitur secundum Io. Sic. n. refert auctor Rationalis diuinorũ officiorũ. Ad hoc dubium potest assignari triplex ratio, quarum prima est, vt fortius mentibus nostris infigatur memoria dominicæ passionis, & præsertim in istis sanctissimis diebus. Sicut enim pręceptor iuuenum scholarium pluries interdum repetit illis eandem sententiam, vt eam fortius imprimant suis intellectibus, ita in proposito. Da etiam exemplũ de fabro pluribus ictibus percutiente clauum, vt fortius intret in lignũ, & indelebilius ibi permaneat.

Secũda ratio est, vt per hoc designetur, ꝙ sufficiẽter promulgata est Christi passio vbiq; terrarum vnà cum

caeteris

cæteris fidei catholicæ misterijs. Nam teste Hiero. in prologo super quatuor euangelistas, Matthęus scripsit euangeliũ in Iudæa. Marcus in Italia. Lucas in Achaia, Ioannes qui postremus scripsit euangelium suũ dictauit in Asia, & hoc postquã reuocatus fuit de relegatione apud insulã Pathmos. Ex quibus omnibus patet quã sufficienter diuulgata est dominica passio vbique terrarũ, adeo vt nulla natio sit, quæ de ea sufficiẽter non audierit loqui. Vnde de quatuor euangelistis, qui fuerunt velut quatuor tubæ, potest intelligi illud Psal. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis &c.

Tertia ratio est, vt iuxta interpretationes nominum ipsorum sanctorũ euangelistarum demonstretur efficacia, & virtus ipsius dominicæ passionis. Pro quo notãdũ in primis, quòd Matthæus, qui dicitur à magnus & theos, quod est Deus, quasi magnus Deus, vel qui dicitur, à magnus & theos, quod est Deus, quasi manus Dei, designat per suũ euangeliũ, quòd ille qui est magnus dominus & laudabilis valde, & similiter qui est manus Dei præstans nobis adiutorium in omni tribulatione nostra, passus sit pro nobis miseris peccatoribus durissimam mortem. Secundo Marcus qui interpretatur sublimis amarus, & declinatus, designat per suum euangeliũ, quòd ille qui est sublimis in cœlo & in terra. In cuius etiã nominė oẽ genu flectatur cœlestium, terrestriũ, & infernorum. Itẽ qui fuit amarus in passione, & qui similiter erit amarus & durus reprobis in die iudicij: Item qui fuit declinatus, id est humiliatus in sua sancta incarnatione, vita, & morte, passus sit pro humana redemptione. Tertio Lucas, qui interpretur, consurgens, vel eleuans, item qui dicitur à luce, designat per suum euangelium, quòd Christus qui fuit consurgens ab amore mundi, & similiter eleuans se in amorem Dei patris, item qui fuit lux mundi, passus sit pro hoĩe. Quarto Ioannes, qui interpretatur in quo est gratia, designat per euãgeliũ, q̃ ille qui est plenus gratiæ & veritatis, de cuius plenitudine nos oẽs

accepimus

accepimus gratiã pro gratia, ꝙ talis inquã ex abũdãti gratia sua & charitate qua dilexit nos, morti se tradiderit pro oĩibus nobis. Ecce quid misticè designant tituli quatuor euangelistarum in descriptione dominicæ passionis. Patet ergo, cur quater legitur in hac hebdomada dominicæ passionis.

Secundum dubium, sub quo etiam complectuntur multa particularia dubia, est tale. Quare in legendo, seu cantando in ecclesia dominicã passionẽ per illos dies non obseruatur ritus, qui aliàs obseruari solet, quotiens alijs diebus legi solet euangelium in ecclesia. Verbi gratia, Cur non petit diaconus benedictionem à sacerdote. Item cur non præmittitur Dominus vobiscum. Nec similiter respondetur à clero. Gloria tibi domine. Item cur accoliti non deferunt cereos accensos, nec similiter incensum, sicut aliàs fieri solet. Item quare in cantando ipsam dominicam passionem tonus totiens variatur.

Ad hæc omnia & singula dubia breuiter & succinctè respondendum est per ordinẽ. Ad primum igitur dicitur, quòd ideo diaconus non petit benedictionem à sacerdote, eo ꝙ secundũ ecclesiæ representationem, ille qui est actor & auctor oĩs benedictionis tollitur à nobis, & ideo non est à quo benedictio petatur. Ad secundũ respondetur, quòd non præmittitur in principio euangelij salutatio cõsueta, vtpote dicendo, Dominus vobiscũ, in detestationem salutationis Iudæ proditoris, dicentis Christo, Aue rabi. Vel salutationis iudæorũ dicentiũ derisoriè Christo Aue rex iudæorum. Vel dic, quòd ideo non præmittitur Dominus vobiscũ, in signum ꝙ ille qui est dominus vniuersorum, tollitur de medio nostrũ quo ad pręsentiã corporalẽ secundũ ecclesiæ representationẽ. Ad tertiũ respondetur, ꝙ gloria tibi dñe, à clero non respondetur, in signũ ꝙ hodie non gloria, sed multiplex contumelia sit Christo illata. Tũ à iudæis, tũ ab Herode. Tũ à ministris Pilati. Ad quartũ rñdetur, ꝙ ideo luminaria nõ deferuntur, eo ꝙ ille nũciatur & ꝑdicatur nobis morte extinctus, q̃ est

vera

vera lux mundi, Vel dic, ꝙ hoc ideo fit, vt sic representetur extinctio fidei à cordibus apostolorũ, quibus ipse Christus adhuc mortalis dixerat. Vos estis lux mundi, Mat. 5. Ad quintũ respondetur, ꝙ incensum non defertur, ad denotandũ, ꝙ tunc feruor deuotionis, qui ꝑ incensum designatur, valde remissus, aut nullus fuit in ipsis Apostolis erga magistrũ suũ. Non enim de discipulis, sed de mulieribus sanctis legitur, ꝙ ex deuotione emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum, Matt. 16. Ad sextum respondetur, ꝙ varietas tonorũ in cantãdo dominicã passionem introducta est propter mysteriũ. Nam tonus superior significat tumultũ impetuosum & effrenatũ Iudæorũ, mortem Christi petentium. Tonus autẽ bassus significat Christi pacificam & modestam responsionẽ; Tum ad Caypham; Tum ad Pilatũ. Semper enim patientiam exhibuit verbo, & facto. Tonus vero medius designat statũ apostolorũ, & Christi amicorum, qui ex vna parte Christum reliquerant, & ex altera parte Iudęorum furorem pertimescebant, & sic erant in mirabili & miserabili medio constituti. Patet ergo de obseruantia ritus circa lecturam dominicæ passionis.

Tertiũ dubiũ est. Cur prosternimur in terram, cũ inter legendam dominicam passionem dicitur, expirauit? Ad hoc potest multiplex ratio assignari, & dari. Prima est ad designandum mirabilem Christi humiliationẽ, qui factus patri obediens vsque ad mortem crucis. Phil. 2. Secunda ad designandũ descensum animæ Christi ad inferos. Tertia vt facto ostendamus nos cõpati morti Christi, cũ ipsa terra, quæ in eius morte cõtremuit, similiter & petræ scissæ sunt, & monumenta multa aperta sunt. Quarta vt osculemur terram propter ipsius Christi reuerentiam, qui eam per plures annos pedibus calcauit, in ea multa miracula fecit, & tãdẽ rore sui sanguinis sacratissimi in cruce effusi ipsam consecrauit. Quinta in signũ compassionis, & doloris super morte ipsius Christi. Da exemplũ de exequijs regũ Franciæ, in quibus cum corpora eorũ demãdantur

sepulturę

epulturæ, ter acclamatur ab officiarijs curiæ regię tenentibus baculos albos in manibus, Carole de Valesio Vel Ludouice, aut huiusmodi, nec plus additur. Et ad quemlibet clamorem omnes ac singuli prosternunt se in terram cum baculis & vexillis. Quo fit, vt ex tali pio clamore & prostratione corda etiam ferrea possint ad lachrymas commoueri. Cum ergo nos celebrabimus memoriā mortis & piarum exequiarum regis regum domini nostri Iesu Christi cum fletu & lamento, etiā vsque ad prostrationem in terrā. Humiliemus igitur corda & corpora nostra ob reuerentiam suæ sanctissimæ passionis, vt nos exaltet in die visitationis.

His igitur dubijs vtcūque deductis & solutis, restat pro principali parte huius sermonis moueri aliqua dubia circa ipsam Christi passionem, reseruantes nihilominus principalem materiam ad diem Veneris sequentis.

Primum igitur dubium est. Quis patitur? Responsio. Ille qui iuxta testimonium Gabrielis est filius altissimi. In quo patet tam Dei patris, quàm ipsius maxima charitas ad genus humanum. Si enim ipse Deus pater acceptasset meritum alicuius viri sancti, siue patriarchæ, siue prophetæ in satisfactionem pro peccato Adæ, prout bene facere poterat, magna charitas fuisset. Maior autem apparuisset si aliquem Angelum de cœlis incarnandum misisset in vterū virginis, & qui morte ipsius Christi passus fuisset in cruce. Sed maxima eius charitas nobis innotuit, quandoquidem proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, vt habetur Ro. 8. Quid diceretis si aliquis vestrum cōmisisset crimen læsæ maiestatis propter quod factum adiudicatus esset morti, quod fortè audiens & intelligens vnicus regis filius misericordia motus præueniret dictam executionē, & se offerret iudici pro reo, vt faceret de eo quæcunque vellet? Nonne talis ostenderet in effectu se habere maximam charitatem ad reum? Certe ita. Sic est autem in proposito de Christo vero & naturali Dei patris filio in ordine

ad

ad nos. O quanta charitatis immensitas. O quanta Christi pietas. O quàm admiranda rerũ diuersitas, cũ rex gloriæ pro vilissimo vermiculo crucifigitur. Quis non obstupescat? Quis non penè elinguis fiat? Quis vnquàm audiuit talia? Vis ergo scire ò peccator quis pro te passus est? profectò dñs pro seruo, iustus pro iniusto, Rex pro minimo famulo, Deus pro hoïe, Creator pro creatura, Iudex pro reo, Sapiens pro fatuo, Omnipotens pro infirmo, Deus maiestatis pro creatura magnæ vilitatis. Et sic patet ad dubium primum.

Secundũ dubiũ est. Quare Christus patitur? Responsio. Ex parte sua nulla fuit causa patiendi præter ipsius solam voluntatẽ. Ipse enim peccatũ non fecerat, qui peccatores saluare venerat. Vnde & Pilatus de eo tale dedit testimoniũ in conspectu Iudæorum, cũ ait. Ego nullam causam inuenio in homine isto, supple morte aut pœna qualicunque dignã. Tota ergo causa suæ passionis sumpta est ex parte nostra. Vnde Aug. 51. suarũ meditationum. cap. 7. ad propositũ loquens, dicit sic. Quid cõmisisti dulcissime puer, vt sic iudicareris? Quid commisisti amãtissime iuuenis, vt adeo tractareris? Quod scelus tuũ? Quæ noxa tua? Quæ causa mortis? Quæ occasio tuę damnationis? Certè ego sum tui plaga doloris, tuæ culpa occisionis. Ego tuæ mortis meritũ, tuæ vindictæ flagitiũ. Ego tuæ passionis liuor, tui cruciatus labor. O mirabilis censuræ cõditio, & ineffabilis misterijs dispositio. Peccat iniquus, & punitur iustus. Delinquit reus, & vapulatur innocens. Offendit impius, & dãnatur pius. Quod meretur malus, patitur bonus. Quod perpetrat seruus, exoluit dominus. Quod cõmittit homo, sustinet Deus. Hæc ille. Vnde tale ac tantam Christi ad nos charitatem & pietatem admirans mater ecclesia, sic eũ alloquitur, dicens. Quæ te vicit clemẽtia vt ferres nostra crimina, crudelẽ mortẽ patiens, vt nos à morte tolleres? Merito ergo quilibet nostrũ sigillatim potest dicere cũ propheta & peccatore Dauid, illud 2. Reg. vlt. Ego sum q̃ peccaui. Ego sũ q̃ iniquè egi. Iste autẽ, s. Xp̃s Deus meus, & domi-

dominus meus qui ouis est, quid fecit? Ecce ergo quomodo innocens & expers omnis criminis moritur mi sertus hominis. Simus & mœroris sui socij, quia nos vrget stimulus amoris & cōpassionis. Cuncti ergo Mariæ seruuli, cultores veræ fidei, Iesum occisum colite, & cū Maria plangite. Hæc Auribellus. generalis prædi catorum in hymno Beatæ virginis de deitate.

Tertium dubium est. Quid Christus pro nobis passus est. Responsio. Passus est pœnam omnibus alijs pœnis vitæ præsentis incomparabilem, iuxta illud Thre. 1. O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor &c. Vnde & B. Tho. 3 parte. quæstio. 46. articul. 7. dicit, quod inter omnes dolores vitæ præsentis, dolor passionis Christi fuit maximus, minimus tamen per comparationem ad dolores, & cruciatus alterius seculi, videlicet tam inferni, quàm purgatorij, prout fortè dicetur in sequenti sermone. Item idem Christus passus est mortem vilissimam, vtpote latronum & malefactorum. Sic enim longe ante prophetatum fuerat Sap. 2. Morte turpissima condemnemus &c & Esa. 53. Nos reputauimus eum quasi leprosum, percussum à Deo, & humiliatum.

Item in Psal. in persona domini. Ego sum vermis, & non homo, supple in æstimatione Iudæorum, opprobriū hominum &c. vsque ibi. Quoniam tu es qui extraxisti &c. Ecce igitur charissimi audistis quid pro nobis passus sit Christus. Quid igitur, condignum retribuemus illi pro omnibus quæ retribuit nobis? Certe nihil condignum tanta charitate, tantisque beneficijs habemus. Calicem tamen salutaris accipere nos conuenit, idest ipsam dominicam pasſionem in memoria habere. Nam hęc retributio illi acceptissima est & gratissima. Quis si de operibus nostris quæstio fiat, profectò velut nihil sunt in comparatione tāti beneficij. Vnde deuotus Bernar in quodam serm. qui intitulatur de quadruplici debito, sic ait. O homo attende, quòd si collegeris omnes amaritudines domini tui, memoraberis quidem infantilium necessitatem, deinde labo-

rum

rum quos pertulit in prædicando, fatigationum in discurrendo, tentationum in ieiunando, vigiliarū in orãdo, lachrymarum in compatiendo, postremo periculorum in falsis fratribus, conuiciorum, sputorum, colaphorum, subsannationum, exprobrationum, clauorum, horumque similium, quæ pro nostra salute annis 33. operatus est super terram, & pro tot & tantis beneficijs donaueris illi quicquid es, & quicquid esse potes, nonne talis retributio est sicut stella ad solem, gutta ad fluiuum, lapis ad montem, granum ad aceruum? Quis ergo amplius grumniet, dicens. Nimium laboro, nimium vigilo, nimium sustineo, cum millesimæ, immo nec parti nimiæ tantorum debitorum valeat respondere & satisfacere? Hæc ille.

Quartū dubiū est. Quomodo passus est Christus? Respondeo. Passus est patientissimè, voluntariè, pauperrimè. De primo Esa. 50. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Ecce patientia eius in facto. De patientia vero eius in verbo scribitur Esa. 53. Sicut ouis ad occisionē ducetur, & quasi agnus corã tondente se obmutescet, & non aperiet os suū. Itē Hiere. 11. Ego quasi agnus mansuetus, qui ducitur ad victimã. Et similiter 1. Pet. 2. Cū malediceretur, non maledicabat, & cum pateretur non comminabatur. Sic & nos exemplo illius debemus esse patientes in facto & verbo. Practica &c. De secundo Esa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit. Et 1. Pet. 2. dicitur, ꝙ tradebat semetipsum iudicanti se iniustè. Item in signū huius, appropinquante hora passionis, appropinquare voluit loco passionis, sicut patet per mysterium dominicæ p̄teritæ. Sic & nos illius exemplo debemus voluntariè pati, & pœnã ferre in præsenti, ne inuiti toleremus eã in futuro. De tertio loquuntur euangelistæ, dicentes, ꝙ milites postquã crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta sua in quatuor partes pręter tunicam inconsutilē, quã non diuiserunt, sed sortem super eam miserunt. Itē paupertas eius aliunde declaratur, in hoc scilicet, ꝙ in alieno monumētum positum fuit dignissimum

mum eius corpus. Sic & nos patienter ferre debemus, si paupertas nos affligat. Et signanter nos religiosi debemus pauperes viuere, & pauperes mori, considerantes quòd B Greg. fecit monachum proprietarium in sterquilinio sepeliri.

Quintum dubium est, à quibus passus est Christus? Respondeo. ab affinibus & ingratis. Primo quidem ab affinibus, quia à iudęis, qui erant de gente sua, & à quibus descendere voluit. Hebreo. 2. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Iudæi autem ab Abraham descenderunt. Vnde de hoc gloriantes dicebant Christo. Ioan. 8. Semen Abrahæ sumus. Sic etiam hodie Christus plus patitur ab affinibus, quàm ab extraneis, idest à clericis & religiosis malis, quàm à laicis, ita vt dicat Ber. in conuersione beati Pauli serm. 1. quòd illi sunt in persecutione Christi primi, qui videntur regere populum suum, & in ecclesia tenere principatum. Vnde de talibus videtur conqueri Christus in psal. dicens: Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt. Secundo Christus passus est ab ingratis. Ipse enim olim gentem Iudaicam dilexerat, protexerat, & honorauerat præ cæteris nationibus. Primo quidem illam dilexerat tradendo illi præcepta sua per manus Moysi in tabulis lapideis. Exo. 32. psal. Annũciat verbũ suum Iacob, & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, sup. taliter qualiter Iudæis. Secundo vero protexerat eos ab aduersarijs & nociuis, vtpote a Pharaone, ne extinguerentur. A mari rubro ne submergerentur. A serpentibus in deserto ne inficerẽtur. Insuper protexerat eos à fame & siti mittẽdo eis manna de cęlo, & aqua de saxo durissimo. Similiter protexerat eos cõtra insurgentes hostes & reges plures volẽtes eos totaliter delere de terra, & ingressum eorũ in terrã promissionis impedire laborantes. Tertio autẽ honorauerat eos præ cæteris nationibus, & signãter ex eis nascẽdo, cũ ipsis cõuersãdo, apud eos ꝑdicãdo, & miracula faciẽdo, vtpote

cœcos

cæcos illuminando, paralyticos curando, dęmoniacos liberando, mortuos suscitādo, infirmos curando, panes multiplicando, & penè infinita similia operando. Et breuiter iterum illam gentem dilexit, protexit, atque honorauit, cum respondit mulieri Chananeæ petenti filiam suam per eum à dæmonio liberari, quòd non erat missus nisi ad oues quæ perierant domus Israel, Mat. 15. Et tamen non obstantibus tot & tantis beneficijs populo Iudæorū per ipsum collatis, dicti iudęi tam q̃ ingratissimi eū vsque ad mortē persecuti sunt. Nec satiata fuit ipsorū aduersus eum inuidia, quousque viderunt eū cruci affixum, & morte turpissima condemnatū. Hęc ergo duo, scilicet affinitas & ingratitudo occidentiū Christū aggrauabat dolorē mortis suæ. Practica qūo etiā hodie ipse Christus quodāmodo patitur ab ingratis, & quibus plura forte cōtulit beneficia. Vnde Eccl. 29. scribitur. Pascet & potabit ingratos, & adhuc audiet amara ab eis. Et nota, q̄ tales ingrati Christiani sunt deterioris conditionis, q̃ canes. Nā secundū Ambr. in hexameron. lib. 6. c. 4. canibus quadā naturā īsitū est referre gratias benefactori, & solicitas excubias pro dominorū suorū salute prætendere. Itē dicit, q̄ tā tenaces & memores sunt benefactorū suorū, atq; beneficiorū, vt in latrones pro domino suo prosilire sint parati, atque pro ipsis mori sint contenti. Sæpe ēt cōperti sunt in necatores dn̄orum suorū insurrexisse, sicut ibidē refert idē Amb. de quodā ciue ciuitatis Antiochenæ. Sed profectò multi Christiani longe sunt ab hac gratitudine bonorū canū, quinimmo videntur potius imitari naturam canis rabidi, qui potius insilit in magistrum suum & benefactorem, quàm in extraneū. Practica &c.

Sextum, & vltimū dubiū est. Quando, & vbi passus est Christus? Duo hic queruntur, & ideo duplex solutio requiritur. Ad primum ergo respondetur, quòd Christus passus est tempore generalis corruptionis, illo scilicet tempore, quo amplius quam antea errores & peccata inundauerant super terram, ita vt aperte vi-

derentur rediisse illa infelicissima tẽpora, de quib. Gene. 6. legitur, quod omnis caro corruperat uiam suam super terram, vnde & Apost Ro. 5. dicit, quòd ubi abundauit delictum, abundauit & gratia. Nota quòd dicit abundasse delictũ. Nota quomodo totus ferè mundus circa tẽpus aduentus filij Dei infestus erat idololatria. Tunc ẽt tot & tam horrenda flagitia ubiq; regnabant, ut oẽm sensum & intellectum et angelicũ transcenderent. Et quáuis in illo pugillo terræ, in quo Iudæi morabantur (qui terra promissionis dicebatur) aliqua Dei notitia tũc tpis adhuc uigeret, nihilominus ẽt ipsi Iudæi, paucissimis exceptis, grauissimis, & pene infinitis sceleribus inuoluti erant, adeo ut benedictũ Dei filiũ per Prophetas suos illis promissum, etiã verbis & miraculis sufficientissime probatum, tradiderit morti crudelissimę atq; turpissimæ. Ecce quõ Christus passus est tẽpore generalis corruptionis Itẽ passus est tẽpore celebritatis paschalis, quandoquidẽ veniebant & conueniebant in Hierusalẽ adoraturi dominũ populi ex oĩ natione, quæ sub cœlo est, hoc est Iudęi, qui dispersi erãt p diuersas nationes Gentiũ. Voluerunt aũt singularius Christum mori illo tpe & festo impij Iudæi, vt. s. peregrini, qui illic venerant, reuertentes in terrã suã referrent alij, quæ viderãt, ad maiorẽ ipsius Christi confusionẽ. Sed in hoc fraudati sunt à desiderio suo, atq; defecerunt scrutãtes scrutinio, in hoc scilicet, q̄ dicti peregrini redeũtes ad propria, cęperũt cunctis narrare mirabilia signa diuinitatis Christi, qui uiderant in ipsius passione, utpote quia tunc terra tremuit, sol eclypsatus est, petræ scissæ, uelum tẽpli diuisum in duas partes, & multa monumenta aperta &c. Quib. auditis, multi cœperunt credere in Christum, saltẽ dispositiue, tũnc autem perfecte & complete quando audierunt apostolos per uniuersum orbem dispersos prædicantes & prædicta confirmantes. Ecce quando passus est Christus.

Ad scd̃m rq̃n. s. quæritur ubi passus est Christus? Rñdeo. In Hierusalem, siue in monte Caluariæ, qui adiacet

iacet dictæ ciuitati. Voluit autē ibi potius pati, q̄ alibi propter multa. Primo quidem propter loci situationē. Est.n. Hierusalem quasi centrum & umbilicus terræ habitabilis. Vt ergo ipse Christus opere ostenderet se pro omnium hominum salute pati, illic mori uoluit. Secundo propter loci deputationē. In Hierusalem enim erat locus sacrificij, quia in templo sacrificium domino offeri consueuerat. Cum ergo huiusmodi sacrificia legis ueteris essent p̄figuratiua mortis & passionis Christi, qui fuit summū & uespertinum sacrificium, consequens est dicere, quòd illic pati, & Deo patri offerri debuit. Et has duas rōnes tāgit B. Th. 3. par. q. 46. art. 10. in sol. ad primum. Tertio propter loci dignitatē. Hierusalem. n. olim erat ciuitas regalis & Sacerdotalis. Illic. n. residere solebant Reges & Pontifices, siue sacerdotes. Cum ergo Christus fuerit rex regum, insuper & Pontifex futurorum bonorum, atq; sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedech, restat, q̄ cōueniēter ibi passus fuerit. Quarto propter prophetiam implendam. De hoc enim longe ante prophetauerat Psa. dicens, Deus autē. s. Christus Rex noster, Apoc. 16. Rex regū & dn̄s dominantium, antę secula, sup. existens, quia in principio erat uerbum, operatus est salutē humani generis in medio terræ, id est in Hierusalem.

Moraliter, sicut Christus passus est corporaliter in Hierusalem, ita & nos spiritualiter. Pro quo notandū quòd Hierusalē quæ īterpretatur uisio pacis, designat animam fidelem, uidentem quidem Deum per fidem, & intus pacem cum Deo habētem. Tūc ergo spiritualiter patimur in Hierusalem quando aduersa sustinemus patienter, fidem & gratiam Dei & intra nos habētes. Sic enim operamur nostram salutem per uitæ meritum, & tandem peruenimus ad illam cœlestē Hierusalem, in qua Deus clare uidetur, & pax perpetua possidetur. Quam nobis concedat &c.



Ppropinquabat dies festus azimorum, quae dicitur Pascha. Luc. 22.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. pro socio .l. verum. §. societas. allegans iurisconsultum Vlpianum dicit, quod socio mortuo soluitur societas. Casus est talis. Sortes & Plato boni & fideles sibiinuicem amici accipiunt onus alicuius, receptæ, siue communitatis, siue Principis, aut alicuius abbatiæ, vel huiusmodi; & hoc ad firmam & sub certo tributo, atque ad certos annos. Post huiusmodi autem contractum Sortes viã vniuersæ carnis ingreditur, relinquens filios & filias. Vnus ergo filiorum eius, forte senior, videns magnum depẽdere lucrum ex tali firma, & forte intellexit à patre in extremis constituto, vult succedere loco patris sui defuncti in tali firma, siue recepta. Plato autem contradicit, volens esse solus in huiusmodi recepta, ex quo socius eius mortem obij, tvt sic totum lucrum ad eũ perueniat. Si igitur hæc controuersia ventiletur in iudicio coram viro perito, quid respondebit talis iudex? Certe sententiabit pro Platone conformiter ad legem prædictam, quæ dicit, quòd socio mortuo soluitur societas, & hoc intellige quando tales tantum personas suas obligauerant.

Moraliter. Ista lex potest tripliciter exponi.

Primo quidem de mundanis hominibus, seu de amicis huius mundi. Tales. n. videntur inter se contrahere magnam societatem & amicitiã, quandiu res secũdæ & prosperæ se habent. Nam qui abundant in seculo, & obtinent diuitias, vallantur multitudine parẽtũ & amicorũ, & qui interdũ illis non attinent, nisi de Adam & Eua, faciunt & reclamant se consanguineos & affines eorũ. Vnde Seneca de remedis fortuitorũ. Multi inquit aliquem comitantur, vt mel muscæ, cadauera lupi, fru-

menta formicæ. Predā sequitur turba ista, nō hominē. hinc Ouid. lib. de tristibus. Donec eris fœlix multos numerabis amicos. vbi vero rota fortunę se voluit in oppositā partē, ita vt qui plus abundabat, ad egestatem deueniat, tunc solus relinquitur propter quod merito dicere potest cum Psal. Qui iuxta me erant, s. tempore prosperitatis, de longe steterunt occurrente aduersitate. Et hoc est quod subdit idem Ouid. vbi supra, dicēs. Tempora si fuerint nubila, solus eris. Ecce quomodo soluitur de facili societas & amicitia hominum mundanorum & amicorum huius mundi. ita vt dicat Boetius de consolatione lib. 3. prosa 5 quòd quem fœlicitas amicum fecit infortunium faciet inimicum. Vnde Senec. ad Lucilium epistola. 7. Qui, inquit, vtilitatis causa assumptus est in amicum, tandiu placebit, quandiu vtilis erit. Hac re florentes, idest prosperantes, amicorum turba circunsedet. Circa euersos autem solitudo erit, & inde amici fugiunt, vnde probantur. Hæc ille. De hoc historiam habemus in illo sanctissimo Iob, qui tempore prosperitatis circundabatur vndiq; amicis. At vero postquā fortuna sibi aduersari cœpit, tres amici eius, videlicet Eliphat, Baldach, & Sophat à longe eum conspexerunt, nec ipsum recognouerunt, i. fortè recognoscere noluerunt. Iob 2. Similiter Dauid tempore prosperitātis vallatus vndique erat amicis, & stipatus militum multitudinę. Sed ex quo fortuna vertit sibi dorsum, ita vt Absalon filius eius laboraret eū de regno pellere, multi militū eo relicto, nequissimo filio adheserunt, vt patet 2. Reg. 15. Omnes ergo tales sunt amici mensæ, qui non permanent in di necessitatis, vt habetur Eccles. 6.

Secūdo prædicta lex potest exponi de illis, qui sicut præcedentes vidētur gerere magnā amicitiā ad quosdam, ita vt plerunque plus in ipsis, & de ipsis confidant, quàm in consanguineis & cōsobrinis, adeo quòd cum sentiunt se infirmari ad mortem, committant illis bona sua distribuenda in pios vsus pro animarum suarū remedio, eligantq; eos executores testamentorū

suorum. Sed socio mortuo soluitur de facili & frequenter hmōi societas, i. amicitia & charitas, promissio & fidelitas. Vnde de talibus potest intelligi illud Psal. Dilexerunt eum, s. amicum defunctum, dum supple adhuc uiueret, in ore suo. i. exterius & uerbo, & lingua sua mentiti sunt ei sup. multa promittentes, quæ minime implere intendebant. Propter quod subditur. Cor autē eorum non erat rectum cum eo, s. amico defuncto, nec fideles habiti sunt in testō eius, cuius supple executionem susceperant, quia dictum testamentum aut non impleuerunt, aut si impleuerunt, non tamen cito, nec fortè integrè. Et ideo bene nos admonet Psal. dicens. Nolite confidere in filijs hominum, in quibus non est salus.

Tertio prædicta lex potest magis ad propositum exponi de Christo, & eius discipulis. Ipse. n. ex immensa humilitate sua cōuersatus est inter eos quasi inter socios, uidelicet bibendo & comedendo, loquendo & conferendo, pedes eorum in cœna lauando, & huiusmodi. Sed his non obstantibus, ipso mortuo soluta est societas. Quinimmo dicta societas tunc primo soluta est, quandoquidem ipso in orto capto omnes fugerunt eo relicto. Tunc. n. fugit Petrus, cum tñ prius promisisset illi fidelē societatē, dicēs, Etsi oportuerit me mori tecum non &c. Matt. 26. Similiter tunc eum reliquit Thomas, cū tamē prius dixisset. Eamus & nos & moriamur cum illo Ioan. 11. Item tunc fugit Ioānes, qui tamen in cœna in signum magnæ charitatis & fidelitatis recubuerat super pectus eius, & cui soli proditorem reuelauerat. Ioā. 21. Itē tunc fugit Philippus, qui dixerat prius Christo, Dñe ostēde nobis patrē, & sufficit nobis, Joan. 14. Similiter & cæteri fugerunt non tam corpore, quàm spiritu, & corde, ut innuitur in præsenti euangelio, in quo legitur passio Domini secundum Lucam.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Esa. 53.]Scribitur extra de solutionibus. cap.

Odoar-

Odoardus, ꝙ debitor excõicatus debet absolui si non potest pro tunc soluere, præstita tamen cautione, ꝙ soluet cum poterit. Casus est talis. Aliquis mercator Ebroyc conuenit cum quodam alio mercatore Rothomagensi de aliqua mercantia sub certo precio soluendo ad præfixum tp̄s. Expirat tempus, nec debitor soluit. Quo viso creditor compellit eum per censuras Ecclesiæ ad soluendum. Ille autem allegat suam impossibilitatē. Quid iuris in hoc facto? Nonne excõicatio currit contra talem? ita vt etiam adueniente sacro die Paschæ debeat priuari beneficio absolutionis, perceptione sacramenti altaris? Certe ad hunc casum sufficienter respondet Greg. IX. in prædicta decr. dicens, quòd talis debitor debet absolui si non potest pro tunc soluere, præstita tamen cautione, ꝙ soluet cum poterit.

Moraliter. Quilibet existens in peccato mortali est excommunicatus apud Deum, ut patet 24.q.3. certū. Et istud intellige quo ad Ecclesiam triumphantē. Nā sicut excommunicatus in foro exteriori est separatus à consortio Christi fidelium, ita etiam quilibet existens in mortali peccato est separatus secundum præsentem iustitiam à consortio beatorum, & ab ingressu Ecclesiæ triumphantis. Quale igitur remediū? Nunquid talis necessario damnabitur? Nunquid possibile est eum saluum fieri? Certe ita: dummodo præstet cautionem, ꝙ soluet cùm poterit, i. dummodo proponat satisfacere tempore oportuno, dolendo tamen de contractu inito cum diabolo, & de hoc tēpore debito confitendo. Et hoc est præstare cautionem, i. se obligare ad faciendū debitum suum. Vel peccatorem præstare cautionem est rogare sanctos Dei amicos, ut pro eo intercedant apud dominum, quasi causam ipsius gerētes. Et ad hunc sensum potest intelligi illud Iob 5. Ad aliquem sanctorum conuertere.

Aliter possumus exponere prædictam decretalem de primo parente, qui per culpam suam erat excõmunicatus, unà cum tota posteritate sua. Vnde etiā erat

priuatus ingressu Eccelesiæ triumphantis. Nec certe poterat per se satisfacere. Propter quod pręstitit cautionem siue respōdentem. s. Christum, qui soluit debitū pro toto humano genere. Et hoc est quod ait Psal. Mutuabitur peccator, & nō soluet, iustus aūt miseretur. s. Christus, & retribuet. Item alibi. Dńs retribuetur pro me, scilicet soluendo pretiū redēptionis animæ meæ moriendo in cruce. Ecce igitur charissimi, quātum nobis profuit mors & passio Christi. Quod considerās sapiēs, Eccl. 19 quasi in spiritu prophetico loquēs, ait populo Christiano. Gratiā fideiussoris, s. Christi ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. Et hoc est quod Esaias in præsenti epistola prophetat, dicens, Verè languores nostros ipse tulit, & dolores &c.

Sed quia dicta passio particulariter tractanda est feria sexta sequenti, ideo illam pro præsenti pertranseūtes, in hoc sermone tantum de duobus principaliter tractabimus.

Primo quidem de misterio tenebrarum.

Secundo verò de dolore Christi patientis:

Primo igitur uidendum est de mysterio officij tenebrarum, quæ istis diebus ter solent decantari in Ecclesia. Et ideo pro elucidatione dicti mysterij mouenda sunt aliqua dubia.

Primum igitur dubium est. Quare istis tribus diebus decantantur tenebræ per vniuersalem ecclesiam? Ad quod respondetur, quòd propter honorem & reuerentiam pretiosissimæ mortis Christi, qui tribus diebus (tamen per synecdochen) iacuit in sepulchro, spatio scilicet quadraginta horarum. secundum August. In huiusmodi ergo tenebris quodammodo celebramus exequias Saluatoris nostri Christi, præuenientes tamen diem mortis suæ per unam diem, uidelicet per feriam quintam. Nam tenebræ, quæ cantantur circa vesperam ferię quartæ, pertinent ad dictam feriam quintam. Da exemplum de matutinis, quæ in præcipuis festiuitatibus in æstate solēt serò decātari, quæ tamen pertinent ad solennitatem diei sequentis.

Præ-

Præuenimus ergo diem mortis Christi per unā diem, propter reuerentiam suæ iocundissimæ resurrectionis, in qua non est lugendum, sed potius in domino exultandum. Quæ etsi celebretur tertio die à morte ipsius Christi, nihilominus eam quodammodo præueni mus in Vesperis, quæ sub die sabbati celebrantur cū lætitia. Debemus ergo cum matre nostra Ecclesia lugere istis tribus diebus mortem Domini nostri Iesu Christi. Ad quod etiam faciendum nos hortantur bruta suo modo. Dicit enim Plinius in naturali historia lib. 8. cap. 42. quod intitulatur de natura equorum, ꝙ equi amissos lugent dominos suos, lachrymasque interdum eorum desiderio fundunt. Vnde ibi refert de equo regis Nichomedis, qui interfecto sessore suo rege in prælio, inedia vitam finiuit. Vidi etiam Parisius equum Caroli VIII. Francorum Regis, supra quem ascendere consueuerat cum præliandum erat, sequentem cadauer dicti Regis cum deferretur de Ambasia ad ædem diui Dionysij, vbi sunt sepulchra Regum Franciæ. Qui quidem equus induebatur lamentabili panno, tantoque dolore repletus uidebatur, ut plerosque suo gestu & gressu ad fletum prouocaret. Dicit etiam idem Plinius in naturali historia lib. 3 cap. 40. quòd canes solent naturaliter deflere mortem dominorū suorum. Et ibi adducit exemplum de cane Iasonis Lycij, qui magistro suo interempto noluit cibum capere, sed dolore & inedia interiit. Refert similiter dominns Antonius Florentinus in chronica sua, parte tertia, titulo vigesimotertio, capite septimo § 11. quòd cum beatus Thomas de Aquino diem clausisset extremum, apud monasteriū Fossæ nouæ Cisterciens. ordinis, & celebrarentur eius exequiæ, mulus cui īsederat, fracto funiculo, quo ligatus erat in stabulo, venit ante feretrum, & continuo mortuus cecidit. Mirum est ergo, & ualde reprehēsibile, ꝙ bruta lugeant suo modo mortem dominorum suorum ac magistrorum, & Christianis, istis deuotis & pijs diebus nō defleant cum matre sua Ecclesia mortē

Christi Saluatoris, maxime cũ illa suo modo fleuerunt creaturæ insensibiles, utpote sol radios suos retrahendo, & quasi nigro se induendo in signum luctus. Item terra tremendo, & huiusmodi. Item ualde reprehensibile est, ꝙ fermè omnes defleant mortes parentum suorum, & amicorum, & non defleant mortem sui patri cœlestis. O pauperes Christiani estis uos duriores Aegyptijs, qui fleuerunt mortẽ Iacob 70. diebus? Gen. ult. Aut similiter filijs Israel, qui fleuerunt mortem Aaron 20. diebus, Num. 2?. Item mortem Moysi 30. diebus? Deut. 34 Vel etiã Machabæis, qui fleuerũt mortem Iudæ Machabæi fletu magno & diebus multis, vt patet 1. Mach. 9. Videte quantum præcellat in dignitate piissimus Christus prædictos uiros, super quorum morte tantum lamentum deductum est. Videte quantã vtilitatẽ uobis morte sua attulit Animaduertite, quòd estis causa suæ mortis; quia propter vos redimendo solum passus est. Nunquid ergo merito debemus omnes lamentum grauissimum assumere? Ploremus igitur charissimi, coram domino, qui fecit nos & refecit, q͂a ipse est dominus Deus noster. Ad quod etiam faciendum nos admonet scriptura, Eccl. 2?. dicẽs, Super mortuum, sup. Christum plora defecit enim lux eius, id est uita corporalis & humana ipsius.

Secundum dubium est. Quid significant lamentationes, quæ tàm piè & deuotè decantari solent à pueris in tribus primis lectionib. per singulas tenebras huius hebdomadæ? R͂ndeo, significant triplicem planctum & compassionem, uidelicet super desolatione ciuitatis Hierusalẽ. Super afflictione peccatricis animæ. Et super tribulatione militantis ecclesiæ. Primus sensus est literalis, Secundus moralis. Tertius allegoricalis.

Primo igitur literalis in prædictis lectionibus, quæ sumptæ sunt ex threnis Hieremiæ prophetæ, reducitur ad memoriã plãctus grauis, quẽ faciebat ipse Hieremias super desolatione, & depopulatione ciuitatis Hierusalẽ, quã passa est sub rege Babyloniæ tp͂e ipsius Hieremiæ. Similiter lamentabatur illã desolationem

& capti-

& captiuitatem, quam passura erat ipsa Hierusalem post passionem domini per Titum,& Vespasianum,& hoc in vindictam & ultionem mortis Christi,quæ omnia præuidebat in spiritu prophetico ipse Hieremias. Specialiter aũt lamentabatur super malis,quæ tempore suo iam videbat accidisse dictæ ciuitati, quæ fuerunt Desertio,Spoliatio,Captiuatio.

Primo igitur lamentabatur desertionem ciuitatis Hierusalē.Cum.n.considerabat gloriā præcedentē ipsius ciuitatis,vtpote quàm populosa olim fuisset, q̃ diues, quàm appreciata & æstimata ēt ab exteris nationibus,tunc aũt temporis erat deserta, & quasi absque habitatore:itē multipliciter depredata, & nullius æstimationis habita,sed potius in opprobriũ in oculis omnium habita, lamentabatur ipse Hieremias, dicens: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi uidua domina gentium? Thre.1. Quasi diceret, Heu domine Deus, qũo Hierusalem olim populosa ciuitas,& inter hostes gloriosa, uidelicet tēpore Dauid, & Salomonis, nunc sedet despecta & contemptui habita ab omnibus, atq; inter hostes humiliata, & ignominia plena,cum tamen prius esset domina gentium, quas.s. ante subiugauerat sibi,& in parte subuerterat. Sed quid est, ꝙ Hieremias uocat eam quasi uiduam? Respondeo, quia destituta erat auxilio Dei,& sanctorum angelorum. Vel quia tunc temporis destituta erat Regibus,desolata siue orbata Sacerdotibus, templo prophanata,& vasorum gloria annihilata.Nam ut legitur 4.Reg.25.& similiter Hiere. 39. Nabuzardam princeps exercitus Nabuchodonosor Regis Babylonis venit cum magno exercitu in Hierusalem, & fecit ibi infinita mala. Nam domum dñi combussit igni,similiter domũ regis,ac cæteras insignes domos dictæ ciuitatis.Insuper destruxit muros illius.Prçterea oẽs viros nobiles,potentes,atq; diuites quos in ea reperit trãstulit in Babyloniã ad regē Nabuchodonosor.Nec ĩ ea reliqt nisi pauperes uinitores & agricolas. Ecce primũ ꝑꝑ quòd lamentabatur Hieromias super Hierusalem.

Secuudo

Secundo lamentabatur eius spoliatione. Nam dictus Nabuzardam vt legitur vbi supra, spoliauit templum vasis suis, tã aureis, q̃ argenteis & cupreis. Et breuiter abstulit quicquid preciosi erat tam in tẽplo, q̃ in ciuitate, ac populo, & totũ transtulit in Babylonem ad magistrum suum regẽ Nabuchodonosor. Hanc itaq; spoliationem lamentabatur Hieremias, di. Manum suam misit hostis, supple ciuitatis Hierusalem Nabuzardam ad omnia desiderabilia eius.

Tertio lamentabatur eiusdem ciuitatis captiuationẽ & subiugationem, dicens. Princeps prouinciarũ facta est sub tributo Et est sensus. Hierusalem, quæ olim prouincijs alijs principabatur, & quasi tributarias sibi fecerat, præsertim tempore prædictorum regũ, videlicet Dauid & Salomonis, tandẽ facta est sub tributo, i. tributaria regi Babylonis. Et iõ propter p̃dictã captiuitatem ipsa Hierusalem quo ad habitatores illius plorans plorauit in nocte, idest in tempore prædictæ tribulationis, & lachrymæ eius in maxillis eius. Non ergo ficte, sed veraciter plorauit. Et quod accreuit doloribus eius, non est qui consoletur eã ex omnibus charis eius. Quinimmo omnes amici eius, i. qui simulabant esse amici eius spreuerunt eam, & q͏̃ deterius est facti sunt ei inimici. Nam secundum magistrum Nicolaum de Lyra, populi prius iudæis confederati, vt Aegyptij & Sirii eos reliquerunt in necessitate sua maxima & quod deterius erat, fauerunt & se coniunxerũt Caldeis aduersarijs gentis Iudęorum. Patet ergo triplex ratio lamentationis Hieremiæ Prophetæ. Et hoc importat hoc nomen Threni in plurali numero, quod idem valet latinè sic lamentationes.

Secundo moraliter lamentationes quæ continetur in prædictis lectionibus tenebrarũ, possunt transferri ad peccatricẽ animã, q̃ reuera lamentanda est propter tria prædicta spiritualiter intellecta, propter quæ literaliter lamentabatur Hieremias ciuitatem Hierusalẽ.

Primo igitur lamẽtãda est peccatrix anima propter illius desertionẽ. Nã sicut Hierusalẽ deserta est materialiter

rialiter, vt dictum est, ita & peccatrix anima deseritur à Deo, à tota curia cœlesti, & quodãmodo ab ecclesiæ militante. Sicut. n. iustus particeps est omniũ timẽtiũ dñm, ita & peccator priuatur tali participatione. In cuius figurã legitur Dan. 13 ꝙ Susanna volẽs se lauari ĩ orto emisit puellas à se, & sola ibi mansit pręter duos senes absconditos, per quos intelliguntur dæmones q̃ in occultis insidiantur peccatrici animæ. Eccles. 4. Væ soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem.

Secundo est lamentãda propter illius spoliationẽ. Nam cũ primũ peccat, manũ suã mittit hostis ille antiquus ad oĩa desiderabilia eius. Aufert. n. ab ea omnia præcedentia merita, similiter gratiã, charitatem, ac cæteras virtutes. Similiter aufert ab ea ius quod prius habebat ad regnum cœleste. Ista sunt omnia desiderabilia animæ rationalis, quæ tollit ab ea diabolus. Et ideo bene scriptũ est Eccles. 9. Qui offenderit in vno, multa bona perdet.

Tertio lamentanda est propter illius captiuitatẽ, & subiugationẽ. Cum enim tempore quo fuit in gratia esset libera, peccando facta est captiua diaboli, iuxta illud 2. Petr. 2. A quo quis superatus est, eius seruus est. Item facta est captiua peccati. Io. 18. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Et quãto diutius manet in peccato, tanto fortius captiuatur & subiugatur ab eo, ita vt postmodũ valde difficile illi sit resilire ab eo. Ecce qũo princeps prouinciarũ, i. anima rationalis, q̃ merito deberet principari prouincijs, i. dæmonibus, efficitur illis tributaria ꝑ culpã. Patent ergo tria ꝑꝑ q̃ à iustis & bonis lamentanda est ex cõpassione peccatrix aĩa, & ad pœnitentiam inuitanda, dicẽdo cũ matre Ecclesia, Hierusalem, Hierusalẽ, id est, O peccatrix anima, o peccatrix anima conuertere ad dominum Deum tuum. Vnde threni dicuntur à threnato monte, vbi lamenta animarum quæ ibi puniuntur, sæpe audiri dicuntur, vt habetur in Rationali diuinorũ officiorum, vel dicũtur threni, eo ꝙ semper tres versus sequuntur post quamlibet literam alphabeti hæbraici. Quod quidem alpha-

betum

betum per totum ordinem inseritur, & ponitur in dictis lamentationis descriptib. ab ipso Hieremia. Nam Aleph.apud eos est simplex elementũ, quod apud nos dicitur a.Et Beth b. Et Gymel c. Et Deleth d.& sic de alijs literis alphabeticis. Vel fortè trãslatores apposuerunt dictas literas hebraicas in capite cuiuslibet primi versus inter tres, ad denotandum secundum Hieronymum in procœmio super libros Regum, ꝙ versus, quibus dictæ literæ anteponuntur in dictis lamentationibus, incipiunt in hebræo ab eisdẽ literis. Fallũtur ergo simplices & minus docti viri, qui æstimãt Aleph, Beth, & huiusmodi, esse dictiones hebræas, & significatiuas, cum tamen sint tantum simplicia elementa, seu literæ, vt dictum est.

Tertio allegoricè prędictas lamentationes ciuitatis Hierusalem possumus transferre ad lamentationes Ecclesiæ militantis, quæ à suis filijs, i. deuotis catholicis est lamentanda propter tria prædicta.

Primo quidẽ propter desertionem. Est.n. hodie pia mater ecclesia militans multũ deserta, vtpote paucos admodum habens habitatores. Paucos quidẽ meritò, quãuis multos & penè infinitos noĩe. vnde ĩ decretis d.40.multi.dicitur, ꝙ multi sunt sacerdotes, & pauci sunt sacerdotes. Multi in nomine, & pauci in opere.idẽ dic de religiosis. Item de prælatis. Similiter de iudicibus & aduocatis, de mercatoribus & cæteris statibus. Propterea de hac Hierusalẽ possumus dicere illud Eccle. 19. Ciuitas parua, & pauci in ea viri. Adde, & paucę in ea mulieres, supple bonæ. Hanc itaq; desertionẽ ecclesiæ Christi præuidens in spiritu prophetico Hieremias, dicebat cũ lamẽto. Heu quomodo sedet sola ciuitas plena populo, i. quomodo imminuta est Ecclesia in veris Christianis, deuotis clericis, sinceris religiosis, & huiusmodi, quibus olim plena erat & abũdabat. Sequitur. Facta est quasi vidua domina gentiũ. Nã ecclesia moderna, quæ hic dicitur domina gentiũ, eo ꝙ primitus de gentibus ad fidem conuersis cõgregata sit, hodie quasi vbique, & fermè in oĩ statu videtur vidua, &

hoc

hoc propter absentiam sponsorum suorum,i.prælatorum,qui raro faciunt realem & personalem residentiã in ecclesijs sibi commissis. Sicut proh dolor videre est de multis episcopis,& abbatibus,curatis,& prioribus. Nam multi talium potius eligunt habitare in curijs principum,aut in magnis ciuitatibus,siue in locis electis & exquisitis,quàm cum ouibus suis . Cum tamen dicatur Luc.2.ꝙ angelus domini inuenit pastores custodientes vigilias noctis supra gregem suum .

Secundo propter ipsius captiuitatem & miserabilem subiugationem . Nam cum ipsa ecclesia deberet esse princeps prouinciarum,& imperare regibus atq; principibus,efficitur hodie eis quodammodo subiecta , & tributaria.Sicut patet de principibus, qui volunt ponere in ecclesia Christi ad nutũ prælatos, vtpote episcopos,abbates, & similes, & hoc contra communem dispositionem iuris . Quo fit,vt videamus plerosque prælatos absque literis, & magis aptos ad militiam secularem,quàm ad dignitatem pastoralem.Narratur de Ludouico XI.Francorum rege , ꝙ cum interrogasset episcopum Carnotẽsem virum annosum & literis probatum,cur moderni episcopi non facerent miracula sicut prædecessores sui,fertur illi respondisse, Christianissime rex quandiu Spiritussanctus posuit episcopos in Ecclesia,tunc illi miracula fecerunt, eo ꝙ non nisi idoneos ad hoc eligebat.Vos autem , & vobis similes nunc ponitis episcopos, quos iudicatis idoneos , qui tamen coram Deo omnino inutiles sunt ecclesię, ideo miracula non faciunt.Quo audito , rex laudauit respõsum eius.Insuꝑ principes & officiales seculares volũt hodie facere principẽ prouinciarũ,i.ecclesiã tributariã,vtpote extorquendo decimas à clericis.Itẽ gabellas,& huiusmodi tributa.Cum tamen dicatur C.de sacros.eccl.l.placet.ꝙ ecclesiæ sunt immunes a tributis & vectigalibus,nisi forte ad refectionẽ pontiũ,aut viarum cõium , vt dicit.l.ad instructiones , vbi supra.

Tertio dictæ ciuitatis ecclesiæ militantis est lamẽtanda propter illius spoliationẽ. Hodie.n.armigeri & ciuiles

les personæ ingrediuntur præsbyteria, abbatias, priora tus, & similia loca, violenter rapientes, & prodigè dissipantes substantiã, & vitã ministrorũ ecclesiæ. Idem etiã iudicium est de illis militibus, siue officiarijs regis, qui violenter intrusum ponunt in possessioné beneficij ecclesiastici, siue sit episcopatus, siue abbatia, aut huiusmodi. Nonne tibi videtur, quòd in talibus casibus hostis mittit manũ suã ad omnia desiderabilia Ecclesię? Ecclesia ergo meritò lamentatur prædictas insolentias, piè conquerens ad dominum, dicens. Vide domine afflictioné meã, quoniã erectus est inimicus. Vidi.n. gentes ingressas sanctuarium tuum, de quibus pceperas ne intrarent in Ecclesiam tuã. Thre 1. Ex prędictis ergo patet, quare legitur istis diebus de Threnis idest de lamentationibus Hieremiæ, & similiter quid significent.

Tertium dubium est. Quare in fine tenebrarum cantamus Kyrie eleison, & hoc extinctis Ecclesiæ luminaribus, præter lucernam absconditam. Respondeo. ad repræsentandum gemitum Sanctorum patrum in limbo (qui est locus obscurus) existentium ante Christi passionem, pariter & desiderantium, atque expectantium descensum Christi illic. Vnde Kyrie eleison sunt dictiones hebraicæ secundum Catholicon, quæ idem valent, sicut domine miserere, latinè, ita quòd Kyrie, idem est quòd domine, & eleison, miserere, quasi domine miserere. Et similiter Christe eleison sunt duæ dictiones, prima græca, scilicet Christe, altera hebraica, videlicet eleison, quasi Christe miserere. In fine ergo tenebrarum cantamus lugubri voce Kyrie eleison, Christe eleison, domine miserere, quorum primum est hebraicum, secundum partim græcum, partim hæbraicum, tertium autem latinum, ad insinuandum, φ tã hebræi, q̃ græci, & latini hodie & semper debent clamare ad Deũ patrem, & dicere illi. Domine miserere, supple nobis, quia supple Christus dominus factus est obediens, obediẽs supple tibi vsq; ad mortẽ, mortẽ autem crucis, & hoc totum propter nostram salutem. Ergo

go dñe miserere,& si non propter nos,saltē propter re uerentiam, humilitatem , & passionē, seu mortē vnigeniti filij tui. Item omnes debent similiter clamare,& dicere Christo. Christe eleyson,i. Christe,qui es unctus oleo misericordię carnem assumendo, miserere nobis, sup. & propter reuerentiam & meritum tuæ sanctissimæ passionis dimitte nobis debita nostra,gratiam tuā largire nobis poscentibus,& tandem cœlestem gloriā. Nam nullum aliud nomen nobis datum est sub cœlo, in quo oporteat saluos fieri credentes , quàm nomen tuum,quod est super omne nomen. Nunc ergo charissimi clamemus in cœlum , non tam ore, quàm corde, dicentes ad Christum , per passionem & crucem tuam libera nos domine. Quod si fecerimus, indubiè miserebitur nostri Deus noster , quoniam ipse diues est in misericordia omnibus inuocantibus eum , vt habetur Roma.10.& Eph.2. Patet ergo solutio ad tria prædicta dubia.

Secundo principaliter in præsenti sermone tractandum est de dolore Christi patiētis in cruce pro nobis, de quo etiam tractatur in euangelio hodierno, in quo legitur passio secūdū Lucā. Et similiter in epistola, in qua introducuntur verba Esaiæ prophetę loquentis de huiusmodi dolore. Et quamuis multa de hoc scripserimus in magno Rosario nostro sub quinque sermonibus, adhuc tamen iuxta materiam subiectam de hoc nobis loquendum est.

Quæritur ergo vtrum dolor passionis Christi fuerit maximus. Istam quæstionem mouet & facit B. Th. tertia parte. q.46. Ad quam respondet per distinctionem, dicēs,ꝙ in Christo fuit duplex dolor, videlicet īterior & exterior : interior quidem qui in eo causabatur ex vehementi apprehensione mortis imminentis , & sub ratione nociui. Et talis dolor erat spiritalis in Christo, qui proprie vocabatur tristitia.

Exterior etiā dolor qui causatur ex aliquo nociuo corporali & exteriori, fuit in Christo nulli dubiū : loquendo ergo de vtroq; dolore tam inferiori, quàm ex

teriori tam spirituali quàm corporali, dicit idem doctor, ꝙ vterque fuit in Christo maximus, & hoc respectu dolorum vitæ præsentis. Nam vt dicit idem doctor ibidē in sol. ad tertium, dolor damnatorū, aut in purgatorio existentium, est multo maior, & grauior dolore Christi patientis in cruce. Quis ergo prędictus duplex Christi dolor fuerit maximus ad sensum prædictum, possumus ostendere propter tres rationes, siue propter tria.

Primo quidem propter eminentiā patientis. Constat. n. ꝙ quanto persona quæ iniuriā patitur, est eminentior, siue in dignitate, siue in generis nobilitate, tāto huiusmodi iniuria est illi grauior ad tolerandū. Sic est aūt, ꝙ Christus erat maximæ & eminentissimæ dignitatis, vtpote summus Pont. futurorū bonorū. Itē erat sacerdos secūdū ordinē Melchisedech. Itē erat eximius propheta, quinimmo doctor prophetarū. Similiter quo ad generis nobilitatē ex parte diuinitatis erat vnigenitus, verus, & naturalis Dei patris filius. Itē erat, & adhuc est, & sp̄ erit rex regū, & dn̄s dominātiū, vtpote cuius imperiū in æternū permanet, & qui dominatur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarū. Cui etiā data est à patre potestas in cœlo & in terra, & qui facit quæcunq; vult in cęlo & ī terra, in mari & in oībus abyssis. Ex parte vero humanitatis descēderat p̄ beatā Virg. de altissimo genere regū ac principū, vt patet in eius genealogia. Matt. 1. Ecce qualis & quantus fuit ille q̄ pro nobis miseris peccatoribus est passus. Vnde de eius eminētia loquēs deuotus Ber. in quodam ser. dicit sic. Caput angelicis tremendū spiritibus densitate spinarū pūgitur. Facies pulchra præ filijs hominū, sputis Iudæorū deturpatur. Oculi lucidiores sole caligant in morte. Aures audientes angelorū cantus, audiunt peccatorū insultus. Os quod docet angelos, felle & aceto potatur. Pedes quorū scabellū adoratur, cruci clauis affiguntur. Manus q̄ formauerunt cęlos in cruce extenduntur, & clauis perforantur. Hæc ille. Sensus tn̄ vltimi dicti est, ꝙ est ille qui

qui nunc habet manus, olim cœlos creauit & formauit, Gen. 1. In principio Deus creauit cœlum &c.

Secundo propter innocentiam morientis. Nã quanto quis innocentius, iustius, & purius viuit, tanto debet esse longius ab iniuria, & ab omni dolore & nocumento. Quis si tali inferatur aliqua iniuria verbalis, seu verbalis & realis, tãto est illi grauior ad ferendũ, dicente poeta Ouidio. Quæ venit indigne pœna dolẽda venit. Sic est autem quod Christus erat innocentissimus. Igitur &c. Quod aũt fuerit innocentissimus, probatur testimonio amicorũ eius, pariter & inimicorũ. Et de amicis quidem tantum ad præsens triplex adducemus testimonium fidelissimum. Primum est regij ꝓphetæ Dauid dicentis in ps. de illo. Queretur, inquit, peccatum illius, & nõ inuenietur. Et alibi. Oẽs, inquit declinauerunt, simul inutiles facti sunt, nõ est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum. vbi gl. interl. Non est qui faciat bonum absque vno, s. Christo. Secundum est Esaiæ eximiè prophetatum 53. dicentis de eo. Iniquitatem nõ fecit neque dolus fuit in ore eius. Tertiũ est apost. principis Petri, qui prædicta verba Esaiæ repetens in sua prima cano. 2. c. dicit sic, peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Sed quia quis posset dicere, ꝙ testimoniũ amicorũ, & maxime domesticorũ inualidum est, & repellitur in iure, vt patet C. de testib. l. etiam. ideo recurramus & requiramus testimonium ab inimicis Christi de eodem, & certè inueniemus triplex. Primũ est testimoniũ proditoris Iudæ restituẽtis 30. denarios, & dicentis ad Iudæos. Peccaui tradẽs sang. iustũ. Matt. 27. Secundum est Pilati dicẽtis principibus sacerdotũ, & magistratibus populi. Obtulistis mihi hoĩem hunc quasi auertentẽ populum, & ecce corã vobis interrogans, nullam causam inuenio in eo ex his in quibus eum accusatis, Luc. 23. Item Matt. 27. dicitur, ꝙ ipse Pilatus accepta aqua in peluim, lauit manus suas corã populo, dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Tertiũ testimoniũ est vxoris eiusdẽ Pilati, quæ ad eũ scripsit, dicens: Nihil

tibi & iusto illi, Multa. n. passa sum &c. Mat. 27. Ecce quõ ex omni parte relucet Christi vera innocentia. Ex quo patet quàm grauissimè peccauit Iudas eum tradẽdo: Iudæi mortem eius procurando: Pilatus eum iudicando, & ministri eius ipsum Christum crucifigendo.

Tertio dictus dolor Christi, & præsertim corporalis & exterior fuit maximus propter teneritudinẽ cõplexionis. Quanto. n. cõplexio alicuius hoĩs est tenerior, tanto dolor illatus est ad sufferendũ grauior, sicut patet in sanguineis, & similiter in paruuli, qui ad modicũ tactũ virgæ clamant, & de facili sanguinẽ emittũt. Itẽ videmus delicatas manus statim ad modicũ tactũ vrticarũ, aut spinarũ lædi, vbi tñ rustici manibus eas contrectantes, & colligentes non læduntur. Sic est aũt, ꝙ Christus ex parte corporis fuit delicatissimæ & tenerissimæ cõplexionis, vtpote opus singulare existens illius peritissimi opificis Spiritussancti. Quæ aũt à natura fiunt, nunquàm æquiparari possunt his, q̃ à solo Deo fiunt, cuius solius perfecta sunt opera. Vnde nunq̃ hõ melius, aut delicatius vinũ bibit, q̃ fuerit illud, quod Christus miraculose fecit in nuptijs, Io. 2. Nec similiter aliq̃s tã delicatos panes comedit, quales fuerũt illi, quos Christus multiplicauit, Io. 6. Idẽ dic de lumine restituto cœco nato, Ioã 9. & sic de alijs Christi operibus. Insuꝑ cõsiderãda sunt mẽbra & loca, ĩ quibus passus est Christus. Nã passus est in illis membris, q̃ maxime sunt susceptiua doloris, & hoc rõne neruorũ ibi cõgregatorũ & vnitorũ, vt sunt pedes & manus. Præterea aliud erat, ꝙ dictũ dolorẽ aggrauabat, videlicet põdus sui corporis pẽdẽtis in cruce absque sustentaculo. Itẽ diuturnitas pęnę, fætor cadauerũ illic suspẽsorũ, ardor solis quẽ directè ad faciẽ habebat, & multa his similia, q̃ oĩa & singula augebãt dolorẽ ipsius Xp̃i patiẽtis, & in cruce ꝓ nobis moriẽtis. Ecce quare inter oẽs dolores huius vitę dolor Christi moriẽtis ĩ cruce fuit maximus. Ipsũ igitur deprecemur vt mors sua tã amara, sit ĩ nobis ablutiua scelerũ, collatiua gratiarũ, & tãdẽ ĩtroductiua ĩ regnũ cęlorum. Qđ nobis &c.

Fer. v.



Nte diem festũ Paschæ sciens Iesus, quia uenit ho. &c. Ioan. 13.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. de iurisdict. omn. iudic. l. more maiorum. dicit, ꝙ mos maiorum est seruandus. Casus est talis. Est aliquis de curia & familia regis, cui pro bono seruitio ipse rex donat & cõfert aliquod castrũ cũ pertinentiis. Quo facto, ille imposuit subditis illius castri noua uectigalia, q̃ subditi recusant soluere, dicentes, ꝙ uolunt stare in antiqua consuetudine sua. Si igitur res uentiletur in iudicio, quam sententiam daturus est Iudex peritus? profectò pronunciabit conformiter ad legem prædictam, tales subditos minime obligari ad soluendum hmõi vectigalia nouiter imposita, sed standum esse antiquæ consuetudini, quia vt habetur. C. de testamentis. l. testamẽta omnia Mos antiquus seruandus est. Cũ igitur rex eo tempore quo tenebat dictũ castrũ in manu sua, nõ exegerit à talibus subditis huiusmodi vectigalia, quæ exigit dictus nouus dominus, liquet apertè, ꝙ ad talia soluenda non potest ipsos subditos obligare.

Moraliter p̄dicta lex põt exponi dupliciter, scd̃m ꝙ duplex ẽ mos siue cõsuetudine, videlicet bona & malã.

Primo igitur loquẽdo d̄ mala cõsuetudine, siue talis sit ĩtroducta ꝑ lõgũ usũ, siue ꝑ humanũ statutũ, siue aliàs minime seruari dẽt: ita. n. scribitur ext. de p̄scr. c. vlt. qđ ĩcipit qm̃ oẽ. vbi dicitur, ꝙ cõsuetudo q̃ absq; pcõ seruari. nõ põt, ñ ualet. Ad hoc ẽt ꝓpositũ pñt adduci multæ authoritates, quas breuitatis gratia pertrã seo. Hic practica de multis malis consuetudinib. &c.

Secundo loquẽdo de bona cõsuetudine, tũc de illa habet uerũ lex prædicta, uidelicet, ꝙ mos maiorũ ẽ seruãdus, i. cõsuetudo ãtiquorũ, & scõrũ patrũ ẽ seruãda. Illi nẽpe nobis dati sunt ĩ exẽplũ bñ & religiose uiuẽdi. Nam vt dicit Señ. ad Lucil. epist. 9. Opus est aliquo

ad quem mores nostri se ipsos erigant. Nisi.n. ad regulam praua non corriges. Descendendo autem in particulari practica de quolibet statu, quomodo & qualiter mos maiorum seruandus sit vtpote de prælatis & clericis, de religiosis, de iudicibus & aduocatis. Singularius autem descendendo ad Christum practica quomodo hodie lauit pedes discipulorum suorum in hoc maxime se humilians. Hunc autem morem, & hanc cõsuetudinem vsque hodie obseruant reges & principes catholici lauantes & abluentes exemplo Christi pedes tredecim pauperũ. Similiter & prælati religionũ quo ad subditos suos. Ad quod etiã faciẽdum eos hortatur ipse Christus in præsenti euang. dicens aposto. suis. Si ergo laui pedes vestros dñs & magister, & vos debetis alter alterius lauare pe. Exẽplum.n. dedi vobis, vt quẽadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis &c.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Quicunque manducauerit panem & biberit calicem, &c. 1. Corinth. 11.] Scribitur extra de Iudæis. c. ita quorundã. quod excõmunicatus potest iterũ atq; iterum excõmunicari. Casus decretalis est talis. Sortes publicus mercator defert arma ad inimicos fidei Christianæ. Quod tamen est vetitum sub pœna excõmunicationis, eo scilicet, ꝙ per talem modum prędicti inimici efficiuntur fortiores aduersus Christianos. Quo non obstante, talis iterum atque iterum reuertitur illuc, eo quòd ibi bene facit factum suum. Quęritur si talis totiens incurrat excommunicationem, quotiens idem operatur. Respõdet ad hoc Alexander Tertius per prædictam decretalem, quòd sic, ita dicens, Pręcipimus vt per ecclesias maritimarum vrbium crebra & solennis in eos, qui supple talia operantur, excommunicatio proferatur. super quo dicit glo. duo. Primum est, ꝙ talis mercator ipso iure est excommunicatus. Secundum est, ꝙ excommunicatus potest iterum excõmunicari. Sunt.n. duo effectus excommunicationis. primus est eijciendi extra ecclesiam. Secundus est detinendi extra. Vnde ibi datur exemplum de ligato vno vinculo, qui

potest

potest iterum ligari. Et similiter qui est in vno peccato, potest aliud committere. Hæc ibi. Ad idē est, quod scribitur in maiori volu. 3. q. 4. Engeltrudam. vbi Papa Ioan. VII. scribit cuidam Episcopo de quadam regina, quæ dicebatur Engeltruda, dicens, Noueris Engeltrudam crebro, i. frequenter, non solum excōicatione, sed etiam anathemate percussam. De qua etiam habes 11. q. 3. excellentissimus.

Moraliter. Multi habituatis in malis dicunt, ꝙ aliquis ita bene dānatur pro vno mortali, sicut pro mille, ac si inæqualiter peccantes æqualiter punirentur quo ad Deum, quod est contra eius iustitiā. Nouerint ergo tales, ꝙ sicut semel excōicatus potest iterum pro alio casu excōicari & aggrauari, atque reaggrauàri, sicut in dies practicatur, ita etiam peccator multiplicando peccata aggrauat suam damnationem. Item sicut in cęlo præmia augentur conformiter ad merita, dicente Christo, Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt, sic etiam in inferno pro uarietate de meritorum est varietas pœnarum, dicente scriptura, Deut. 25. Pro mensura delicti erit & plagarum modus. Et Apocalip. decimooctauo. Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Ecce quomodo excōicatus potest iterum excōicari, id est peccator potest aggrauare suam dānationem: adeo ꝙ pro quolibet peccato nedum mortali, uerūetiā veniali quilibet damnatus recipiet specialē, & distinctam pœnam sensus, quæ etiā non minus cruciabitur eum q̃ si esset sola. Da exēplum de Christo, cuius quælibet flagellatio siue percussio etiam quantūcunq; modica causabat in eo specialem dolorem. O igitur miseri peccatores cogitate modicū apud uos ipsos quot, & quanta peccata tā mortalia, q̃ venialia cōmisistis, ex quo estis super terrā. Cogitate cōsequenter quot & quāta supplicia oportebit vos vna dierū sustinere ī inferno. Pœnitemini ergo in præsenti, submittētes vos bñficio absolutionis, ut sic euadere possitis tā multiplicia supplicia, quæ meruistis in præsenti. Quis

autem excōicatus possit aggrauari, id est peccator deterior fieri, & deteriora mereri supplicia, patet ex uerbis apostoli, dicentis epistola huius diei, ꝙ quicunque manducat & bibit indignè corpus & sanguinē Domini, iudicium sibi manducat & bibit, i. talis communicatio & sacramenti susceptio cedit sibi ad accumulationē damnationis suæ futuræ.

In præsenti ergo euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet, De perseuerante Christi dilectione in principio euangelij. De ipsius profunda humiliatione ibi. Et cœna facta &c. De eiusdem fructuosa instructione ibi. Postquam ergo lauit.

Primo igitur fit mentio &c. Pro quo notādū, sicut dicit euangelista Io. ꝙ ante diem festum Paschæ, i. luna quartadecima, in cuius vespera immolabatur agnus paschalis, & tunc incipiebat solēnitas paschalis, quæ colebatur luna quintadecima, sicut etiam apud nos solennitates incipiunt à uespera præcedentis diei: sciens Iesus, non quidem tunc primo, sed ab æterno, quia uenit hora eius, id est à se ordinata, ut transeat ex hoc mundo ad parrem, uidelicet per mortem crucis. Ecce igitur ueritas illius figuræ, ut dicit glos. interl. Nam Pascha illud legale præfigurabat transitum Christi ex hoc mundo ad patrem. Vnde & Pascha græcè transitus latinè interpretatur. Similiter transitus filiorum Israel de Aegypto, in cuius commemorationem festum paschæ celebrabant, figura fuit transitus prædicti Christi ex hoc mundo ad patrem, ut dictum est. Sequitur. Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, pro quibus etiam fuerat homo factus, in finē dilexit eos, uidelicet ꝓ ipsis efficaciter moriendo. Vel in finem dilexit eos, i. ad æternā beatitudinē, quæ est finis humanæ creaturę. Vel dic, ꝙ Chrstus in finem dilexit suos, i. Apostolos, multa signa dilectionis illis imminente mortis suæ tempore exhibendo, utpote cū eis comedendo & bibendo, corpus suū illis tradendo, pedes eorum lauando, sacerdotes eos faciendo, sermonem de dilectione ad eos habēdo, & huiusmodi. Ecce

quo-

quomodo in finem dilexit suos. Patet ergo ꝙ Christus dilexit communiter, quia suos. Non autem dilexit tantum istum vel illum, sed omnes. Item dilexit rationabiliter, quia qui erant in mundo: & ideo in magno periculo si non fuissent specialiter ab eo dilecti. Item perseueranter, quia in finem dilexit eos. Sic & nos debemus diligere proximos nostros illis tribus modis. Primo quidem communiter. Non enim satis est ad salutem diligere amicos, nisi etiam diligantur inimici, vt habetur Mat. 5. Secundo verò rationabiliter, quia debemus diligere eos, qui sunt in mundo, vtpote tanquã capaces gratiæ Dei & futuræ beatitudinis. Non autem debemus diligere eos, qui sunt iam extra mundum, vtpote damnatos, quia non sunt capaces prædictorum. Debemus tamen diligere existentes in purgatorio pro eis orando. Similiter & existentes in cœlo, eos venerãdo, & nos illis commendando. Tertio autem perseueranter, quia vsque in finem. Et istud est contra illos, qui diligunt alios ad tempus tantum, vt sunt illi, qui diligunt alios non propter se, nec propter Deum, sed propter sua tantum. Et tales dicuntur in sacra scriptura amici mensę, qui non permanent in tempore necessitatis, vt habetur Eccl. 6. Econtrario autem de bono amico dicitur Prouerb. 17. ꝙ omni tempore diligit, qui vere diligit.

Moraliter quia in præsenti euangelio fit mentio de paschate, ideo notandum, quòd sicut filij Israel fecerunt tria paschata, idest tres tansitus, videlicet de Aegypto in desertum, de loco in locum intra ipsum desertum se mouentes, & de deserto in terram promissionis, ita & nos spiritualiter debemus facere tria paschata, idest transitus.

Primũ igitur pascha quod facere debemus, est de vitio ad virtutem, de culpa ad gratiam, de tenebris ad lucem, de seruitute diaboli in libertatem gratiæ Christi. Totiens autẽ facimus tale pascha, quotiens transimus de culpa ad gratiã, & cum per pœnitentiam trãsimus, siue redimus ad Christum. Istud aũt pascha merito significatur

gnificatur per primũ transitu filiorũ Israel, qui fuit de Aegypto in desertum, quia sicut illi tunc transierunt per mare rubrum, ita & transeuntes de statu culpæ ad statũ gratiæ habent transire per mare rubrũ, idest per amarã contritioné, quæ operatur remissioné peccatorũ in virtute passionis Christi, Esa. 51. Posuerunt profundũ maris viam vt transeant liberati, supp. à iugo & seruitute diaboli & peccati. Videat ergo & consideret apud se quisquis istis sanctissimis diebus accedit ad sacramẽtum confessionis & altaris, si veraciter faciat talẽ transitũ in corde suo, quòd si non, væ illi. Melius.n.ei esset si nunquã natus fuisset, sicut de proditore Iuda ait dominus, Luc. 22. Quis sic caueat ne post talem transitum velit aliquando redire vnde exiuit, Deo propitio. Et ne assimiletur in culpa filijs Israel, quæ libenter redijssent in Aegyptũ post transitũ maris rubri.

Secundũ, Pascha quod debemus facere, est transire de virtute ad virtutẽ, & de bono in melius, & de remissione, & tepiditate spiritus in feruorẽ deuotionis. Hũc aũt transitum debemus omni tempore facere etiã vsque in senectam & seniũ. Quinimmo quanto plus senescimus, tanto plus debemus laborare ad talẽ transitũ faciendũ, vtpote plus solito vacantes orationi, eleemosynis & operibus pijs, ac si tunc primũ inciperemus bonã vitã, dicentes cũ Psal. Nunc cœpi. Vnde deuotus Bernar. in die purific. beatæ Virg. ser. 2. circa finẽ dicit sic Profectus noster in eo cõsistit, ut nũquã arbitremur nos ingentia apprehendisse, sed semper extẽdamur ad anteriora, & incessanter conemur in melius. Sic.n. agebat sanctus ille pater Arsenius, de quo legitur in vitis patrũ, quòd frequenter orando dicebat ad dominũ. Domine nõ me derelinquas, quia nihil boni feci corã te, sed præsta mihi secundũ magnã benignitẽ tuã, saltẽ modo habere bene viuendi principia.

Tertiũ, Pascha quod donet nobis dñs facere, & quod speramus, est transitus de hoc præsenti seculo nequã ad cœlestẽ gloriã. Et iste transitus significatur per tertiũ

tran-

transitū filiorum Israel, qui fuit de deserto in terram promissionis. Desertū præsentem mundum designat, terra vero promissionis gloriā illam cœlestem, quæ terra viuentium appellatur, eo scilicet quòd nullus ibi moritur. De qua etiam in psal. Credo videre bona domini in terra viuentium. Sed dicees forsan cum Paulo. Cupio dissolui & esse cum Christo, idest cupio facere prædictum transitum de hac misera vita ad cœlum, fortè tædio victus, calamitatum vitæ huius, nec tamen mihi datur à domino facere talem transitum. Audi ergo quid subdit vbi supra Psal. Expecta, inquit, dominum, supp. ad te venturum tanquam remuneratorem laborum tuorum in hora mortis tuæ, si modo perseueraueris vsque in finem. Et ideo interim non sis otiosus, sed viriliter age, videlicet bona opera; & ne fatigeris vel torpeas operando, sed confortetur cor tuum, scilicet contemplatione præmij, quæ diminuit vim flagelli. Quis si differatur huiusmodi præmium. sustine patienter dominum, qui pollicitus est præmiū æternū sustinentibus se, vel si interim ingruerint persecutiones, sustine per patientiæ virtutem dominum, qui eas mittit tibi ad vtilitatē tuā. Quicunque ergo optat facere hoc Pascha, id est transitū de hoc mundo ad cęlū habet primū transire de vitio ad virtutē, & consequenter de virtute in virtutē, secundum illud Psal. Ibunt de virtute in virtutē, & tunc finaliter videbitur Deus deorū in Sion, i. in cœlo. O felix qui facit primum Pascha, fœlicior qui secundum, sed fœlicissimus cui datur facere tertium. Faciamus ergo in præsenti duos primos transitus, vt tandem possimus in fine dierum nostrorum facere tertium.

Secundo principaliter in pręsenti euangelio fit mētio de Christi profunda humiliatione, quæ denotatur in pedū suorum apostolorū ablutione. Quam quidem ablutionē describens euāgelista Ioā. dicit, ꝙ cęna facta nō quidē totaliter, sed tantū quātū ad cōmestionē agni Paschalis. Quo cōmesto surrexit Christus à mensa, disponēs se ad lauandū pedes dictorū discipulorum

suorum,

ſuorũ, tñ antequã daret eis ſacramentũ ſui corporis, ad deſignandũ, ꝙ requiritur ſpiritualis lotio & mundicia ad ipſum digne recipiendum. Interſerit aũt euãgeliſta prauã intentionẽ Iudæ circa Xp̃m, di. Cum diabolus iam miſiſſet in cor Iudæ. gl. interl. ſuggerendo, vt traderet eũ Iudas, qui nõ credebat eum eſſe Deum, vt dicit eadem gl. Simonis Scariothis. ſup. filius. Hoc fortè addidit euangeliſta ad differentiam alterius Iudæ apoſtoli Chriſti, filij Alphæi & Mariæ Cleophæ.

Quęritur circa hunc textum. Vtrum diabolus ſit immiſſor malarum cogitationũ. Pro reſponſione notãdũ, ꝙ diabolũ eſſe immiſſorem malarum cogitationũ poteſt dupliciter intelligi. vno modo directè, alio modo indirectè. Si primo modo intelligatur, ſic dicendum, ꝙ diabolus nõ poteſt immitere malas cogitationes, videlicet interius voluntatẽ mouẽdo. Solus. n. Deus immittit ad cor hominis interius mouendo & agẽdo, iuxta illud Prouer. 21. Cor regis in manu &c. Oẽs tñ cogitationes & affectiones, quas immittit dñs prędicto modo, non niſi bonæ, ſanctæ, & iuſtæ ſunt. Si vero intelligatur diabolum immiſſorẽ eſſe malarum cogitationũ indirectè, & ex conſequenti ſic hoc habet verũ. Ipſe. n. exterius ſuggerit, & vim imaginatiuã mouet, ſiue dormiendo, ſiue vigilando, in ea aliquas ſpecies ſenſibiles cauſando, ex quibus apprehenſis, mouetur voluntas hominis ad aliquid appetendum. Cũ. n. dicta vis imaginatiua ſit corporalis, poteſt de facili, Deo permittẽte, à diabolo moueri, ſicut & quęlibet alia res corporalis. Et ad hunc ſenſum intelligitur illud verbum Pſ. Immiſſionem per angelos malos. Hęc. n. ſunt de mente B. Th. 1.2.q.114.ar.2. in ſol ad tertium. Confirmatur per Iſid. de ſummo bo. li. 3, cap. 5. dicentem, ꝙ diabolus non eſt immiſſor vitiorum, ſed potius incentor. Patet ad quæſitum.

Sequitur in textu. Surgit, ſup. Chriſtus à cęna, & ponit, i. deponit veſtimenta ſua &c. In illo textu deſcribitur myſteriũ maximæ humilitatis à Chriſto geſtum, de quo quinque dicuntur per ordinem. Primum eſt, ꝙ

Chriſtus

Christus surrexit à cœna. Secundum, q depofuit vesti menta sua. Tertiũ, q præcinxit se linthea. Quartũ, q aquam misit in peluim. Quintum, q lauit pedes discipulorum suorum, incipiens quidem a Petro secundũ August. super Io. tract. 56. Chrysost. tamen super Io. homil. 96. dicit sic. Mihi uidetur Christum primum proditoris lauasse pedes. Inde venisse ad Petrũ. Sed, vt ex verbis suis patet, opinatione & non assertiuè locutus est. Et nota, q cor Iudæ valde obstinatũ erat, & durũ quasi lapis, qđ etiã emollire non potuit Christi ingẽs charitas, nec profundissima humilitas, quæ duo ille ostendit ipse Christus in dicta fœdorum pedum suorum gratiosissima mundatione & lotione. Fuit ergo Iudas mundatus exterius, sed non interius, quinimmo in eum iam intrauerat Sathanas. Hunc autem sceleratissimum virum imitãtur multi Christiani, qui in istis sanctissimis diebus lauantur exterius iudicio ecclesiæ & hominum, vtpote à peccatis, ad tempus desistendo, & peccata sua confitendo, sed non interius corde conterendo, & propositum melioris vitæ in se habendo, quia reuera neutrum horum habent. Ideo sequentur Iudam in pœna in alio seculo, quẽ imitantur in p̃senti in culpa. Quod autẽ dicta lotio interior sit ad salutẽ necessaria, patet ex verbis Christi. Nã cũ illi dixisset Petrus ex humilitate. [Dñe non lauabis mihi pedes in æternũ] continuò ait illi. Petre si nõ lauero te, non habebis partẽ mecum. Vbi per lotionẽ pedum intelligitur lotio affectionũ, & desideriorum aĩæ. O vtinã pijssimus Deus dignetur in hac ĩstãti solẽnitate nostros interiores lauare pedes, vt simus totaliter mũdi.

Moraliter. Notandũ, q sicut Christus fecit quinq; prædicta priusquã institueret sacramẽtũ altaris, secundum de Lyra, & per consequens priusquam communicaret suos discipulos, sic etiam spiritualiter debemus illa quinque obseruare, antequam ad mensam altaris accedamus, si velimus esse veri Christi imitatores. Primo nempe debemus surgere à cœna, relinquendo actu & affectu priora peccata.

Vnde

Vnde nos ad hoc hortatur Apost 1.Corinth.5.di.Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua cōspersio &c. In cuius etiam figuram legitur Exo. 16. ꝙ filij Israel non receperunt manna, quod præfigurabat sacramentum altaris, quandiu habuerunt de farina Aegypti, per quam designatur mortalis culpa.vel dic, ꝙ surgere à cœna, est relinquere prauam societatem. Quod permaxime facere debent volentes dignè cōmunicare.Hic loquere contra concubinarios &c.Secundò debemus deponere vestimenta nostra, idest veterem hominem cum actibus suis,vt nos admonet Apost.Ephe. 4.Vetus autem homo est praua consuetudo quæ adhæret & adiacet interiori homini,sicut vestis corpori. Zach.3.Auferte ab eo vestimenta sordida, id est inueteratas iniquitates,& peruersas consuetudines, & induite illum mutatorijs,id est virtutibus & gratijs.Tertio debemus præcingere nos lintheo, per quod designatur castitas & abstinentia ab actu carnali, etiam infra limites matrimonij, quæ requiritur ad debitè communicandum,Iohel 2.Egrediatur sponsus de cubili suo,& sponsa de thalamo suo. Vnde in huius figura dixit Achimelech sacerdos ad regē Dauid de panibus propositionis,ꝙ qui mundi erant a mulieribus,& continuerant ab eis heri & nudiustertius, mādicarēt ex eis.1.Reg.21. Si ergo mundi à mulieribus heri & nudiustertius esse debebant,qui manducaturi erant panes propositionis,i.panes dn̄o dedicatos,quanto magis debent lintheo castitatis præcingere lumbos suos, qui ꝑcepturi sunt panē illū Angelicū,i. Christi veracissimū corpus?Quarto debemus mittere aquā in peluim per feruentem cordis contritionē, & lachrymarū inundantiam. Thren. 2. Effunde sicut aquam cor tuum.Et Hiere.4.Laua à malitia cor tuum.Quinto debemus lauare pedes nostros, i. affectiones mundanas & nociuas,nos ab illis retrahēdo,& præsertim in istis deuotissimis diebus vacantes recollectioni, deuotioni,& contemplationi.

Tertio principaliter in pręsenti euangelio fit mētio

de fru-

de fructuosa instructione. Nā postquam lauit pedes discipulorum suorum; salubriter eos instruxit, di. Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis. Sū etenim. Si ergo ego magister & dominus laui uestros pedes, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt &c.

Circa quod notandum, ꝙ Christus dedit nobis multiplex exemplum bonum, & sanctum.

Primo quidem dedit nobis exemplum perfectæ charitatis, in hoc. s. ꝙ officium charitatis exhibuit Iudæ, quē nouerat esse eius inimicum, & hoc pedes eius lauando etiam priusquam Petro. secudum Chrisost. ubi supra. Propterea nos admonet ad hanc perfectam charitatem. Matth. 5. di. Diligite inimicos vestros, benefacite &c. ut sitis filij patris uestri &c. Vbi notandum, ꝙ Christus non exigit à nobis, ut tātum faciamus inimicis nostris quantum ipse fecit inimico suo Iudæ. Non. n. exigit à nobis, ut humiliemur coram inimicis nostris, & genibus flexis lauemus eorum pedes. Et tamen hoc humilitatis, & charitatis opus fecit erga inimicum suum Iudam. Vbi etiam si à nobis exigeret, utiq; certe hoc ipsum facere deberemus, quanto magis ergo tenemur diligere inimicos nostros, & illis tēpore & loco benefacere, atque pro ipsis orare, cum hæc facilia sint.

Secundo dedit nobis exēplū humilitatis, in hoc. s. ꝙ cū ipse esset rex regū, & dn̄s dominantiū, verus & naturalis Dei patris filius illis coæternus, cōsubstantialis, coæqualis, & hmōi, nihilominus humiliauit se vsq; ad genuflexionem corā proditore suo Iuda, vt dictum est, ac cæteris Apostolis piscatoribus pauperculis. Q̄d uidens Petrus obstupuit, & ait. Dn̄e tu nunquā lauabis mihi pedes. Vnde ipse Petrus tunc dicere poterat illud Abachuc 2. consideraui domine opera tua, & expaui. Propterea August. ad fratres in eremo, serm. 28. qui intitulatur in cœna domini, dicit sic. Christus ad principem apostolorum (vt arbitror) primo præuenit, cum pedes discipulorum lauare voluit. Ante eum di-

uini-

uinitas incarnata genuflexit Deus ante hominē, creator ante creaturam, magister ante discipulum, rex ante piscatorem, doctus ante indoctum; sapientia ante ignorantiam, pulchritudo ante deformitatem. Quod uidens Petrus expauit, & per cęnaculum uelut insensatus cucurrit & clamauit, dic. Non lauabis mihi pedes in æternum Hæc ille. Patet ergo qūo Christus in hoc mysterio dedit nobis exemplum perfectæ humilitatis, ut scilicet quanto maiores sumus, tanto eius exemplo humiliemus nos in omnibus: Præsertim autem humiliare nos conuenit cum ad mensam altaris accedimus, dicentes cum illo probo Centurione. Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Mat. 8.

Tertio dedit nobis exemplum perfectæ & integræ puritatis, in hoc, s. ꝙ cum uoluit lauare pedes discipulorum suorum, induit se lintheo puro & mundo. Nec solum exemplo, uerum etiā uerbo docuit nos debere habere mentis puritatē, cum ait Petro. Nisi lauero te, non habebis partem mecum, sup. in regno cęlorū, eo, s. ꝙ nihil coinquinatum aut abominationē faciens potest intrare in illā cęlestē Hierusalē, vt habetur Apo. 21. Vnde cum Psalmista interrogasset dn̄m, di. Dn̄e qs habitabit in tabernaculo tuo, aut &c. continuò responsum est ei a domino, dicente. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiā &c. Talis supp. habitabit in tabernaculo meo. Cū igitur disponimus ad mensem altaris accedere, debemus nosmetipsos examinare, & diligenter discutere si probabiliter in bono statu sumus, dicente Apost. 1. Cor. 11. & recitatur in epist. hodierna. Probet seipsum hō, & sic de pane illo edat &c. sequitur. Qui manducat & bibit indignè, iudiciū sibi mandu. &c. Purgemus itaque charissimi, & lauemus pedes affectionum nostrarum malarum, priusquam ád mensam altaris accedamus, ut sic tandem ad cęlestem gloriam peruenire valeamus. Quod nobis concedat, qui in Trinitate perfecta &c.

FERIA V. IN COENA DOMINI

SERMO II. DE MYSTERIO ABSOLVTIONIS.



Vper ægros manus imponent, & bene habebunt. Mat. vlt.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de episcopali audientia. l. nemo deinceps, dicit, q in diebus Paschalibus non debent captiui in carceribus detineri, nisi fortè casus fuerit multum enormis, aut nisi tales fuerint assueti delinquere. Casus est talis.

1 Sortes propter aliqua debita, quæ non potest soluere, detruditur in carcerem. Quo tempore pendente occurrit festum Paschæ, ob cuius reuerētiam petit exire locum carceris, ut melius & deuotius possit disponere de conscientia sua, pariter & recipere Sacramentū altaris. Quid ī hoc casu debet facere iudex peritus? Certè conformiter ad legem prædictam debet ad tempus eum liberare, saltem præstita sufficienti cautione propter futuros euentus.

Moralite. Cum peccamus mortaliter, continuo detrudimur in carcerē diaboli, & efficimur eius captiui. In cuius figuram legitur Iudic. 16. q Philistijm apprehensio Sansone ipsum duxerunt in Cazam vinctū cathenis. Similiter legitur Gen. 39. in figurā huius, quòd Phutiphar eunuchus Pharaonis reclusit Ioseph in carcerem, ubi uincti regis custodiebantur. Ecce miserabilis cōditio & status peccatoris. O quot sunt adhuc hodie peccatores & peccatrices in uinculis diaboli, & laqueis detenti & ligati, utpote qui neque adhuc confessi sunt, aut si confessi sunt exterius & ore, corde tamen nō sunt contriti, neque firmiter deliberant in futurum abstinere ab omni peccato pro posse suo. Quale igitur remedium, Certe optimum, uidelicet currere ad cōfessionis sacramētū, & clamare ad dñm, & dicere

cum Ps. Educ de carcere, videlicet peccati, animã meã, tu sup. omnipotens Deus, qui solus soluis cõpeditos. ꝙ vbi fecerimus corde perfecto, profectò inde liberabimur. In cuius figuram legitur Act. 12. ꝙ cũ Petrus detineretur in carcere Herodis, orante pro ea ecclesia, inde diuinitus liberatus est. Hoc enim repræsentatur per mysterium huius diei, in quo apud ecclesias cathedrales sunt publici pœnitentes ante fores ipsarũ ecclesiarum iacentes in terram prostrati, qui de ipsis ecclesijs eiecti fuerant in capite ieiunij, sicut Adam de paradiso terrestri post suã transgressionẽ. Et de hoc plene loquitur illud decretum, In capite, dis. 50. uide bene dictum capitulum. Hmõi ergo publicos pœnitentes Pontifex vice Christi uocat ad timorem domini alta voce intonans ter, & dicens. Venite filij, audite me, timorem domini docebo uos. Per quæ quidem uerba uocat eos pontifex, & inuitat ad conuiuium corporis & sanguinis domini, atque per hunc modum ipsos ecclesiæ reconciliat. Et propter hanc solennem absolutionem, pariter & illam, quæ fit per singulas ecclesias parochiales, & conuentuales cum lectura septem psalmorum pœnitentialium, hæc dies uocatur Iouis absolutionis. Ecce quomodo pia mater ecclesia compatiens miseris peccatoribus, & qui prius fuerũt in carcere teterrimo diaboli, cupit & laborat eos inde liberare per absolutionem à peccatis, & hoc propter reuerentiã futuræ solemnitatis paschalis, atq; sacræ communionis generalis. De qua quidem absolutione pariter & ministris ipsius loquitur thema præassumptum, dicens. Super ægros manus &c.

De ipsa igitur sacramentali absolutione conformiter ad ipsum mysterium præsentis diei mouebuntur aliquæ quæstiones, siue aliqua dubia, ad quæ respondebitur per dictiones singulas in themate positas.

Prima igitur qõ est. Vbi residet primaria, & principalis potestas, & authoritas absoluẽdi homines à peccatis suis. Respondetur in themate, ꝙ super, i. in cęlo, siue in Deo. Ipse enim est qui ait Esa. 43. Ego sum qui

deleo

deleo iniquitates tuas ꝓpter me. Vnde & Iudæi audiẽtes Christum dicentem paralytico. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, dixerunt, & quidẽ bene. Quis potest peccata dimittere nisi solus Deus? Mat. 2. Non ergo de hoc dicto reprehenduntur, sed quia non credebant Christum esse Deum. Patet ergo, ꝙ solius Dei est peccata dimittere, & ab illis absoluere, & hoc principaliter.

Pro quo notandum secundum doctores theologos, ꝙ potestas absoluendi à peccatis residet in tribus, differenter tamen, & secundum magis & minus.

Primo enim principaliter authoritatiuè, indepẽdenter, & effectiuè residet ĩ Deo solo. Et hoc propter tres rõnes. Prima est propter grauitatem offensę & culpæ, quæ est in peccato mortali. Cum enim talis offensa sit infinitæ grauitatis & malitiæ in rõne offensæ, eo ꝙ est contra infinitum bonnm, quod est Deus: sequitur, ꝙ non põt remitti authoritatiuè & effectiuè, nisi à solo Deo, qui solus habet uirtutem infinitam. Secunda est propter uitationem maledictionis diuinæ. Qui enim ponit spem suam principaliter in creatura, maledicitur à Deo, iuxta illud Hiere. 17. Maledictus qui confidit in homine, & qui ponit carnẽ brachium suum. Benedictus autem qui confidit in domino &c. Sic est autẽ, ꝙ si aliquis alius adeo posset auctoritatiuè, & principaliter peccata dimittere, possemus licitè in eo spẽ nostram principaliter ponere, igitur. Tertio ratio est propter penetrationem notitiæ diuinæ. Solus enim Deus est qui intuetur cor, & qui nouit cogitationes hominum. Sic est autem, ꝙ multa peccata in penetralibus solius cordis perpetrantur, & quæ ad humanam, aut etiam Angelicam notitiam, ut sic minime peruenire possunt. Ergo solius Dei est auctoritatiuè, & effectiuè peccata remittere &c.

Secundo delegatiuè potestas absoluendi a peccatis residet in Christo homine. In antiquo enim testamento solus Deus peccata remittebat. Nõ enim tunc peccatores confitebãtur alteri, quàm Deo. Postquam uero

Dei filius venit in hunc mundū, fuit per eū tanq̄ per legatū sedis Dei patris transmissa in hūc mūdū absolué di potestas, ita ut dicatur hanc potestatē habuisse in quantū homo non auctoritatiuè, sed denegatiuè, sub Deo patre, quia ut habetur Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donū perfectum de sursum est, descēdēs &c. Et de isto legato scribitur Abdiæ unico episcopo. Auditū audiuimus à domino legatum misit ad gentes. Practica quomodo iste legatus Christus à latere Dei patris in hunc mundum missus habuit potestatem uirtute suæ legationis absoluēdi ab oībus cēsuris, irregularitate, suspēsione, interdicto, & quod magis oībus his est, ab oī culpa & pœna. Hic est ergo legatus ille, qui usus est auctoritate suæ legationis in Magdalenam peccatricē, quādo dixit ei, remittuntur tibi peccata, Luc. 7. Similiter in mulierē in adulterio deprehēsam, quando dixit ei. Ego te non condemnabo. Vade & amplius noli peccare. Io. 8. Item in latronem propter delicta suspensum ad eius dexteram, quando dixit illi. Hodie mecū eris in paradiso. Luc. 23. Et breuiter huic legato data fuit a Deo patre omnis potestas in cœlo & in terra, ut ipsemet testatur, Mat. 28.

Tertio potestas absoluendi subdelegatiuè residet in summo Pontifice cum plenitudine potestatis. In cuius rei signum dixit Petro, quem præuidebat futurum ecclesiæ generalem pastorem, tibi dabo claues regni cœlorum. Mat. 19. Tunc autem de facto, & in actu subdelegauit eidē suam iurisdictionē quando post resurrectionē suā dixit ei. Pasce oues meas, pasce agnos meos, Ioannis 21. Et cōsequenter a summo Pontifice iterum particularius & cum restrictione subdelegatur prædicta potestas absoluendi a summo Pontifice in alios ecclesiæ prælatos secundū magis & minus. Nam ut dicit dominus Card. de Turrecremata ordinis prædicatorū in libro intitulato summæ de ecclesia, Christus instituit in ecclesia perfectū & optimū regimen. Perfectum aūt regimē uocatur regimē regale, ī quo unus solus pricipaliter præsidet, cōmunicat tamen suam auctoritatem & iuris-

dictio-

dictionem inferioribus quãtum expedit,& prout vult. Ex quibus concluditur, ꝙ Christus voluit ecclesiã suã siue politiam ecclesiasticam regi regaliter, ita vt vnus in ea præsideret principaliter. Et hoc per Dei gratiam vsque in hodiernum diem obseruatur.

Secunda quæstio. Quos absoluere debent ecclesiæ prælati & pœnitentiarij in confessione sacramentali: Respondetur per thema præassumptum, quòd ægros, id peccatores. Nulla enim est verior ægritudo quàm peccati quæ tendit ad perpetuum animæ interitum,& consequenter corporis saltem,post generalem omniũ resurrectionem.

Ad euidentiam ergo huius ægritudinis notandum ꝙ quatuor sunt hominum genera & differentiæ.

Primi sunt qui fruuntur plena & perfecta sanitate interiori & animę,quales sunt viri heroici seu diuini, qui adeo perfecti sunt, quòd neque etiam in minimis Deum offendunt, vtpote venialiter peccando. Et tales certe admodum pauci sunt, & rari super terram. Quinimmo iuxta testimonium Psal. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, supple integre, vsque ad vnum,scilicet Christum. Et 3. Re.8.dicebat Salomon quòd non est homo super terram qui non peccet. Nihilominus si ex specialissima Dei gratia essent aliqui tales adulti super terram omnino immunes à delicto. non essent absoluendi plusquam paruuli baptizati, eo ꝙ non essent prius ligati per culpam,quam præsuponit sacramẽtalis absolutio,in cuius forma dicitur:Ego te absoluo à peccatis tuis. Hoc etiam voluit insinuare Xp̃s ꝑ ista verba Mat. 9. Non egent,inquit,qui sani sunt medico,sed qui male habent. Nihilominus vbi esset hodie aliquis super terrã qualis erat Beata virgo Maria,aut Beatus Ioannes Baptista, quamuis non teneretur cõfiteri,vt dictum est,deberet tamen secundum communẽ opinionem theologorũ præsentare se curato suo in pascate, & dicere se per Dei gratiam non habere materiam confessionis. Sed quia sunt peccata omissionis

multa sicut & commissionis, quæ difficilimum est omnino vitare bonum semper agendo, quando, quō, ubi, & secundum ꝙ opertet: insuper aliquando aliquis iudicat erroneè de eo, quod est peccatum non esse peccatum, & de mortali, ꝙ sit tantum ueniale: & fortè talis se reputat iustum & perfectū, qui corā Deo est grauissimus peccator, sicut patet de pharisęo. Lu. 18. ideo tutè agunt timoratæ conscientiæ, quamuis fortè immunes à peccato sæpe confiteri. Vbi tamen quis securus esset se nullum peccatum habere, non teneretur confiteri, ut dictum est. Paruuli autem in Paschate ad ducuntur ad sacerdotē potius, ut benedicantur ab eo, quàm absoluantur. Item ut assuefiant grandæui facti libenter confiteri. Da exemplum de Elephantis, de quibus dicit, & refert Plinius in naturali historia. lib. 8. c. 1. quod intitulatur de animalibus terrestribus, ꝙ in omni Luna plena accedunt ad flumina secum adducētes vitulos suos, vt simul cū eis illic lauentur. Applicatio est facilis.

Secundi homines sunt, qui ægrotāt intus in anima, sed ꝑ Dei gratiā infirmitas eorum non est ad mortem, supple æternam. Et huius generis sunt, qui hebent tm̄ venialia. Tales aūt non sunt necessario absoluendi sacramentaliter, sicut neque tenētur confiteri de ipsius venialibus, secundum communem opinionem Theologorum. 4. sen. dist. 17. Et hoc expresse probat dominus Petrus de Palu. in eadem disti. dicens, ꝙ si habens tantum uenialia teneretur confiteri, tunc quantū ad hoc melioris conditionis esset habens mortalia cū uenialibus, quàm habens uenialia tm̄, eo ꝙ primus non tenetur necessario cōfiteri, nisi mortalia quę habet. Insuper hoc est contra mentem decretalis, omnis utriusque sexus. extra de pę. & re. quæ præcipit cōfitenti oīa & singula peccata confiteri. Quod de venialibus non potest intelligi propter eorum multitudinem, & quia quasi impossibile est omnia, & singula ad memoriā reducere. Solum ergo de mortalibus loquitur. Præterea statutū ecclesiæ non potest facere de non materia sa-

cramenti confessionis quòd sit materia, quia hoc solius Dei,& Christi est. Sic est autem quòd venialia ex se non sunt materia necessaria confessionis. igitur. Sufficit ergo tali ad præceptum ecclesiæ implendum vt se representet sacerdoti,& se ostendat absque conscientia peccati mortalis esse, & hoc reputatur ei pro confessione. Nihilominus bonum est vt etiam habens tātum venialia de illis confiteatur. Tum vt cum maiori reuerentia accedat ad sacramentnm altaris. Tum vt peccatorem se recognoscat. Tum vt pœnam pro venialibus debitam diminuat, scilicēt virtute clauium & absolutionis sacerdotalis. Tum vt ecclesiarum rectoribus subditi innotescāt, ne scilicet lupus inter gregem lateat.

Tertij homines sunt, qui ęgrotant mortaliter, nec tēpore & loco prouidēt sibi de remedio oportuno, quin immo derident sacramentū confessionis cum ministris illius, quales sunt illi nequissimi & sceleratissimi homines, qui dicunt, Quare confitebor? Quid mali facio? Cur portabo pecuniā meam istis sacerdotibus ditioribus me? Per Deum ego citius portarem eam ad tabernam, siue ad aliquā pulchram filiam, quàm ad sacerdotes istos. Sed audiant tales facinorosi homines Augustinū ad fratres in eremo ser. 55. qui intitulatur de obitu Valentini episcopi cathaginen. ita dicentē. Animalia bruta & muta nouerunt querere remedia ægritudinis suæ. Leo. n. infirmās querit Simiā, qua deuorata mox conualescit. Simia querit canis sanguinē. Vrsus formicas. Leopardus capreas, Serpens ferculum vitis. Hæc ille. Si ergo talia animalia bruta prouident suis necessitatibus,& obuiant periculis & incōmodis corporū suorū, sola natura ad hoc eos instigante, quanto magis homo vtēs ratione cū sentit se in aīa ægrotare, debet tēpore & loco ad confessionis sacramentū tanquā ad summum remedium accedere, & similiter absolutionis beneficiū postulare? Quis si non fecerit, nec in eo patent signa veræ cōtritionis, tunc sacerdos nullo pacto debet attentare talem absoluere, sed cum

sic vacuum remittere. Regula enim generalis theologorum est quòd confessor neminem debet absoluere, quem non credit verisimiliter à Deo absolutum. Hoc etiam expresse dicit Grego. homil. 26. Tunc inquit est vera absolutio præsidentis cum sequitur arbitrium æterni iudicis. Quod bene quatriduani mortui resuscitatio illa significat, quæ demonstrat quia dominus prius mortuũ Lazarum viuificauit & vocauit dicens. Lazare veni foras, & postmodum is qui viuens egressus fuerat, à discipulis est solutus. Ex qua consideratione datur nobis intelligi, ꝙ illos non debemus per pastoralem auctoritatẽ absoluere quos auctorem nostrũ per suscitantem gratiam cognoscimus non viuificare. Hæc ille. Istud autem est contra multos idiotas confessores, qui illos absoluere simulant, quos Beatus Petrus Apostolus si præsens esset absoluere non posset, vt sunt multi cõcubinarij, multi vsurarij, & simoniaci, multi rancorem & odium in corde gerentes aduersus inimicos suos & similes, Quinimo tales confitentes exterius cum proposito perseuerandui in peccatis suis, siue redeundi ad illa de nouo mortaliter peccant, tum propter fictionem, tum propter irreuerentiam, quam faciunt sacramentum, tum quia eo abutuntur. Et similiter qui attentant scienter tales absoluere, mortaliter peccant, eo ꝙ potestate clauium sibi cõcessa abuntur. Ambo ergo pariter in foueam cadunt.

Quarti homines sunt qui ægrotant quidem mortaliter siue tales peccent ex passione, siue ex ignorantia vincibili, siue ex humana fragilitate, sed tamen tempore & loco quærunt sibi salutis remedia, etiam ex corde proponentes morum emendationem & se offerentes ad satisfactionem iuxta arbitrium confessoris. Et tales sunt absoluendi ab habente auctoritatem. Propter enim tales datæ sunt claues ecclesiæ pastoribus, & prælatis, atque omnibus iurisdictionẽ siue ordinariam siue ex speciali priuilegio habentibus. Quod dico propter vicarios & religiosos mendicantes &c. Patet ergo quales ægros absoluere debent domini confessores,

fessores, & quos non.

Tertia quæstio. Quæ sunt illa quæ requirũtur in sacramẽtali absolutione. Respondetur ꝑ thema præassũptum, quòd sunt manus. Non est tamen intelligendũ impositionem manuũ super caput confitentis esse de necessitate absolutionis, aliàs confessor mancus absoluere non posset. Est ergo huiusmodi manuũ impositio super caput confitentis requisita tantum de bene esse, & ex quadã congruitate seu decẽtia, vt dicit dominus Petrus de Palu. in quarto sen. dist. 22. q. 3. Hoc autẽ probat per verba prius in themate sumpta, vbi dicitur, Super ægros manus imponent &c. Addit tamẽ ꝙ non expedit multum hoc facere super capita mulierũ eo ꝙ bonum est viro mulierem non tangere, vt habetur 1. Corint. 7. Sufficit ergo, inquit, leuare à longe manum super caput mulieris. Vnde in figuram huiusmodi impositionis manuũ super caput confitentiũ legitur Lu. 4. ꝙ cũ multi infirmi & dæmoniaci fuissent ad Christũ adducti, ipse singulis manus imponebat, & continuo curabat eos. Insuper mox exibãt dæmonia à multis &c. Ita & confessore imponẽte manũ suꝑ caput cõfitẽtis & dicẽte illi. Ego te absoluo, exeũt pctã de corde cõfitẽtis. Propter qđ bonus confessor merito põt dicere de illo qui sibi confitetur, illud ps. Manus mea auxiliabitur ei. Quasi dicat. Absolutio quã impartior mihi confitenti cũ manus impositione & crucis signaculo dicendo. Ego te absoluo, auxiliabitur ei ad peccatorum suorum remissionẽ, adeo ꝙ nihil proficiet, i. non præualebit inimicus, i. diabolus in eo. Et filius iniquitatis [idem qui prius] non apponet nocere ei. Diabolus enim qui & filius iniquitatis dicitur, quãuis nitatur nocere pęnitenti, & impedire effectum absolutionis sacramentalis, minime tamen præualebit. Non enim poterit præualere contra dominum operantem occulte in sacramentali absolutione.

Quæritur circa hoc, quæ est ꝓciosa & determinata absolutionis sacramẽtalis forma. Pro solutione ad dubium notandũ, ꝙ circa huiusmodi absolutionẽ aliqua

se

ſe habent antecedenter, aliqua eſſentialiter, aliqua cõſequenter. Illa autẽ quæ ſe habent antecedenter, ſunt duo. Primum eſt abſolutio ab excommunicatione maiori vel minori. ſi confitens indigeat, eo quòd aliter non eſt capax alicuius ſacramenti, ſaltem quo ad vltimum effectum ſacramenti, quæ eſt gratia. Secundum eſt oratio deprecatiua, vtpote dicendo Miſereatur tui omnipotens Deus &c. Item abſolutionem & remiſſionem omnium &c. Huiuſmodi tamen orationes non ſunt de neceſſitate abſolutionis, ſed tantum de congruitate, ne ſcilicet impediatur effectus ipſius abſolutionis. Illa vero quæ ſe habent eſſentialiter in huiuſmodi abſolutione, ſunt hæc verba præciſe. Abſoluo te à peccatis tuis. Et hæc forma eſt indicatiua. Abſolutiones autem quæ fiunt in primis, completorio, & miſſa, non ſunt ſacramentales, eo quòd non habent formã indicatiua, ſed optatiuam, ſiue deprecatiuam. Similiter abſolutiones quæ fiunt in capite ieiunij, ſimiliter in cœna domini, aut in capitulis religioſorum, licet habeant formam indicatiuam, non tamen ſunt ſacramentales, eo quòd abſolutio ſacramentalis fit ſecrete & occultè, ſeu in foro occulto. Tandem illa quæ ſe habent conſequenter in forma abſolutionis, ſunt hæc verba, In nomine patris & filij &c. Et hęc verba debent dici cum ſigno crucis, quia vt habetur de conſe. diſt. 5. nunquid. omnia ſacramenta crucis ſignaculo perficiuntur. Eſt & aliud conſequẽs ad huiuſmodi abſolutionem eſſentialem, videlicet ligare pœnitentem ad aliquam pœnam temporalem in ſpeciali, etiam addendo in generali, quòd omnia bona quæ talis facturus eſt, ſiue per ſe, ſiue per alium, labores patienter tolerati propter Deum, indulgentiæ acquirendæ & ſimilia, valeant ei in remiſſionem peccatorum ſuorum. Quis autem aliqui confeſſores dicunt. Ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis, corde contritis, pariter & ore confeſsis, male addunt. Et primo quidem quo ad illam clauſulam corde contritis, patet ſic. Stat enim confitens ſolúm atteratur, qui tamen abſoluitur

uitur sacramentaliter per illa verba. Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, sine pluri. Quamuis tamen non recipiat vltimum effectum absolutionis, qui est remissio peccatorum, nisi cum primum incipit conteri. Et tamen talis non esset sacramentaliter absolutus ꝑ illa verba. Ego te absoluo ab oĩbus peccatis tuis corde contritis, nisi tunc actualiter esset corde contritus. Ex quo patet ꝙ sic absoluere est exponere homines confitentes magno periculo. Item quo ad illã clausulã, & ore confessis, hoc male additur, quod patet sic. Nam virtute talis absolutionis nõ remitterentur peccata oblita, neque etiam scita, & non confessa, cuiusmodi sunt venialia, qđ est falsum. Nã frequenter cum absolutione mortaliũ remittuntur venialia, aut in toto, aut in parte. Patet ergo ꝙ illæ duæ clausulæ malè adduntur formæ absolutionis. Hæc est ergo præciosa & determinata absolutionis sacramentalis forma. Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis. Et sic patet ad quæsitum.

Notandum insuper ꝙ quamuis manuum impositio non sit de essentia absolutionis sacramẽtalis, sicut est de essentia sacramenti ordinis diaconatus, aut presbyteratus, similiter & sacramenti confirmationis, nihilominus valde conuenienter fit talis impositio manuũ, & hoc ad designandũ quinq; gloriosos effectus ipsius absolutionis sacramentalis, qui significantur per quinque digitos, qui sunt in manu. Primus .n. digitus quæ pollex dicitur, eo ꝙ præ cæteris virtute polleat, designat virtutẽ confessionis, qui talis ac tanta est, ut omnibus rebus præpolleat. Nã tanta est ipsius virtus, vt dicat Aug. ad fratres in eremo. ser. 30. ꝙ ipsa obstruit os ĩferni, aꝑit portas paradisi, oppugnat dęmones, dissipat vitia, & multa similia. Secundus digitus, qui index dicitur, eo ꝙ homo communiter cũ illo omnia indicet, & ostendat, designat ꝙ forma absolutionis quæ datur in sacramento confessionis indicat nobis sic esse sicut ꝑ eã significatur, i. ꝙ homo sit veraciter absolutus in foro Dei, sicut absolutus declaratur in foro ecclesiæ.

Et

Et vere sic est, dūmodo confitens, seipsum sufficienter ad hoc disponat. Non.n.actus actiuorū sunt in patiente nisi disposito. Tertius digitus qui medius dicitur eo ꝙ mediat inter alios per æqualem distantiam, designat ꝙ tam confessio, quàm sacramentalis absolutio mediat inter Deum & peccatorem pęnitere volenté. Et reuera ipsa est pax nostra, quæ facit vtraque vnum, reconciliando hominem peccatorem Deo. Quartus digitus qui annularis, dicitur, eo ꝙ in ipso solent anuli aurei & argentei reponi, designat, ꝙ ille qui est spōsus animarum deuotarū, mediante sacramentali absolutione ornat eas anulo aureo, i. spe æternæ & cęlestis gloriæ. Nā sicut anulus non habet finem, sic nec illa cęlestis gloria. Quintus digitus qui auricularis dicitur, eo ꝙ cū ipso purgamus aures, designat ꝙ prædicta absolutio purgat oīa crimina, & illa subito resoluit, sicut ignis cerā & sol niuē. Ecce quid significent digiti manus, q̄ ponitur sup̱ caput illius q absoluitur.

Quarta quæstio. Quid debent facere domini confessores quo ad eos qui illis confitentur. Respondetur p̱ thema præmissum ꝙ imponent supple pęnitētiā salutarem pro arbitrio suo, bene tamen & rationabiliter regulato, videlicet secundum magis & minus, prout exigit peccatorū prauitas & personarum conditio.

Vbi notandum ꝙ domini confessores in taxādis pęnitentijs debent præcipuè tria diligenter cōsiderare, quæ sunt quantitas, qualitas, temporis diuturnitas.

Primo igitur debent considerare quantitatē delicti sic, s. ꝙ pro maiori & grauiori delicto, debent maiorē imponere pęnitentiā, & pro minori minorem, cæteris paribus, iuxta illud Deu 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Et Apoc. 18. Quantū glorificauit se & in delitijs fuit tm̄ &c. Verū scd̄m antiqua iura & consilia grauis pęnitentia reis imponitur, vtpote interdū septēnis, interdū decēnis, interdū duodennis, interdū etiā quindenis, vt patet per multa decreta, quæ longū esset enarrare. Hodie tamē mitius agit ecclesia cū peccatoribus ad sinū mr̄is suę redire volētibus, ī hoc, s.
quòd

ꝙ pœnitentię in foro cõſcientiæ & interiori ſunt oēs arbitrarię, ita vt taxētur ſecūdū arbitriū boni & diſcreti cõfeſſoris, vtpote ꝓ maiori pctō imponēdo maiorē pœnitentiā, & pro minori minorē, cæteris tñ paribus vt dictū eſt. Multo tñ cõſultius eſt imponere paruas & faciles pœnitētias, & pęnitentē ad purgatoriū mittere ꝓ reſiduo cõplēdo, q̃ magnas, graues, & difficiles imponēdo, quas fortę cõtēneret, ad infernū deſtinare. Et ad hoc ꝓpoſitū Chry. ſuꝑ Matt. in opere imꝑfecto ho, 45. dat exēplum de ſeruo adoleſcente, cui ſi graue pondus impoſitū fuerit, neceſſe hēt ipſum deponere, aut ſub onere occūbere. Ergo propter pericula trangreſſionis vitandum, debet leuis imponi pœnitentia.

Secundo dñi confeſſores debent conſiderare qualitatem cõfitentis, pariter & eius facultatē, vtpote ſi ſit iuuenis & fortis, tunc ieiuniū eſt illi imponendū, & ſimiliter peregrinatio longa ſecundū caſus exigētiam. Si diues eleemoſyna. Si clericus, preces & pſalmi. Et nota ꝙ pœnitentia eo ꝙ medicinalis eſt, debet ſemper quātū fieri poteſt per contrariū imponi, ita vt guloſo imponatur ieiuniū, aut abſtinentia, ſuperbo opus humilitatis, auaro aut furi eleemoſyna cū reſtitutione alieni, luxurioſi carnis maceratio, & hmõi. Famoſa. n. propoſitio eſt, ꝙ contraria contrarijs curātur &c. Cū. n. ſatiſfactio ſecundū Aug. li. de diffinitionibus orthodoxę fidei. c 23 ſit cauſas peccatorū excidere, nec earū ſuggeſtionibus aditū indulgere, ille diſcretè ſatisfacit, qui cauſas peccatorū per ſua contraria conatur excidere. Et de hoc hiſtoriā habes de Magdalena pœnitēte, quæ ſecundū Gre. ho. 33. conuertit ad virtutū numerū, numerū criminū, vt totū ſeruiret Deo in pœnitentia q̄cquid ex ſe Deū contēpſerat in culpa. Nā oculis frena concupierat, ſed hos iā per pęnitentiā cõterens flebat. Capillos ad cõpoſitionē vultus exhibuerat, ſed iam illis lachrymas ſuper dominicos pedes fuſas tergebat Ore ſuperba dixerat, ſed pedes domini oſculando ſatisfaciebat, & huiuſmodi.

Tertio dñi cõfeſſores & pęnitētiarij debēt attēdere & conſide-

considerare tempus, quo sup. peccator subiacuit peccato. Peccata enim tanto grauiora sunt, quanto diutius infelicem detinent animã, vt notatur extra de consuetudine.c.tanto. Et ideo longior & grauior pœnitentia illi est iniungenda, qui diutius in peccato perseuerauit, vt sic corrumpatur iam innata consuetudo malè agendi. Item dicti pœnitentiarij debent aliam habere considerationem ad tempus, non quidem præteritum tantùm, de quo dictum est, sed ad futurum, vt scilicet imponant pœnitentias quæ in breui possint impleri, & hoc propter periculum recidiui. Est tamen circa hoc notandum, quòd duplices sunt pœnitentiæ. Primæ enim sunt quæ actu transeunte nihil relinquunt in subiecto, cuiusmodi est oratio. Et tales debent imponi quantocius implendæ, vt saltem ante recidiuum compleantur, & fiant satisfactorię quo ad Deum & ecclesiam. Aliæ vero sunt quæ actu transeunte aliquid in subiecto relinquũt, vt ieiuniũ quod relinquit carnis macerationem & debilitatem, similiter & peregrinatio. Et similiter eleemosyna relinquit substantiæ diminutionem. Tales ergo pœnitentiæ seu opera possunt imponi ad plures dies, menses, & annos, qa etsi contingat interdum talia fieri in mortali peccato, & vt sic non valeant quo ad Deum, incipiunt tamen tunc valere cum faciens ea incipit resurgere ad gratiam, & hoc propter effectum derelictum. Insuper qui ad tales pœnitentias longas obligatur, potest de facili esse in gratia, videlicet per solam cordis contritionem. Et ideo bonum est ad hoc quod tunc valeant huiusmodi pœnitentię, quod volens eas facere, & quoties id opus fuerit, conuertat se ad dominum per cor contritum & humiliatum. Quis vbi fecerit iam est in gratia, & tunc valent talia opera. Notandum etiam circa istud conformiter ad doctrinam Beati Th. 4. sen. dist. 15. q. 1. ar. 3. quæstiuncula. 2. per totum, ꝙ qui facit pœnitentiam sibi impositam in mortali peccato, satisfacit quidem præcepto ecclesiæ quæ non obligauit eum ad peragendum huiusmodi opus in gratia,

quam-

quamuis bonum sit monere pœnitentē vt faciat pœnitentiam suam in meliori statu quo poterit, sed non satisfacit Deo. Et huius ratio est, quia ad hoc, quòd quis possit satisfacere Deo, prȩrequiritur gratia & vera amicitia ad eum, quam non habet in mortali existens. hinc Eccl. 30. dicitur. Dona impiorum non probat altissimus, i. non acceptat ad pȩnæ remissionē, sicut neque ad gloriȩ consecutionem, nec respicit in oblationes eorum. Et Hiere. 6. Holocaustomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi. Patent ergo tria obseruanda circa pœnitentiarum impositionem.

Quinta quæstio. Qualiter debet impendi sacramentalis absolutio. Respōdetur ꝑ thema præmissum, quòd bene, i. rationabiliter & discrete, s. pensata peccati grauitate & confitentis qualitate, vt dictum est supra immediate. Et ideo qui vult bene confiteri & bene absolui debet quȩrere confessorem bene viuentem & bene soluere scientem. ita enim dicitur de pœ. dist. 6. q. vult confiteri. Qui vult, inquit textus, confiteri, quȩrat sacerdotem scientem ligare & soluere, ne si cœcus cȩcum ducat, ambo in foueam cadant. Et infra. Qui confitetur, meliori sacerdoti quàm potest confiteatur. Itē Ecclesi. 4. Non subijcias te omni homini pro peccato, sed. supp. tantum sacerdoti habenti clauem duplicem, videlicet scientiæ & iurisdictionis. Et quanto is qui confiteri vult est minus doctus, vt habens intricatos & difficiles, seu etiam graues casus, tanto diligentius debet quȩrere peritiorē & discretiorem confessorē. ¦Hoc tamen intelligendum est vbi habet plures in optione sua. Quis si vnicum habet, videlicet curatum, aut Vicarium suum, tunc si iudicio suo non sit sufficiens, aut si habeat aliquam aliam causam rationabilem, tūc debet ab eo petere licentiam alteri confitendi. Et tūc debet eligere meliorem, vt dicit prædictum decretum. Item istud habet verū in locis, in quibus sunt generales indulgentiæ, in quibus quilibet potest confiteri cuilibet de numero deputatorum: sicut ergo illi, qui litigāt in

aliqua

aliqua curia, eligunt sibi aduocatum peritum, & similiter qui ęgrotāt, medicū expertū, ita in ꝓposito quinimmo magis hic q̃ ibi, maxime cum sit quæstio de salute animæ, quæ præferenda est omni cōmodo pecuniario, atq; omnibus rebus huius seculi, vt habetur. C. de sacrosanctis ecclesijs .l. sancimus.

Sexta quæstio. Quid reportabunt, aut quid cōsequētur hi, qui bene confitentur? Responde per thema præmissum ꝙ habebunt supp. sequentia beneficia magna valde, quæ regulariter confert vera & discreta confessio pariter & sacramentalis absolutio.

Primum beneficium quod tales habebunt, dicitur peccatorum remissio. Vnde 1. Ioan. 1. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est Deus, vt illa nobis remittat. Refert enim Aug. de ciui. Dei. lib. 5. c. 17. ꝙ Romulus conditor verbis Romanæ promisit impunitatē oībus malefactoribus & criminosis confugientibus ad dictā ciuitatē, & hoc vt eam populosam redderet, sicut & factū est. Est etiam quoddā famosum oppidum in Picardia, cui nomen Valentienne, ad quod rei confugiētes libertatem obtinent. Propter quod incolæ dicti oppidi vulgo appellantur banniti de valentianis. Sic etiā in proposito per sacramentalem absolutionē peccatores quantūcunq; graues ad eam redire volentes, obtinent libertatē gratiæ contra seruitutē peccati. Et breuiter tanta est vis ipsius absolutionis sacramētalis, ꝙ vbi inuenit materiam debitam, portæ inferi non præualent aduersus eam Mat. 6.

Secundum beneficium quod habebunt absoluti sacramentaliter, dicitur pœnæ cōmutatio. Per eā n. pœna ęterna, cuius debitor erat peccator, cōmutatur ī tēporalē. O felix cōmutatio dexteræ excelsi. Magna. n. fit gratia reo condēnato ad carcerem per diem naturalē si dies cōmutatur per pium iudicem in hora. Maior si annus commutatur in diem, maxima si perpetuitas vsque ad mortem commutatur in annum. Sic est autem quòd virtute prædictæ absolutionis commutatur pœna æterna in temporalem, vt dictum est, quæ respe-

ctu

ctu illius est aliqd maius, quàm mille anni respectu vnius diei de tempore nostro. Et ideo in hoc maxime apparet virtus absolutionis sacramentalis. In cuius figuram dictum est Ezech.4. Diem pro anno dedit tibi.

Tertium beneficium ꝙ prædicti habebūt, dicitur totius spiritualis boni reparatio. Per vnicum.n.mortale peccatum quicquid meriti aut gratiæ prius acquisitū fuerat, totum deperditur, dicente scriptura Eccles.9. Qui offenderit in vno multa bona ꝑdet. Sed omne tale bonum deperditum per culpam, reparatur & restauratur per sequentem sacramentalem confessionem & absolutionem, secundū ꝙ in figura dixit pater de filio suo prodigo redeunte ad eum. Cito, inquit seruis suis, proferto stolam primam, & induite illum &c. Luc. 15. De hoc etiā alia figura legitur Iohel 2. vbi dicitur dominus subijcientibus se absolutioni sacramentali. Red dā vobis annos quos comedit locusta, brucus, rubigo, & eruca. Vbi per annos priores intelliguntur ꝑcedētia merita deuastata per peccata, quæ secuta sunt. Nihilo minus prædicti anni redduntur Deo miserente cuilibet absolutionē ex corde petenti, & suscipienti etiā aliquando duplicando, secundū ꝙ cōtingit peccatorē cū maiori conatu resurgere. In cuius etiam figurā legitur Iob 42. ꝙ dn̄s benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius, in tātū ꝙ addidit illi oīa quæcunque fuerant duplicia tam in ouibus, quàm in camelis, bobus, pariter & asinis. Ecce triplex beneficium quod habebunt quicunque deuotè & catholicè absolutionē sacramentalem perceperint. Tandem autem habebunt beneficium gloriosius & vberius post hanc vitam, videlicet gloriam cœlestem. Quam nobis concedat qui in Trinitate perfecta viuit &c.



Ompleuit Deus die sexto opus suum quod fecerat. Gen. 2.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de Veteranis. l. cum introissent. dicit, quòd indignus non debet principem salutare: Casus est talis. Est aliquis dux vel comes vasallus Regis vel Imperatoris qui armat se contra superiorem suum. Quod ille cernens, destinat contra ipsum principem militiæ suæ. Non post multos igitur dies deuincit eum princeps militiæ, & viuum capit in prælio. Quo facto ille petit directe duci ad regem, & cum eo colloquiũ habere, forte vt possit emollire cor eius aduersus eum, vt & libertate donetur. Quid iuris in hoc casu? Certe hoc non debet sibi de facili concedi, quia, ut dicit lex prædicta, indignus nõ debet principem salutare. Iste autem est huiusmodi, igitur.

Moraliter. Ista lex potest exponi tripliciter, videlicet generaliter, specialiter, & singulariter.

Primo igitur prædicta lex exponi potest generaliter de quolibet peccatore. Satis. n. cõstat, ꝙ quodlibet mortale peccatum facit & reddit hominem peccatorem indignum loqui Deo in oratione, quia vt habetur Io. 9. Deus peccatores non audit. & Prouer. 15. Dñs lõge est ab impijs. Indignus ergo, i. peccator in peccatis suis perseuerans, non debet principem salutare, eo ꝙ est indignus positiue & contrarie. Secus autem de indigno priuatiue, qui tamen optat & querit fieri dignus. Talis enim licite potest principem salutare. Vnde & omni die salutamus eum dicentes in oratione dominica. Dimitte nobis debita nostra &c.

Secundo prædicta lex potest exponi specialiter de Iuda & Iudæis, qui cũ essent indigni, nihilominus præsumpserunt salutare principem Christum, quamuis nõ bono animo. Et de Iuda quidem patet, qñ osculatus est

cum

eum di. Aue Rabbi. De Iudæis vero patet idē qñ derisorie dixerunt ei, Aue rex iudæorum. Hoc autem fuit qñ Pilatus adduxit eũ foras ad eos, portantē coronam spineam, & purpureum vestimentũ, vt habetur Io. 19. Hodie etiã multi indigni salutant hunc veneratissimũ Principem, vt sunt multi peccatores & incõfessi homines ante crucis signaculum corpore quidē se prosternentes, & dictum signaculum osculantes, sed ab homagio diaboli nondum plene recedentes. Tales ergo osculantur Christum cum Iuda, & ipsum cum illo atque Iudęis salutant.

Tertio prædicta lex potest exponi singulariter de beata Virgine, quæ est mundi princeps & regina, vt canit ecclesia. Et quãuis hanc principem, reginam, & imperatricem simus indigni salutare propter sui sublimitatem, & nostram paruitatem, decet tamen eam salutare etiam omni tempore, die, & hora, secundum quòd canit ecclesia, in prosa de eadem di. Omnis homo omni hora ipsam ora, & implora eius patrocinia. Sed sunt nonnulli prædicatores dicentes hanc principem minime esse à populo Christiano hodie salutandam cum angelica salutatione. Sed salua eorum reuerentia satis voluntariæ loquuntur, vtpote absq; auctoritate, vt cõstat, & similiter absque sufficienti ratione. Adducunt autem hanc vnicam rationem, vt scilicet rememorentur in populo Christiano dolores illi mirabiles, quos passa est in corde suo, cum vidit benedictũ filium suum cruci affixum. De quibus etiam ipsi longe ante prædixerat sanctus ille senex Simeon, Luc. 2. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Sed profecto hæc ratio parui momenti est. Quamuis enim multum rationabile sit hodie prædicare de doloribus filij & matris, & similiter frequenter illos ad memoriã reducere: non propterea sequitur in aliquo debeat diminui laus eiusdem matris, quæ illi offertur quotiens salutatio angelica eidem offertur. Præterea sunt pleriq; simplices, qui non solent aliter orare, quã dicēdo orationem dominicam, aut salutationem angelicam, quę

duo libenter dicunt & frequenter repetunt. Dicere ergo, quòd non liceat hodie in sermone salutare Virginem Mariam more solito, est generare in animis simpliciũ, quòd non licet hodie dicere salutationẽ prædictam. Præterea multi solent per singulos dies dicere Psalterium, siue Rosarium Mariale. Dicere autẽ, ꝙ non liceat hodie salutare ipsam pijssimi Christi matrem, est aliquo modo dictam deuotionem impedire, & ita multum diminuitur seruitium dictę matris Christi. Item si hodie non liceat salutare modo consueto Christi matrem in sermone, vt sic rememorentur dolores ipsius, ergo neque cras, maxime cum tempore tridui fuerit doloribus plena, & in corde vulnerata. De die autem crastina nullus dicit quin in sermone more consueto possit salutari, igitur & hodie potest salutari. Cæterum tacere in sermone hodierno Angelicam salutationem, est quodammodo generare errorem apud simplices, qui ex hoc forte credunt ipsam Christi matrem hodie quamuis in cœlis regnantem dolore affligi super morte dilecti filij sui, cum tamen dicat Christus de beatis, Io. 16. Gaudiũ vestrũ nemo tollet à uobis. Non ergo hodie ipsa pia Christi mater dolet, siue tristatur super morte dilectissimi filij sui. Quinimmo inde gaudet, attendens quantum bonum inde secutum sit. Resolutorie ergo tenendum est, quòd tristitia, quam habuit in die passionis filij sui, hodie versa est in gaudium, nec tunc tantum doluit, quantum nunc lætatur; Nolo tamen inducere populum fidelem ad hodie gaudendum, sed potius ad merendũ, sed volo dissuadere illam falsam existimationem, quã forte multi simplices habent, credentes hodie beatam Virginem mœrore affici, occasionem sui erroris sumentes ex practica quorundam prædicatorum, dicentium eam hodie minime salutandam in exordio sermonis, sicut moris est. Cum tamen tales prædicatores credantur piam habere intentionem, ita vt hoc referant ad dolores, quos passa est in morte filij sui a quibus tamen nunc est omnino immunis & libera.

Vt igitur de dicta filij sui morte dolorosa aliquid dignum dicere valeamus, pro gratia impetranda ad ipsam recurramus, eidem offerentes consuetum eulogium. Aue gratia plena dominus tecum.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Ioan. 12.]

Scribitur extra de prçscriptionib. c. de quarta. ꝙ prçscriptio non interrupta tenet, sed si fuerit interrupta, est inualida. Casus est talis. Est aliquis curatus, qui colligit decimas per totum fundum parochiæ suæ pacificè, & nemine reclamante, etiã tanto tempore præscribit tales decimas. Tandẽ quædam abbatia infestat eũ dicens se habere ius ad percipiendas huiusmodi decimas in toto vel in parte, quãuis non repetierit eas citra tale vel tale tẽpus. Nunc quæritur si talis materia deuoluatur ad iudicium, quid definiet peritus iudex? Certe dabit sententiam pro curato qui præscripsit, q̃a vt dicit Alexander III. in prædicta decretali, præscriptio non interrupta tenet, cuiusmodi est in prçsenti casu. Secus autem esset dicendum si dicta præscriptio aliquando fuisset interrupta, quia vt dicitur 16. quæst. 4. Volumus, interruptio præscriptionis dat ius agendi. i. procedendi contra illum, qui dicit se præscripsisse.

Moraliter. Possumus dupliciter exponere prædictã decretalẽ, secũdũm ꝙ duplex est spiritualis prçscriptio, videlicet particularis & generalis.

Primo igitur dictã decretalem possumus exponere de præscriptione particulari. Pro quo notandũ, quòd cum mortaliter peccamus, tunc mittimus diabolũ in possessionem animarum nostrarũ, cum tamen sapiens Ecclesiast. 33. nos admonet ad hoc nõ faciendum, dicens, Non dederis alij, scilicet diabolo, possessionem tuam. Verum tanta est Dei erga nos benignitas, misericordia, & pietas, vt nõ possit diabolus cõtra nos præscribere ante mortem, etiam si per mille annos superuiueremus. Et iõ vsq; ad vltimũ vitæ hiatũ possumus

reclamare contra diabolum per veram cordis contritionem. Quod vbi fecerimus, tunc sine mora eiicietur dictus inuasor seu intrusus diabolus de possessione animarum. In præscriptionibus enim humanis, quæ sunt secundũ leges ecclesiasticas aut ciuiles, aliqñ sufficiũt 30. anni. Interdum requiruntu r 40. vt in præscriptionibus religiosorum, aliquando autem requiruntur 100. anni, vt in præscriptionibus contra Romanam ecclesiam. At vero in præscriptione diaboli contra animas nostras requiritur & sufficit, ꝙ in mortis articulo inueniatur possessor pacificus quantumcunque parũ aut multum siue diu possederit eas. Quale igitur remedium datur pauperi peccatori contra diabolũ ne præscribat contra eum? Certe vnicum est, & illud potissimum, videlicet reclamatio per apertam oris confessionem. Sic. n. interumpetur dicta præscriptio quantumcunque diurtuna prius extiterit.

Secundo possumus exponere prædictam decretalem de præscriptione generali. Pro quo notandũ, ꝙ ex quo primus parens mortaliter peccauit, diabolus voluit sibi vsurpare totũ genus humanum, & intrauit quodam modo in possessionem huius mundi. Sed venit postea alius magnus Dñs & laudabilis nimis, s. Iesus Christus, qui pugnauit in cruce contra dictum diabolum vi expellens eum, s. cũ baculo crucis de possessione sua. Cũque ipse diabolus cõquereretur de iniuria, allegãs longã possessionẽ etiã per plura millia annorũ, potuit illi respondere Christus dupliciter. Primo quidẽ, quòd possessio sua erat magis vsurpatio, q̃ vera præscriptio. Modo longæua vsurpatio non facit præscriptionẽ, vt notatur 24. q. 1. schisma. Secundo potuit eidem dicere Christus, ꝙ dato ꝙ talis vsurpatio posset appellari præscriptio, sed improprie & abusiue, nihilominus fuit frequenter interrupta. Et primo quidẽ per ipsum Adam, qui statim defleuit reatum suum, similiter & vxor eius Eua. Secundo fuit interrupta per sanctos Patriarchas, quales fuerunt Noe, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, & similes. Tertio fuit interrupta per sanctos Dei prophetãs,

ras,quales fuerunt Esaias,Hieremias,Ezechiel,Daniel & consimiles.Nam prædicti semper restiterunt dñio & imperio ipsius diaboli,nolentis ei subijci per peccatum.Et ideo Christus in cruce pendens pro nostra salute optimo iure eiecit ipsum principem mundi foras patiendo in cruce,vt dictum est prius.

INTRODV. IN DIE PARASCEVES.


Ompleuit Deus die sexto opus &c.vbi supra. Notandũ ꝙ postmodũ Deus in productione mundi in primis diebus nouas creaturas ꝓduxit singulisdiebus, tãdẽ verò die sexto tãquã finẽ operũ præcedentiũ produxit hoĩem ad imaginẽ & similitudinẽ suã, quo producto dicitur cõpleuisse opus suum,i.opus creationis, & hoc die sexto, scd̃m vnã trãslationẽ,vt patet scd̃m Au. super Geñ. ad literam , quamuis communioris literá habeat die septimo.Ita in opere recreationis benedictus Dei patris filius homo pro hominũ salute factus, per singulos dies quibus vixit in mundo isto,& non ꝑ sex tm̃ laborauit reparare lapsum hominis, quẽ prius ad imaginẽ & similitudinẽ suam formauerat.Postquã igitur multos dies consumpserat , vtpote hincinde ꝑ Iudæam,& Galilęam discurrendo, ẽt vsq; in Aegyptũ descendendo , & postmodũ in terram natiuitatis suæ redeundo , atq; ibidẽ prædicando,miracula faciendo, ieiunando,in oratione plerũq; pernoctando,& huiusmodi,ita vt tota eius vita laboribus & ærũnis plena fuerit,iuxta illud Ecclesi.2. Cuncti dies eius laboribus & ærũnis pleni sunt,tandẽ die sexto,i.sexta mundi ętate, vel ad literã,die sexto,i. feria sexta cõpleuit opus suũ quod fecerat,i.consumauit opus redẽptionis humanę moriẽdo pro nobis in cruce.Circa quod notandũ secũdũ doctores theologos,& p̃sertim scd̃m B.Th.3.parte. q.34.art.3.ipse Christus in primo instanti suæ sacratissimæ conceptionis meruit sufficienter omnibus nobis

vitam æternam per primum actum bonum quē tunc habuit. Per sequentes autē actus bonos, quos postea fermè absque numero fecit, nihil nobis de nouo meruit, quod prius non meruisset quantum ad sufficientiam, sed quod prius vnico actu meruerat, postmodum pluribus actibus nobis meruit, Nec tamen propter ea frustra passus est, quia vt dicit idem doctor in eadem 3. parte quæstion. 48. artic. 1. in sol. ad secundum, ex parte nostra erant quædam impedimenta, quibus retardabamur & impediebamur consequi effectum præcedentium meritorum illius. Et ideo ad remouendum huiusmodi impedimenta oportuit eum in cruce pati. Et hoc est, quod loquitur Aposto. Hebre. 9. dicens, Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Ecce quomodo Deus humanatus compleuit die sexto opus suum quod fecerat.

Quæri autē solet circa hanc materiam. Vtrum fuerit necessariū Christum in cruce mori pro redēptione generis humani. Hanc quæstionē format B. Th. 3. par. q. 46. ar. 1. Ad quā respondet per talem distinctionem. Aliquid, inquit, dicitur necessariū dupliciter, vno modo absolute, & quod scd̄m sui naturā impossibile est aliter se habere, sicut necessarium est hominē esse resibilem. Alio modo dicitur aliquid necessarium ex suppositione finis, eo scilicet, ꝙ finis intentus non pōt conuenienter haberi nisi per tale mediū. Da exēplum de volente ire de Normania in Angliā, cui nauis est necessaria non absolute, sed ex finis suppositione. Primo modo ergo non fuit necessarium Christum pati, quia absolute poterat Deus succurrere humano generi per aliam viā, & ipsum aliter reparare. Secundo modo autem fuit necessarium ipsum pati. Et huius necessitatis assignat idem doctor ibidem tres rationes. Vide ibidem. Sed præter illas assignabimus alias tres rationes, quæ sunt istæ, videlicet, vt Pater placaretur, vt culpa purgaretur, vt homo saluaretur.

Prima igitur ratio fuit vt Pater placaretur. Erat. n.

Deus pater grauiter indignatus cōtra humanū genus, & hoc originaliter propter peccatum primi parentis, quod fuit grauissimum propter tria. Primo quidē propter ipsius Adæ ingratitudinem, cui ipse dominus contulerat tot & tanta beneficia in sua creatione. Fecerat enim eum potentem non mori, si voluisset. Nā vt dicit Aug. in de ci. Dei, lib. 13. c. 3. Fatendum est primos homines ita fuisse institutos, vt si non peccassent, nullum mortis genus experti fuissent. Item posuerat Adam in loco voluptatis & delitiarum, in loco inquam amœnissimo, moderatissimo, omnibus bonis refertissimo, insuper dederat illi vniuersale dominium omnium creaturarum inferiorum, dicens illi pariter & vxori suæ illud Gen. 1. Dominamini piscibus maris & volatilibus cęli, & vniuersis animantibus, quę mouentur super terrā. Patet ergo primi parentis maxima ingratitudo qui post tot beneficia inobediens fuit benefactori suo, & potius obediuit voci vxoris suæ, quàm voci, & pcepto Dei, circa lignum vetitum. Ex hac autem ingratitudine multū aggrauatum fuit peccatum ipsius primi parentis. Secundo, peccatum eius fuit grauissimum propter præcepti facilitatem. Facile. n. erat Adæ abstinere ab esu fructus ligni vetiti. Tum quia parum aut nullo modo esuriebat, qn̄ ex illo comedit. Tum quia vbi esurisset, aderant fructus pulchriores ad videndū, & suauiores ad edendū, q̄ dictus fructus prohibitus, qui erāt illi cōcessi à dn̄o vniuersaliter. Sed quia natura semper fertur in vetitū, ideo de prohibito comedit, & concessum nullo modo tetigit. Tertio peccatū Adæ fuit grauissimū propter ipsius generalitatē & diffusionē. Nam ad oēs posteros deriuatur. Fuit. n. peccatū illius peccatū naturæ, & psonæ, & iō vtrūq; mirabiliter infecit. Secus autē de peccatis aliorū hominū, qui tantum personalia sunt, de quibus dictum est Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatē patris. Sed in proposito filius portat iniquitatē patris sui primi. Hinc dicit Apost. 1. Corinth. 15. quod omnes in Adam morimur, id est contrahimus ab eo peccante debitum moriendi. Et

quia

quia peccatum primi parentis erat tam graue ꝓpter tria prædicta, ideo requirebat satisfactionem infinitã. Et quoniã purus homo quantũcunq; perfectus & sanctus, etiã in vtero sanctificatus qualis Ioan. Ba. non potuit talem satisfactionem infinitam in valore exsoluere, ideo necessarium fuit filium Dei in forma humana pati in cruce, cuius solius meritum fuit infiniti valoris, eo ꝙ erat actio Dei & hominis. Sic.n. ira Dei patris quæ alias placari non poterat, placata est. Istud autem probatur quadrupliciter, videlicet auctoritate, ratione, figura, similitudine.

Primo quidem authoritate Apost. Ro. 5. dicentis, Cũ inimici essemus Deo patri, reconciliati sumus ꝑ mortem filij eius. Itẽ 1. Ioã. 2. dicitur de Christo, ꝙ ipse est propitiatio pro peccatis nostris, qui. s. modo in carne viuimus, vt dicit gl. interl. Addit aũt Apost. ꝙ non pro nostris tantum, sed etiam mundi, hoc tamen intellige quantum ad sufficientiam, quia quantum ad efficaciã tantum est propitiatio pro peccatis electorũ, eo ꝙ reprobi ponunt obicem huic propitiationi. Et nota ꝙ Christus dicitur ꝓpitiatio pro peccatis nostris, eo qđ Deus pater factus est nobis per eũ propitius, qui prius erat contra nos iratus.

Secundo ratione sic. Ille qui alium offendit grauissime, non potest ipsum melius placare, quàm per medium alicuius qui est ei gratissimus: quòd si ad eum placandum miserit quempiam inimicorum eius, non solum non placabitur, verum etiam ad iracundiam magis prouocabitur, dicente Greg. & recitatur 3. q. 7. in grauibus. Cum is qui displicet &c. Sic est autem, ꝙ Deus pater summe diligit filium suum, secundũ etiã quòd testatus est in ipsius baptismo, Luc. 3. dicẽs. Hic est filius meus dil. &c. parte autem ex altera odio habet peccatores, vt habetur Eccl. 12. ergo ad ipsum placandum opus fuit vt filius suus mediatorem se faceret moriendo in cruce pro homine peccatore, & qui meruerat suspendium inferni.

Tertio idẽ probatur per figuram: Legitur. n. Exod. 12. ꝙ cum

ꝙ cum angelus de præcepto domini percuteret primo genita Aegypti ab homine, vſque ad pecus; pertranſibat abſque læſione domos illas, in quarum poſtibus videbat ſanguinem agni aſperſum in modum crucis. In propoſito agnus eſt Chriſtus, Io. 1. Ecce agnus Dei, ſanguis eius eſt mors ſua, qua uiſa ceſſauit ira Dei patris aduerſus mortalium genus, & ſignanter eorum, qui aſperſi ſunt hoc ſanguine in modum crucis, id eſt Chriſtianorum credentium Chriſtum in cruce paſsũ fuiſſe verum Dei patris agnum.

Quarto idem probatur ſimilitudine de leopardo: de eo enim legitur, quòd cum ſit ferociſſimum animal, ſi ſemel perdiderit prædam ſuam, mirabiliter furit, & iraſcitur. Sed modus placandi ipſum eſt ſibi offerre agnum unum ad nutum. Quem cum occiderit, & ſanguinem ſuum effuſum uiderit, mox manſueſcit, & placatur eius ira. Ita in propoſito, Deus pater uidens, ꝙ perdiderat prædam ſuam, id eſt naturam humanam, quam recluſerat in paradiſo terreſtri, ſed propter meritum inobedientiæ ſuę inde exierat, ualde iratus eſt, adeo, ꝙ nullus hominum, potuit ipſum plene placare quouſque vidit ſanguinem agni immaculati effuſum in cruce. Patet ergo ex his, quòd neceſſarium fuit Chriſtum pati in cruce, vt pater placaretur.

Secunda ratio prædictæ mortis fuit, vt culpa purgaretur. Omnes enim aquæ totius mundi tam fontium, quàm fluuiorum quàm marium non valebant purgare ſordes uitiorum noſtrorum, neque ſimiliter ſanguis hircorum, aut uitulorum. Solus autem ſanguis agni immaculati Chriſti, qui venit in hunc mundum, ut tolleret peccata mundi, hoc potuit, quod & fecit. Hoc autem probatur quadrupliciter, ſicut & præcedens, videlicet auctoritate, ratione, figura, ſimilitudine.

Primo quidem auctoritate. Apo 1. vbi dicitur, Dilexit nos ſupp. Chriſtus, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Ecce in quo, & qũo dilexit nos, quia nõ tantum uerbo, aut lingua, ut mũdani hoĩes, ſed opere

&

& ueritate, quia lauit nos in sanguine suo, nō ergo in sanguine alieno. Sed quid mouit Dei filiū ad moriendum pro peccatis nostris? Certe non aliud ex parte sua, q̄ īmensa eius charitas, ideo notāter præmittit Io. in ucibis p̄missis, dilexit nos, & postmodū subdit, & lauit nos &c. Vñ Ps. Apud dominū misericordia & cop. &c. Quasi diceret, Quia dñs misericors est, ideo redemit nos copiose. s. ꝓprio sanguine, quē totū pro nobis effudit in cruce. Bene ergo cantat ecclesia de eo dicēs, Vt nos lauaret crimine, manauit unda sanguine. Et certe ualde mirum est & nouum, ꝙ sanguis Christi mundauerit & lauerit nos à maculis peccatorum nostrorum, cum tamen omnis alius sanguis potius maculet, quàm lauet & mundet.

Secundo idem probatur ratione sic. Peritus medicus uidens aliquem ad mortem uulneratum, debet illi succurrere, & medelam adhibere propitiam. Sic est autem ꝙ Christus Mat 9. uocat se medicum, & ex altera parte humanum genus erat uulneratum in corpore, & anima, prout insinuatur sub parabola Luc. 10. de homine descēdente ab Hierusalem in Hierico, qui incidit in latrones, qui plagis īpositis abierūt semiuiuo relicto. Restabat ergo ut iste peritissimus medicus purgaret & sanaret per proprium sanguinem lethale uulnus humani generis, hoc est uniuersale peccatum.

Tertio idē probatur figura, quæ habetur Leu. 14. vbi lex præcipiebat, ꝙ leprosus mundandus deberet stare extra castra, ad quem debebat sacerdos legis accedere cum duobus passeribus, quorum vnum dimittebat liberè abire, alterū uerò occidebat. De cuius sanguine abstergebat faciem leprosi, & sic mundābatur, si mundari debebat. Ad propositum leprosus mūdandus est humanum genus, quod infecerat lepra peccati. Fuit autem iste leprosus tunc eiectus extra castra, quādo Adā fuit à Deo eiectus de Paradiso terrestri, & positus in leprosaria huius exilij. Tandem ad eum curandum accessit sacerdos Christus, afferēs secum duos passeres, i. duas naturas, diuinam. s. & humanam. Primum passerem dimisit

misit liberè abire illæsum, quia natura diuina in se passa non est. Secundus uerò passer, i. natura humana realiter passa est. Et de sãguinis huius passeris occisi, aspersi sunt, & in dies asperguntur septies leprosi, & hoc contra septem peccata mortalia, siue in remissionem eorum. Vel quia septies iste passer Christus fudit suum sanguinẽ præciosissimum in remissionem peccatorum nostrorum, uidelicet in circuncisione, in oratione, in flagellatione, in coronatione, in manuũ apertione, in pedũ perforatione, in lateris apertione. Hic est ergo passer, in cuius persona loquitur Psal. di. Factus sum sicut passer solitarius in tecto, idest in cruce. Nam tunc fuit derelictus à discipulis suis, præter Io. Ecce solitarius in tecto.

Quarto idem probatur similitudine Pellicani. Conditio enim, & proprietas Pellicani est, quòd vbi inuenit pullos suos in nido à serpente occisos, illis compatiens, percutit pectus suum proprio rostro, & sic super eos proprium sanguinem fundẽs morte sua ipsos uiuificat. Ita in proposito Christus, qui fuit ille Pellicanus, in cuius persona loquitur Psal. dicens, Similis factum sum Pellicano solitudinis, ueniens in nidum huius mundi, & inueniens pullus suos, i. totum genus humanum, à serpente infernali infestos, & interfectos spiritualiter. tradidit semetipsum morti, ut ipsos suo cruore uiuificaret: patet ergo, quòd ideo Christus mori uoluit, ut culpa purgaretur.

Tertia ratio quare decuit Christum mori, fuit, vt homo saluaretur, & tandem cœlum ingrederetur, quòd erat omnibus hominibus clausum, propter peccatum primi parentis. Sicut enim paradisus terrestris fuit Adæ peccanti clausus in pœnam sui peccati, ut patet Genesis tertio: ita & paradisus cœlestis, quem nullus mortalium aperire poterat, neque etiam angelus si de cœlo descendisset. Sicut enim reges & principes interdicunt illis, qui ipsos grauiter offenderũt ingressum domorum suarũ, ita & Deus pater propter delictũ primi parentis interdixerat illi

atque

atq; toti posteritati suæ ingressum curiæ, & domus suæ cęlestis. Hoc igitur cernēs ipsius Dei patris filius in nostra carne mori voluit, vt sic merito suę passionis & cum baculo sanctæ crucis dictum cœlū aperiret, ut sic amodo omnis illic ingredi posset, qui uellet. hoc autem probatur quadrupliciter uidelicet auctoritate, ratione, figura, similitudine.

Primo quidem auctoritate apostoli Heb. 9. dicētis. Christus assistens Pontifex futurorum bonorū per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Et nota ꝙ dicit per proprium sanguinem, quod est contra illos, qui credunt & sperant ire in cœlum per alienū sanguinem, i. per bona opera aliorum, vt sunt multi, qui dicunt aliis, oretis pro me, cum tamen pro seipsis non orent.

Secundo idem probatur ratione sic. Deus & natura nihil faciūt frustra. Modo sic est ꝙ Deus fecerat hominem, ut summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur, ut dicit magister sen. lib. 2. Fuisset autem totaliter frustra. tus à tanto, ac tali bono, quod est finis ipsius, nisi Christus mortem passus fuisset, & ianuam cœli illi morte sua aperuisset. igitur &c.

Tertio idem probatur figura. Legitur enim Num. trigesimoquinto, ꝙ homicida profugus non poterat redire in terram suam, aut ciuitatem, siue domum, nisi primum sacerdote magno mortuum. Per quod præfiguratur, quòd homo profugus à Deo, & à terrestri paradiso eiectus nō poterat ire in paradisum cœlestem, nisi primum Christo passo, & mortuo, qui fuit sacerdos ille magnus, de quo in Psalm. Tu es sacerdos in æternum secundum &c.

Quarto idem probatur similitudine, uidelicet sanguinis hirci. Huius. n. sanguinis uirtus tanta prædicatur, ꝙ si calidus infundatur super adamantem lapidem durissimum, mox ipsum in duas partes diuidit. Ita ēt uirtute sanguinis Christi calidi ad ignē charitatis, fractus est, & diuisus ille murus magnus, qui olim diuide-

bat

bat inter nos & Deum nostrum siue cœlum, & ex tunc patuit, & patet uia eundi in cœlum omni uolenti illic ingredi. Patet ergo triplex ratio, cur necesse fuit Dei filium mori in cruce pro nostra omniumque salute. De cuius etiam morte preciosissima premissum est in themate, quòd compleuit Deus die sexto opus &c.

Et quoniam materia dominicæ passionis ualde magna est & prolixa, ideo decreui ad faciliorem rei memoriam illam perstringere sub septem principalibus pūctis seu articulis, quos stationes nominare censui, ad instar septē stationum Romanæ urbis. Nam quemadmodum peregrini Romani pro cōsequendis indulgentijs urbis uisitant septē ecclesias principaliter adhoc deputatas, quæ uocātur septem stationes urbis, (quarum. Prima est ad S. Ioannem. Secunda ad S. Petrum. Tertia ad S. Paulum. Quarta ad S. Mariam maiorem. Quinta ad S. Laurētiū. Sexta ad S. Sebastianū. Septima ad sanctam Crucē.) Ita & dn̄s noster Iesus Christus, qui uenit in hunc mundum, tanquam peregrinus, uolens nobis acquirere indulgentiam, & omniū peccatorum nostrorum remissionem à culpa & pœna, hincinde pambulādo mortis suæ tempore stationes principales fecit. In quarum qualibet quatuor facta fuisse annotabimus. Harum igitur stationum persecutio erit subiectæ materię declaratio pariter & sermonis cōtinuatio.

Prima statio in orto.
Secunda in domo Annæ.
Tertia in domo Cayphæ.
Quarta in prætorio Pilati.
Quinta in palatii Hærodis.
Sexta iterum in prætorium Pilati.
Septima in monte Caluariæ.

PRIMA STATIO.

Prima igitur statio, quam fecit dn̄s noster Iesus Christus, ut inchoaret quodammodo peregrinationem suā nobis profuturam ad peccatorum omniū remissionē, fuit in orto. Et iterū i hac statione quatuor facta fuisse sacri euangelistæ referunt. Nam ibi. Patrem deprecator

catur, A Iuda proditur, A discipulo defenditur, Ab apostolis derelinquitur.

Primo igitur Christus in orto patrem deprecatur. Sed priusquam istud plenius prosequamur, referenda sunt aliqua de mysterio cœnæ dominicæ. Ibi ergo Christus prædixit suam passionem, Iudę reprobationem, eiusdem proditionem, Apostolorum ruinam.

Primo igitur Christus in fine cęnæ prædixit suam passionem, dicens. Matth. 36. Filius hominis uadit sup ple uoluntarie ad mortem Esa. 13. Oblatus est, quia ipse uoluit. Et notãter dicit. Filius hoĩs potius, quàm filius Dei, quia secundum quod homo passus est, & non secundum quòd Dei filius, sicut scriptum est de illo, scilicet per prophetas. Et notandum, quòd ipse Christus uoluit prædicere apostolis suis suam passionem, propter multa. Tum ut prænunciando, quod futurum erat super eum, ostenderet se uerum Deum, cuius solius est futura merè contingentia præcognoscere. Tũ ut ostenderet se uoluntariè pati, qui se non elongabat ab aduersariis. Tum ut instrueret nos solis amicis reuelare & pandere secreta nostra. Vnde Vegetius de re militari lib. 3. c. 29. Quid, inquit, fieri debeat tractato cum multis. Quid vero facturus sis, cum paucissimis, ac fidelissimis, vel potius ipse tecum. Et Eccles. 6. Consiliarius sit tibi unus de mille.

Secundo Christus prædixit Iudæ iustam reprobationem, cum subdit. Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Væ autem plerunque in sacra scriptura æternam damnationem significat. Est ergo sensus uerborum Christi, quòd ille æternaliter perire deberet, qui eum traditurus erat. Vnde subdit. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Hoc autem uerbum possumus quadrupliciter exponere, secundum quòd quadruplex est natiuitas, videlicet interna, externa, uirtuosa, vitiosa.

Primo igitur bonum fuisset Iudæ si natus nõ fuisset in utero per conceptionẽ. Nam si nõ sic fuisset natus, non habuisset esse, & per consequens nullum malũ incurrisset.

curriſſet. Et ad hunc ſenſum certe bonũ eſſet omnibus reprobis ſi nati non fuiſſent,ſ. in vteris matrũ. Qui.n. ſic natus non eſt , nihil eſt, & per conſequens dãnari non poteſt. Vnde miſeri dãnati vim tormentorũ infernaliũ ſentientes maledicunt prædictæ natiuitati quilibet pro ſeipſo dicens illud Iob 3. Pereat dies in qua natus ſum,& nox in qua dictũ eſt,conceptus eſt homo. Vtrũ autẽ melius ſit non eſſe,quàm in tormentis perpetuis eſſe ? Primo dicitur,ꝙ eſt cõparatio abuſiua,ꝗa non eſſe,ad quodcunq; eſſe nullã habet cõparationẽ . Secundo dicitur,ꝙ ſuppoſita comparatione abuſiua,abſolute & ſimpliciter melius eſt eſſe,& in tormentis perpetuo manere,quàm ſimpliciter non eſſe. Nã primũ tãtum priuat bene eſſe,relinquens tamen eſſe. Secundũ verò negat ſimpliciter omne eſſe. Tertio dicitur, ꝙ ſecundũ quid melius eſt non eſſe , quàm in pœnis eſſe, eo ꝙ non eſſe negat in pœnis eſſe.

Secundo bonũ fuiſſet Iudę,i.minus malum, ſi natus non fuiſſet ex vtero . Si enim veniſſet abortiuus ſuper terram,fuiſſet præcisè dãnatus propter originalẽ culpã,cui tantum debetur pœna damni,quę mitiſſima eſt, ſecundum doctores. Vnde Aug.in enchiridio.c.92.dicit, ꝙ mitiſſima omnium pęna erit eorum,qui præter originale peccatum quod contraxerũt, nullum inſuper addiderunt.Et ad hunc ſenſum bonũ eſſet omnibus dãnatis adultis ,& qui pro peccatis actualibus perpetuo ꝑditi ſunt,ſi nati nõ fuiſſent ex vtero,ſed magis expediuiſſet illis in vteris matrũ deceſſiſſe, quia ſi ſic de illis factum fuiſſet , non paterentur pro præſenti illam inexcogitabilẽ pęnã ſenſus inferni.Propterea quilibet eorũ dicit cũ eiulatu & lamento mirabili illud Iob 3. Quare nõ ĩ vulua mortuus ſum? Egreſſus ex vtero nõ ſtatim perij?Itẽ murmurant,& cum impatientia dicũt ad dominum illud eiuſdem Iob 10. Quare de vulua eduxiſti me ? Qui vtinam conſumptus eſſem,ne &c.

Tertio,bonum fuiſſet Iudæ ſi natus nõ fuiſset,ſupp. mẽbrũ colegij apoſtolici.Quia vt habetur 2.Pe.2.Melius eſt viã veritatis non cognoſcere ꝙ̃ poſt &c.Fuit.n.

ipse Iudas à Christo baptizatus, sicut & cæteri apostoli, quãuis non legatur quando. aut vbi. Itẽ frequenter audiuit mellіflua eloquia eiusdem Christi, insuper vidit ab eo multa & grandia miracula fieri, & huiusmodi. Hæc ergo oĩa aggrauant eius dãnationẽ, propter ingratitudinẽ suã. Et ad hunc sensum melius esset malis religiosis nunquã portasse habitum religionis, aut malis clericis nunquã sacros ordines suscepisse, siue generaliter quibuscunque peruersis Christianis nunquàm regeneratos fuisse in filios Dei, quã post talẽ natiuitatẽ male viuendo in infernũ descẽdere. Luc. 12. Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapulabitur multis.

Quarto bonũ fuisset Iudæ si natus non fuisset mẽbrũ & filius diaboli per culpã. De eo. n. dicitur Io. 13. ꝙ cũ accepisset bucellã, continuo intrauit in eum sathanas, s. quasi iã accipiens de eo possessionẽ. Quòd autem omnis peccator filius sit diaboli, patet per illud Io. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Et erat verbũ Christi ad Iudæos intentantes sibi mortẽ. Et de pœnit. dist. 3. cuius. dicitur, quòd cuiusquisque opera facit, eius filius esse probatur. Ad hunc etiã sensum posset dici de multis malis Christianis, ꝙ melius eis esset si nati non fuissent mẽbra seu filij diaboli per culpã mortalem. Et nota iuxta prædictũ verbum. Væ homini illi &c. ꝙ Iudas multis maledictionibus iusto Dei iudicio subiacuit, quæ continentur in illo Ps. Deus laudem meã ne tacueris. qui incipiunt ibi. Constituite super eum peccatorẽ, & terminantur ibi, sicut zona, qua semper præcingitur, & sunt num. 30.

Tertio principaliter Christus in cęna prædixit eiusdẽ Iudæ proditionem, & hoc tripliciter, videlicet generaliter, specialiter, singulariter.

Primo quidẽ generaliter cũ ait, Vnus vestrum me traditurus est. In quibus verbis ostẽditur, q̃ mala & vituperabilis fuerit huiusmodi ꝓdito. Primo qdẽ ex parte tradẽtis, quia vnus vestrũ, qui supple mei estis discipuli,

puli. Deterius enim est discipulum tradere & prodere magistrum suum, quàm extraneum. Nec quidem Christus eum fecerat solum discipulum suum more aliorum, verumetiam illi loculos commiserat. Ista autem commissio aggrauauit peccatum Iudæ propter ipsius ingratitudinem. Secundo ex parte traditi, quia me traditurus est. Me inquam magistrum veracem, me amicum fidelem, me totum innocentem, me denique signis & miraculis sufficienter ostensum & probatum Dei patris filium naturalem, & coæqualem. Ex quo datur nobis intelligi non esse multum confidendum in amicis huius mundi. Propterquod scriptura nos admonet Hier. 9. dicẽs. Vnusquisq; à fratre suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet.

Queritur cur Christus prima fronte non palã fecit etiã in particulari malitiã Iudæ. Ad hoc respondetur, ꝙ propter multa. Primo quidẽ ne manifestè correptus impudentior fieret, vt dicit gl. ord. Secũdo vero, ne aliquis discipulorũ Christi, & maxime Petrus eũ occideret. de quo dicit August. ad fratres in eremo. ser. 28. ꝙ si sciuisset ꝙ Iudas Christum traditurus esset, dentibus eum lacerasset. Tertio autem ne prodendi occulta crimina exemplũ nobis præberet. Quarto & postremo, vt Iudas sic occulte reprehensus, tanquã conscius propriæ malitiæ pęniteret agens iuxta consilium Ps. dicentis. Quoniam superuenit mansuetudo corripiemur. Nihilominus voluit ipse Christus in generali reuelare suũ proditorẽ, & hoc ꝓp tria. Primo quidẽ vt reuelando occulta cordiũ ostenderet se esse verũ Deũ, cuius solius est talia cognoscere. Secundo vero, ut ostẽderet se voluntariè pati. Ex quo.n. sciebat quæ vẽtura erant super eum vtiq; fugisset, aut saltẽ se occultasset, nisi voluntarie mori voluisset. Tertio autẽ, vt instrueret prædicatores debere latrare contra peccatores occultos, quamuis tamen discrete & in generali, cauentes ne tales notent in particulari.

Secundo Christus in cœna pdixit infelici Iudæ ꝓditionem specialiter. Et hoc iterum dupliciter. Primo quidem respondendo omnibus discipulis, & dicendo, Qui intingit mecum manũ in paropside, seu in catino, hic me tradet. Vbi aduertendũ, ꝙ tunc multi discipulorum intingebant manũ in paropside, qui audito Christi verbo eam subito retraxerũt præter Iudam. Hoc autem ideo fecit secundum Bedam, vt in eo audacia bonam conscientiã mentiretur. Secundo vero respondendo Ioanni super hoc ipsum interroganti, & dicendo, Cui intinctum panem porrexero, ille me tradet. Nam stupentibus & hæsitantibus alijs discipulis quis eorũ esset Christum proditurus, rogauit Petrus Ioannem, vt interrogaret magistrum suum super hoc. Quia enim pauloante diem illum Christus durè increpauerat ipsum Petrum, vocando eum satanam, eo ꝙ aduersaretur ei volenti ire in Hierusalem, ideo non fuit ausus magistrum suum interrogare in propria super manifestatione illius, qui ipsum proditurus erat, rogauit tamẽ Ioannẽ super pectus Christi recũbentẽ, vt de hoc ipsum interrogaret: ideo ait Christus Ioanni. Cui intinctum panem porrexero, ille &c. & mox porrexit morsellum panis intincti in catino, idest, in illo vase, in quo comederant agnũ paschalẽ, Iudæ dicens, Quod facis, fac citius. Vbi nota, ꝙ non erat verbum imperatiuè dictum, sed potius permissiue. Illud tamen verbũ non intellexerunt cæteri Apostoli, Christo forte ita disponente, ne forte insurgerent contra Iudã. Sequitur. Et accepta buccella panis intrauit in eũ, s. Iudam, satanas. Nõ quidem tunc primo, sed vt amodo quasi proprium possideret. Et per hoc significatur, ꝙ diabolus intrat in animas eorum, qui indigne cõmunicant, & hoc per nouum reatum, quem incurrunt, vnde 1. Cor. 11. Qui mã ducat, & bibit indigne &c.

Tertio Christus in prædicta cęna prædixit eiusdem Iudæ proditionem in singulari. Hoc autẽ fuit qñ proditori dicenti. Nunquid ego sum rabbi? Ait illi Iesus, Tu dixisti. Ac si Christus illi diceret. O Iuda tu prodi-

disti

dixisti teipsum, non ego. Ecce quomodo proditor occulto Dei iudicio, iuxta cōe prouerbiū accessit ad candelam, siue ad lumen quod est Christus, vt se cōbureret, i. vt peccatum illius per propriam confessionem ad notitiam multitudinis deueniret. Etiam multi graues peccatores occulti volentes probare suā innocentiā, dum non interrogantur, dicunt se non fecisse crimen quod realiter commiserunt. Propter quod quandoque suspectos se reddunt.

Quarto principaliter Christus in cęna prædixit apostolorum ruinam. Et hoc dupliciter.

Primo quidē in generali, dicens. Omnes vos scandalum patiemini &c. Scriptū est enim, supp. Zach. 13. Percutiā pastorem &c. Videtur tñ aliquis controuersia inter euangelistas quo ad locum, in quo prædicta verba dicta sint à Xpo. Nā Matthæus & Marcus dicūt illa fuisse denunciata ab eo postquam hymno dicto exijt in montem oliuarum. Lucas vero & Ioannes referunt illa fuisse à Christo pronunciata antequam exiret in montem Oliuarū, saltem quantū ad Petri negationē. Sed hanc modicam dissonantiam soluit Aug. de cōsensu euangelistarum. lib. 3. c. 2. dicens, quòd Matthæus & Marcus, quasi recapitulando describitur prædicta verba Christi ad Petrum post introitum in hortum, cū tñ prius in cœna ipsa protulisset. Sed in quo, & qūo scandalizati sunt discipuli in Christum? Certe in hoc, ꝙ cū viderunt ipsum tā turpiter & crudeliter tractari in eius captione fidem perdiderunt de ipsius diuinitate. Et nota, ꝙ illud scandalū fuit acceptum, & non datū. Da exemplum de illo qui deuote orat in ecclesia, quē aliquis nequam videns iudicat eum esse hypocritam. Possunt etiam multa exempla dari.

Sed contra prędictū verbum Christi potest instari de beata Virgine, de qua cōstat secūdū cōmunē ecclesię traditionē, ꝙ non fuit scandalizata in Christū tempore passionis. De qua ēt canit ecclesia, ꝙ dū trepidat grex pusillus, ipsa fidē tenet firmius. Ad hoc potest dici, ꝙ beata virgo nō fuit de numero oīum, sed sup oēs.

Vel dic ꝙ virgo Maria forte non erat præsens quãdo Christus protulit prædicta verba, & per consequens, non comprehendebatur sub illa multitudine: vos omnes &c. Vel si præsens erat, non tamen ad eam se extẽdebant huiusmodi verba, quæ forte ad solos apostolos Christus dirigebat. Notandum autem iuxta prædictam prophetiam. Percutiam pastorem &c. ꝙ Christus verus animarum pastor fuit percussus à multis. Primo quidẽ à Deo patre permissiuè, secundum illud Ps. Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt. & Ro. 8 Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro &c. Secundo vero à Iudæis derisoriè. Hiere. 18. Percutiamus eum lingua. Hoc autem fuit quando deridebant Christum dicentes, Vah qui destruis templum Dei &c. Tertio autem à Gẽtilibus & ministris Pilati, qui percusserunt eum in flagellatione, coronatione, crucifixione. Sed quomodo fuit iste pastor bonus percussus? Certe Esaias prophetando dicit, ꝙ à planta pedis vsque ad verticem capitis. Eiusdem. 1.

Secundo Christus prædixit in particulari Petri negationem, dicens. Priusquam gallus bis &c. Quia. n. ipse Petrus præ cæteris se iactauerat, dicens Christo, Et si oẽs scandalizati fuerint in te, ego nunquã scandalizabor. ipse Christus quasi reprimens eius præsumptionẽ dixit illi, Amen dico tibi, quia tu hodie in hac nocte priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur dicens: Et si oportuerit me simul commori, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. Notandum est autem circa hoc, quòd Petrus taliter promittens non est mentitus, quãuis aliter euenerit. Nõ enim aliud habuit in ore, & aliud in corde, quod pertinet ad virum mendacẽ, sed tunc erat paratus sic facere, sicut dicebat. In hoc tamẽ peccauit, qa promissum nõ tenuit. Nota ꝙ multi sunt similes Petro in faciliter promittẽdo Deo & vouẽdo, qui deficiunt plerũq; in promissum non obseruando. Practica de multis religionẽ intrantibus. Itẽ de ægritudinem, aut qualécũ q; aduersitatẽ patientibus, seu in necessi-

necessitate constitututis, qui solent multa Deo & Sanctis eius promittere, quæ minime adimplent

Quæritur circa Petri promissionem prædictã vtrũ in hoc peccauerit, quia sic promisit. Videtur quòd non, eo quòd videtur in tali promissione habuisse rectam, sanctam, & piam intentionem. Vnde glo. interl. dicit, ꝙ Petrus ex ardore charitatis ad magistrum suũ Christũ fecit hmõdi promissionẽ. Similiter hoc idẽ dicit de cæteris apostolis. Itẽ glo. interl. dicit, ꝙ in promissione Petri non fuit mendaciũ, neque temeritas, sed fides & ardens dilectio. Contrarium autem tenet Chrysost. super Mat. homi. 83. ita dicens, Puto Petrum prædicta verba dixisse ambitione, arrogantia, iactantia. Accusat ergo eũ in hoc facto tripliciter. Primo quidem, quia Christũ contradixit apertè, & quasi arrogãs plus sibiipsi credidit, quàm magistro suo. Secundo vero quia alijs condiscipulis se prætulit tanquã in amore magistri sui feruentiorem & in fide firmiorẽ. Iudicare autẽ, seu æstimare se cæteris meliorẽ, pertinet ad arrogantiam, & similiter ad pharisæi iustitiam, dicentis, non sum sicut cæteri hominum, Luc. 18. Tertio aũt qa totũ sibi imposuit quasi nimis de seipso confidens. Secus si dixisset, Spero per Dei gratiã nunquã scandalizari. Veruntñ ne ipse Petrus desperet post negationem, Christus consolatur eũ, dicens; Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Sed tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, s. apostolos & quosq; Christianos in fide titubantes. Ecce officiũ veri pastoris & signãter summi Pontificis, videlicet confirmare & corroborare debiles in fide, ac bonis moribus.

Sed contra prædictũ Christi verbũ ad Petrum · Ego roga. &c. potest instari per euidentiã facti. Constat. n. aperte ꝙ Petrus Christũ negauit, vt postea dicetur, & ita fides eius defecit. Videtur ergo, ꝙ oratio Christi ꝓ eo facta, non fuerit à Deo patre exaudita. Respondeo, de fide Petri possumus dupliciter loq, vno modo scd̃m ꝙ ipse erat ꝑsona priuata, alio modo scd̃m ꝙ gerebat quasi vices & ꝑsona ecclesiæ vniuersalis, vtpote cui iã

fuerant claues ecclesiæ per Christū promissæ. Loquendo ergo de Petro primo modo, sic defecit fides eius ad tēpus, non tamē finaliter. Constat. n. eū per pœnitentiā ad Christū redijsse. Et hoc voluit per prædicta verba. Et tu aliqñ conuersus &c. Sed loquēdo de Petro secūdo modo sic, nō defecit fides ipsius. Nā & tpe tridui fuit saluata in beata Virgine, vt dictum est prius. Et sic patet &c. Patēt ergo quatuor, quę ptędixit Christus in cęna. Quibus expeditis veniēdū est ad primā stationē.

Prima igitur statio, quam fecit Christus pro nobis redimendis, & vt nobis acquireret plenariā remissionā merito suæ benedictæ passionis, fuit in horto trans torrentem Cedron, vbi quatuor facta sunt, vt præmissum est.

Primo igitur in dicto horto Christus patrē deprecatur. vt. n. refert Lucas. Hymno dicto, i. gratijs solutis in fine cœnę, exijt Christus in montē oliuarū, qui erat prope Hierusalem,. Erat autem ibi quoddam paruum villagium, quod dicebatur Gethsemani, & in decliuio montis erat hortus apertus orationi, & recollectioni. Illic ergo ingressus Christus, dixit discipulis suis, Sedete hic, id est expectate, donec vadam illuc & orem. Et assumpto Petro, Iacobo, & Ioanne fratres eius, cępit cō tristari & mœstus esse. Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem.

Quæritur primo, cur Christus imminente passionis suæ tēpore cœpit tristis esse, maxime cum legatur de multis Sanctis, quòd tanquam ad epulas inuitati ibant gaudentes ad mortem. Ad hoc respondetur, ꝙ tunc tristabatur Christus vehementer, & hoc propter multa incommoda futura, quæ præuidebat. Primū erat mors sua propinqua. Da exemplum de condēnato ad mortem, qui non potest non tristari postquam denunciata est illa mors sua statim inferenda. Secundum erat discipulorum suorum ruina. Tertium iudæorum ingratitudo maxima. Quartum futuri populi Christiani ingratitudo grauior, quàm populi iudaici. Quintū mœstitia piæ matris suæ, quā præuidebat eam in

crasti-

crastinũ passurã,& cui plus compatiebatur,quàm sibipsi scd'm Ber.Merito ergo dixit Christus, Tristis est anima mea,& hoc tá intensiue q̃ extensiue. Intensiue quidẽ, quia tantum quantũ potest aliquis hominũ tristari in hac vita.Extensiue vero,quia vsque ad mortem.

Quæritur secundo,cur Christus oraturus patrẽ potius assumpsit prædictos tres apostolos,q̃ reliquos? Respondeo propter duo.Primo quidem vt qui testes prius extiterant suæ diuinitatis in transfiguratione,similiter testes fierent suæ humanitatis videndo eum,s.pauere & tristari.Secundo vero propter nostram instructionem.Petrus.n.vno modo interpretatur agnoscens. Iacobus supplantator.Ioannes in quo est gratia.Christus igitur assumendo prædictos tres Apostolos cum voluit orare patrẽ,nobis insinuauit,ꝙ si velimus recte & deuote orare ad dñm, debemus spiritualiter in comitatu nostro habere dictos apostolos. Primo quidem Petrũ Deũ cognoscendo per fidẽ formatã, quia vt habetur Heb.11.Sine fide impossibile est placere Deo. Secũdo debemus habere nobiscũ Iacobũ,per supplantationẽ vitiorũ,quia vt habetur Io.9.Deus peccatores non audi. & Ps. Iniq̃tatẽ si aspexi in corde meo,nõ exaudiet dñs, supple orationẽ meã. Tertio debemus hẽre Ioannẽ,per gratiæ præsentiam, sine qua nullũ est meritũ,& ꝑ quã sunt Deo grata & accepta nostra opera.

Quæritur tertio quare Christus potius voluit capi ĩ horto,q̃ in vico,aut domo.Respondeo propter multa.

Primo quidẽ vt ostenderet se venisse ad satisfaciendum pro peccato primi parentis, quod commissum fuerat in horto delitiarum.Secundo, vt ostenderet se voluntarie pati,qui se non abscondit. Tertio vt ostenderet quantum periculum immineat his,qui ciuitates exeũt,& ad hortos,prata,& loca solatiosa se conferũt. Sunt enim plerique etiam vtriusque sexus homines, qui ad hortos exeunt,vt cautius iniquitatem suã compleant.vnde Daniel.13.legitur,quòd duo senes presbyteri voluerunt opprimere Susannam in pomerio uiri sui.

Sequitur in textu. Sustinete hic (inquit Christus tribus prædictis discipulis) & vigilate mecum. In quibus verbis Christus hortatur suos ad æquanimiter sustinendū aduersa propter eum in præsenti vita, vt possint euadere æterna tormenta. Item ad vigilandum in bonis operibus. Et progressus pusillum quantum est iactus lapidis, vt refert Lucas, procidit in faciem suā, videlicet ponendo genua sua in terrā, orans & dicens, Pater si possi &c. Vbi notandum ꝙ Christus ter orauit patrem suum. Primo quidem pro se. Secundo vero pro discipulis suis. Tertio autem pro omnibus fidelibus, qui in ipsum erant credituri.

Primo igitur orauit pro se, dicens. Pater si possibile est, transeat &c. In hac autē oratione ratio proposuit Deo quod erat in appetitu sensitiuo, & pro eo aduocabat, sicut aduocatus solet loqui corā iudice in persona illius, cuius causam defendit. Et per hoc Christus ostē debat se mortē timere, & per consequens verum hominē esse. Est ergo sensus prædictorum verborū. Pater rogo te, vt me non moriente homo redimatur, cœlū aperiatur, ira tua mitigetur, culpa hominis remittatur. Sed nunquid erat possibile ita fieri vt Christus optabat? Certe ita, secūdum potentiā Dei absolutam. Nihilominus decuit ipsum Christū mori, vt sic aperte nobis insinuaret quantū nos dilexit, qui pro nobis mori voluit. Insuper in hoc multū honorauit naturam humanā etiā supra naturam angelicam. Item quia nullus alius præter eum plenè satisfacere potuit pro delicto primi parentis: vt. de Aug. lib. 13. de Trinit. c. 10. ad propositū loquitur dicens, Alius modus Deo possibilis nō defuit, cuius potestati cuncta subiacent æqualiter. Sed sanandæ nostræ miseriæ conuenientior alius modus non fuit, nec esse potuit quàm mors Christi. Hæc ille. Deinde ostendit Christus quomodo suo exemplo debemus nos in oratione totaliter Deo submittere, cū subdit, dicens. Veruntamen non sicut ego volo, scilicet secundum humanum & naturalem affectum, sed sicut tu. Propterea legitur in vitis patrum ꝙ B. Macharius

rius dicebat hunc esse debitum orandi modũ. Deus meus quomodo vis, & sicut tibi placet, ita fiat.

Sequitur in textu. Et facta oratione, venit ad discipulos suos, s. tres prænominatos, & inuenit eos dormientes. Sed vnde talis dormitio? Respondeo, ex multis. Primo quidẽ ex vehementi tristitia absorbente spiritum eorum ex his quæ illis prædixerat ipse Christus in fine cœnæ. Secundo vero ex circunstanti temporis, Erat enim nox, in qua solent homines grauari somno, potius, quàm in die. Tertio autẽ ex recenti cœna. Refectione. n. sumpta solent fumi ex stomacho prodeũtes ascendere ad cerebrum, & inde causare dormitionẽ. Et dixit Petro, Hunc autẽ singulariter reprehendit Christus propter duo. Primo quidem, quia præ cæteris iactauerat se fidelitatem magistro suo seruaturũ, etiam vsque ad mortem, qui tamen neglexit cum eo modicissimo tempore vigilare. Secundo verò ad insinuandum pastoribus, ꝙ præ cæteris debent vigilare & custodire vigilias noctis supra gregem suũ: ꝙ vbi nõ fecerint, sunt valde increpandi de negligentia. Dixit ergo Petro, Non potuisti vna ho. &c. Et nota ꝙ ex illo verbo, vna hora, potest trahi Christum non minus, quàm per horam orasse patrem suum. In quo quidem facto instruxit nos suo exemplo debere diu perseuerare in oratione. Ad idem etiam instruimur exemplo illius peregrini, cui nomen Isaac, de quo refert Greg. in dialo. lib. 3. quod cũ semel intrasset quãdã ecclesiã orandi gratia, & petiuisset à custodibus dictæ ecclesiæ licentiã orandi quantum vellet: licentia obtenta, tribus diebus & totidem noctibus perseuerauit continuo orans. Cum autẽ vnus custodũ super hoc nõ parũ attediaretur, ad eũ accessit uocans eum hypocritã, & præcipiens vt cito inde recederet. Demũ videns, ꝙ nõ cito disponeret se ad recedendũ, satis grauiter percussit eũ ad maxillam, ipsum violenter de ecclesia expellendo. Quod cum fecisset, mox dæmon ipsum inuasit, & possidere atq; torquere cœpit. Cui cõpatiens dictus peregrinus virtute orationis dæmonem ab ipso fugauit.

uit. Ista historia est contra illos mundanos homines, qui diligunt breuem missam, & longam mensam. Consequenter autem Christus hortatur Petrum cum duobus sociis, & in ipsis nos oẽs ad orationis perseuerantiam, di. Vigilate & orate, vt non intretis in tenta No tanter autem post illud verbum, vigilate, addit Christus & orate, ad insinuandum, quòd non satis est vigilare, nisi vigilia occupetur in oratione, seu in quocunque alio laudabili exercitio. Nam proh dolor, multi etiam interdum diu vigilant, quibus melius esset dormire in lectis suis, sicut patet de illis, qui penetrant noctes in ludis, comessationibus, lubricitatibus, & huiusmodi. Vigilandum ergo est, & orandum. item notãdum, quòd Christus non dixit, Vigilate & orate, vt nõ tentemini, sed vt non intretis in tentationem, i. vt tẽtatio uos nõ superet, atq; irretitos teneat, sicut piscis cũ intrat nassam. Tentari. n. malũ nõ est ex se, quinimmo materia est exercendę uirtutis. Intrare verò in tentationem, vitiosum est, quia idem est, quòd illi consentire. Propter quod Christus in oratione dominica docuit nos orare, & dicere. Et ne nos inducas, id est induci permittas in tentationem. Causam autem cur orare debemus, vt non intremus in tentationem, subdit ipse Christus, cum ait: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Quod quidem verbum potest exponi tripliciter. Primo quidem sic. Spiritus promptus est, i. anima prompta est ad bene uolendum, & recte imperandum: caro autem infirma, s. ad iuste exequendum, & obtemperandum; Secundo vero sic. Spiritus promptus est, i. diabolus, qui spiritualis est creatura, paratus est ad tentandum. Nam tanquam leo circuit quærẽs, quẽ deuoret, ut habetur 1. Pet. 5. caro autem infirma, i. homo cuius caro altera pars est, debilis est ad resistẽdum, & hoc ex se: fortis autem cum adest sibi diuinum adiutorium. Propter ꝙ dicebat. Apo. Phil. 4 Omnia possum in eo, qui me confortat. Tertio autem sic. Spiritus prõptus est, i. homo spiritualis paratus est ad bene operandum, ita ut etiam sentiat, quandam spiritualem

de-

delectationem in be ne operando. Vnde & Psal. dic ebat, Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. caro autem infirma.i. homo carnalis & delitijs huius seculi deditus, difficulter operatur bonum, seu resistit malo.

Secundo Christus orauit pro suis discipulis, dicens, Pater mi si non potest hic calix transire.i.mors nisi bibam illum,i.in effectu experiar mortem, fiat uoluntas tua. Hic ergo orat Christus ut non patiatur in apostolis suis, quos post se reseruare uolebat ad plātādum ubiq; terrarum fidem Catholicam. Vel dic, ꝙ tunc orabat ut calix suæ passionis.i.scādalum, ꝙ tunc habuerunt eius apostoli, in ipsis non remaneret, sed cito transeat. Et quantum ad utrūque sensum fuit exauditus, ut in esse patuit. Postquam ergo orauit secundo, uenit iterum ad discipulos suos, & inuenit eos dormiētes. Erant enim oculi eorum grauati, sup. somno, & hoc propter causas prius assignatas. Beda autē dicit, ꝙ iste somnus corporalis præfigurabat, ꝙ dicti apostoli grauandi erant somno infidelitatis. Mystice autem prædicta dormitio apostolorum designat desidiam & negligentiam multorū prælatorum ecclesiasticorum, qui non uigilant super gregē suum, sed potius dant se quieti & torpori, dormientes etiam in suis peccatis.

Tertio Christus orauit pro omnibus fidelibus & prædestinatis ad credēdum, ut, s. calix, i. meritū suæ passionis transiret ab eo usq; ad ipsos quantū ad efficaciam. Et quantū ad hunc sensum fuit exauditus: Nam quotquot ex tunc salui fiunt, hoc consequūtur in uirtute calicis effusi dominici sanguinis. Audi igitur ò peccator Christū redēptorē tuum, pariter & dominū clamantē ad patrē, & dicentē. Pater, trāseat à me calix iste, i. sanguis meus, ut, s. ad modum torrentis ex me egrediens fluat in corda credentium in me, ibi operando peccatorum remissionem. Hic igitur est ille fluuius qui egreditur de loco uoluptatis, quia de latere Christi in cruce dormientis, ad irrigandum terram, hoc est ecclesiam militātem, & diuiditur in quatuor partes, secūdū

quatuor

quatuor plagas mundi, in quibus quantū in se est operatur hominu salutē. O igitur peccator attende Christi tui charitatem dicentis, Transeat à me calix iste. Tu ergo clama, & dic. Transeat à me calix iste. Nisi.n. ad te transierit sanguis iste, à sanguinib. non liberaberis. Clama ergo hodie popule Christiane cum populo iudaico, alia intentione tamen, & dic. Sanguis eius super nos, & super filios nostros.

Quæritur, cur Christus ter orauit patrē in orto. Nūquid sufficiebat semel orasse? Respondeo. Hoc fecit propter tria. Primo quidē, vt nos instrueret in oratione tria à domino postulare, uidelicet de commissis delictis veniam, de præsentibus emendationem, & de futuris cautelam. Secundo uero, ut nos doceret tria in orando petere; videlicet peccatorum remissionem, gratiæ infusionem, futuræ glorię ascensionem. Tertio autem, vt nos exemplo suo informaret, nō solum perseueranter orare, ut dictum est, uerumetiam frequēter, secundum illud Psalm. Septies in die laudem dixi tibi. Istud autem est contra illos, qui si cito non exaudiantur à domino super his, quæ postulant, mox desistunt orare dominum, & implorare suffragium eius: Vnde Bernar. in lib. meditationum, cap. sexto, sic loquitur, dicens. Dices forsassis. Quotidie oro, & orationis meæ nullum fructum video, sed sicut ad illam accedo, sic & redeo. Nemo mihi respondet. Nemo mihi loquitur. Nemo aliquid mihi donat, sed incassum laborasse videor. Sic quippe loquitur humana stultitia, nō attendens quid veritas promittat Marc. 12. dicens. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet uobis. Vnum ergo è duobus indubitanter sperare debemus, quoniam aut dabit nobis Deus quod petimus, aut quod uiderit nobis esse utilius. Hęc ille. Non ergo semper nobis tribuit quod orādo petimus, quia forte illud nostræ saluti non expedit. Et ad hoc dat Isid. de summ. bon. lib. 3. c. 7. similitudinem de paruulis, qui ne in scholis uapulent, Deum exorant, quibus tamen non conceditur à domino,

quod

quod petunt, quia non cederet ad eorum profectum. Ita in proposito &c.

Sequitur in textu Lucæ,qui solus de hoc loquitur. Et factus in agonia, prolixius orabat. Ista autem agonia fuit reluctatio sensualitatis & rationis Christi. Nã sensualitas naturaliter in eo mortem horrebat. Ratio vero ipsam pro humana salute zelabat, etiam ardentissimo desiderio. Vel dic,quòd ista agonia in Christo fuit anxietas instantis mortis, quam quasi præsentem Christus præuidebat. Ex qua præuisione dicitur tunc fuisse in agonia, sicut infirmi in extremis laborantes. Nam natura humana permittebatur in Christo tunc agere, quòd proprium illi erat secũdum Damascenũ. Possumus autem dare exemplum de prædicta concertatione sensualitatis,& rationis in Christo,sicut de ieiunante,qui mane facto naturaliter appetit comedere ex inclinatione naturalis appetitus, sed tamen ratio non consentit,immo omnino contradicit tali appetitui.Ita in proposito. Est autem agonia secundum Beat. Th.1.2.q.41.artic.4. nomen græcum, quòd importat timorem alicuius mali extrinseci, cui resisti non potest propter improuisionem. Et propter hoc dicimus de morientibus,quòd agonizant,quia uident malum, quod uitare nõ possunt,scilicet mortẽ.Ipso ergo Christo sic prolixe orante,factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terram. In quo facto apparuit vehementia apprehensionis,necnõ & incredibilis dolor futuræ passionis. Nonne ergo ualde amara fuit Christi passio, cuius sola cognitio sanguinẽ cogebat sudare? Profectò nullus mortalium prçter Christum legitur ob mortis imminentis horrorem sanguinem sudasse. Poterat enim Christus naturaliter ex uehementi apprehensione mortis aquam sudare, sed non nisi miraculose sanguinẽ. Notanter autẽ dicit euãg. guttas sanguinis Christi decurrisse in terram, ut per hoc significetur,quòd ipse passurus erat non pro angelis,qui erãt in cœlo, sed pro hominibus habitantibus super terram.

Sequi-

Sequitur in textu Lucæ. Apparuit autem ei angelus de cœlo confortans eum, i. ad modum confortantis se habens. Facta autem fuit prædicta apparitio Christo, non quo ad oculos mentis, quia sic semper angelos videbat, sed quo ad oculos corporis. Apparuit ergo angelus Christo in assumpto corpore sensibiliter, genua reuerenter coram ipso flectendo, & fortè aliqua uerba consolatoria dicendo, Non quidem propter ipsius Christi indigentiam, sed magis propter trium discipulorum prope astantium in fide corroborationē, & confirmationē. Insuper propter nostram instructionem, vt sic daretur nobis intelligi, ꝙ tribulatis, & afflictis propter dominum non deest diuina, aut cœlestis consolatio, secundum illud Psal. Secundū multitudinem dolorum meorum in corde meo cōsolationes tuæ &c Item ut intelligeremus, ꝙ sancti angeli super assistunt (quamuis inuisibiliter) orantibus. Vnde Tho. 12. dixit Raphael ad Thobiam seniorem. Quando orabas cum lachrymis, ergo &c.

Quæritur quis fuerit iste angelus? Respōdeo, de hoc nihil dicit euāgelista. Dicunt tamē quidā hunc fuisse Michaelem, qui dixit Christo qualiter Deo patri obtulerat orationem suā, & similiter qualiter omnes angeli cū eo orauerant Deum patrē pro ipso, ut non pateretur. Quibus respondit dicens, Nouit filius meus dilectus ꝙ redemptio humani generis, quā sic optamus, non potest decēter fieri absq; effusione sui sanguinis. Et ideo mando sibi, ut obediat & ad mortem se præparet, occurratque nunc sine dilatione iudæis querentibus animam suam. Cum itaque pijssimus Iesus ad hæc uerba patris sibi per Angelum Michaelem denūciata sanguinem sudaret, & dictus Michael, quasi cō patiens cœpit ipsum confortare, sicut seruus tristē magistrū, dicens, quòd magna lætitia iam celebrabatur in cœlo de sua passione, eo quòd medio illius angelicæ ruinæ essent breui reparandæ. Item, quòd iam mirum in modum Sancti patres in limbo degentes de hoc gaudebant, tanquam sperantes se per huiusmodi

di mortem de profundo laci in breui liberandos, & cœlum conſcenſuros. Legatione igitur ſua facta, dictus Angelus diſparuit præſentiam fantaſticam corporalem ad oculis Chriſti ſubtrahendo. Quo facto, ipſe Chriſtus ab oratione ſurrexit totus ſanguine madefactus. Qui cum terſiſſet uultum ſuum, venit ad prædictos tres diſcipulos, quos iterum inuenit dormientes, ſicut prius. Quorum infirmitati compatiens, ait. Dormite iam, & requieſcite, ſcilicet pauliſper. Vel, vt alij dicunt, & tunc Chriſtus ironicè loquebatur, ac ſi apertè diceret. Non eſt modo tempus dormiendi, aut quieſcendi, ſed potius uigilandi, & orandi. Cumque illi parum dormiſſent, ait illis. Sufficit, ſurgite eamus, ſcilicet obuiam Iudæ uenienti, ut me tradat in manus peccatorum. Chryſoſtom. O mira Chriſti clementia & bonitas. Cum enim Iudæi voluerunt eum regem facere, fugit. Sed cum uoluerunt eum in cruce ſuſpendere, illis occurrit. Et ſic patet de oratione Chriſti in horto.

Secundo principaliter Chriſtus in horto à Iuda traditur. Circa quam traditionem, ſeu proditionem poſſumus conſiderare quatuor ſecundum ordinē textus euangeliſtarum, quæ ſunt, Diſpoſitionis, Interrogationis, Salutationis, Allocutionis.

Primum igitur conſiderādum ex parte prædictæ traditionis vocatur diſpoſitionis. Nā vt dicit Matthæus. Adhuc eo loquente, ſcilicet Chriſto tribus diſcipulis, Ecce Iudas vnus de 12. numero, ſed non merito. Et cum eo uenit turba multa cum gladijs & fuſtibus, miſſi à principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi. Ipſe tamen Iudas, tanquam capitaneus & dux exercitus diabolici, atque congregationis ſathanæ antecedebat prædictam turbam uenientem capere illum, qui ſoluit compeditos. O quot ſunt adhuc hodie Iudæ ſuper terrā, qui. ſ. alios præcedunt ad malū ſuo malo exēplo. Nota de malis p̄latis, itē de malis rectorib. reipub. itē de malis dn̄is temporalibus, & hm̄oi. O ma-

gna Iudæ & turbarum cum eo uenientiũ ad capiendũ Iesum vesania. Quid enim turba tanta ad querendum unum cum paucis discipulis? Quid turba armata ad querendum hominem inermem? Quid de nocte cum lanternis & facibus ad querendum quotidie in tẽplo docentem & disputantem? Dederat aut traditor eis signum dicens. Quemcunque osculatus fuero, ipse est, quem sup. vobis uendidi, tenete eum & ducite cautè. Ac si diceret. Cum ceperitis eum, ligate sibi manus post tergum, ne possit se defendere. Item apponite funem per medium corporis sui, & cathenam ferreã ad collum eius, ut nullatenus possit effugere manus uestras. Quid, si à casu de manibus uestris euaserit, iacite post eum sagittas & dardas, ut saltem ipsum habeatis mortuum. Sed quare addidit Iudas, & ducite cautè? Respondeo, quia timebat ne Christus, quem non credebat ueracem Dei filium, sed potius incantatorẽ, posset magicis artibus se transformare, & sic manus se capientum euadere.

Moraliter Iudas significat proditorem & fallacem mundum istum, qui laborat die ac nocte prodere amatores suos illis applaudendo, & illos reddere inter manus dæmonum. Propterea Augu. ad fratres in eremo. ser. 31. qui intitulatur de fallacia mundi, uocat ipsum mundum proditorem, ita inquiens. O munde immunde, fallax & proditor, nunquid non periculosior es blandus, quàm molestus? Nunquid nõ magis timẽdus es dum allicis, quàm dum spernis? Nunquid non magis odiendus es dum diligere dissimulas, quàm dũ odire te ostendis? Hæc ille.

Secundum considerandum ex parte prædictæ traditionis, uocatur interrogationis. Vt enim dicit Ioann. Iesus sciens omnia, quæ uentura erant super eum, processit, s. obuiã proditori Iudæ, & impijs iudæis, & dixit ad eos. Quem queritis? Sic autem interrogat, nõ quasi dubitans quem quererent, sed ut scirent ipsũ esse quẽ querebant, ut dicit glo interl. Responderunt ei. Iesum Nazarenum. O impij Iudæi attendite & videte quid di-

dicitis, & cuius mortem queritis. Iesus enim Latinè Saluator dicitur. Nazarenus vero floridus interpretatur. Ex ore ergo uestro iudicamini, & conuincimini iniquè agere, quia quæritis occidere Saluatorem omnium, & floridum per uitæ munditiam. Ecce quem queritis capere & occidere, scilicet uirum omnibus utilem, quia Iesum, i. Saluatorem, & innocentem, quia Nazarenum. Ait illi Iesus. Ego sum. supp. Iesus Nazarenus. Sed quis ego sum? Certe ego sum, qui olim creaui cœlum, & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Item ego sum, qui eduxi patres uestros de Aegypto in manu forti, & brachio extento. Item qui eos transacto pede sicco mari rubro paui 40. annis in deserto pane de cœlo misso. Item qui ipsos introduxi in terram promissionis, deuictis eorum aduersariis. Item ego sum, qui olim dedi legem Moysi in monte Synai. Item quem prædixerunt prophetæ, & uaticinatæ sunt sibyllæ. Item ego sum, qui ob causam uestræ salutis de cœlo descendi, & ueni in mundum, atque postmodum in eo multa miracula feci, utpote mortuos suscitando, leprosos mundando, possessos à dæmoniis liberando, cæcos illuminando, claudis gressum rectum conferendo, surdis auditum reddendo, aquam in uinum mutando, panes hordeaceos in delicatos multiplicando, & penè infinita his similia operando. Ecce quem queritis. Vt ergo dixit eis Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Cumque diuina miseratione illi miseri homines surrexissent de terra, iterū interrogauit eos benignè Christus, dicens. Quem queritis? Illi autem dixerunt. Iesum Nazarenum. Respondit illis. Dixi uobis, quia ego sum. Si ergo me queritis, sinite hos abire, scilicet discipulos meos, vt sermo impleretur quē dixit, uidelicet Ioan. 17. quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quēquam, sup. præter filium perditionis, vt habetur supra, August. autem super Io. tractat. 112. tranctans illud prædictum uerbum, Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, inue-

hit in capiẽtes Christū, ita dicens. O impij Iudæi, vbi nunc militum cohors, & ministri principum, atq; pharisæorum? vbi terror, & munimen armatorū? Nempe vna vox dicentis, ego sum, tantam turbam, odijs ferocẽ, armisque terribilem, sine vllo telo percussit, repulit, strauit. Deus enim in Christo latebat in carne, & sempiternus dies ita membris occultabatur humanis, vt lãternis, & facibus quęreretur occidendus à tenebris. Ego sum dicit, & impios deiecit. Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? Hæc Aug. vbi supra. Tunc ergo impleta fuit prophetia Psalmistæ dicentis de Christo, Dabit uoci suę uocem uirtutis.

Tertium considerandum ex parte dictæ traditionis, dicitur salutationis pestiferæ. Nam postquam iudæorum ministri secundò surrexissent de terra, confestim accedens Iudas ad Christum, salutauit eum in dolo, dicens. Aue rabbi. Et osculatus est eum. O Iuda virorum pessime, vide quid dicis. Quid enim Aue aliud, quàm sine væ? Item quid rabbi, nisi idẽ quod magister? Si ergo Christus sine væ, hoc est sine peccato, cur ipsum prodis, tanquam malefactorem, & tradis, ut moriatur? Item si est Rabbi, idest magister tuus, cur enim non uenera ris, & te à peccato reuocare uolentem, cum subdit: Amice ad quid venisti, efficaciter non audis? O salutatio iniqua, & proditoria, de qua etiam ecclesia canit, dicens. Iudas armis doctus sceleris, qui per pacem didicit facere bellum, osculando tradidit dominum Iesum Christum. Hæc autem pestifera salutatio olim fuit præfigurata in Ioab, qui in dolo salutauit Amasiam germanum suum, dicens. Salue mi frater, tenuitque manu dextera mentum eius deosculans eū, & sic percussit eum in dolo in latere, & effudit intestina eius, vt patet 2. Regum 20. Applicatio est facilis. Item fuit prophetizata per Psalm. in persona domini dicentem. Etenim homo pacis meæ, id est qui simulabat pacem mecum habere, in quo speraui, idest merito sperare

rare debui,ſi fuiſſet fidelis ſeruus,& prudens, qui edebat panes meos, ideſt quem ſuſtentaui tempore ſui apoſtolatus de eleemoſynis,quæ mihi dabantur a populo,Vel.qui edebat panes meos, ideſt corpus meum ſacramentaliter in cœna,magnificauit ſuper me ſupplantationem , id eſt iniquam traditionem , in hoc ſupple reddens mihi malum pro bono . O igitur oſculum venenoſum . O oſculum omni dolo , & amaritudine plenum . O Iuda virorum nequiſſime & auariſſime,cur tam vili precio vendis tantum dominum , etiam viliori , quàm venderes vaccam vnam ? O fili perditionis, ſi auaritia te incitauit ad vendendum magiſtrum tuum , quia ſcilicet arbitrabaris te amiſiſſe triginta argenteos in effuſione vnguenti ſuper pedes ipſius, quare ipſum non vendis matri ſuæ ? & ipſa profecto tibi dediſſet precium multo maius etiam ſi ipſa debuiſſet ſua omnia , & ſeipſam vendere . O populi Chriſtiani quid dicitis in cordibus veſtris ? Nunquid cum hæc auditis , multum deteſtamini impietatem Iudæ ? Et ego dico vobis, quòd multi veſtrum frequenter non minus peccant . Audite igitur,quid dicat venerabilis ille Beda, ſecundum quòd recitatur.11.quæſtio.3.abijt. Multi inquit hodie Iudæ ſcelus , quia dominum ac magiſtrũ Deumque ſuum pecunia vendiderit, velut immane & nepharium ſcelus horrent,nec tamen a ſimili cauent. Nam cum pro muneribus falſum contra aliquem teſtimoniũ dicunt. profecto quia veritatẽ pro pecunia negant, Deum pecunia vendunt.Ipſe enim dicit.Ego ſum veritas.Ioan. 14.Hæc ille.

Moraliter notandũ , quòd ſunt adhuc hodie multi Iudæ ſuper terrã.Hi ſunt, qui applaudunt illis quibus nocere volunt . Habent.n.ad eos verba melliflua , ſed intus gerunt venena mortifera.Et de talibus loquitur Pſal.dicens . Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum labia doloſa in corde,& corde locuti ſunt. Vnde poeta quidã ſic ait.Quando bonũ faris, & in cor de malũ meditaris , Oſcula, quæ Iudas domino dedit

hæc mihi tu das. Item alius ad idē. Qui mel in ore gerit, & me retro pungere querit, Eius amicitiam nolo mihi sociam. Tales ergo ficti amici sunt omnino uitandi, quia periculosiores sunt apertis inimicis.

Quartum considerandum ex parte sępe dictæ traditionis, dicitur allocutionis, supple mellifluè Christi cū alloquitur proditorē suū benigne, & gratiosè, dicens. Amice ad quid venisti? O fons misericordiæ, qui proditorem suum amicum vocat. Et vere sic erat, quāuis amicitia ex una parte claudicaret. Ipse enim Christus Iudam diligebat, â quo se nō diligi, sed odiri nouerat: dixit ergo. Amice ad quid uenisti? Si enim ad ueniam quærendam, & pœnitentiam corde perfecto agendam, bene ueneris. Nam paratior sum tibi ueniam dare, quàm tu illam quærere. Si autem ueneris ad me prodèndum inimicis meis Iudæis, non hoc apud te merui, nec inde aliquam utilitatem consequeris. Vide ergo ad quid venisti. O Iuda, licet offensa tua sit grauissima, considera tamen, quòd maior est charitas mei patientis, quàm malitia tua me ad crucifigendū tradentis. Et ideo noli desperare, quoniam hæc passio opus est maximę misericordiæ. Amice igitur ad quid venisti considera. O benigna inuitatio. O suauis consolatio. O profunda dilectio. O infelix deosculatio. O proditor nequissime, tu ipsum magistrum vocas, & ipse te amicum. Si igitur ipse est magister tuus, esto ergo discipulus fidelis ipsius, & ipse erit amicus tuus charissimus. August. autem ad fratres in eremo ser. 28. ad hoc propositum facit huiusmodi exclamationem, dicens. O Iuda quid facis, attende antequam facies. Nam post factum fortè poteris habere pœnitendi gratiam. O Iuda attende quid facis. Certe cupis tradere illum, qui tibi multa peccata pepercit. Nunquid magister tuus Christus à morte sæpe te liberauit? Nunquid tui amore patrem tuum à lepra sanauit? Nunquid etiam matrem tuam cum qua concubueras á paralysi liberauit? Nunquid te discipulum suum constituit? Nunquid bursarium suum

te fecit? Nunquid in furto sæpe te inuenit, & semper tibi pepercit? Nunquid post Petrum te vt plurimū honorauit? Nunquid te semper iuxta se habere voluit? Nunquid suum corpus sacrum pariter & sanguinē tibi in cęna donauit? Nunquid ante te se genuflexit, & tuos fœdos pedes lauit? Nunquid te ad osculum recepit? Cur ergo prodere vis magistrum, à quo tot & tanta bona recepisti? Hæc ille. Patēt ergo quatuor ex partes proditionis prædictæ. Et per consequēs patet de secundo principali quod factum est in horto.

Tertio principaliter Christus ī horto à discipulo defenditur. Cum igitur post prædicta Christo permittente, impij ministri & milites iudæorū iniecissent sacrilegas & violentas manus in eum, videntes (inquit Lucas) hi qui circa ipsum erant, scilicet discipuli, quòd futurum erat, dixerunt ei. Domine si percutimus in gladio? Et non expectata Christi responsio, percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Hæc Lucas. Solus autem Ioannes exprimit nomen discipulis percutientis, dicens, quòd fuit Simon Petrus. Insuper solus exprimit nomen serui pontificis, dicens, quòd erat illi nomen Malchus. Iste ergo Malchus erat seruus Caiphæ, qui vt dicunt aliqui, primus in Christum manus sacrilegas immisit, & ideo non mirum si potius eū percussit Petrus, quàm quemcunque alium, amputando scilicet auriculam eius dexterā. Putauit tāmen ipse Petrus maius malum sibi inferre, quia laborauit eum occidere. Sed circa hunc textum possunt moueri aliqua parua dubia.

Primū igitur dubiū est, quomodo potuit fieri, quòd Petrus vibrando gladiū suum super caput dicti Malchi quantū vires suæ se poterant extendere, vt verisimiliter creditur, tantum amputauerit ipsius auriculā. Saltem mirum est, quòd talis atrox percussio non descenderit usque ad humerum auriculæ subditum. Respondeo. Petrus tanquā inexpers artis bellicæ, putando auferre caput Malchi, tantum abstulit auricu-

lam ipsius, Insuper dicendum quòd tantum illi nocuit quantum sibi à Christo permissum fuit.

Secundum dubium, quomodo Petrus inermis ausus fuit in præsentia tot armatorum virorum aggredi virum armatum. Valde tamen inconsideratus erat si non aduertebat quanto periculo se exponebat. Respondeo. Forte ipse Petrus tunc enim accensus erat in amore magistri sui defendendi, quòd paratus erat, cum ipso mori, & non curauit si se exponebat mortis periculo. Vel dic, quòd forte ita perturbatus fuit ex subita captione magistri sui, quòd non attendebat periculum cui se exponebat, sed tantum de ipsius defensione cogitabat. Item potest dici, quòd quia nox erat, forte cogitauit, quòd post ictum datum posset euadere, & de facili se abscondere. Quod tamen non est factum. Et ideo valde mirum fuit, quòd dictus Malchus postmodum non inuasit Petrum, & similiter socij eius, sicut moris est militum se mutuo defendere, & iniuriam vni sociorum factam vlcisci. Et certe nihil eos tunc impediuit nisi illa virtus, quæ illos paulò ante in terram prostrauerat. Insuper potest dici, quòd tam auidi erant circa captionem Christi, quòd non fuit eis tunc curæ de facto Petri.

Tertium dubium est de gladio Petri. Vnde scilicet ipsum habuerat. Ad hoc dicunt nonnulli, ꝙ discipuli Christi qui cæteris erant animosiores & robustiores, qualis erat Petrus, cum audissent suũ magistrum frequenter dicentẽ, quod in breui tradendus esset in manus inimicorũ suorum, prouiderunt sibi de gladijs, vt si opus esset, tuerentur & defenderent magistrũ suum. Aliã responsionem assignat magister Nicola. de Ly. dicens, ꝙ aliqui de apostolis prius piscatores fuerant. & de Petro quidem hoc negari non potest. In piscatione autẽ aliquando necesse est affigere retia paxilis, & similiter nauiculas interdum dirigere cum perticis, ad quos quidẽ vsus gladius permaxime est necessarius. Et ideo potuit esse, quòd aliq̃ de apostolis huiusmodi

gladios

gladios, seu cultellos magnos retinuerant apud se ad diuidendum cibaria & carnes agni pascalis. Petrus ergo cum in cœna audisset magistrum suum dicentem, Filius hominis vadit &c. vnum de illis gladijs accepit, & sub mantello suo abscondit, cum secutus est magistrum suum in hortum, vt cũ illo ipsum defenderet si opus esset. Vnde cum illo percussit seruum pontificis Malchum nomine.

Quartum dubium est de Petro. Vtrum scilicet peccauerit percutiendo Malchum. Ad hoc respondet August. lib 3. quæstionũ noui, & veteris testamenti, quæstio 7. dicens, quòd non. ibi enim dicit sic in forma: Quantum pertinet ad Petrum, percussit eum quem contra se armatum videbat. Resistere debuit ingratis seruis, & ad dominum necandum armatis. Hæc ille. Similiter Chrysost. super Mathæum. Homil. 86. videtur eum excusare, dicens, quod ex pio & feruenti amore quem habuit ad magistrum sum, percussit dictum Malchum. Item gloss. interli. super Lucam comparat eum Phinees qui, ex zelo sancto occidit iudæum coeuntem com muliere Madianitidæ, propter quod factum meruit summum sacerdotium, vt patet Numeri 25. Alij autem econtrario dicunt, quòd peccauit, quia nec iudex fuit, nec à iudice auctoritatem habuit. Et sic dicatur, quòd ipse cum alijs apostolis petijt à Christo licentiam percutiendi, vt prius patuit, conceditur. Sed tamen responsum non expectauit. Excusatur tamen à tanto, & si non à toto, secundum istos, & hoc propter zelum quo replebatur, sicut Moyses, qui Aegyptium iurgantem cum hebræo occidit, & in sabulo abscondit. Exod. 2. Et hanc partem expresse defendit dominus Hugo Cardi. in postilla sua super Lucam. Et ad argu. de Phinees, dicit quòd Petrus non comparatur Phinees, nisi quantum ad zelum, non autem quantum ad zeli discretionem. Indiscrete enim inquit. zelatus est Petrus pro magistro suo. In cuius rei signum ipse

ipse Christus eum super hoc reprehendit dicens. Conuerte gladium tuū in vaginam. Item ipsemet Aug. super Ioan. tractatu centesimo duodecimo expresse dicit quòd factum Petri dominus improbauit, & progredi vltra prohibuit, dicens. Conuerte gladium tuum &c. Quid autem circa hoc tenendum sit, relinquo arbitrio peritorum.

Sequitur in textu secundum Lucam, Iesus aūt cum tetigisset auriculā eius, s. Malchi, sanauit eū. Et in hoc instruxit nos reddere bonum pro malo, & benefacere his, qui nos oderunt. Itē hoc fecit ad suæ diuinitatis manifestationē: itē ad ipsorū iudæorum conuersionē, & similiter ad suorū discipulorū iā in fide titubantiū confirmationem.

Quæritur quare iudæi viso tam aperto miraculo nō destiterunt persequi Christum, in ipsum credentes. Respondeo. forte ipsum miraculum non omnes viderunt, eo quòd nox iam erat. Itē dato, quòd ipsum vidissent, quia tamen difficilimum est emollire cor induratum, sicut patuit de Pharaone, ideo non mirum si non crediderunt. Nam vt habetur Eccle. 7. Nemo potest corrigere quem ille despexerit. Insuper ipsi iudæi maiora miracula viderant fieri à Christo, nec propterea crediderant id ipsum. Ideo non mirum si tunc non crediderunt.

Consequenter sanata auricula Malchi, & illi restituta Christus conuertit se ad Petrum, & dixit illi quatuor verba sequentia.

Primum igitur verbum de quo solus Matthæus loqtur, fuit tale. Conuerte gladiū tuum in vaginā. gl. interli. Cessat vindicta vt exhibeatur patientia. Omnis. n. qui gladium acceperit, videlicet propria auctoritate siue etiam ad vindictā & non zelo iustitiæ, gladio peribit, i. malus vsus gladij erit causa perditionis illius. Vnde per prædicta verba interdictus est vsus gladij materialis Petro, suisque successoribus. Sed si vultis scire, quæ sint arma clericorum, audite Amb. 23. q. 8. non pila. dicentem, quòd arma clericorum sunt oratio

nes

nes & lachrymæ. Item ibidem. cap. cum à iudæis. dicitur, ꝙ ideo dictum est Petro, conuerte gladiū tuum in vaginam, vt clerici & prælati armis bellicis non vtātur. Sed profecto hac tempestate multi prælati in curijs regum ac principum degentes, cum deberent pacem querere & fouere, frequenter suis prauis cōsilijs suscitant grandia bella. Tales ergo potius dicendi sunt armigeri, quàm clerici.

Secundum verbum Christi ad Petrum fuit illud, ꝙ addit Ioannes, dicens. Calicem quem dedit mihi pater non vis vt bibam illum? Ac si diceret. Ex quo diffinitum est a patre meo cœlesti, vt per mortem meam genus redimatur humanum, nullo pacto debes tantū bonum impedire, nec diuinam ordinationē bello frustra impugnare. Nisi enim bibero hunc calicem mortis, nec tu, nec cæteri saluari potestis. Sine ergo Petre vt modo moriar ad tuam, atque omnium electorum salutem.

Tertium verbum Christi fuit illud, quod habetur in Matthęo, vbi dicitur. Quomodo ergo implebuntur scripturæ? scilicet si non patiar. Si enim non patiar, ergo falsè locuti sunt sancti Dei prophetę, & per consequens Deus pater decepit eos, quibus reuelauit passionem meam. Sic autem sentire, grauis est blasphemia.

Quartum Christi verbum ad Petrum, & quod in eodem Matthæo habetur, fuit tale. An putas quia nō possum rogare patrē meum, & exhibebit mihi modo plus quā 12. legiones Angelorum? Ac si diceret. Non egeo auxilio. 12. apostolorum, qui possum habere 12. legiones Angelorum. Legio autem secundum Hiero. sex milibus complectitur. moderna tamen computatio dicit, quòd legio complectitur sex mille sex centum sexaginta sex Insuper vnus solus Angelus sufficeret ad me defendendum vbi opus esset. Hoc autem probatur tali testimonio. Legitur enim. 4. Reg. 19. quòd in castris Assyriorum, quòd vnus solus Angelus executor diuinæ iustitiæ iterfecit vna nocte 185. milia virorū.

Vide

Vide ergo Petre quid & quantū pro me facere possent 12. legiones Angelorum, si illos vellem in auxiliū habere. Frustra ergo laboras Petro ad mei defensionem cum gladio tuo.

Postquam ergo Christus reprehendit Petrus, consequenter conuertens se ad Iudæos, cœpit eos reprehendere dicens. Tanquā ad latronem existis cum gladijs, & fustibus comprehendere me. Super quo Hiero. Stultum est cum gladijs querere illum, qui vltro se trad, it & in nocte per proditorem inuestigare latentē, quem quotidie videbant in templo docentem. Vbi notandum, quòd Christus tanquam latro est captus, cum latronibus est iudicatus, inter latrones est crucifixus, pro latronibus, peccatoribus mortuus, & à latronibus occisus. Deinde subdit Christus, dicens eisdem iudæis. Quotidie, idest frequenter apud vos eram docens in templo. In quo magnam vtilitatem vobis contuli, & non me tenuistis, quia nondū venerat hora mea. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Ac si diceret. Nunc permittitur vobis sic viliter tractare me. Insuper permittitur dæmonibus (qui hic dicuntur potestas tenebrarum) procurare mortem meam, vbi tamen, si vellem, & vos & illos in momento dissiparem. Hæc de tertio principali.

Quarto principaliter Christus in horto à militib. capitur & ligatur, atque ab apostolis turpiter derelinquitur, eo quòd timuerunt cū eo & capi, & occidi. Et de dicta captione, atque modo illius loquens solus Io. dicit sic. Cohors & tribunus & ministris Iudæorū cōprehenderunt Iesum & ligauerunt eū, & adduxerunt ad Annam primùm. Ad cuius euidentiam notandum secundum Catholicon, q cohors est multitudo rusticorū. Insuper secundum eundem duplex est cohors videlicet maior & minor. Maior continet quingētos homines. Minor autem trecentos. Et dicitur cohors quasi simul hortans se ad bellum, siue ad aliquid arduum

duum faciendum. Cohors ergo in proposito significat milites Gẽtiles pretio conductos à principibus iudæorum ad capiendum Iesum. Tribunus vero dicitur capitaneus eorum. Ministri autem iudæorum erant illi iudæi, quos principes miserant cũ prædictis ad capiendũ Christũ. Ex quibus omnibus patet, quòd multi erant & conuenerant ad Christum capiendum, quia ad minus trecenti Gentiles præter ministros iudæorũ, qui forte non erant in minori numero. Propter quod ipse Christus merito tunc dicere potuit illud Psal. Circundederunt me canes multi. Vocat autem prædictos homines canes, eo quòd in vnum conuenerant ad ipsum capiendum, sicut canes venatici ad prædam capiendam.

Modus autem capiendi Christum talis fuit. Nam postquam Iudas salutauit eum, & osculatus est cũ amplexu traditorio, subito prædicti milites, & ministri iudæorũ in ipsum manus sacrilegas immiserunt, & in terram crudelissime prostrauerunt, catenam ferream ad collum eius ponentes, chorda corpus eius cingẽtes, & manus ipsius à tergo vincientes, & hoc totum, vt eũ securius & cautius possent ducere in ciuitatem. O quis enumerare posset verba, & uerbera tunc pijssimo, & mitissimo Christo illata? Nam quantum ad verba iniuriosa, & omni blasphemia plena, nota, quòd tunc vt verisimiliter creditur, dixerunt ei hæc, & his similia. O seductor pessime, & incantator verissime atque dæmoniace, qui totiens in tuis sermonibus plenis mendacijs, & fallacijs detraxisti legis doctoribus, nunc venit hora, vt recipias pro tuo labore mercedem. Quantum vero ad verbera nota quomodo illi, more luporum, sæuiebant in agnum mansuetissimum, & patientissimum Christum. Nam eo violenter in terram prostrato, nonnulli super eum pedibus saltabant, & conculcabant. Alij absque misericordia capillos capitis, & barbæ extrahebant. Alij pugnis & ensium pomis eius caput, faciem,

& totum

& totũ corpus inhumanissime & atrocissime percutiebant. O anima deuota si illic præsens fuisses, nunquid talia videndo creatori tuo compassa fuisses, & libenter eũ defendisses? Nonne tunc abundantissime doluisses & fleuisses? Pone ergo hæc omnia nunc coram oculis mentis tuæ tanquam si tunc præsens fuisses, & cōpatere Christo tuo, atque respice in faciem Christi tui sic crudeliter ligati, sic in humaniter tractati, sic turpiter iniuriati à prædictis militibus & ministris iudæorũ, & hoc totum propter te

Sequitur in textu. Discipuli autẽ eius hæc videntes, relicto eo omnes fugerunt. Et tunc fuit impletũ verbũ Christi prius dicentis. Omnes vos scandalum patiemini &c. Dicit tamen Marcus, quòd adolescens quidã sequebatur eum amictus syndone super nudo, supple corpore, & tenuerunt eum. At ille relicta syndone nudus profugit ab eis. Est autem secundum catholicon, syndon, vestis linea.

Notandum est autem, ꝙ de isto adolescente sunt variæ opiniones, quæ recitantur in historia scholastica. Quidã enim dicunt, quòd fuit vir quidam habens habitaculum prope viam, per quam Christus captus ducebatur in Hierusalem. Hic ergo cum fortè iam in lecto quiesceret, audiens tumultum transeuntium, subito assumpta syndone sua modico tempore secutus est eos, vt uideret quidnam hoc esset. Quem cum milites vidissent, suspicati sunt, ꝙ esset vnus de discipulis Christi. Propter quod uoluerunt eum tenere. At ille prout erat agilis corpore, relicta syndone, nudus profugit ab eis, & sic in tali statu rediit in domum suam. Hieronymus autem dicit hunc adolescentem fuisse Iacobũ minorem. Sed potest dici quod magis loquitur opinatiuè, quàm assertiuè. Alij uero & melius, dicunt huiusmodi adolescentem fuisse Ioãnẽ euangelistam, quem tunc fuisse adolescentem longa post eius uita inditio est. Nã post Christi passionem uixit annis 75. Et huius opinionis sunt Grego. & Beda. Hæc ex prædicta historia scholastica.

Ex prædictis ergo patet, q̃ instabiles fuerũt Christo discipuli eius. Nã paulo ante illi dixerant se velle potius cũ eo mori, quàm ipsum relinquere. Quam promissionẽ male obseruauerunt. Neque enim tunc quic qua ab eis requirebatur, quo non obstante metu mortis ab eo recesserunt. O igitur Ioannes vbi nunc ad magistrum tuũ familiaritas? O Petre vbi tua loquacitas, qua te iactasti, dicens. Domine paratus sum tecum in carcerem & in mortem ire? O Thoma vbi tua feruens charitas, qui prius dixeras, eamus & nos, & moriamur cum illo? Io. 11. Relicto ergo eo, omnes fugerunt, sed non absque dolore, planctu, & mœrore. vnde & tũc forte dicebant. O magister bone. O benigne domine, ecce, quàm turpiter nunc separamur à te. Heu quo ibimus? Ad quẽ conuertemus nos? Qui consolabitur nos? O quotiens fugiendo retro aspiciebant? O quotiens in terram se prosternebant? O quanta suspiria in cœlũ mittebant? Cogitare autem possumus & pie opinari, q̃ si sanctissima eius mater ibi præsens affuisset, nõ sic eum reliquisset, sed semper secuta fuisset. Tandem ergo prædicti milites & ministri iudæorum duxerunt Christum in Hierusalẽ per portam aureã, per quã in die palmarum illic intrauerat, quæ modo clausa est, vt dicit Lodolphus in li. qui Vita Christi intitulatur. Practica quõ etiã nunc multi relinquũt amicos suos, cognatos, & notos in necessitate sua, qui tum prius arridente prosperitate de prope stabant. vñ pœta T p̃e felici multi numerãtur amici. Dũ fortuna perit, nullus amicus erit. Et sic patet diffuse de prima statione.

SECVNDA STATIO CHRISTI PATIENTIS.

Secunda statio Christi patientis, vt nobis acq̃reret omnium peccatorũ nostrorum remissionẽ, fuit in domo Annæ, vbi quatuor facta sunt, Nam ibi Christus ab Anna interrogatur. A Malcho alapizatur. A Petro negatur. Eundem Petrum intuetur.

Primo igitur Christus in dicta statione ab Anna interrogatur

terrogatur, & hoc de duobus, videlicet de discipulis suis, & de doctrina eius, vt dicit Ioan. qui solus inter euangelistas loquitur de dicta statione. Ratio aût cur de ea tacuerunt alij euangelistæ, fuit, quia extraordinaria erat. Non.n. illo anno officio summi pontificis fungebatur Annas, sed socer eius Caiphas. De hac igitur statione loquens ipse Ioan dicit, quòd cũ cohors, & tribunus, & ministri iudæorũ comprehensum, & ligatũ Iesum adduxissent ad Annam, mox ponens se in cathedra interrogauit eum de discipulis suis, & de doctrina eius.

Primo ergo eum interrogauit de discipulis suis, secundum Chrysosto. vnde essent, & qua gratia ipsos elegisset, & quid ex illis facere vellet, quasi seditionis, & nouitatis eum arguens. Item improperauit illi, quòd nullus alius in eum crederet præter illos idiotas piscatores, quos de facili seduxerat. Quid, inquit pontifex, significat, quòd cum tu sis pauper, tamen cõgregare præsumpsisti magnum comitatum, nescio quorundam rusticorum, & simplicium hominum? Iesus autem ad hanc interrogationem nihil respondit, eo ꝙ tunc de discipulis suis nihil boni loqui potuit. Sed si opportuisset eum loqui, dixisset, ꝙ erant instabiles, & in promisso fallaces, sicut patuit in effectu. Hoc autẽ dicere noluit, vt nos instrueret, non debere facile loqui de factis aliorum, præsertim de malis, & occultis. Cuius tamen multi bilingues contrariũ faciunt, qui aperto ore facta aliorum, quantumcũque occulta, alijs manifestant, & augent.

Secundo eũ interrogauit de doctrina sua, vtpote dicens. Quęnã hæc doctrina noua quã prædicas, & dogmatizas? Et ad hanc interrogationem respondit Christus, dicens ipsi Annæ. Ego palã locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil, quod scilicet non voluerim ad lucẽ uenire. Hoc autẽ est signũ uerę doctrinę quę nõ quærit angulos, sicut falsa doctrina hæreticorũ. Quid me interrogas? Inter

roga

roga eos, qui me audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt, quid dixerim ego. Aduertendum tamen secundum Chrysost. super Ioan. homil. 82. quòd Christus non respondit arroganter pontifici Annæ, sed fretus veritate. Maximum enim, inquit, veritatis argumẽtum est, cum quis inimicos in testimonium adducit, & quorũ testimonio paratus est se submittere. Hoc autẽ Christus voluit dicere Annæ. Patet ergo quõo se iustificat Christus ab impositione falsę doctrinæ.

Quæstio communis est, quare ministri iudæorum primo præsentauerunt Christum Annæ, quàm Caiphę, maxime cum non esset pontifex anni illius: & per cõsequens neque iudex ecclesiasticus, sed potius Caiphas, vt patet Ioan. 11. Respondeo, ꝙ hoc fecerunt propter multa. Primo quidem, quia domus Annæ prior illis occurrebat in via. Pro contemptu ergo habuisset ipse Annas, si illi ministri pertransissent cum Christo, ipso insalutato. Illi ergo volentes captiuare bonam gratiam illius, eidem primum præsentauerunt Christum. Non quidem, vt coram eo fieret processus eius iuridicus, sed forte vt diceret, quid de eo sentiret. Secundo verò de voluntate ipsiusmet Caiphæ, qui in hoc voluit deferre socero suo tanquàm seniori. Tertio hoc fecit ad cautelam, vt, s. minus reprehensibile appareret si post socerum suum Christum male tractaret. Nota, si vis quõo tunc tẽporis summnm sacerdotium vendebatur plus offerenti ab officiarijs Romani imperij, qui rẽpub. regebant apud Iudæã. Isti ergo duo millordi Annas, & Caiphas, tanquã potentiores illud certa pecunia sibi vicissim comparabant, quod tamẽ simoniacũ erat. Et licet huiusmodi pontifices iudæorũ tunc tẽporis non haberent iudicium sanguinis, pręsertim quo ad mortẽ crucis, habebant tamen iudiciũ examinis, Ipsi. n. ex officio examinabant causas ad ritus iudæorũ spectantes, & postmodũ mittebant informationes ad præsidẽ Cæsaris. Non mirum ergo si iniqui pontifices, officiũ pontificij tam nequiter adepti, rem sic nephariam gesserunt, quia qui per auaritiam vel

ambitionem ad ſacerdotiũ, & dignitatẽ accedunt, ſceleratum initiũ funeſto fine concludunt, & terminant.

Secundo Chriſtus coram Anna à Malcho alapizatur. Nã cũ Chriſtus reſpondiſſet Annæ, & dixiſſet. Interroga eos, qui audierunt, vnus ſeruorum eius dictus Malchus volens fortè complacere domino ſuo plusquam Deo, ſicut plerique ſeruorum faciunt, dedit alapam Chriſto, dicens. Sic reſpondes Pontifici? Prædicta autem alapa adeo grauis fuit, quòd inſonuit per totam aulam domus Annæ, veſtigia quoque digitorum percutientis remanſerunt in maxilla Chriſti impreſſa. Dicunt autẽ quidã, quòd iſte Malchus fuit ille, cuius Petrus abſciderat pauloante auriculã, & quẽ ſanauerat Chriſtus. Quis ſi ſic, certe valde ingratus fuit & nequam, vtpote reddens pro bono malum. Dixit autem ei Chriſtus manſuetè, & patienter. Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo. Si aũt bene, quid me cædis? Super quo verbo Auguſtin. ſuper Ioan. tract. 113. dicit ſic. Quid hac reſponſione verius, manſuetius, iuſtius eſſe poteſt? Nonne libenter vellemus eum, qui nos percuſſit, aut cœleſti igne conſumi, aut à terra abſorberi, aut correptum dæmonio uolutari, aut aliqua hmõi pœna, vel ẽt grauiori puniri? Quid. n. horum per potentiam iubere non potuiſſet, per quem factus eſt mundus, niſi patientiam nos docere maluiſſet, quia vincitur mundus? Item Chryſoſt. ſuper Io. exponens prædictum verbum dicit ſic. Exhorreſcat cœlum, & contremiſcat terra de Chriſti patientia, & de ſerui impudentia.

Sed forſan dicet aliquis, Chriſtum tunc non feciſſe quod alijs præcepit eſſe faciendum: ipſe n. Mat. 5. ait. Siquis te percuſſerit in vnam maxillã, præbe ei & aliã. Sed ad hoc reſpondet idem Augu. vbi ſupra, dicens, ꝙ Chriſtus non ſolum aliam maxillam exhibuit iterum percuſſuro, verumetiam totum corpus figendum præparauit in crucis patibulo. Inſuper addit ibidẽ dicens prædictũ præceptũ intelligendum eſſe in præparatione animis, vbi. ſ. & quando expedit. Debet. n. homo habere

bere animum præparatum ad hoc faciendum vbi iudicaret hoc expedire ad Dei honorem, & aliorum vtilitatem, aliàs non tenetur, quinimmo aliquando expedit respondere iniuriantibus ad formam, videlicet ad ipsorum correctionem, sicut hic legitur fecisse Christus. Hunc itaque Malchum imitantur plerique famuli dominorum, & officiales eorum, qui volentes illis plus iusto, & quàm Deo complacere, & gratiam ipsorum captare, faciunt interdū plusquam sit eis in mandatis datum, seu commissum, vexando pauperes subditos dominorum suorum.

Tertio Christus à Petro negatur. Sed circa locū huiusmodi negationis videtur esse aliqualis dissonātia inter euangelistas. Nā tres primi dicunt vnanimiter trinā Petri negationem factam fuisse in domo Cayphæ. Ioannes autē, qui solus loquitur de statione facta in domo Annæ, vt dictū est, dicit Petrum primo negasse Christū in domo Annæ, vt patet eius euangelium legenti. Deinde secundo & tertio in domo Caiphæ. Sed hanc paruam dissonantiā sic possumus concordare dicendo, ꝙ tres primi euangelistæ, qui ponunt Petrum Christū negasse in domo Cayphæ, non propterea negant eū primo negasse in domo Annæ, quāuis de hoc non fecerint mentionē. Et hoc ideo, quia talis præsentatio extraordinaria erat, vtpote corā eo, qui tūc iudex non erat. Quod ergo prædicti euangelistæ breuitatis gratia, prætererunt, hoc expresse annotare voluit Ioānes. Nemo. n. est, qui omnia dixerit. Insuper dicti priores euangelistæ, magis curauerunt describere ipsum mysteriū trinæ negationis in se, & quantū ad substantiā facti, quàm quantum ad circunstantiā loci. Ioannes autē, qui posterior scripsit, locum annotare voluit, quasi supplens, quod priores omiserāt. Resolutoriè ergo tenendū est secundū August. de consensu euangelistarū, Petrum primo negasse Christum in domo Annę, & tunc primo gallus cantauit, secundo autē, & tertio in domo Caiphæ, & tunc secūdo gallus cantauit. Quāuis ergo sæpe dicta Petri negatio prædicto ordine

fuerit facta, tamen propter materiæ continuationem eam ex toto describemus sub hac secunda statione in domo Annæ facta, & hoc propter materiæ continuationem. dicit itaque Ioan. ꝙ postquam ministri iudęorum duxerunt Christum ad Annam, sequebatur eũ Simon Petrus, & alius discipulus, videlicet Ioan. euangelista. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, fortè quia solitus erat ex iussione patris sui Zebedei piscatoris ad ipsum Annam deferri ancenia, sicut moris est pauperũ ad diuites deferre, aut destinare munera pro captiuanda eorundem beniuolentia. Propterea hoc ergo de facili introiuit cum Iesu in atrium Pontificis, vt subditur in textu. Petrus autem stabat ad ostium foris, forte præ timore. Cumque Ioannes rogasset ancillam ostiariam, illa introduxit Petrum. Et si dicatur, ꝙ Christo capto in horto, discipulis relicto, eo omnes fugerunt, vt prius patuit. Respondeo, tunc omnes fugerunt prætimore, nihilominus ex singulari deuotione postmodum isti duo Christũ sunt secuti, eo quod erãt alijs feruentiores in amore Christi.

Mysticè per istos duos discipulos Christum sequentes, intelliguntur duæ vitæ, videlicet contemplatiua, quæ per Ioan. designatur, & actiua, quæ per Petrum, quarum vtraque sequitur Christum, sed diuersimodè. Nam contemplatiua sequitur Christum cognoscendo, & contemplando. Actiua vero obediendo. Quid est ergo, ꝙ Io. intrauit cum Iesu, nisi quia vita contẽplatiua, quæ hic incipit, cœlum ingreditur, & ibi perficitur? quæ etiam Christo est valde familiaris quasi prima eius filia. Et quid est, ꝙ Petrus foris stat, nisi quia vita actiua hic exercetur, & moritur? Non. n. in cœlo, est locus sepeliendi mortuos, aut visitandi infirmos, seu incarceratos, & huiusmodi, eo ꝙ tales ibidem minime inueniuntur. Foris ergo cœlum stat dicta vita actiua, qa circa exteriora pro p̄senti statu occupatur.

Moraliter. Ancilla ostiaria ĩ domo Annæ significat simoniã, q̃ multis clericis foris stantibus aperit ianuã domorũ Pontificum, introducens eos vsque ad cubile

eorum. Item introducit eos intra ecclesiā etiā vsque ad maius altare. Talis autē introitus fit medio Ioannis, idest alicuius habentis gratiam apud pontificem, siue sit eius secretarius, cubicularius, aut capellanus, aut quicunque de eius familia, qui propter munera recepta seu recipienda mediat in materia simoniaca. Nā vt dicitur Hiere.6. Omnes auaritiæ student etiam sacerdotes, & leuitæ cuncti faciunt dolum. Bene ergo per ancillā ostiariā in domo Annæ pontificis designatur simonia, quia sicut absque medio ancillæ custodiētis ianuā domini sui nulli patet ingressus in domum, ita hodie nulli ferme patet ingressus ad ecclesiastiacū beneficiū, nisi primū loquatur, & conueniat prætio appretiato cum ostiaria simonia, etiam vsque ad superiores dignitates. Vnde Bernard. ad Eugeniū Papam de consideratione lib.4. Quē, inquit, dabis mihi de tota maxima urbe, qui te in Papā recepit precio seu spe precij non interueniente? Rem etiam gestam referā. Nam ante paucos dies ad me declinauit quidam laicus famulus cuiusdā magni baronis, qui forte eo, ꝙ me nouerat, taliter est me allocutus. Si habetis aliquē amicū aut consanguineum presbyterū, qui velit acceptare vnam capellaniam valoris 40. librarum Turonen. illā in fauorē vestri illic conferam tanquam procurator in hac parte, dūmodo pro vino meo velit mihi dare vltra talem summā, quia tantum hodie refutaui. Quo dicto, ostendit mihi procurationem suam. Et aio ad eum. Habeo fratrem ecclesiasticū ad tres leucas distantē, solo patrimonio sustentatum, sed potius opto eum sic manere, quàm per talem modum capellaniam, cuius procuratorem vos geritis, adipisci. Quærice ergo alium mercatorem. Quo audito recessit confusus rubore. Bene ergo de simonia potest intelligi illud Prouerb.18. Donum hominus dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit. Expellatur ergo in nomine Domini dicta ancilla ostiaria de domibus nostrorum pontificum, & quorumcunque huic vitio intendentium.

Sequitur in textu Io. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dixit, Nō sum. Et statim gallus cantauit, ut dicit Marcus. Hunc tamen primum galli cātū nō percepit Petrus, forte præ nimia perturbatione, aut forte ꝓpter nimiū tumultum, qui fiebat in domo. Dicūt autē aliqui, ꝙ dicta ostiaria interrogabat Petrū ad prunas sedentē, pia intentione, utpote illi, & magistro suo compatiens. Chrysost. autem super illo uerbo Petri. Non sum. dicit sic, Quid agis ò Petre? Vox. n. tua repente mutata est. Non tibi flagella, non tibi dura sunt illata tormenta. Nullus te interrogauit, cuius authoritatē formidare deberes. Mulier est, quæ te interrogat. Non egregia domina, sed uilis ancilla, quia ostiaria. Deinde, ut dicit Matth. exeūte illo, scilicet Petro ianuam. i. exire uolente post primā negationē, uidit illum alia ancilla ostiaria, s. totum perterritum, & immutatum, & dixit. s. militibus & seruis Pōtificis, qui ibi astabant. Et hic cum Iesu Nazareno erat, s. in horto, quando captus fuit. Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem istum. Fuerunt ergo duæ ancillæ ostiariæ in domo pontificis Annæ. Non est ergo mirum, neq; nouū si in dominibus aliquorū ecclesiasticorum etiam maiorum prælatorum inueniatur una ancilla.

Circa autem tertiam Petri negationem uidetur esse difficultas non solum quo ad locum, ut prius dictum est, uerūetiam quo ad personas, quæ fuerūt illi occasio negandi magistrum suum. Nam Matt. dicit Petrum negasse Christum primo ad uocem unius ancillæ. Deinde secundo ad uocē alterius ancillæ. Consequenter tertio ad vocem aliquorum astantium illi dicentiū, Vere & tu ex illis es. Nam & loquela tua manifestum te facit. Et tunc cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit, s. secūdo. Marcus autem abbreuiator Matthæi idem dicit. Lucas uero nō facit mentionē nisi de una ancilla, ad cuius uocē primo negauit Petrus Christū. Secūdo ipsum negauit ad

uit ad vocē cuiuſdā viri dicētis ei, Et tu de illis es. Ad quem Petrus, O homo non ſum. Tertio eū negauit ad verbum cuiuſdā alterius viri, dicentis, Vere & hic cum illo erat. Nā, & Galileus eſt. Et ait Petrus, O homo neſcio quid dicis. Et ſtatim gallus cantauit, videlicet ſecundo. Nā primo cantauit poſtquam Petrus primum Chriſtū negauit, vt expreſsè ponit Marcus. Patet ergo, quòd Lucas facit mentionē de vnica ancilla, & de duobus viris: vbi tamen Matthæus, & Marcus faciunt mentionē ediuerſo de duabus ancillis, & de quibuſdā aſtantibus, ad quorū vocē ipſe Petrus tertio negauit Chriſtū, vt dictū eſt. Similiter Ioan. non facit mentionē niſi de vna ancilla. Secundo dicit Petrū negaſſe Chriſtū in domo Caiphæ ad vocē aliquorū illi dicentiū, Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Et ille, Non ſum. Tertio ad vocē cognati eius, cuius ipſe Petus abſciderat auriculā, dicentis illi, Nonne ego te vidi in horto cū illo? Quod ille iterū negauit. Videtur ergo ex dictis eſſe aliquis diſſonantia inter verba euāgeliſtarum quo ad perſonas præcedentes, quæ fuerunt Petro occaſio negandi Chriſtum.

Hanc ergo verbalem diſſonantiam eliminans Auguſt. de conſenſu euangeliſta. libr. 3. dicit duo. Primū, eſt, quòd ſecundum aliquos in ſecunda negatione Petrus à duobus compulſus eſt, videlicet à ſecunda ancilla, quā cōmemorat Matthæus, & Marcus, & à viro quē cōmemorat Lucas. Secundum dictum eius eſt, quòd Matthæus, & Marcus ponunt pluralem numerū pro ſingulari, ſicut quandoque ſolet fieri in ſacra ſcriptura. Aut quòd vnus maximus tanquā ſciens, & qui eū viderat, affirmabat. Cæteri autem ſecuti eius fidem, Petrum ſimul vrgebat Hæc ille.

O igitur Petre nunc excuſationē non habes de peccato tuo, quia debilis tibi data eſt occaſio, ſic turpiter, & miſerabiliter negandi magiſtrū tuum. Tum primo quia nō admirandus pontifex, non armatus miles, nō princeps iudicans, non tortor verendus, nō mulier nobilis, & libera, ſed ancilla oſtiaria te interrogat. Quid

Optimum igitur remedium est aut omnino non peccare, aut saltem post casum à peccato per pęnitentiam resurgere.

Queri solet cur Christus permisit Petrum sic turpiter cadere? Respōdeo. hoc permisit quatuor de causis: Primo quidē ad nostrā instructionem, vt. s. nullus amodo præsumat de ꝓpria iustitia & virtute, ēt quātūcūq; virtute aut sanctitate polleat. Et præsertim cū videt talē ac tantū virū sic cecidisse. Secundo vero vt nullus quantūcunq; malus aut peccator existat, desperet de uenia, animaduertēs, ꝙ Petrus post tantum flagitiū sit à Christo factus ianitor & clauicularius regni cęlorū, atq; caput & Princeps fratrū suorū. Tertio autē vt sciret postquam esset alijs prælatus compati cæteris præcantibus. Vnde Greg. homil. 21. & similiter recitatur in decr. d. 50. considerandū. Considerandū inqt nobis est cur Christus Petrum quē Ecclesiæ suæ præficere in pastorē disposuerat, ancillæ vocē pertimescere, & seipsum negare permisit. Sed hoc, inquit, factum est magnæ pietatis dispensatione, vt qui futurus erat pastor ecclesiæ, in sua culpa disceret qualiter alijs misereri debuisset. Quarto hoc idē permisit Christus ad vtilitatē ipsiusmet Petri, quāuis de per accidens, vt, s. humilior atq; cautior resurgeret, qui prius incaute, & arroganter Christo promiserat dicens. Et si oēs scandalizati fuerint &c. Merito ergo dicere poterat Petrus post ruinā, illud Psal. Priusquā humiliarer ego deliqui. Et hoc est quod loquitur August. de ciuitate Dei. lib. 14. c. 13. Audeo inquit dicere superbis esse vtile cadere in aliquod apertum manifestumq; peccatū, vnde sibi displiceant, qui iā sibi placendo ceciderant. Salubrius. n. sibi Petrus displicuit quando fleuit, quàm sibi placuit quando præsumpsit. Patet ergo solutio dubij. Et per consequens de tertio puncto huius secundæ stationis.

Quarto principaliter Christus Petrum pie intuetur. Nam post tertiam Petri negationem, vt inquit Lucas, conuersus dn̄s, respexit Petrum. Et recordatus est Pe-

trus

trus verbis domini sicut dixerat, ꝙ priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus, fleuit amare. De huiusmodi autem respectu dicit Aug. de cõ sensu euangelistarũ lib. 3. c. 6. ꝙ non fuit corporalis, sed spiritualis diuinitus factus, vt, s. veniret Petro in memoriam quotiens magistrum suũ negasset, & quid ei dominus prædixisset, atque ita domino respiciente misericorditer pœniteret eum, sicut quotidie dicimus. Domine respice me. Hoc enim modo respicit dominus spiritualiter illum, quem aliquo labore, vel periculo sua misericordia diuinitus liberat. Dicamus ergo illi. Respice & exaudi me domine. Itẽ conuertere domine, & libera animã meã. Quis autẽ prædictus respectus fuerit spiritualis, & non corporalis, probat idẽ Augu. vbi supra, ex textu Marc. dicentis. Et cum esset Petrus in atrio deorsum. Si ergo Petrus erat in atrio deorsum, ergo Christus erat sursum, videlicet in superiori aula domus Annæ. Et ita patet, quòd Christus non poterat corporaliter, neque naturaliter videre Petrum. Ex prædictis autem patet, quòd valde periculosum est habitare in curijs magnatum, & pontificum; & hoc ratione societatis peruersæ, quæ ibi de facili inuenitur. Petrus enim parum stetit in domo Annæ & Caiphæ, & tamen turpiter eum ibi cecidisse audiuimus. Quid ergo fecisset si diutius ibi stetisset? Certe non nisi multa mala etiam grauiora prioribus commisisset. Consulte ergo egit inde cito recedendo, & amare flendo peccata ibi commissa.

Moraliter autẽ notandum, ꝙ in conuersione Petri ad veram pœnitentiam tria fuerunt, quæ etiã inueniũtur in iustificatione cuiuslibet peccatoris. Primũ fuit dulcis Christi respectus, quia cõuersus dñs respexit Petrum. Ps. Dñs de cœlo prospexit super filios hominum vt videat &c. Item Thren. vl. Cõuerte nos dñe ad te, & conuertemur. Secundum fuit contritionis, ideo sequitur. Et recordatus est Petrus, s. peccati sui, de quo valde doluit. Tertium fuit condigna satisfactio, ideo sequitur. Et egressus foras fleuit amare. Tanta autẽ fuit huius-

huiuſmodi ſatisfactio, quòd ex tunc duxit in conſuetudinē omni nocte ſurgere, & hoc circa illā horam, in qua Chriſtū negauerat, & deinceps noctē ducebat inſomnē vſque ad diē orans, & plorans genibus in terrā proſtratis. Propter ꝙ merito dicere poterat illud Pſ. Lauabo per ſingulas noctes lectum meū, i. conſcientiā à peccato negationis. Inſuper de eodem refert Clemens, ꝙ propter hoc aſſidue deferebat ſudariū in ſinu ſuo, quo tergebat lachrymas inceſſanter ab oculis ſuis defluentes. Nam quotiens dictas negationes ad memoriam reducebat, vel etiam gallorum cantum audiebat, à lachrymis ſe continere non poterat. Et tu miſer peccator pro tot, & tantis ſceleribus, quæ dietim perpetrare non ceſſas, vix in tota vita tua vnam ſolā lachrymā emittis ab oculis tuis. Sed quo abijt Petrus foras egreſſus? Certe dicunt nonnulli, ꝙ ſe contulit in quandā foueā vſq; in diē dominicæ reſurrectionis, ibi iugiter flendo, uoto etiā ſe aſtringendo, ꝙ inde non recederet, nec gequā cibi, aut potus guſtaret quouſq; certus eſſet peccatū ſibi eſſe remiſſum. Propter quod angelus nuncians mulieribus Chriſti reſurrectionē, & mittens eas ad diſcipulos ſuos, ſpecialē mentionē fecit de Petro, di. Ite dicite diſcipulis eius, & Petro &c. Mar. 16. Vnde ad perpetuā rei memoriā in prædicto loco fabricata eſt eccleſia in honore ipſius Petri inter Hieruſalē, & montē Sion ſita. Patet ergo diffuſe de ſecunda ſtatione Chriſti, & de miſterijs in ea factis.

Tertia Statio Christi Patientis.

Tertio ſtatio quā facit Chriſtus, vt nobis acquireret omnium peccatorum remiſſionem, fuit in domo Cayphæ. In qua quidem ſtatione, more præcedentium, quatuor facta ſunt. Nam ibi Chriſtus à multis accuſatur, à Caipha adiuratur, a miniſtris illuditur, ab eiſdem flagellatur.

Primo itaq; Chriſtus in prædicta ſtatione ſeu domo Caiphæ à multis accuſatur. Vt.n. dicit Matthęus, cum

mini.

ministri iudæorum Christum ligatū duxissent ad Caypham principem sacerdotū, vbi scribæ & pharisæi & seniores conuenerāt, principes sacerdotū & omne concilium quærebant falsum testimoniū contra Iesum. Quia enim verum testimonium contra ipsum inuenire non poterant, ideo falsum querebant, vt eū morti traderent, scilicet per Pilatum, & non inuenerunt, s. tale falsum testimonium cum apparentia veritatis, propter quod merito Christus deberet ad mortem condēnari, licet multa alia testimonia finxissent. Ideo subditur. Cum tamen multi falsi testes accessisset, vno deponēte vno modo, & alio alio modo, sed sine apparētia veritatis. Vnde de talibus dicere poterat Christus illud Psal. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Nouissime aūt inquit idē Matthæus. Venerunt duo falsi testes, qui dixerunt. Hic dixit, Possum destruere templū Dei, & post triduum reædificare illud. Et non erat conueniens testimonium eorum. Et hoc propter tria. Primo quidem, quia mutabant verba Christi, ista n. fuerunt verba Christi, vt patet Io. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus reędificabo illud. Constat aūt hæc verba Christi longe esse alia à verbis falsorum testiū. Secundo vero, quia mutabant sensum. Nam Christus intelligebat de tēplo corporis sui, vt ibidem subditur. Ipsi autem de templo materiali Salomonis. Tertio autē, quia dato ꝙ ipse Christus intendisset tunc loqui de templo Salomonis, non tamē propterea debuisset ad mortem condennari. Solus enim Dei est punire actum interiorē malū. Homines autem qui solum vident, quæ exterius patent, solum etiam punire possunt actum exteriorem malum. Sequitur In textu. Et princeps sacerdotum. gl. interl. Iste motus corporis indicat insaniā mētis. Ex impatiētia .n. surrexit de tribunali, eo ꝙ non inueniret in Christo vñ posset cōdēnari. Ait illi, s. in dolo. Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? Caiphas enim malitiose ab eo exigebat responsum, vt posset in sermone capere ipsum. Iesum autem tacebat. Et hoc propter duo

Primo

Primo quidem, quia vt dicit interli. Ipse sciebat quòd quicquid dixisset, ipse Caiphas calumniatus fuisset. Secundo vero, quia vt dicit Aug. Aperta mendacia non sunt responsione digna.

Notandum est autem, quòd hæc taciturnitas Christi olim fuerat præfigurata & prophetizata. Primo quidem præfigurata in illo sanctissimo Ioseph, de quo legitur Genesis 29. quòd cum domina sua falso eum accusasset coram Phutiphare viro suo, ille tacuit. Secundo vero fuit prophetizata, videlicet Esa. 54. vbi ad literam de Christo sic dicitur. Quasi agnus coram tondente obmutescet, & non aperiet os suum.

Moraliter. Vsq; hodie multi falsi testes, & forte fabricati in taberna, veniunt ad iudicium, vt deponant contra innocentem fauentes impio. Pro quorum tamē falsa depositione nihil debet agere iustus iudex, sicut neque Caiphas, quamnis impius, aliquid egit in Christū propter depositiones falsorum testium aduersus eū. Quinimmo mulctandi sunt grauissima pœna, quando scilicet apparet eos falsum dixisse testimonium. Vbi notandum, quòd tales puniuntur multipliciter. Primo quidem tēporaliter. Nam bonus iudex solet tales condemnare ad pęnam pecuniariam, seu ad emendam tēporalem. Secundo vero ciuiliter, nam tales sunt infames secundum iura, vt patet expresse. 22. q. 5. Si quis conuictus. Tertio autem corporaliter. Nam tales plerūq; iusto Dei iudicio incurrunt graues ægritudines corporales. Interdum etiam vsum aliquorum membrorum suorum siue linguæ, siue manus, aut huiusmodi, quia vt habetur Prouer. 19. Testis falsus non erit impunitus, & qui mendacia loquitur non effugiet. Quatto etiam spiritualiter. Tales enim frequenter moriuntur inconfessi & intestati, aliquando etiam tāquam rabidi & insensati. Quinto & postremo æternaliter. Nam vt habetur Prouerb. 21. Testis mendax peribit, s. æternaliter. De multitudine autem horum falsorum testium loquēs Isido. de summo bono lib. 3. c. 59. dicit,

dicit, ꝙ non deerit multiplex conuentus falsorum testium, si tamen sit præsentia nummorū, cum tamen dominus dicat Exod 20. Nō loquaris falsum testimoniū contra proximum tuum.

Secundo Christus à Caipha adiuratur. Ipse enim videns, ꝙ Christus tanquam patiētissimus taceret ad falsam depositionem prædictorum duorum testium peruersorum, ait illi, Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei viui, videlicet naturalis. Addit autem Cayphas Deum viuum, vel Dei viui ad differentiam idolorum, quæ nec in se vitam habēt, nec illam alijs dare possunt. Secus autem de eo viuo, & vero. O impijssime Caipha quid adiuras Deum veracem, qui non vis attendere veritatem? O sceleratissime Caipha, cur Christum Dominum Deū tuū adiuras? Aut enim vt ipsum accuses, aut ipsum credas. Si vt accuses, in hoc ostendis tuam malignitatem. Si aūt vt credas, quare ergo illo veritatem respondente non credis in ipsum? Et quamuis Christus non tenetur respondere adiurationi Caiphæ, maxime cum non esset iudex ipsius, sed potius ediuerso, nihilominus propter reuerentiam diuini nominis respondit illi dicens, Tu dixisti. Ac si aperte diceret. O Caipha quid me adiuras, qui in scriptis prophetarum legisti me verum Dei filium? Veruntamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis, s. me ipsum sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. Quasi diceret, licet modo multum ignominiose me tractetis, nihilominus in generali iudicio videbitis me venientem cū potestate magna & maiestate, vt habetur Luc. 21. Auditis igitur Christi verbis, tunc princeps sacerdotum, s. Caiphas, scidit vestimenta sua, in signum q; Christus blasphemasset, dicendo & respondendo se esse filium Dei, dicens, Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. O nequissime Caipha, non Christus, sed tu ipse blasphemas, negans eum esse verum Dei filium, & remouēs ab eo, quod est sibi proprium. O insensate Caipha vide quàm

fatue-

fatue agis scidēdo vestimenta tua. Hoc.n.lex non præcipit, quinimmo potius prohibet. Iohel. 2. dicens, Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, ait Dñs ops. Consequenter Caiphas interrogat assistens, quid sentiant de Christo esse faciendum, dicens, Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt. Reus est mortis, Lex.n.dicebat Leui. 24. Qui blasphemauerit nomē dñi morte moriatur. Ipsi aūt improperabant Christo blasphemiā, eo ꝙ dixisset se esse filium Dei, ideo responderunt Caiphæ dicentes, Reus est mortis, & forte eum tunc libenter lapidassent tāquam blasphemū, nisi quia optabāt eū morte crucis, q̄ turpissima erat, occidēdū.

Moraliter iuxta prædicta notandum, ꝙ multi consiliarij inordinate fauentes iudici & similiter multi curialistæ principi, nituntur sicut iudæi Caiphæ respondere talibus, secundū quòd sentiunt eorum affectum duci plus ad vnam partem, quàm ad aliam, etiam siue iure, siue iniuris. Huius ergo generis sunt multi adulatores habitantes in curijs principum ac magnatum, qui volentes captiuare beneuolentiam eorum, illud applaudunt, & in omnibus consentiunt, etiam in manifeste malis. Et tales bene figurantur per canes venientes ad mendicum Lazarum, & lingentes vlcera eius, Lu. 16. super quo Greg. hom. 40. dicit, ꝙ adulantibus vulnere lingere est ipsos mala nostra fauore improbo laudare. Hæc ille. Tales autem permaxime regnant, & habitant in curijs regum ac principum. In cuius, figuram dixit Christus Mat. 11. ꝙ qui mollibus vestiūtur in domibus regum sunt. Vbi per vestitos mollibus, recte intelliguntur adulatores, quia sicut vestis mollis aptat se secundum conditionem corporis ea vtentis, ita & adulatores aptant se & conformant quantum possunt moribus & conditionibus maiorum, quibus applaudere student. Quo fit vt per talem modum nutriant atque foueant tales in peccatis suis. Vnde Aug. super Ps. exponens illud verbū. Quoniā laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, dicit ꝙ adulantium linguę alligāt animas in peccatis. Delectatur enim facere, in

quibus

quibus non solum non metuitur reprehensor, sed etiā laudatur auditor. Hæc ille.

Tertio Christus à ministris Caiphæ illuditur. Nam postquam Iudæi dixerunt Caiphæ de Christo, ꝙ reus esset mortis, continuo expuerunt in faciē eius, & colaphis eum ceciderunt. Alij palmas in faciem eius dederunt, dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Hęc ex Matthęo. Lucas autem addit, dicens, ꝙ multa alia blasphemantes dicebant in eū. Forte vocantes eū incantatorem, seductorē, diuinatorē, dæmoniacū, hypocritā, & similia. Ecce qūo sapientia increata ab humana vesania illuditur.

Circa hoc autem notandū, quòd ministri iudæorū illuserunt Christū multipliciter, prout in præsenti textu innuitur.

Primo quidem spuendo in faciem eius. Quod valde temerarium, & reprehensibile nimis fuit, & hoc propter dignitatem & reuerentiam personæ, in quā spuebāt. Ipse enim Christus erat speciosus forma præ filijs hominum. In cuius etiam faciem desiderant angeli prospicere in cœlis. Vnde Bern. in quodam sermone. Facies pulchra præ filijs hominum spotis Iudæorum deturpatur, secundū illud Esa. 53. Non est ei species, neque decor. Et post pauca. Reputauimus eum quasi leprosum, videlicet ex superinductione huiusmodi sputorum.

Ista autem illusio fuit olim præfigurata, & prophetizata. Primo quidē præfigurata in Hur, de quo legitur in glo. super Exo. 34. ꝙ cum nollet consentire populo Hebræorū volenti idololatrare in deserto circa vitulū aureum, ipse populus adeo vehementer & horribiliter conspuit in faciem eius, quòd per talem excessum fuit suffocatus. Ita in proposito vilissimi iudæi spuebant in benignissimam faciem Christi, tanquā in hominem vilissimum, atque morte dignum, eo. s. ꝙ dixisset se esse filiū Dei. Et nota, ꝙ non tantum simplicibus sputis saliuæ expuerūt in Christum, verumetiā excreationibus suis fœtidissimis: vnde Matt. non tantū dicit spuerunt,

sed

ſed expuerunt quaſi excreando expuentes/ Marcus aũ tem dicit, ꝙ conſpuerunt, quia non tantum vnus miniſtrorũ iudæorũ, verumetiam plures ſimul ſpuerunt in eum. Secundo huiuſmodi illuſio fuit prophetizata, videlicet ibi Eſa. 53. Faciẽ meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. Et nota, ꝙ ibi loquitur propheta Eſaias in perſona domini. Nota etiam, ꝙ conſuetudo iudæorum erat in ſpuere in faciẽ illorum, quos morte dignos æſtimabant, tanquam in con temptũ, & deſpectum, atque vituperium eorũ. Et quia iudicabant de Chriſto, ꝙ blaſphemaſſet, & ꝙ conſequenter reus mortis eſſet, ideo conſpuerunt horribiliter in faciem eius, vt dictum eſt.

Secundo impij iudæi illuſerunt Chriſto colaphis eũ cedendo. Eſt autẽ colaphizare, idẽ ꝙ in collo cedere, ſiue pugno, ſiue baculo, aut quocunq; alio inſtrumẽto. Solẽt.n. fatui, & deſpicabiles perſonæ in colo percuti. iudæi ergo Chriſtũ colaphis cedebant in ſignum deſpectionis, & quaſi fatuum ipſum reputantes.

Tertio palmas in faciem eius dederunt. Nam percutiebant gratioſam eius faciẽ pugno, & cũ manu reuerſa, vt attrocius eũ læderent. Et cum facies eius valde tenera eſſet veriſimile, eſt ꝙ tali percuſſione flux erit ſanguis per os, & nares pijſſimi Ieſu. Iſta autem illuſio ſiue iniuria fuerat longe ante prophetata, videlicet Eſa. 50. vbi loquitur propheta in perſona Chriſti dicens. Corpus meum dedi, id eſt expoſui percutientibus, & genas meas vellentibus.

Quarto faciẽ eius velando. Dicunt.n. aliqui, ꝙ aſpectus Chriſti fuit ita dulcis, & gratioſus, atq; facies eius adeo decora, ꝙ quicunq; de prope accedebat volens eũ ꝑcutere, eo viſo manum ꝓtinus retrahebat, & ab incœpto malo deſiſtebat. Qđ cernẽtes miniſtri iudæorũ faciẽ eius aliquo linthro velauerunt, vt facilius poſsẽt eũ ꝑcutere. Et de iſta velatione figura legitur Exo. 34 vbi dicitur, ꝙ cũ Moyſes deſcẽdiſſet de mõte Synai ad filios Iſrael, habebat faciẽ adeo rutilantẽ, ꝙ nõ poterãt filij Iſrael in eũ intẽdere. Propter quod velauit

faciem suam. Applicatio est facilis.

Quinto iudæi illuserunt Christo verbo dicentes illi. Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Et per hæc verba volebant innuere ipsum esse pseudoprophetā, & populi seductorē. Itē, ꝙ ignoraret quis eum percusisset. Sed profectò, vt dicit Hiero. stultum erat verberantibus, & illudentibus respondere, & prophetam se ostendere. O insensati iudæi, qui Christum falsum prophetam reputatis, interrogate legislatorē vestrū Moysen quid de eo scripserit, pariter & senserit[a] Deut. 18. Ait, inquit, mihi dominus, Prophetā suscitabo eis de medio fratrum suorum similē tui, & ponā verba mea in ore eius. Loqueturque ad eos oīa, quę ꝑcepero illi. Qui autem verba eius audire noluerit, ego vltor existā. Hæc ibi O impij iudæi nunquid aliquando de Christo dixistis, postquàm scilicet suscitasset à mortuis filiū mulieris viduæ. Propheta magnus surrexit in nobis? Lu. 7. & similiter nunqd dixistis de eodē post multiplicationē quinq; panū. Hic est verus propheta, qui venturus est in mundū? Io. 6. Qūo ergo nūc derisorie eū prophetare vobis quęritis? Nunquid aperte vobis prophetauit de calamitate, quę vobis ventura erat per Titū, & Vespasianū, dicens etiā cū fletu magno ciuitati vestræ Hierusalē, i. habitoribus illius. Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, i. ex omni parte, & coangustabunt te vndiq;, & ad terrā prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, eo ꝙ nō cognoueris tp̄s visitationis. Luc. 19. Nonne ēt aperte vobis prophetauit de cōsummatione seculi, & de die iudicij? qn̄ Lu. 21. ait. Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris præssura gētiū, &c. Patet ergo, q̄ multipliciter impij iudæi illuserunt Christo in domo Caiphæ. Propter quod ipse pijssimus Christus vtique dicere poterat de illud Esa. 1. Filios enutriui, & exaltaui, id est olim iudęos enutriui pane cęlesti in deserto, & exaltaui, supple supra cæteras nationes mundi. Ipsi autem pro omni recompensa spreuerunt me.

Moraliter notandum, quòd sicut tempore passionis

pijssimus Iesus fuit quintupliciter illusus, vt deductũ est, ita & nunc in mẽbris suis illuditur omnibus illis modis ab impijs & malis Christianis, tanquam non fuerit satis illusus in propria ab ipsis Iudæis.

Primo enim spuitur in faciem ab his, qui conscientiam suam (quæ est facies & imago sanctæ Trinitatis) fœdis & immundis cogitationibus polluũt. Vel dic ꝙ illi conspuunt in faciem domini, qui indigne sumunt eucharistiæ sacramentũ. Et tales proh dolor in Pascha te multi sunt. Vel dic, ꝙ illi conspuunt in faciem domini Iesu Christi, qui prælatoꝭ suos, & ecclesiæ auctoritatem contemnunt.

Secũdo colaphis ceditur ab his, qui ore quidẽ Xp̃m confitentur, sed factis ipsum negant. Colaphus. n. à retro datur. Illi ergo Christum colaphizant, qui ei ore blandiuntur, dicentes se bene in eũ credere, qui tamẽ retro per malã vitã ipsum percutiunt. Vel dic, ꝙ illi Christum colaphizant in mẽbris suis, qui proximos suos post terga sua infamant.

Tertio Christus in faciẽ percutitur cũ palmis manuũ, i. cum manibus extensis à sacerdotibus, qui præsumũt pollutis manibus per opera mala tractare & tãgere venerātissimum ipsius sanguinem & corpus.

Quarto Christus velatur in facie ab his, qui nõ credunt ipsum cognoscere, & videre apertè eorũ mala opera, aut saltem cogitationes peruersas. Cum tamen de eo dicatur Ioann. 2. ꝙ ipse sciebat quid esset in homine. Et in Ps. Dñs scit cogitationes hominũ &c. Vel dic ꝙ tunc Christus velatur in faciem in mẽbris suis, quando quidẽ veritas, quæ est ipsemet Christus, impeditur ab astutis aduocatis, & procuratoribus, ne ad lucem veniat.

Quinto Christus reputatur pseudo propheta ab his, qui non credunt firmiter sancto Euangelio, nec similiter his, quæ ipse prædixit de consummatione seculi, de die iudcij, de resurrectione generali, de pœnis inferni, aut de gaudijs Paradisi, & huiusmodi.

Quarto principaliter Christus à ministris Caiphæ

flagellatur. Quamuis enim quatuor euangelistæ nihil dicant de his quæ pussimus Christus passus est in nocte sancta vsque mane, præter ea quæ dicta sunt, nihilo minus pie credendum est, quod maiorem partem dictæ noctis expenderunt dicti ministri in contumeliam, opprobrium, & tormentum ipsius Christi. Cum ergo Caiphas & qui cum eo erant triuissent tempus male tractando Christum vsque ad horam circiter mediæ noctis, ipse cum grossis millordis iuit ad quietem & dormitionem, relinquens ipsum Christum inter manus dictorum immanissimorum ministrorum, imponens eis sub pœna mortis ne relinquerent eum abire, sed circa eum facerent quæcunque vellent. Cum itaque dicti satellites haberēt Christum in libertate sua possumus pie cogitare, quòd quidam eorum manu reuersa veneratissimam ipsius faciem atrociter percutiebāt vt prius dictum est. Alij pugnis eum cedebant. Alij sanctissimam eius barbā violenter euellebant. Alij per venerabiles capillos suos trahentes ipsum ad terram deijciebant, & pedibus conculcabant. Et ita illi miseri homines in hunc modum regem gloriæ & maiestatis immensæ sine vlla reuerentia ac pietate inhumanissimè pertractabant. Tandem traxerunt eum in quēdam carcerem ibi subtus solarium, cuius adhuc potest videri vestigiū, vt dicit Lādolphus in lib. de vita Christi. ibique ligauerunt eum ad quandam columnam lapideam eum ibidem absque misericordia & intermisione vexantes per totum residuum noctis, vt dicit idem actor, quasi non sufficeret illis dies ad complendum malitiam suam. Insuper ibidem conuitiabantur illi dicentes. Putabas esse sapientior principibus nostris, melior phariseis. Sed nūc apparet manifeste stultitia tua & malitia Modo enim stas vt conuenit tibi, & cras morte crudeli indubie morieris. Et breuiter vt dicit venerabilis Ansel. Nox insomnis tota ducebatur, nulla prorsus requies Iesu præstabatur, ministrorum impia plebs iniuriabatur.

O popule Christiane qui pasionē dn̄i veneraris in

corde

corde tuo quid fecisses si ibi tunc affuisses? Nunquid nō te tūc super pijssimum dominum tuū Iesum projecisses, dicēs illis cruētis tortoribus. Nolite iā, nolite facere tantum malum domino meo Iesu Christo. Ecce ego, opprobria eius cadāt super me. Percutite me, & illi parcite quęso. Nunquid tunc libēter illum amplexatus fuisses, vt sic sup te susciperes pcussiones & atrocissima flagella, q̄ illi nequissimi tortores tūc irrogabāt saluatori tuo, vt sic pro posse tuo protegeres ipsum à tot & tantis flagellis, cruciatibus, & pœnis? Nunc ergo saltem in corde tuo illi propter te patienti compatere, & doloris corporis sui in corde tuo ferre stude.

Notandum est autē secundum aliquos, q̄ prope locum carceris, vbi Christus prædicta passus est, erat quædam turris, in qua erat aqua putrida & limosa, eo q̄ per locum illum emittebantur foras ciuitatē cunctæ immunditiæ, quas aqua pluuialis tpe suo secū trahebat. Illic ergo prædicti ribaldi recluserunt pijssimum Iesum vsque mane. Et tunc poterat dicere ad patrem illud psal. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meā. Infixus sum in limo profundi, i. in profundo limi. Nā dicti gartiunculi capiebant Christum per comā capitis sui & ipsum immergebant intra illam immunditiam vsque ad summitatē capitis. Stetit autem in dicto fœtore horis tribus, videlicet vsque mane, quamuis de hoc euangelistę nihil dicant, nec mirum: quia vt dicit Hiero. passio quam in illa nocte sancta sustinuit Christus, & præsertim in illis tribus horis à generatione illa pessima, nunquam totaliter reuelabitur nisi in extremo iudicio, secundum illud Naum. 3. Reuelabo cunctis regibus & gentibus ignominiam tuam, idest ignominiosam passionē quam tu tunc sustinuisti. Et sunt verba Dei patris ad Christum filium suum. O igitur popule Christiane compatere creatori tuo pariter & redemptori. Audi quid dicat deuotus Bernardus in lib. de cōuiuio crucifixi. Erubescat inquit miser Christianus, qui nocte ista requiescit in lecto, cum rex suus vigilet &

pro eo pugnet in campo. Erubescat qui nocte ista lætatur, cum rex suus tristetur. Erubescat qui dormit, & solatiatur, cum rex suus sic super nudam terram pro salute sua prosternitur. Hæc ille. Tu vero adde, Erubescat, qui hodie vino, & delicatis epulis repletur, cum rex suus felle & aceto potatur.

Sed quia hodie prædicatoribus multis solent adduci multæ piæ & deuotæ contemplationes super doloribus Beatæ Virginis, ideo aliquid de ea dicamus. Deuotus ergo Ansel. hodie interrogat Beatam Virginem, dicens, O virgo benedicta & super omnes electa, vbi eratis cum sic illuderetur, & tractaretur benedictus filius vester? Et respondet dicta mater pietatis, ꝙ in domo sororis suæ Salomæ mater Ioannis Euangelistæ. Et cum, inquit ipsa, ibi starem, hora insobria, videlicet circa, vel paulo post mediam noctē, venit nepos meus Ioann. importunè pulsans, & clamans. Cuius vocem intelligens mox accurri illi. Cumque ostium aperuissem, statim cecidit ad pedes meos non valens, loqui, quasi spasmum patiens. Accurrunt ergo omnes de domo, visuri quidnam hoc esset. Inter quos affuit Magdalena, similiter affuit soror mea Salome, pariter & multæ aliæ deuotæ matronæ. Cumque soror mea Salome eum leuasset de terra, & ab omnibus interrogaretur quidnā haberet, tandem resumpto vtcunque spiritu, mihi loquitur, dicens. Heu me venerāda auuncula mea, quàm durus tibi nuncius aduenio? Ad quem ego. Quid est mi dulcissime nepos Ioannes? Vbi est nunc filius meus? Vbi est gaudium meum, & residuum vitæ meæ? vbi est cognatus vester amantissime nepos? Quid factum est de illo? Viuit, an non? At ille. O domina mea pijssima, viuit quidem adhuc, sed parum victurus est, quoniam diligentissime tractatur de eius morte: Audiui enim Iudæos dicentes adinuicem de eo illud Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Et tunc cœpit Ioannes narrare singula per ordinem, quæ eo præsente circa ipsum Christū facta fuerāt, vtpote quomodo in

horto

horto Iudas ipsum prodidit iudæis, deinde quomodo eo capto, omnes Apostoli fugerunt. Itē quomodo primo adductus fuerat ad domū Annæ, & ibi percussus fuerat in maxillam à Malcho. Item quomodo Petrus eum primo ibi negauit. Deinde quomodo adductus fuerat ad Caipham q de eo dixit. Reus est mortis. Itē quomodo ibidem fuerat quinque modis illusus. Tandē, inquit, cum principes, & iudices, vellēt ire dormitum, iusserunt omnes exire domū Caiphæ præter nescio quosdam gartiunculos, quibus tradiderunt dominū meū & magistrū filiū vestrū custodiendū sub pœna capitis vsque mane. Sicque coactus fui exire domū, & ad vos accurri tanquam ad dominam meā, & vnicū solatium tribulationis meæ. O deuoti Christiani cogitate intra vos, quàm grauiter tunc vulneratum extitit piū cor virginis matris, ita vt in terram quasi semimortua cecidisse piè credatur. Quæ enim mater tam dura, quæ non emolliretur, aut expauesceret ad verba nuncij accurrentis, & dicentis. O bona mater, ego vidi filium vestrum hac hora trahi per clientes, & tortores ad iudiciū; de quo etiam dicebatur ab omnibus, quòd infallibiliter deberet cito ad crudelissimā mortem condemnari.

His igitur auditis, dixit pia mater astātibus. Qui me diligt, me sequatur. Quo dicto mox domū sororis suę Salome exiuit. Ipsam aūt illico secutę sunt oēs bonæ matronæ ibi existentes. Cūq; circuiret per plateas Hierusalē quotquot obuios habebat, eos interrogabat, dicēs illis illud Can. 3. Nū vidistis quē diligit aīa mea? Illi aūt interrogabant eā viceuersa dicētes. Qualis est dilectus tuus ò pulcherrima mulierū? Et illa, Dilectus meus candidus, & rubicundus. Filius meus pulcher, & decorus atq; speciosus forma præ filijs hominū, gratia plenus, ætatis circiter 33. annorū. In hunc itaq; modum lamentando pia mater circuiuit multo tempore ciuitatem Hierusalem. Sed quia nox erat, ideo paucos inueniebat, aut nullos, qui certa noua de filio suo illi dicere possent. Tandem ergo transeunte illa an-

te domũ Caiphæ audiuit insultus, percussiones, & flagella ministrorum Caiphæ aduersus filium suum. Ex quibus oĩbus bene intellexit ibi adesse filiũ suũ, & inhumanissimè ibidem tractari. Cumq; diu ad ostium pulsasset, vt saltem benedictum filium suũ videre posset, non est permissa illic ingredi, sed stetit ad ianuam multo tempore flens & eiulans. Cuius lamenta & suspiria audiens pius eius filius magis inde cruciabatur, secundum Ber. quàm de proprijs doloribus. O charissimi cogitate apud vos qualẽ quietẽ habuit per totã illã noctẽ mater pietatis, pariter & cæteræ deuotæ mulieres, quæ cum ipsa erant. Profectò totã noctẽ insomnẽ duxerunt vsque mane, vbi adhuc deterius habuerunt. Flete igitur cũ flentibus, si tandẽ cupitis in cœlo gaudere cum gaudentibus. Rom. 12. Patet ergo de tertia statione facta in domo Caiphæ.

QVARTA STATIO CHRISTI PATIENTIS.

Quarta statio quã fecit benignissimus Iesus Christus pro salute nostra operanda, fuit in prętorio Pilati. In qua quidẽ statione quatuor facta sunt. Nã ibi Christus Pilato p̃sentatur, Iudas desperans suspenditur, Iudex vniuersorũ accusatur, Causa diligenter examinatur. Primo igitur in dicta statione Christus iudici seculari & criminali præsentatur, videlicet Pilato, & hoc ꝑ ministros principũ iudæorum & authoritate eorũ. Singularius autẽ ex parte Caiphæ, qui erat pontifex anni illius, vt dictũ est. Modus autem præsentationis talis fuit. Erat enim pius Iesus ligatus manibus ad tergum, habens catenam ferreã in collo tanquam notorius homicida & malefactor. Hæc autem catena multo tẽpore reuerenter custodita est, quæ non nisi raro ostendebatur, quam etiam peregrini deuotionis gratia ponebant in colla sua. Item cum imponabatur collis obsessorũ à dæmonibus, statim liberabantur. Vbi aũt nunc quiescat, non reperi. De prædicta ergo præsentatione loquens Matt. dicit sic. Mane autem facto concilium

inierunt omnes principes ſacerdotũ,& ſeniores populi.i.iudices ordinarij aduerſus Ieſum,vt eũ morti traderent. Concluſum autem fuit in eorum concilio à maiori parte,quòd deberet tradi Pilato iudici criminali pro expeditione fienda de eo. Contradixerunt tamẽ aliqui, quamuis pauci, vtpote Gamaliel legis doctor, oſtendens illis euidenter quanta paſſi fuiſſent eorum prædeceſſores propter mortem prophetarum. Similiter Nicodemus illis non conſenſit,ſed dicebat ipſum Chriſtum eſſe Dei filium, eo quòd nemo poſſet facere ſigna,quæ ipſe faciebat,niſi fuiſſet Deus cũ eo. Item multi alij diſcipuli Chriſti occulti contradixerũt. Nõ tamen præualuerunt contra tantam multitudinem canum rabidorum mortem Chriſti quærentium, ideo ſequitur in textu. Et vinctum adduxerunt eum,& tradiderunt Pontio Pilato præſidi. Veruntamen in euangelio Ioan. dicitur, quòd adduxerunt Ieſum ad Caipham in prætorium. Sic enim habetur in libris antiquis correctis. Hunc autem modũ dicendi reprobat de Lyra dicens,quòd debet ſcribi à Caipha in prętorium. Sed in hoc manifeſte contradicit Auguſtino,qui de cõſenſu Euangeliſtarum,lib.3.cap.7.admittit talem modum dicendi,& dicit,quòd forte aliqua cauſa vrgente Caiphas perrexit ad prætorium præſidis. Vel quòd in domo Caiphæ Pilatus prætorium acceperat. Nam domus eius tanta erat, vt ſeorſum habitantem dominum ſuum, & ſeorſum iudicem ferret. Hæc Auguſtinus. Sic ergo ſecundum iſtum modum dicendi Chriſtus de prætorio Caiphæ ductus fuit ad prætoriũ Pilati. Et ideo bene dictum eſt,quòd iudęi adduxerunt Ieſum ad Caipham in prætorium, & demum ad Pilatum.

Notandm eſt autem, ꝙ dicta Chriſti præſentatio coram Pilato fuit præfigurata,& prophetata. Primo quidem præfigurata fuit Iud.16. in Sanſone, qui per propriam vxorem nomine Dalidã traditus eſt in manus Philiſtinorum inimicorum ſuorum capitalium. Ad propoſitum Dalida eſt ſynagoga iudæorum. Philiſtiim

fuit

fuit Pilatus & ministri eius, Sanson verò est Christus. Dalida ergo tradidit Sansonem in manus philistinorum, quando synagoga iudæorum tradidit Christum inter manus Gentilium. Secundo prædicta præsentatio fuit pphetata seu prænunciata per eundemmet Christum, qui Lu. 18. ait. Ecce ascendimus Hierosolymam, & consumabuntur omnia, quæ scripta sunt de filio hominis. Tradetur.n. gentibus, videlicet Pilato, & ministris eius ad illudendum, flagellandum, & crucifigendum.

Sequitur in textu Ioan. Iudæi autē non introierunt in prætorium, supple Pilati, vt non contaminarentur, sed manducarent Pascha. Vbi notandum, quòd Pascha hic non significat agnum Paschalem, prout Græci dicunt, sed significat azymos panes, quibus Iudæi vtebantur diebus septem, & à quorum comestione redde bantur incapaces tanquā irregulares habiti ex ingressu prætorii, seu loci sanguinis. Sed contra huiusmodi scrupulū iudæorum inuehens Augustin. super Ioann. tractatu. 114. dicit sic. O impia & stulta iudæorum cœcitas, qui timebant contaminari habitaculo alieno, & non timebant contaminari scelere proprio. Alienigenæ iudicis prætorio contaminari timebant, fratris innocentis sanguinē fundere non formidabāt. Hodie profectò multi Christiani similes sunt iudæis, vt sunt illi qui formant sibi conscientiā de minimis, etiam interdum de his, quæ secundū se mala nō sunt. De grauibus autē, & magnis peccatis quibus inuoluti sunt, paruam aut nullam conscientiam sibi faciunt. Practica &c.

Sed quia est quæstio in præsenti de Pilato, ideo tria videnda sunt de eo, videlicet de principio, de medio, de fine.

Quantum ad primum, refert magister Iacobus de Voragine in legenda aurea, ser. de passione domini historiam quandam, quam tamen dicit esse apochryphā, videlicet, quòd fuerit quidam rex Tyrus nomine, qui cognouit quandā filiā nomine Pilam, cuius pater mo

ledina-

lendinarius erat, qui Atus dicebatur. Pila ergo nato paruulo quē conceperat ex rege Tyro, imposuit illi nomen Pilatus, cōpositū quidem ex nomine proprio, pariter & patris sui.

Quantum ad secundum refert idē de Voragine vbi supra, ꝙ cum dictus Pilatus nutriretur in curia regis patris sui, successu tēporis interfēcit filiū legitimū regis. Propter quod rex ipsum Romā misit ad curiā Imperatoris. Tandem vero grandęuus factus, cū esset in re militari valde strenuus, Imperator destinauit ipsum in insulam Pontianā sibi rebellē, adiunctis sibi certis militibus. Quā in breui subegit Romano Imperio. Et exinde sortitus est nomē pontius, videlicet à nomine dictæ insulæ. Tandem autē creatus est præses ab imperatore Tyberio super Hierusalem, & vniuersam Iudæā. De qua autē patria fuerit & cuius sectæ, magister in historia scolastica dicit ipsum fuisse Lugdunensem & paganum.

Quantum ad tertium, quod est de fine ipsius Pilati, dicit, & refert Paulus Orosius li. 7. ꝙ cum fecisset plurimas seditiones in Hierosolymis, tandem Caio Imperatore captus, & in carcerem reclusus est. Quod ille cernens, & prioris gloriæ recolens, propria manu se interemit. Non tamen desunt, qui dicant se vidisse domum eius, quæ etiam vsque hodie domus Pilati appellatur, quæ sita est inter Viennam, & Valentiam in Delphinatu. Tandem autem à prædicto Imperatore eum illic fuisse destinatum moriturum, vnde sumpserat originem, vt memoria tenacior fieret, & confusionem maiorem reciperet. Mors autem illius talis fuit. Fuit enim submersus in fluuio Rhodani extra muros Viennæ. Sed quia illius occasione, iusto Dei iudicio, multę naues illic applicātes submergebantur, ideo inde extractum fuit miserū eius cadauer, & proiectum in quendā montem ad decem ferme leucas in puteum, qui modo dicitur puteus Pilati. Ex quo fœtunt exhalationes mirabile, pariter & ignitos carbones interdū procedere, ita vt potius videatur

esse

esse os inferni, quam aliud. Viennenses autē singulis annis processionaliter incedunt vsque ad littus fluuij, & ibi asperso fluuio aqua benedicta ex parte, qua submersus fuit, reuertuntur in ciuitatem suam. Quia ergo mala vita in Pilato præcessit, ideo pariter mala mors secuta est. Sicut & in similibus commune est.

Secundo principaliter Iudas suspenditur, vt enim dicit Matthæus, Videns Iudas, qui eum, scilicet Christum tradidit, quòd damnatus esset, idest quòd factū esset de Christo, ex quo traditus erat iudicio seculari, vel quòd damnatus esset, scilicet ipsemet Iudas, id est damnatione æterna dignus, pœnitentia ductus, id est angustia quadam, & tristitia tactus, retulit 30. argenteos principibus sacerdotum, & senioribus populi, à quibus scilicet eos acceperat, dicens, peccaui tradens sanguinem iustum, idest hominis iusti, & innocentis. Chrysost. super Matth. Vide inquit veritatē vndique fulgentem. Proditor enim de seipso dat testimonium, dicens. Peccaui tradens sanguinem iustū. At illi dixerunt. Quid ad nos? supple pertinet de facto tuo: Si enim male fecisti, tuipse subeas pœnam, quia non succurremus tibi, nec peccatum tuum super nos portabimus, sed totum relinquimus super humeros tuos. Hoc igitur audiens Iudas, & præ confusione non audens reuerti ad dominum suum, quem etiā non credebat verum Dei filium, sed hominem purū, iustum tamen, & sanctum, proiectis 30. argenteis in templo, recessit, & abiens per desperationem laqueo se suspendit.

Circa autē prædicta possunt moueri aliqua dubia.

Primū igitur dubium est, in quo grauius peccauit Iudas, Christum; s. tradendo vel desperando. Respondetur, ꝙ desperando, prout notatur ex verbis Aug. 28. q. 5. si non licet. Cuius ratio est, quia tradendo Xp̄m, peccauit contra eius humanitatē, desperādo vero contra ipsius diuinitatē, quia contra infinitatem diuinæ potentiæ aut misericordiæ. Aut. n. non credidit Deū summe omnipotentē ad remittendū sibi peccatū suū, sicut

ſicut Cayn, qui dixit Gen. 4. Maior eſt iniquitas mea quàm vt veniā merear. Aut ſi credidit eū omnipotentē, non tamen ſumme miſericordē, & peccata condonare pœnitentibus volentē. Cū tamen ipſemet dicat Ezech. 18. In quacunque hora ingemuerit &c. Patet ergo intentum. O igitur Iuda cur deſperas? Cur potius nō reuerteris ad Chriſtū dominum tuum? qui totius benignus & miſericors eſt, & præſtabilis ſuper militia populi ſui, vt habetur Iohe. 2. O Iuda quā incōſultè agis deſperando. Cur miſer non refugis ad pijſſimam matrē magiſtri tui, quæ eſt peccatorū aduocata & mediatrix? Cur non refugis ad fratres tuos coapoſtolos qui abſque dubio pro te oraſſent magiſtrū eorum, & tuum Chriſtum, ſicut orauerunt pro ſocru Simonis febricitante. Luc. 4. Qui etiā intercelſerunt pro muliere Chananea dicentes magiſtro ſuo, Dimitte eā, quia clamat poſt nos, Matth. 15. Cur etiā non refugis ad Magdalenam & Marthā, quæ vitam fratri ſuo Lazaro à magiſtro tuo Chriſto impetrauerunt? Cur denique nō recurris ad patrem miſericordiarum, qui eſt Deus totius conſolationis, & qui conſolatur ſuos in omni tribulatione ſua. Si .n. ſic feciſſes, profectò à venia excluſus non fuiſſes, vt dicit Amb. de pœnitentia lib. 2. c. 5. Sed quid feciſti? Certe ad phariſeos te cōtuliſti, relinquēs omnia ſalutis tuæ remedia, & ideo iuſto Dei iudicio nihil apud eos inueniſti niſi deſperationis materiam, & augmentum, vnde te ſubſanant & derident, dicētes Quid ad nos, ſup. de facto tuo? Tu videris .i. noſti qd feciſti magiſtrū tuū tradēdo, quē modo appellas iuſtū. totum ergo malū cadat ſuper caput tuum. Nos aūt innocentes ſumus. Et nota, ꝙ multi auari ſunt ſimiles Iudæ, in hoc ſcilicet, ꝙ nihil dant, niſi quando mori debent. Alij vero ſunt eo peiores, vt multi fures, vſurarij, & ſimoniaci, qui non reſtituunt male acquiſita, nec in vita, nec in morte. Et tales abſque dubio vadunt directe ad infernum. Patet ergo ad primum dubium.

Secundum dubium eſt. Vtrum Iudas egerit veram pœnitētiā in fine. Videtur quòd ſic. habuit .n. inter te-

ſtimonium

ſtimonium euangeliſtæ Matthæi contritionem, confeſſionem, ſatis factionem. Primo quidem cordis contritionem: quia pœnitentia ductus. Secundo vero oris confeſſionem: quia dixit. Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Tertio autem operis ſatisfactionem: quia retulit 30. argenteos. In oppoſitum eſt veritas. vnde Hiero. & recitatur de pę. diſt. 3. nihil profuit. dicit ſic. Nihil profuit Iudæ pœnitentiam egiſſe, per quam ſcelus non potuit corrigere. Item Leo Papa, & recitatur ſimiliter in eadem diſt. c. Iudas, di. ſic. Sceleratior ò Iuda omnibus infelicior extitiſti, quem non pœnitentia reuocauit ad Deum, ſed deſperatio traxit ad laqueum. Patet ergo intentum. Reſtat autem reſpondere ad tria prædicta. Ad Primum igitur dicitur, quòd in Iuda nõ fuit vera contritio. Semper enim vera contritio cum ſpe veniæ eſt. Iudas autem ſpem non habuit de venia. Propter quod dicitur de eo, de pę. diſt. 3. in ſalicibus, quòd ipſe infructuoſe pœnituit: quia laqueo ſe ſuſpẽdit. Ad ſecundũ dicitur, quòd confeſſio Iudæ non valuit, nec ex parte confitẽtis, nec ex parte illorũ, quibus confitebatur. Primũ patet ſic, Tunc enim confeſſio non valet ex parte confitentis, qñ non eſt integra. Modo conſtat, ꝙ confeſſio Iudæ nõ fuit integra, maxime cum non fecerit mentionẽ niſi de traditione ſanguinis innocentis, vbi tamen multa alia grauiſſima peccata cõmiſerat, vtpote cũ propria matre dormiendo, vt teſtatur Augu. ad fratres in eremo. ſer. 28. Item furtũ frequenter committendo. quod enim ex Chriſti ordinatione debebat dare pauperibus, hoc ipſum dabat vxori & familiæ. Propter quod Ioan. 12. fur appellatur. Item apoſtatando, & contra votũ obedientiæ à conſortio Chriſti abſque vale in fine cœnæ recedẽdo. Itẽ corpus Chriſti in cœna indigne ſumendo, quia cũ propoſito tradendi magiſtrũ ſuum. Propter quod intrauerat in eum ſathanas, vt habetur Io. 14. Cum itaque hæc & his ſimilia delicta Iudas nõ fuerit confeſſus, patet intentum. Secundũ ſimiliter patet. Confeſſus eſt enim Iudas, ſummis ſacerdotibus, quorum iu-

risdictio expirauerat in aduentu Christi, & signanter post institutionem sacramenti pœnitentiæ in cęna. Patet ergo, ꝙ non confitebatur proprio sacerdoti. Ad tertium similiter respondetur, ꝙ satisfactio Iudæ nō fuit bona. Ipse enim commiserat quodammodo simoniam vendendo Christum: Simoniacus autem non satisfacit debitè, cum restituit pecuniam simoniacè acceptam illi, qui eam tradidit, maxime cum non sit dantis neq; recipientis, sed debet erogari in pios vsus, qđ non fecit Iudas, quinimmo huiusmodi pecuniam restituit principibus sacerdotum, a quibus illam acceperat, igitur, &c. Patet ergo pœnitentia Iudæ nō fuisse vera pœnitentia, quamuis habuerit aliquid simile cū vera pœnitentia.

Tertium dubium est de morte Iudę, quando scilicet se suspendit. Circa hoc sunt tres opiniones. Prima est dicentiū, ꝙ suspendit se in die resurrectionis, vt habetur in histo. scholasti. Cū enim audisset dominū surrexisse (qué tamen non sperabat resurrecturū) sicut neque verū Deū, vt dictum est, seipsum suspendit, timens ne Christus quasi vlciscens se de eo crudeli morte faceret eum interire. Sed hæc opinio non est multū authentica, vt habetur ibidem. Vnde quædam glo. super Psal. Domine dominus noster, di. ꝙ sicut mortuo Absalone Dauid in pace regnauit, ita Iuda mortuo Christus in pace resurrexit. Secunda opinio est Hiero. 21. ꝙ Iudas se suspendit ante domini resurrectionē, non tñ dicit determinate quando. Tertia opinio est Leonis Papæ, q videtur dicere, ꝙ Iudas se suspēderit priusquā Christus esset mortuus. & ista opinio videtur cōformior verbis euangelij, di. ꝙ proiectis 30. argēteis in tēplo, abiens laqueo se suspendit. O igitur mirabile iudæorū duritia quos nec peccati Iudę cōfessio, nec precij restitutio, nec proprij suspendij emolliuit operatio. Circa hoc autem reprehendēda est nonnullorū loquacitas, qui si viderint aliquem aliter agētē, quàm deceat, vituperant non solum personam, uerumetiam totum statum, aut communitatem, cuius membrum

illle

ille est. Non considerantes, ꝙ nunquam fuit aliquod collegiu tā sanctū sicut collegium Christi, in quo tamē vnus malus est inuentus. Nunquid igitur maxima iniuria fieret Christo, & cęteris sanctis apostolis si propter scelus Iudæ notarentur de infamia, Profecto ita. Illi ergo male agunt, qui totam vnam communitatem aut familiam vituperant propter aliquos defectuosos. Vide ad hoc propositum decretum illud quantumlibet. di. 47. Et sic patet ad dubium.

Sequitur in textu. Mat. Principes autē sacerdotū acceptis argēteis dixerūt. Nō licet eos mittere in corbonā, i. in gazophylaciū, vbi reponi solēt oblationes, quę dātur ad vsus tēpli, cuius ratio subditur, q̃a preciū sanguinis est, i. præciū datū pro sanguine effundendo. Et per consequens talis pecunia sic male acquisita illic reponi non debebat, quia vt dicit hic gl. inter. & trahitur originaliter ex Eccl. 34. Oblatio impiorū abominabilis est dño, quæ offertur ex scelere. Cōsilio aūt inito emerunt ex illis agrū figuli, i. hominis facientis vasa fictilia, in sepulturā peregrinorū, qui, s. prius in ciuitate Hierusalē non habebant propriam sepulturā. Et per hoc mystice designatur, ꝙ precio, & merito sanguinis Christi emptus est nobis ager ille magnus, & spatiosus, qui in cœlis est, vbi qui reconduntur post mortē peregrini, id est veri pauperes, iuxta illud Mat. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam, &c.

Tertio principaliter iudex viuorū, & mortuorū coram mortali homine à peccatoribus, & transgressoribus accusatur. Vt. n. dicit, Ioan. postquam iudæi præsentauerūt Xp̄m Pilato, noluerunt ingredi p̄toriū eius i. locū iudicij, vt prius dictū est. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, i. in platea stātes, & dixit eis. Quā accusationē affertis aduersus hominē hunc, s. tā humilē, tā benignū, tā gratiosū, & q̃ videtur mihi totus innocēs, quē tñ præsentatis mihi vinctū tanquā malefactorē, nihil tñ cōtra vos cōquerentē. Sic aūt prudenter interrogat Pilatus, eo q᷑ non erat consuetudo Romanis condēna

rè aliquem, nisi prius audirēt depositionem, seu accusationem, quæ fiebat aduersus eum. Qua etiam audita dabat accusato tempus, & locum respondendi, & se defendendi, vt habetur Act. 25 & vt æquitas postulat. Et ideo Pilatus, qui erat iudex, illic constitutus ab Imperatore Ramano voluit tenere modū Romanorū erga Christum. Responderūt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eū. Quasi dicerēt, Nos diligēter examinauimus factū eius, & inuenimus eum dignum morte, & ideo non est opus facere aliā examinationem. Nos enim tantæ veritatis, & iustitiæ sumus, quòd merito deberetur nobis credi simplici verbo, & sine aliqua disquisitione. O impij, mendaces, & blasphemi iudęi, quō ausi estis ore polluto malefactorem vocare Dei filium? Vndę August. super Ioannnem tract. 113. Interrogentur, inquit, atque respondeant ab immundis spiritibus liberati, sanati languidi, leprosi mundati, surdi audientes, muti loquentes, cæci videntes, mortui resurgentes, & quod omnia superat, stulti sapientes, vtrum Iesus sit malefactor: Sed ista dicebant illi, de quibus iam per prophetam ipse prædixerat. Retribuebant mihi mala ꝓ bonis. Hæc Augu. Patet ergo quō impij iudæi non erubescebant illum vocare malefactorē, qui pertransiuit benefaciendo & sanando oēs oppressos à diabolo, vt habetur Act. 10. Pilatus ergo quasi indignatus ex eorū responsione, quia sciebat eos per inuidiam Christū tradidisse, dixit eis, Accipite eū vos, & secundū legē vestrā iudicate eum. Quasi diceret, Si sufficit vestra examinatio, vt dicitis, sufficiat & vestra sententia Ego aūt nequaquā talis iudex efficiar. Dicunt tñ aliqui, ꝙ Pilatus prædicta verba dicebat iudæis derisorie, & ꝑ modū indignantis, quasi volens illis dicere. Si haberetis potestatē crucifigendi eū, iā esset de eo factum, & iā expediuissetis eū. At illi dixerūt. Nobis non licet interficere quēquā, & hoc propter altam iustitiam à nobis ablatam, & in Romanos translatam. Vel hoc dicūt ꝓpter diei festi Paschalis solennitatem. Quod quidem

 festum

festum iam celebrare cœperant. Propter quod etiā de ingressu prætorij Pilati cōtaminari metuebant. Et ita exponit hunc passum August. super Io. vbi supra, Vel dictum suum referunt iudæi ad supplicium crucis, quod desiderabant Christum pati. Alias autem poterant aliquem interficere, sicut patuit de Stephano quem lapidauerunt Act. 7.

Moraliter. Multi clerici & religiosi dicunt sibi non licere interficere quenquam, scilicet morte corporali, & in hoc verum dicunt . Sed proh dolor multos in dies interficiunt morte spirituali, videlicet suo malo exemplo, de quibus dicit Greg. in suo pasto. c. 33. ꝙ tot mortibus digni sunt quos perditionis exempla in alios transmiserunt. Item multi laici videntes fraudē aut violentiam manifeste fieri aduersus proximos suos, nec illam pro posse suo debitis medijs propulsantes, cum tamen possint, dicunt pro sua defensione, & iustificatione sibi non licere interficere quenquam, nec velle se de factis aliorū intromittere. Sed eos condemnat Greg. ꝓut recitatur in dec. d. 83. error, di. Error cui non resistitur, approbatur, & veritas cum non defenditur, opprimitur. Nec caret &c. Itē multi tā clerici quàm laici dicunt sibi non licere interficere quenquā corporaliter, qui tñ non formidāt multos suis linguis interficere spiritualiter, vt sunt susurrones, bilingues, & detractores. Nā vt habetur de pœ. dist. 1. homicidiorum. Homicidiorum tria sunt genera, inter quæ computatur detractio. Nam qui detrahit famā proximi, occidit. Viri ergo probi cū audiunt tales detractores, debent illos reprehendere, & dicere, Nobis non licet interficere quenquam.

Sequitur in textu Lucæ tantum . Cœperunt autem, inquit, Iudæi accusare Christum dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regē esse. In quibus verbis apparet quod accusabant Christū de tribus.

Primo quidem de falsa doctrina, quia inuenimus eū

sub-

ſubuertentem gentem noſtram, ſup. per falſam doctrinã, quam prædicat, & per quã aueitit populũ à ſanctiſſima lege Moyſi, & à cerimonijs illius, utpote ab obſeruatione ſabbati. Hic. n. ſabbatum non cuſtodit, ſed in eo operatur, ut patuit qñ paralyticum curauit Io. 5. Itẽ quãdo cœcum à natiuitate illumiuauit. Io. 9.

Sed iſta accuſatio erat falſa. Cuius falſitas patet tripliciter. Primo quidẽ ex uerbis ipſius Chriſti, qui Mat. 5. ait. Non ueni legẽ ſoluere ſed adimplere. Secundo uero ex teſtimonio eorundẽ iudæorum dicentium illi, Magiſter ſcimus quia uerax es, & uiã Dei in ueritate doces, Matth. 22. Tertio autẽ ex operibus per quę cõformabat ſe legi, ut patuit in eius circuncisione. Item in agni paſchalis immolationẽ. Itẽ quia ueniebat die feſto in templum. Patet ergo ꝙ non ſubuertebat gentẽ iudæorum, ſed potius edificabat uerbo & exemplo: quod autẽ fecerit aliqua miracula in die ſabbati, opus pietatis fuit, quæ omni tempore fieri poteſt.

Secundo accuſabant eum de iniuria in Imperatorẽ, quia prohibebat tributa dari Cæſari. Dicebãt. n. de eo ꝙ ipſe prædicaſſet iudæos qui erãt fideles, & populus à Deo electus, nõ debere obedire principi idololatrę & infideli, qualis erat Imperator Romanus, neq; pariter tributum illi dare.

Sed iſta accuſatio erat falſiſſima, quinimmo ipſe dixerat totum contrarium, ut patet Matt. 22. ubi legitur ꝙ cum in dolo eum interrogaſſent iudęi, an liceret eis dare tributum Cæſari, an non, tandem dixit illis. Reddite quæ ſunt Cęſ. &c. Et huius rñſionis multi teſtes tũc præſentes erant, qui dixerunt ita ab eo audiuiſſe.

Tertio accuſabant eũ de crimine læſæ maieſtatis, quia dicebat ſe Chriſtum regem eſſe, & ꝙ tentabat uſurpare regnum iudæorum in iniuriam & detrimentum Imperatoris. in cuius rei ſignum iam habebat in ſuo cõmitatu plures homines, utpote 12. Apoſtolos tanquam maiores, & 72. diſcipulos tanquam minores in curia ſua,

Sed iſta accuſatio ſimiliter falſa erat. Quinimmo cũ ſemel, videlicet poſt multiplicationem panũ hordeaceorum iudæi voluiſſent eũ capere, & regẽ facere, fugit ſolus in montem, quaſi ibi ſe abſcondens. Quia ergo ſic apertis mẽdacijs, accuſabatur Chriſtus à principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi corã Pilato, ideo nihil reſpondit, vt di. Mat. Tũ vt nobis daret exẽplum patientiæ, & taciturnitatis contra illatas iniurias, vt dicit glo. interl. Tum quia aperta mendacia nõ ſunt reſponſione digna. Tum vt impleretur prophetia de eo ſcripta, videlicet Eſaiæ 53. Sicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non apperiet os ſuum. Admirabatur ergo præſes vehementer de tanta eius patientia. Vnde & dixit ei, Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Ipſe autẽ non reſpondit ei ad vllum verbum.

Quarto principaliter cauſa Chriſti diligenter examinatur, videlicet per Pilatũ. Audita enim prædicta triplici accuſatione iudæorũ aduerſus Ieſum, ipſe Pilatus de prima nullo modo curauit, eo quod gentilis eſſet. Et ideo de lege Moyſi, aut tranſgreſſione illius non curauit. De ſecunda ſimiliter non curauit, quia reputauit eam ſimpliciter falſam, & examinatione indignã. Et forte audierat ex aliquorum relatione reſponſum qđ dederat Chriſtus iudæis, dicẽs, Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. De tertia ergo accuſatione ſolum curauit, & ibi ſtetit, eo ꝙ videbatur viſceraliter tangere honorẽ Imperatoris Romani, qui Tyberius dicebatur. Et ideo omiſſis duabus primis accuſationibus, tantum inſtat, & interrogat Chriſtum de tertia. Vnde fecit illi tres interrogationes, quæ ſequuntur.

Prima igitur interrogatio talis fuit, Tu es Rex iudæorum? Quaſi diceret, Eſt hoc verum quò iſti iudæi tibi imponunt, ſ. quòd velis tibi vſurpare regnum iudæorum, & nomen regium? quòd ſi ſic, certè male agis, quia iudæi nunc non habẽt Regem, niſi Cæſarem. Nam, vt dicit magiſter Nicolaus de Lyra, à tempore Pompeij iudæi ſeruiebant Romano imperio ſub

tributo.

tributo. Insuper ab illis abstulerant ipsi Romani titulum regium,

Moraliter. Notandum, quòd multi iudices, & præsides etiam vtriusque curiæ videntur similes Pilato, in hoc, s. ꝙ plus curant de temporalibus, quàm de spiritualibus, plus de honore regiæ maiestatis, aut pontificij, quàm diuini nominis, acrius vlciscentes offensas mortalium hominum, quàm regis æterni. Si enim aliquis aperiat os quantumcunque parum contra terrenum principem, episcopum, aut abbatem, etiam iustè, si hoc peruenerit ad lucem, mox capitur, vinculatur, ad grossam emendam ponitur, vel forte deterius cum eo agitur. Si verò iniuria in Deum retorquetur cuiusmodi est blasphemia, vel simile, de hoc non curatur. Propter, quod merito conqueritur dominus. Esa. 52. di. Dominatores populi mei iniquè agunt, quia, s. non puniunt delinquentes in me, eo forte, ꝙ sunt primi in offendendo. Et ideo sup. propter eorum neglıgétiam iugiter tota die nomē meū blasphematur, s. a subditis.

Sequitur Christi responsio ad interrogationē Pilati. Tu dicis, sup. veritatē. Non ergo negauit Christus se regē esse, sed magis approbauit interrogationē Pilati. Quæstio est, cur potius Xp̄s respondet Pilato eū interroganti, q̄ Annæ, vel Caiphę, aut Herodi. Respōdeo. quia illi malitiose, & in dolo ipsum interrogabant. Pilatus autē bona intentione. Ioannes aūt dicit, ꝙ Christus respondit Pilato dicēs, A te metipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum, vt, s. scire valeā si tu es Rex, aut de regio semine, an non? Et ideo vt sciā veritatē, teipsum interrogo. Videtur. n. ꝙ commiseris aliquod magnum crimen, quia gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi, supple tanquam dignum morte.

Secunda interrogatio Pilati ad Christum fuit talis. Quid fecisti? Propter quod, supple gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi. Videtur enim quòd sis culpabilis in aliquo graui casu, ex quo tales te mihi tradiderunt.

Ad hanc interrogationem non respondit Christus, quia si respondisset, dedisset occasionẽ Pilato ipsum liberandi, vtpote dicendo, Pilate ego multiplex beneficium contuli huic genti peccatrici, & ingratę, quæ me tradidit manibus tuis. Nam infirmos eorũ sępe curaui, leprosos sanaui. cœcos illuminaui, dæmoniacos liberaui, & huiusmodi. Ecce quid feci. Item potuit dicere Pilato. Ego olim præmisi Ioseph in Aegyptum, quem cõstitui principẽ oĩs possessionis regis Aegypti vt sic tempore famis sustentaret patres huius gentis peccatricis. Item dictos eorum patres eduxi olim de Aegypto in manu forti, & brachio extento, & cum mirabilibus signis etiam durissime flagellãdo Aegyptios illis aduersantes. Ego post transitum maris rubri paui dictos eorum patres 40. annis in deserto pane de cœlo misso. Tandem deuictis eorum æmulis gloriose introduxi eos in terram promissionis. Ego demũ ex eis carnem assumens, & inter eos humiliter conuersatus, viam salũtis prædicando illos docui, peccata ad me venientium remisi, ægrotos curaui, & penè infinita beneficia huic genti ingratissimæ contuli. Hęc ergo, & his similia poterat Christus dicere Pilato ipsum interroganti quid fecisset. Sed tamen maluit tacere, quàm aliquid tunc dicere propter causam prius dictam: dicit aũt Chrisost. super Io. hom. 83. ꝙ Pilatus habebat de Christo magnam opinionem, & omnia trãquille ab eo audire, & intelligere volebat. Interroganti tamen, quid fecisset, respondere noluit. Sed tamen, ad id quod valde optabat scire Pilatus, hoc est de regno suo, & an rex esset (de quo etiã prius ipsum interrogauerat) respondit Christus dicens: Rex sum, ego sed regnũ meũ non est de hoc mundo. Quasi diceret, Regnũ meũ non est tale quale arbitraris. Non. n. est caducũ, terrestre, aut tẽporale, sed potius stabile, cœleste, & spirituale. Non. n. impedio dominationẽ terreni imperatoris in hoc mundo. O igitur Pilate noli me timere metu vanissimo, sicut me timuit quõdam Herodes rex, cũ, s. audiuit reges orientis inquirentes, & dicentes,

tes, Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Non.n.eripio mortalia, qui regna do cœlestia. Regnum ergo Christi non terrestre, & temporale fuit, sed potuis spirituale, cuius regnicolæ sunt viri spirituales, & deuoti catholici. Vbi notandum, secundũ Aug. super Io. ꝙ Xp̄s non dixit Pilato. Regnum meum nõ est in hoc mundo, sed dixit, non est de hoc mũdo. Regnat.n.ipse Christus in iustis, & electis viatoribus, qui etsi sint in hoc mundo corporali præsentia, non tñ sunt de hoc mundo affectu, & amore, sed potius eorum conuersatio in cęlis est, Vnde & de discipulis suis loquens ipse Christus Io.17.dixit. Hi in mundo sunt. Non autem dixit, Hi de mundo sunt. Deinde Christus probat regnum suum non esse de hoc mundo. dicens, Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique, &c. Tunc subintulit Pilatus, dicens, Ergo rex es tu? Respondit ei Iesus, Tu dicis, quia Rex sum ego. Hoc.n.verum est, & istud negare non possum. Quia in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeã veritati. Hæc omnia ex euangelio Ioan.

Tertia interrogatio Pilati ad Christum fuit talis. Quid est veritas? Melius forte locutus fuisset Pilatus si quęsiuisset vbi est veritas, quia tunc non erat veritas in Põtificibus, neq; in pharisæis, neq; in iudicibus, aut turbis. Modo etiã si quęreretur vbi est veritas, credo ꝙ difficulteꝛ dici posset, ꝙ in tali vel tali curia, in domo talis vel talis mercatoris, in tali vel tali statu, claustro, vico, loco, matrimonio, aut huiusmodi, quia vt habetur Oseæ 4. Non est veritas in terra, sed mendacium inundauit super eam. Psal. Omnis homo mendax.

Ad hanc autẽ interrogationẽ de veritate nõ respondit Christus Pilato, sicut neque ad præcedẽtem. Cuius ratio fuit forte talis, quia quamprimum Pilatus proposuit dictam interrogationem Christo, mox exiuit ad iudæos facientes strepitum maximum ante prætorium suum. Propter quod non expectauit Christi responsum. Egesippus tñ, qui fuit contemporaneus apostolis, dicit, quòd Christus respondit Pilato, ꝙ veri-

tas est Iesus Nazarenus rex Iudæorum, & quòd veritas descendit de cœlo ad terram.

Moraliter. Notandum q hodie valde pauci sunt, qui velint, q dicatur eis veritas, & tamen fermè omnes optant, vt dicatur aliis veritas. Si enim contingat prædicatorem aliquem latrare contra vnum vitium, cæteri qui se reputant immunes à tali delicto, ipsum laudant & extollunt supra sidera. Qui vero se sentiunt reos, inde indignantur. Et ideo prædicatores hac tempestate habent alterum perdere, scilicet veritatẽ, aut amicitiã, vt dicit Senec. de verborum copia. Est ergo simile de veritate, sicut de aqua benedicta. Cum enim debet dari aqua benedicta omnes quidem illuc accurrunt. Sed cum actualiter hincinde dispergitur, multi opponũt manum aut pileum ante faciem. Ita in proposito quo ad audientiam boni & zelosi prædicatoris.

Interrogatione ergo facta per Pilatum ad Christũ de veritate, responsum non expectauit Pilatus, sed vt dicit Ioan. Cum hoc dixisset iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Lucas autem dicit, quòd illi inualescebant, dicentes. Commouit populum docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilea vsque huc. Sed profectò in hoc non Christum, sed seipsos accusant, vt dicit glo. ord. Docuisse, enim populum, & à pristina torporis ignauia docendo commouisse, & totam promissionis terram percurrisse, non criminis, sed virtutis est iudicium. Ipsi tamen Iudæi prætendebant alium sensum ex verbis suis, videlicet, q Christus esset perturbator pacis, & quod turbauerat pacem communem à Galilea vsque Hierusalem. Volebant enim insinuare, q esset similis Iudæ Galileo, de quo legitur Act. 5. quod tempore natiuitatis Christi inducebat populum ad rebellandũ Romano Imperatori, prædicans Iudæis esse illum profiteri aliquem terrenum dominum, sed solùm Deum. Sed longe aliter fuit de Christo, & de prædicto. Nam Christus dixit Iudæis, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo, Matth. 22. per hoc ostendens, quòd

iustè

iustè poterant esse subiecti non solum Deo, verūetiam temporali domino. Et sic patet de quarta statione facta in prætorio Pilati.

QVINTA STATIO CHRISTI PATIENTIS.

Quinta statio Christi, quā fecit pro nobis redimendis, fuit in domo Herodis, vbi quatuor facta sunt. Nam Christus ibi à iudæis accusatur, ab Herode interrogatur, grauiter illuditur, pax reformatur.

Primo igitur Christus in quinta statione coram Herode stans, à iudæis accusatur. Pro quo notandum, ꝙ vt refert Lucas, qui solus loquitur de hac statione seu præsentatione Christi coram Herode, de qua cæteri euangelistę tacuerunt, eo ꝙ esset extraordinaria. Pilatus audiens Galileā nominari, interrogauit iudæos si Christus homo Galileus esset. Et vt cognouit, supp. ex eorum respōsione, ꝙ de Herodis potestate esset, quia in Nazareth ciuitate Galileæ conceptus & nutritus fuit, remisit eum ad Herodem, qui ipse Hierosolymis erat illis diebus.

Vbi notandum, ꝙ fuerunt tres Herodes, qui omnes reges fuerunt, qui etiam cōmemorātur in sacro euāg. sed tamen ad eorū contumeliā. Nā illos famosos fecit eorū crudelitas, sicut de multis criminosis viris aliquādo contingit. Primus igitur fuit Herodes Ascalonita, sub quo Christus natus est, & qui fecit mirabilē illam stragē de innocētibus. Secūdus dictus est Herodes Antipas, q Io. decollauit, & sub quo passus est Xp̄s. Tertius dictus est Herodes Aggrippa, q̄ Iacob. occidit, & Petrū incarcerauit. Est ergo in præsenti quæstio de secundo Herode, videlicet Antipa filio Herodis Ascalonitę. Hic igitur Herodes cum esset Iudæus ex parte matris, insuper pater suus fecerat se circūcidi, vt posset cōtrahere cū dicta matre sua iudæa, ideo reputās se iudæū, venerat in Hierusalē cū Christus pati voluit, & hoc vt faceret ibi suū Pascha, videlicet comedēdo agnū paschalē. Ad hunc igitur Herodem misit Pilatus Christum.

Sequi

Sequitur in textu. Herodes autem viso Iesu gauisus est valde. Non quidem ex deuotione, sed magis ex curiositate, cum tamen potius flere & tristari debuisset ex compassione, dicēte scriptura Iob 30. Flebam super illo qui afflictus erat. Sed quia iste Herodes totus mundanus erat, ideo gauisus est viso Christo ligato ad instar homicidæ. Et hoc est quod prædixerat Christus Io. 14. Mundus gaudebit, vos autem contristabimini. Erat. n. ex multo tempore cupiens videre eū, videlicet ex tempore decollationis Io. Bapt. Sed quare cupiebat videre Christū? Respondeo, forte ad eum capiendum, & occidendum. Vnde Luc. 13. legitur, ꝙ quidam dixerunt Christo. Exi hinc & vade, quia Herodes vult te occidere. Vel forte cupiebat ipsum videre ex quadam curiositate. Ideo sequitur; eo ꝙ audierat multa de eo, tā de doctrina mirabili, & melliflua quam prædicabat, q̃ de maximis miraculis quæ faciebat. Ideo sequitur. Et sperabat signum aliquod videre fieri ab eo. Vnde dicit Egesippus, ꝙ Herodes iurauit Christo per coronam suam, ꝙ eriperet eum de manu Iudæorum, faceretque eum hæredem regni sui, si modo vellet coram eo facere aliquod miraculum. Sed si sic, quare ergo Christus non fecit signum aliquod? Respōdeo: quia vt dicit gl. ord. Herodis incrudelitas non merebatur videre diuina. Insuper ipse Herodes reputabat Christum incantatorem & magum, ideo non erat dignus &c. Item si ita factum fuisset vt Herodes optabat & promittebat, ex toto impedita fuisset redemptio humani generis.

His ergo præmissis, sequitur accusatio iudæorū coram Herode aduersus Christū. Stabant, inquit Lucas, principes sacerdotū & scribæ constanter eum accusantes, videlicet Christū. Sed de quibus eum accusabant prædicti malitiosi viri iudæi? Rñdeo, de hoc non loquitur Lucas. Dicunt tamen aliqui, ꝙ accusabant eum dicentes, ꝙ fuisset causa mortis tot innocentum quos in odium ipsius pater suus Herodes Ascalonita occidi fecerat, vt dictum est. item & secundo accusabant eū, ꝙ vacaret magicæ arti. Istud autem probabāt per hoc

quòd

quòd dictus pater suus fuisset propter ipsum à Magis illusus, qui illi promiserant ad domum eius redire eo inuento & adorato. Quod minime fecerant, sed per aliam viam reuersi fuerant in regionem suam Mat. 2. Item prædictam magicam artem in Christo probabāt per hoc, ꝙ aliquando faciebat se inuisibilem. Hoc autem patuit quando iudæis volentibus eum præcipitare de supercilio montis, ipse per medium illorum ibat ipsis non videntibus, Luc 4. Tertio accusabant eum dicentes, ꝙ præcepisset Ioanni Bapt. vt argueret ipsummet Herodem regem tanquam incestuosum & valde criminosum, eo ꝙ māteneret Herodiadem vxorem fratris sui Philippi, vt habetur Matt. 7. Quarto accusabāt eum dicentes, quòd ipse detraxisset eidem Herodi. Domine, inquiunt, præsentes eramus in sermo istius papelardi, quando vocauit te vulpem dicens, Ite, & dicite vulpi illi Luc. 13. & loquebatur de vobis. Ecce quomodo humana malitia & stultitia accusat iudicem suū Christum coram Herode. Sed Deo disponente affuerunt multi qui honorem & partem Christi defenderunt, vt postea dicetur.

Secundo Christus ab Herode interrogatur. Eo.n. sedente in throno regio, & Christo genuflexo coram ipso interrogauit Christum multis sermonibus. Iesus autem nihil respondebat. Quia vt dicit gl. interl. melior est causa quæ non defenditur & probatur. Susanna.n. tacuit & vicit. Item tacuit vt impleretur figura pariter & prophetia. De figura quidē patet de Ioseph, qui fuit falsè accusatus à magistra sua vxore Pautiphris, qui tamen tacuit Ge. 39. De prophetia vero scribitur in psal. in persona Christi. Ego tanquam surdus non audiebā, supple falsas accusationes, quæ per iudæos adducebantur contra me coram Herode, & sicut mutus non aperiens os suum, supple tunc factus sum.

Sed quibus sermonibus interrogauit Herodes Christum? Respōdeo, de hoc nihil dicit Lucas, qui solus de hac præsentatione loquitur, vt dictum est. Possumus tamē verisimiliter æstimare, ꝙ eū interrogabat, dicēs, Es

tu

tu ille, qui illusisti patrem meum, & propter quē pater meus tot occidit innocentes, vt isti deponunt contra te? Et sic de alijs accusationibus prius adductis. Item interrogauit eum circa alias materias, vtpote dicendo illi. Es tu ille ad cuius aduentum simulachra Aegypti in terram corruerunt? Es tu ille de quo fertur, quod cœcum natum illuminaueris, decem leprosos mundaueris, dæmoniacos liberaueris, surdos audire feceris, & mutos loqui? Es tu ille de quo fertur, quod Lazarus suscitaueris? Iesus autem tacebat. Quo viso, Herodes fecit afferri aquam, & panem grossum, qualem solent comedere, & ait illi. Audiui, quòd mutaueris aquam in vinum in quibusdam nuptijs, fac nunc simile. Item audiui, quod multiplicaueris panes hordeaceos in panes delicatos, fac nunc simile. Sed Christus nullum signum fecit coram Herode, quia vt prius dictum est, Herodis incredulitas non merebatur videre diuina signa.

Ad prædictas ergo accusationes aduersus Christum falsè introductas, & adductas, superest audire respōsiones, quas adduxerunt nonnulli partem Christi tuētes, quales erant Gamaliel legis doctor, similiter Nichodemus, Ioseph de Arimathia, & similes. Ad primā ergo dixerunt, ꝙ nullā apparentiā veritatis continebat, maxime cū ipse Christus tunc tēporis adhuc esset paruulus. Ad secundā responderunt, quòd falsum erat Christū vacare arti magicæ. Et ad primam probationē dixerunt, quod non sequitur. Herodes fuit illusus à Magis, ergo à Christo. Insuper talis illusio facta à Magis non fuit opus magicæ artis, sed potius diuinæ reuelationis. Vñ Mat. 2. dicitur, ꝙ responso accepto in somnis ne redirēt ad Herodē, per aliā viā, &c. Ad secundā probationē dixerunt, ꝙ Christus non virtute magica, sed virtute diuinitatis fecit se tunc inuisibilē, sicut & quandoque eadē virtute legitur ambulasse sup̱ aquas, vt patet Mat. 6. & Io. 1. Ad tertiā accusationem responderunt prædicti dicentes, quòd factū Ioannis nō erat culpabile, eo quod incestus Herodis erat publicus. Et

ideo

ideo licite potuit Ioannes eum publicè reprehendere. Insuper falsum est, inquiunt, ꝙ Christus præceperit Ioanni reprehendere Herodem. Ad quartam dixerunt verum esse ꝙ Christus vocauerit ipsum Herodem vulpem. Sed quia vulpes habēt conditiones bonas, sicut & malas, ex hoc non sequitur, ꝙ vocauerit vos dominus Herodes vulpem in malam partem. Et certe si ausi fuissent, libenter dixissent ipsi Herodi. Verum est domine rex, ꝙ iste sanctus homo vocauerit vos vulpem etiam in malam partem, quia reuera talis estis. Nam estis totus dolosus. Item comeditis gallinas, i. pauperes. Item vos estis totus fœtidus per culpam, & sic de alijs malis conditionibus, quæ optimè conueniunt vobis. Hæc tamen non fuerunt ausi dicere propter metum mortis. Sic ergo patet ad accusationes adductas, contra Christum coram Herode.

Tertio Christus grauiter illuditur. Nā cum nullum signum facere voluisset, aut responsum dare corā Herode, spreuit eū, inqͭ Lucas, Herodes cū exercitu suo. Quia subditi libēter applaudūt desiderijs maiorū suorū, iuxta illud Eccles. 10. Secundū iudicem populi, sic & ministri eius. & illusit indutū veste alba, & remisit eū ad Pilatū. Super quo dicit gl. or. ꝙ per hoc ꝙ Christus in alba veste spernitur, & illuditur, significatur, ꝙ pro totius mundi peccatis in carne casta immaculatus agnus Christus passus est, & occisus. Dicit autē de Lyra ꝙ Herodes reputauit Christum simplicē idiotam, & fatuum, & ideo fecit eū indui ad modum fatui. Dicit etiam Lādolphus, ꝙ dicta vestis alba erat ad modum scapularis religiosorum, sine capitulo, descendēs à collo ante, & retro. Forte enim, inquit, ministri Herodis subito acceperunt petiam panni albi, foramen facientes in illius medio, & sic eam apposuerunt in collo Christi. Tunc ergo pijssimus Christus merito dicere poterat illud Prouer. 1. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.

Moraliter. Hodie spernitur, & illuditur Xp̄s à iudicibus, & ministris iustitiæ, cū veritas, quæ Deus est, in

eorum consistorijs & curiis spernitur & occultatur. Econtrario autem falsitas & mēdacium ibi recipitur. Nam cum aduocatus seu procurator scienter suscipit, defendit, aut prosequitur iniustam causam, siue cum per iuris subtilitates impedit ne veritas veniat ad lucem, sed dolose querit prolōgationes, vt sic fatiget partem aduersam, siue cum interserit friuolam & iniustā appellationem, sic spernit Christum. Insuper induit eum veste alba in signum derisionis, quando alicui causæ falsæ dat aliquam veritatis apparentiam. Item dicti aduocati manifeste illudunt Christo in membris suis quando dant intelligere his quorum causas suscipiunt, ꝙ materia eorum est defensabilis, vel ꝙ iustam habent querelam. Vbi tamen cōscientia eorum interdum dictat & iudicat de opposito. Hoc autem totum faciunt vt sic exhauriant substantiam pauperum litigantium. Qua exhausta consulunt vt faciant apunctuamentum cum parte aduersa. Nota exemplum de duobus caponibus deplumandis per duos aduocatos.

Quarto pax reformatur, s. inter Herodem & Pilatū, & hoc per medium Christi. Nam vt dicit Lucas, Herodes remisit Christum ad Pilatum cum dicta veste alba, vt. s. eum honoraret sicut prius Pilatus ei detulerat. Et in hoc Herodes manifeste ostendit consensisse aliquo modo in morte domini, aut saltem reatum grandem habuisse. Ex quo enim Pilatus ad ipsum miserat Christum tāquam hominē sui fori & iurisdictionis, vtpote de Nazareth, quæ in Galilea sita est, nec in eo inuenit causam morte dignam ipsum omnino absoluere debuerat & non ad alium iudicem remittere. Cuius tamen contrarium fecit, ideo non fuit immunis à delicto. Remisit ergo Christum ad Pilatum, tanquam diceret, Fac de eo quicquid volueris. Tibi quoque regratior de honore mihi in hac parte â te impenso. Ideo sequitur in textu. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in illa die secundū quòd longe ante prophetatum fuerat per Psal. dicentē, Alienigenæ amici facti sunt, Et per hoc mystice designabatur, ꝙ medio

passionis

passionis Christi Deus & homo debebāt in vnum reconciliari, secundum illud Ephe.2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.

Vbi notandum, ꝙ prius Herodes & Pilatus erāt adinuicem valde discordes & inimici. Cuius quidem discordiæ duplex erat causa. Prima quidem fuit fraus, & dolus ex parte Pilati. Nam vt habetur in historia scholastica, Herodes fuerat prius constitutus super Galileam, Iudæam, & Hierusalē ab Imperatore Tyberio. Hic itaque Herodes videns, ꝙ non poterat commode vtrique regioni solus imperare & intendere, vocauit in sui auxilium Pilatum, ignorans astutiam & fallaciā ipsius. Illi ergo commisit vices suas super Iudæam, & Hierusalem. Pilatus autem in modico tempore congregata pecunia copiosa, clam & nesciente Herode Cæsarem adijt, & ab ipso regnum iudæorum, quod prius ab Herode tenebat, præcibus & muneribus regēdum impetrauit. Et hæc fraus fomitem inimicitiæ inter eos seminauit. Secunda causa fuit, quia Pilatus perturbauerat iurisdictionem Herodis multos capiēs, incarcerans, puniens, & occidens de iurisdictione ipsius Herodis, sicut signanter patet de Iuda galileo, qui vt legitur Act.5 multos nesc o quales homines secum animauerat, quasi faciens se principem Iudæorum, dicens omnino esse Iudæis illicitum recognoscere pro domino superiori hominem idololatram & paganū, cuiusmodi erat Imperator Romanus, vt dictum est supra. Multi ergo consenserunt ei, intantum quod prohibebant oblationes fieri pro salute Romani Imperij. Hoc igitur audiēs Pilatus, totus indignatus & furibūdus venit repente cum multitudine Romanorum militum ad montem quendā, & inuenit eos ibi sacrificātes Deo cœli. Quos in eodem loco interfecit intantū, ꝙ sanguis interfectorum fuit mixtus cū sanguine sacrificiorū. Similiter vt legitur in historia scholastica, idē Pilatus interfecerat quendā alium Galileum dicentē se esse Dei filium. Hic. n. cum multos seduxisset, & secum in montem Garizim duxisset, promittens se

inde

inde ascensurũ in cœlum, dum illi tanquam filio Dei populus ibidem sacrificauerat. Pilatus superuenit, & ne maior seditio in populo fieret eos oẽs interfecit in eodẽ loco. Propter ergo hæc & similia erant inimici Herodes & Pilatus, qui medio Christi, qui venerat ponere pacem in terra, facti sunt amici. Ex quo concluditur, ꝙ hodie multi Christiani sunt deteriores Herode, & Pilato, qui in pascate nullo modo possunt adinuicẽ reconciliari, neque etiam medio Christi, qui eis offertur in mensa altaris. Et ideo grauiorem forte damnationem recipient, quàm Herodes & Pilatus. Sic ergo patet de quinta statione, & de ministris ipsius.

Sexta Statio Christi Patientis.

Sexta statio, quam fecit benedictus Dei patris filius pro nobis redimẽdis, fuit in ptorio Pilati, vbi quatuor facta sunt. Nã ibi Christus. Liberari procuratur, Crudeliter flagellatur, Durè coronatur, Iniustè cõdemnatur.

Primo igitur in prædicto prætorio Christus liberari procuratur. Cum.n. vidisset Pilatus, ꝙ ipse euasisset manus impij & crudelis Herodis, voluit etiam se expedire de eo, saluando illi vitam. Hoc itaque procurauit fieri ipse Pilatus tripliciter.

Primo quidem allegando Christi innocentiam. Nã cum ipsum reduxissent iudæi de domo Herodis in prętorium ipsius Pilati, nec auderent illic intrare ne contaminarentur, sed manducarẽt Pascha.i.azimos panes, vt prius dictum est, exiuit ad eos Pilatus foras, vt dicit Lucas, dicens eis. Obtulistis mihi hominem hunc quasi auertentem populum, & ecce coram vobis eum interrogans nullam causam inuenio in eo de omnibus, in quibus eum accusatis. Sicut prius patuit cum dicebant. Hunc inuenimus subertentem gentem nostram &c. Ad quas quidem accusationes prius dictum est ostendendo eas esse friuolas.

Secundo vero allegãdo Herodis regis sæuissimi circa ipsum indulgentiã cum subdit. Sed neq; Herodes,

supp.

ſup.inuenit in eo cauſam mortis, aut etiam minimæ pœnæ infligendæ. Nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei, ſup. ab ipſo Herode, ſuper quo gl.ord dicit ſic. Attende lector quantum ſtudiũ habeat Pilatus dimittendi Ieſum. Primo. n. iudęis accuſantibus eum, dixit ſe nihil cauſæ in eo inueniſſe. Deinde illis in incepto perſiſtentibus mittit ad Herodem, vt exploret an ille aliquid ſceleris in eo inuenire poſſit, an dimittendum decernat. Denique Herodis agnita voluntate, nec inuento in Ieſu facinore, plebis ſententiam quærit, cui vnum in Paſcha oportet dimitti. Sed quanto curioſius ipſum dimittere quærit, tanto crimınoſiores in mortem eius ipſos inuenit, Hæc ibi.

Tertio allegando ipſorũmet iudæorum conſuetudinẽ. Vt enim dicit Matthæus. Per diem ſolemnem ſup. Paſchæ, cõſueuerat Præſes dimittere populo vnũ vinctũ quemcunque voluiſſent. Hoc autẽ fiebat in memoriam, quòd in nocte Paſchę angelus Dñi ſalutauit Hebræos percutiens omnia primogenita Aegyptiorum ab homine vſque ad pecus. In memoriã ergo prædictæ liberationis populus petebat à Præſide vnũ criminoſum in feſto Paſchæ liberari, & vitę donari. Et hãc conſuetudinẽ approbauerat Romanus Imperator, qñ iudęos in ſuũ dominiũ ſuſceperat. Pilatus ergo cognoſcens Chriſtum innocentiſſimum voluit eum per hãc uiam liberare, proponens illis, quòd non volebat eis dimittere niſi Ieſum aut Barrabam. Hoc autem faciebat ad cautelam, vtpote uolens ſaluare Chriſtum à morte. Nullo.n.modo credebat, ꝙ iudæi debuiſsẽt præeligere Barrabã, maxime cũ eſset totus flagitioſus, & reipub. perturbator pernicioſus, utpote latro, homicida, ſeditioſus. Illi aũt deceperunt Pılatũ, petẽtes Barrabã dimitti, Ieſus uerò crucifigi. Et hoc eſt qđ ait Mat. habebat aũt, ſupp. Pilatus, tũ unũ uinctũ inſignem, ſ. in malıtia, q dicebatur Barrabas. Congregatis ergo illis, dicit Pilatus, Quẽ vultis dimittã uobis, Barrabam, an Ieſum, qui dicitur Chriſtus? Cauſa aũt cur tantũ la-

borabat Pilatus ad Christi liberationem fuit, quia sciebat, ꝙ per inuidiam tradidissent eum, s. Christum sibi. Principes autem sacerdotum, & seniores persuaserũt populũ, vt peterent Barrabam, Iesum verò perderent. Quibus dicit Pilatus, Quid ergo faciam de IESV, qui dicitur Christus? Responderunt omnes, Crucifigatur. Ait illis præses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes, Crucifigatur. Hæc omnia ex Mat.

Quæritur cur Pilatus tantũ laborabat ad Christi liberationem? Respondeo, propter multa. Primo quidem ex æquitate naturali. Nam ratio naturalis sibi dictabat laborandum esse ad liberationem innocentis à morte, & maxime Christi, de quo sciebat, ꝙ iudæi solum per inuidiam tradidissent eum. Secundo ex officio. Cum.n. esset iudex criminalis, nolebat condemnare iustum, & innocentem, non conuictum, non confessum, nec sufficienter probatum nocentem. Tertio ex instinctu spiritus maligni impedire volentis redemptionem humani generis, secundũ Lãdolphum. Quarto ex instantia suæ vxoris. Nam vt dicit Matthæus, sedente eo pro tribunali, misit vxor eius ad eum di. Nihil tibi, & iusto illi. Multa.n. passa sum hodie in visu propter eum. Hoc autem factum est secundũ historiã scholasticam per dæmonem, qui ex diuina permissione potuit cognoscere virtutem crucis, & mysterium illius. Et ideo pœnituit eum, ꝙ procurasset mortẽ Christi per Iudam. Propter quod sicut per fœminam genus humanum damnauerat, ita & per fœminam liberationem illius impedire volebat. Dicit aũt Rabanus, quòd diabolus apparuit dictæ vxori Pilati, quæ Procula dicebatur, cũ minis, & terroribus casu quo vir suus condẽnaret Christũ ad mortẽ. Et nota scd̃m de Lyra, ꝙ huiusmodi apparitio facta est in somnis. Nam Christus fuit præsentatus Pilato valde mane. Et ideo probabile est, ꝙ vxor eius adhuc iacebat in lecto. Non.n. dñæ solent surgere ita mane, sicut viri earum. Et nota, quòd hodie sunt multæ dñæ, & domicellæ similes vxori Pilati, & hoc in duobus. Primo quidem quantum ad lon

gam quietem in lecto, vt sunt illæ, quæ non surgunt ante decimam horam, quæ postmodum vix habent tēpus audiendi missam ante duodecimam. Secundo quātum ad instantias, & preces, quas faciunt viris suis, pręsertim regentibus Rempub. & hoc pro illis, qui dederunt aut promiserunt se daturos illis munera vt medient, & intercedant apud viros suos in causa etiam interdum iniusta. Quibus aliquando, viri non audent denegare, quod petunt, & sic quandoque peruertitur iudicium. Bene ergo scriptum est Ecclesiast. 25. quod à muliere initium factum est peccati.

Mysticè per hoc, ꝙ optione data iudæis de Christo, & Barraba, & quòd petierunt Barrabā sibi dari, cū tñ esset nequissimus homo: Christū autē innocentissimū clamauerunt crucifigendū, datur intelligi ꝙ frequēter in electionibus prælatorū præferūtur viri dyscoli, ignari, & omnino ecclesiæ inutiles viris timoratis, literatis, & multas gratias habentibus. Et propter hanc causam volunt Principes hodie se intromittere de huiusmodi prælatis constituendis tam in ecclesijs Cathedralibus quàm abbatialibus, aut huiusmodi. Quo fit vt ferme in oī creatione noui pastoris suscitentur discordię, & lites, principe tuēte partē pręsentati per eum, & capitulo partem electi, &c.

Secundò Christus in prætorio Pilati crudeliter flagellatur. Videns.n. dictus Pilatus importunitatē iudęorū petentiū Christū crucifigi, cogitauit apud se, quòd si viderent ipsum flagellatū, & toto corpore cruentatū cōpaterentur sibi. Cōmuniter enim accidit, quòd dū aliquis aliū persequitur, etiā maximo odio, si viderit ipsum calamitosum factum, & grauiter flagellatum, incipit mitigari odiū eius, & vindictæ appetitus, nisi forte habeat cor induratū quasi lapidem, & admodū diaboli. Pilatus itaque cernens iudæos odio maximo motos aduersus Christū, ad pacandum eorū animos decreuit flagellare ipsum. Propter quod vocauit eū intra prætoriū suum, idest iudicij locum, & ait illi, O bone Iesu nunc clarę vides inuidiā, odiū, & malitiā gen-

tis tuæ contra te. Nunquam enim ex quo sum præses huius prouinciæ, tantum institerunt apud me pro condemnatione hominis etiam quantumcunque sceleratissimi, sicut modo instant pro condēnatione tua, sicut tu ipse videre potes proprijs oculis. Vides parte ex altera quantum laboro pro liberatione tua. Sed nō præualeo commotioni, & insultationi eorum. Oportet ergo quod patienter feras, que facturus sum in te, quanuis inuitissime. Regula enim generalis est, ꝙ de duobus malis minus est eligendū, vt vitetur maius: ita .n. dicitur in decre. dist 13 duo. Itē c. nerui. item 22. q. 4. si aliquid fortè. & c. seq. Faciam ergo te flagellari, vt isti tibi parcant à morte, & vltra non clament ad me de te dicentes, crucifigatur, ideo te præpares. Attendat tamen lector, quòd quanuis Pilatus videretur habere piam intentionem ad Christum, non tamen excusatur à toto ipsum flagellando. Regula .n. generalis theologorū est, quod non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona. Flagellare aūt innocentē malū est, iō, &c.

Data ergo sententia flagellationis in Christū mox tortores currūt ad flagella. Alij crudeliter, & durè ipsum spoliant. Alij funes adhibent, quibus ligetur ad colūnā marmoreā. Tandem ergo manibus eius retro ad dictā colūnam fortissime ligatis tortores Pilati cœperunt ipsum flagellare tripliciter, secundū magistrū in historia scholast. videlicet durè, durius, durissime, siue crudeliter, crudelius, crudelissime. Dure qdē cū spinis, & vepribus. Durius verò cū flagellis de neruis boū factis, etiā cū aculeis acutissimis in extremitatibus appositis. Durissime autem cum cathenis ferreis. Cū virgis ergo de spinis dicti tortores fregerunt cutē Christi corporis. Cum aculeis carnem. Sed cum catenis ferreis eum quasi perforabant, & ossa denudabant: vnde ad perpetuā rei memoriā secundū gl. or. super Lucā: & similiter scd'm historiā scholast. illa colūna ī qua sic fuit alligatus, & flagellatus Xp̄s, demonstratur vsq; in hodiernum diē omnibus cernentibus signa dn̄ici sanguinis. O quot flagella, quot attroces ꝑcussiones, quot

vulnera

vulnera tunc passus est pijssimus Iesus, & hoc totum pro nostra salute. Nam absque misericordia, tunc cũ sic ligatum percutiebant dicti tortores, nunc ad caput, nunc ad dorsum, nunc ad benignissimam faciem nunc ante, nunc retro, nunc sursum, nunc deorsum, nunc rectis, nunc reuersis brachiis & ictibus, & huiusmodi. Iudæi autem astantes dabant pecuniam tortoribus dicentes sigillatim. Amore mei des huic truffatori egregium ictum in faciem, & ecce porrigo tibi hanc petiam argenti. Alius forte plus dabat alteri vt fortius percuteret. Itaque in hunc modum tractabatur ille, qui est speciosus forma præ filijs hominum. Et sic caro illa tenerrima & delicatissima plagis vndique replebatur. Fluebat quoque vndique regius, & pretiosissimus sanguis ex omnibus corporis partibus. Item dolor super dolorem tunc addebatur, dum plaga super plagam, fractura super fracturam, sanguis super sanguinem reiterabatur, & renouabatur. Nec tamen inter tot, & tantos cruciatus conquerebatur pijssimus agnus Christus. Propter quod possumus dicere de eo id, quod canit ecclesia de sanctis Martyribus. Non murmur resonat, non querimonia, sed corde tacito &c. Verum præ immenso dolore pius Christus cum sic flagellaretur, girabat se nunc ad vnã partem, nunc ad aliam. Erãt enim plures tortores, & ideo cum ab vno percutiebatur, vertebat se ad alium, qui peius sibi faciebat. Cumque sæpissimè sic fecisset, & præ debilitate atque dolore se vlterius vertere non posset, nec stans se continere, tandem stetit totus immotus tacens, & faciem suam beatissimam versus terram inclinans, & conuertens.

O anima deuota si illic affuisses, nõne creatori, & dominatori tuo cõpassa fuisses? Nonne vberrime fleuisses? Nonne pro posse tuo redemptorem tuum defendisses, & de dicta columna soluisses, atque de manibus tã immanissimorũ tortorum libẽter liberasses? Nõne totũ corpus tuũ pœnis, flagellis, & cruciatibus ẽt morti libẽter exposuisses, vt dñm tuũ protegere valuisses?

Nunc ergo ista meditare in corde tuo acsi tunc ibi pręsens fuisses, & saltē illi compatere. Plus enim à te non exigit, nisi vt dolorem quem per te sustinuit in proprio corpore, geras in tuo corde. Vt ergo pro tot ac tantis flagellis quæ Christus dominus noster pro nobis substinuit, aliquam recompēsam eidem faciamus, bonum est omni die ob reuerentiam benedictæ passionis suæ, atque flagellationis prædictæ dicere quindecies pater noster. Sic .n. orantes, in fine anni verum erit dicere, ꝗ quilibet plagæ corporis sui tam magnę quàm paruæ dederimus vnum pater noster, siue semel orationem dominicam. Nam dictus numerus in fine anni præsertim bisextilis ascendet ad quinque millia quadringēta nonaginta pater noster. Et iste est verus numerus plagarum Christi, prout fuit reuelatum cuidam reclusæ, prout refert Lādolphus in vita Christi. Verum aliqui assignant maiorem numerum plagarū Christi, videlicet secundum numerum legionis Angelicæ. Ego autem sto cum patre Lādolpho. Felix ergo ille, qui per singulos dies vnius anni ob reuerentiam dominicæ passionis deuótè dixerit quindecies orationem dominicam. Consulto itaque omnibus etiam cuiuscunque conditionis, aut status existant, vt ex nunc proponant se ita facturos, & in effectu ita faciant.

Sed ad propositum redeuntes, sciendum, ꝗ non ante tortorum fatigationem iubetur pius agnus Christus solui à columna prædicta. Quo soluto dicti tortores, & gartiunculi ducunt eum sic nudum, sic flagellatum, sic cruentatum per domū pro pannis suis colligēdis, qui hincinde à dictis tortoribus prius proiecti fuerāt. O anima deuota contemplare Saluatorem tuū sic tractatum, sic afflictum, sic trementem, quia frigus erat, sicque de angulo domus in angulum se conuertentē, vt se iterato reuestiret vestibus suis, quas illi gartiunculi cum pedibus hincinde detrudebant, vt sic magis ac magis fatigarent ipsum.

Hæc autē flagellatio Christi olim fuit præfigurata & prophetata. Primo quidē p̄figurata in illo sanctissimo

mo

mo Iob, quem Sathan percussit vlcere pessimo, adeo ꝙ à planta pedis vsque ad verticem capitis non erat in eo sanitas. Iob 1. Applicatio est facilis. Vnde deuotus Ber. Volue inquit & reuolue huc & illuc dominicum corpus, & vbique dolorem, vbique cruorem inuenies. Secundo fuit prophetata, s. per Esa. 50. c. dicentem in persona Christi, corpus meum dedi percutientibus. Itē per eundem 53. dicentem. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eum quasi leprosum, videlicet propter plagarum sui corporis multitudinem, quæ tot erant, vt cooperirent totum corpus ipsius. Et sic patet de Christi flagellatione.

Tertio pijssimus Christus in dicto prætorio Pilati durè coronatur. Nam vt habetur Io. 19. Milites plectētes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. Hoc autem secundum gl. ord. iussit fieri Pilatus, vt Iudæi satiati de pœnis desisterent à Christi morte. Dicit autē de Lyra quòd hæc corona spinea fuit de iuncis marinis acutissimis ad modum spinarum. Vnde refert se audiuisse à quodam qui fuerat vltra mare cum B. Ludouico Francorum rege, ꝙ ambulando iuxta littus maris senserat à casu puncturas dictorum iuncorum per sotulares intermedios. Hoc autem est satis probabile, maxime cum dicti iunci marini sint cum acuitate durissimi, sicut videre est in nonnullis Britanniæ partibus. Fecit itaque Pilatus accipi de huiusmodi iuncis marinis aliquid, & inde parari coronam contumeliæ regi gloriæ. Quam milites imposuerunt capiti Iesu, & percutientes cum baculis ad penetrandum tenerum cerebrum eius. Quo facto caput sacratissimum Iesu ex omni parte vulneratum vndique sanguinem emittebat, ita vt videres faciē ipsius omnino sanguinolentam. Vnde di. quidam, ꝙ dicta corona mille puncturis Christi caput perforauit. Et tūc vt dicit deuotus Bern. caput angelicis spiritibus tremebundum spinarū densitate pungitur. Itē idem Bern. O homo vide quo amore dilexit te Deus, pro te. n. ligatus est, vt te a vinculis

peccatorũ solueret, pro te flagellatus est, vt te flagellis æternæ iræ liberaret, pro te spinis coronatus est, ut te in cœlis coronaret, pro te vulneratus est vt te sanaret, pro te lachrymatus est, vt semper gauderes, pro te mortuus est vt te à morte suscitaret. Hæc ille.

Notandum est ergo, quòd quia iudæi imponebant Christo, quòd voluerat sibi vsurpare regnũ Iudeæ, ideo in signum derisionis pro corona regia sua diademate dederunt sibi coronam spineam. Secundo pro veste regia circundederunt ei chlamydem coccineam.i.rubeã seu purpuream, qua uti soliti erant reges Iudeæ. Nam hæc vestis quamuis esset in se prætiosa, nihilominus ratione antiquitatis corrupta erat. Adhuc .n. restabat de vestibus regum terræ illius. Tertio pro scéptro Regio posuerunt arundinem in manu eius dextra. Cum tali itaque regio ornatu statuerunt milites Christum super solium, & genuflectentes ante eum, illudebant illi dicentes. Aue rex iudæorum, quasi dicerent. Tu dixisti te esse regem iudæorum, modo ergo coronatus es & purpura vestitus, atque sceptro ornatus, prout talem decet regem. Ecce quàm bene humiliata est superbia tua, ambitio, & arrogantia.

Notandum etiã, ꝙ dicti milites Pilati ad instantiam iudæorũ illuserũt Christo tripliciter, videlicet signo, verbo, facto. Primo quidẽ signo genuflectentes coram eo. Propter quod in horrorẽ tantæ illusionis hodie in ecclesia non dicitur. Flectamus genua, cum oratur pro iudæis. Secundo verbo, dicẽtes, Aue rex iudæorũ. Hoc .n. derisorie dicebãt. Tertio facto & opere, & hoc iterũ dupliciter. Primo quidẽ spuentes in eũ, uidelicet cum grossa saliua. Mos .n. iudæorum erat, ꝙ vbi volebant alicui notabiliter iniuriari seu illudere, tunc spuebãt in faciem eius, in signum, ꝙ talis erat persona contẽptibilis. Et sic fecerunt Christo. Secundo vero percutientes caput eius cum baculo arundineo. Et de hac triplici illusione loquitur Matthæus dicens. Et exuentes eũ, videlicet vestimentis suis. Nam postquã Christum deposuerãt de columna, eum statim suis vestibus

indue-

induerunt,quibus nunc iterum eum exuunt, chlamydem coccineam circundederunt ei. Lādolphus autem dicit ministros Pilati Christum induisse tunc duplici veste,videlicet purpura & chlamyde, quod probat sic. Quod si tantum chlamydem circundedissent ei, non eum nudassent prius,nec diceret Matthæus, & exuentes eum. Et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arundinem in dextra eius. Et genuflexo ante eum illudebant ei, dicentes, Auæ rex iudæorum. Et expuentes in eum acceperunt arundinē, supple de manu dextera, & percutiebant caput eius. Hæc ex Matthæo. Ioannes autem addit,dicens. Et dabant ei alapas, adeo supple graues, vt hac occasione flueret sanguis ex naribus, & ore Christi. O igitur filiæ Sion, id est animæ deuotæ, egredimini & videte Salomonem, id est Christum in diademate quo coronauit eum mater sua. Cañ. 3. Ista mater Christi est synagoga iudæorum, quæ fuit nouerca Christi, ad cuius instantiam coronatus est Christus spinis.

His ergo illusionibus expletis,vt refert Ioan. exiuit Iesus,Pilato supp. eum per manum conducente de prę torio vsque ad vicum vbi stabant iudæi, portans spineam coronam & purpureum vestimentum. Exiuit ergo Iesus non clarus imperio, sed plenus opprobrio, vt dicit interli. Et dixit illis Pilatus. Ecce homo, Ac si diceret. Et si in aliquo male egisset, tamen vltra condignum punitus est. Debet ergo vobis sufficere, quia quem regem accusatis, nunc videtis, quia vix similis est homini. Videte enim caput eius perforatum vndique acutissimis spinis, totum corpus eius laceratum flagellis, faciem eius sputis coopertam. Rogo ergo vt saltem nunc illi pauperrime tractato compatiamini. Ecce igitur homo, non irrationabilis bestia, sed Dei patris imago, & rationabilis homo sicut & vos. Illi ergo compatiamini,quia caro & frater vester est. Si regi inuidetis, parcite quæso ei, quem sic deiectum, & humiliatum cernitis, & eum viuere permittatis.

Ecce

Ecce homo, ſed non talis qualis Adam. Ille.n.tantum homo erat. Iſte autem Deus & homo. Ille pater fuit peccatorũ. Iſte redemptor eorum. Ille inobediens extitit præcepto Dei. Iſte in omnibus factus eſt obediẽs patri. Ille eiectus eſt de paradiſo terreſtri culpa ſua. Iſte parat electis ingreſſum regni cœleſtis morte ſua. Ille exul à paradiſo. Iſte hæres & poſſeſſor paradiſi. Ille de terra plaſmatus. Iſte opere Spirituſſancti formatus. Ille iniuſtus. Iſte iuſtus. Ille immundus. Iſte mũdus. Ecce igitur homo ſimplex & rectus ac timẽs Deũ, & recedens à malo, Iob 1. Quibus omnibus non obſtantibus clamauerunt principes & miniſtri iudæorũ ad Pilatum dicentes de eo, Crucifige, crucifige eum. Geminant autẽ crucifige, vt oſtendant mirabile deſiderium quod habebant de perditione Chriſti. Matthæus autem ſolus dicit iudæos reſpondiſſe Pilato de Chriſto, crucifigatur. Super quo nota, quòd ſi Deus pater fuiſſet interrogatus de Chriſto filio ſuo liberando vel condemnando, vtique reſpondiſſet cum iudæis. Crucifigatur. Vnde Rom. 8. Proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro omnibus &c. Item ſi ſancti angeli fuiſſent ſuper hoc interrogati, omnes vna voce dixiſſent, Crucifigatur. Alias. Alias quomodo implebũtur ruinæ cœleſtes? Item ſi interrogati fuiſſent ſancti illi patres in limbo exiſtẽtes, omnes vno ore clamaſſent, dicentes, Crucifigatur. Alias quõ aperientur portæ inferi, vt liberari poſsimus? Itẽ ſi interrogata fuiſſet pia mater eius, certe ſecundũ rõnẽ reſpõdiſſet, Crucifigatur. Hoc idẽ ſecundum rationẽ dixiſſent oẽs apoſtoli ſi interrogati fuiſſent. Verũ ſicut Chriſtus ſecundũ appetitũ naturalẽ refugiebat mortẽ; quẽ tñ ſecundũ appetitũ rõnalẽ volebat, ita & in propoſito de beata Virgine ac cæteris Chriſti amicis. Aliter.n. huiuſmodi Chriſti mortẽ optabant eius amici, & aliter eius inimici. Amici quidẽ tanquam ad ſalutem hominum neceſſariam, & tanquã à Deo patre præordinatam, & volitã, & hoc bonum erat. Inimici verò ex odio & inuidia, & hoc malum erat. Aliter ergo clamant boni de

Chriſto,

Christo, Crucifigatur, & aliter mali. Dixit illis Pilatus, supp. irrisorie. Accipite eum vos, & crucifigite. Ac si aperte diceret, Si in potestate vestra esset ipsum crucifigere, certe iam esset de eo factum. Ego autem nolo eum crucifigere, quia nullam causam inuenio in eo. Ecce quomodo Pilatus sæpe testatur Christi innocentiam. Nam secundum Euangelium Ioannis ipsam ter testatus est.

Primo quidem quando post primam examinationẽ exiuit ad iudæos, dicens, Ego nullam in eo inuenio causam.

Secundo verò quando post flagellationem, coronationem, & illusionem, adduxit eum ad ipsos foras, & dixit, Ecce adduco vobis eũ, vt cognoscatis quia nullam in eo causam inuenio.

Tertio aũt quando principibus, & ministris iudęorũ clamãtibus, crucifige eum, dixit, Ego non inuenio in eo causam. Et certe impossibile erat vt Pilatus in eo inueniret causam mortis, qui erat innocens agnus sine macula, & qui venerat tollere peccata mũdi. Sed quantúcunq; Pilatus testaretur Christi innocentiã, nihilominus ipsi iudæi non desistebant à suo proposito malo, sed magis inflammabantur aduersus eum.

Consequenter solus Io. interserit accusationẽ nouã iudæorum aduersus Iesum. Ipsi.n. videntes ꝙ Pilatus nihil fecisset pro primis rationibus eorũ, quæ prius tactæ sunt sub illis verbis. Hunc inuenimus subuertentẽ gentem nostram &c. non fuerunt ausi eas vltra repetere, & quia etiam continebant omnimodam falsitatem vt ostensum est prius. Et ideo aliam accusationẽ nouã afferunt dicentes, Nos legẽ habemus, & secundũ legẽ debet mori, quia filium Dei se fecit. O impij iudæi si legẽ habetis, nonne illa prohibet mortem innocentis? dicens, Exo. 23. Insontem & iustum non occides. Item si legem habetis, nonne illa profert fidelissimum testimonium de Christo, ꝙ sit verus messias in lege promissus? Nonne ipse dixit vobis semel. Scrutamini scripturas, in quibus putatis vitam æternam habere, & illę sunt

ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me. Io. 5. Præterea ſi ſecundum legem debet mori, agnoſcite eum eſſe Chriſtum de quo olim prædixit Daniel. 9. c. dicens. Poſt ſeptuaginta hebdomadas occidetur Chriſtus. Inſuper ſi filium Dei ſe fecit, id eſt dixit, nonne hoc multis argumẽtis, & ſignis probauit vobis, vtpote ĩ ſuſcitatione Lazari, in illuminatione cœci nati, in ſanatione leproſorum, & huiuſmodi? Nonne etiã aliquãdo dixit vobis. Opera quæ ego facio, ipſa teſtimoniũ perhibent de me? Ioan. 5. Nonne etiã Nichodemus princeps videtur de eo mirabile dediſſe teſtimonium, cum ait. Scimus quia à Deo veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo, Ioan. 3.

Sequitur in eodem textu Ioan. Pilatus autem cum audiſſet hos ſermones, ſupp. iudæorum Chriſtum accuſantium, magis timuit. Non quidem propter legem iudæorum, de qua non curabat, ſed ne verum eſſet, ꝙ Chriſtus verus filius Dei eſſet, quem ſic de recenti enormiter tractauerat. Et ideo volens de hoc certius inquirere, ingreſſus eſt iterum in prætorium. Et dixit ad Ieſum. Vnde es tu? Quaſi diceret. Dic mihi ſi tu es verus Dei filius? Ieſus autem reſponſum non dedit ei. Et hoc propter tria. Primo quidem, quia Pilatus homo gentilis erat, & idololatra, qui Chriſti æternam generationem capere non potuiſſet. Secundo vero, quia ſuam paſſionẽ impedire nolebat Solum enim crux ſibi reſtabat: Tertio autem, quia ſic prophetatum de eo fuerat. videlicet Eſa. 53. Sicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum, Pilatus ergo admiratus de tanta Chriſti taciturnitate dixit ei. Mihi non loqueris? Neſcis, quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? Hoc ſolo verbo, vt dicit Chryſoſto. Pilatus ſeipſum condemnauit, Si n. totum in poteſtate ſua poſitum erat, nullam cauſam excuſations habebit in die nouiſſimo, qui innocentem Chriſtũ non dimiſit. Poterat ergo illi dicere Chriſtus illud. Mat. 22. De ore tuo te iudico

dico ferue nequam.Quia ergo Pilatus jactabat fe habe re poteftatem fuper Chriftum, ideo refpondit ei ipfe Chriftus, dicens. Non haberes poteftatē aduerfum me vllam,nifi tibi datum fuiffet defuper,i.à fuperioribus, videlicet à Deo patre permiffiue,& à Romano imperatore cōmiffiue.Propterea qui me tradidit tibi,f. Iudas,vel iudaicus populus,maius peccatū habet. Quia fecūdū Aug. fuper hoc paffu, qui peccat ex auaritia vt Iudas,vel ex inuidia vt iudæi,grauius peccat,q̃ qui ex humano timore vt Pilatus. Pilatus ergo intelligēs ex verbis Chrifti quod fi condēnaret eū, haberet in hoc peccatum, exinde querebat dimittere eum,f. liberum abire,vt fic vitaret in fe culpam.

Sequitur comminatio iudæorum aduerfus Pilatum, quæ fecit eum deuiare à iuftitia. Videntes nempe iudæi quòd Pilatus vellet dimittere Chriftum abire clamauerunt dicentes. Si hunc dimittis, non es amicus Cæfaris. Ac fi aperte dicerent illi. O Pilate noueris quòd fi non condemnaueris iftum trufatorem ad mortem crucis,nos fcribemus contra te ad Cęfarē,infinuātes illi, quòd hic foues publicum illius hoftem, &regnum eius occupare volentem.Et fic perdes eius amicitiam pariter & officium,& forte vitam. Et ideo vide quid facturus es. Omnis enim qui fe regem facit, fup.in terra hac, contradicit Cæfari. Quafi vfurpādo regnum eius. Sic ergo in virtute arguebant iudæi. Imperatores Romani abftulerunt à nobis regiā dignitatem. Et ideo qui inter nos dicit fe regem, videtur facere contra Imperatorum ordinatione. Ifta autem eft huiufmodi, igitur nō debes eū permittere vlterius viuere,fed morte turpiffima & crudeliffima eum condemnare. Et quamuis maior huius rationis fi vera minor, tamen eft manifefte falfa. Tum quia cū iudæi poft multiplicationem panum voluiffent eum regem facere,ipfe fubito fugit in montem, vt patet Ioann.6.ex quo facto oftendit,quòd non querebat regnum iudæorum. Tum quia cum ipfemet Pilatus interrogaffet eum,di.Tu es rex Iudæorum? Refpondit

dit illi di. Rex sum ego, sed regnum meũ nõ est de hoc mundo. Insuper si ipse Pilatus diligenter se informasset de regimine, vita, & conuersatione ipsius Christi, luce clarius perpendisset quòd non incedebat cũ apparatu regio, aut cum fastu mundano, qualiter incedere solent q cõtendunt de principatu huius seculi. Si. n. rex, vbi satellites, vbi barones, vbi militia, vbi curia, vbi comitiua, vbi illius equitatura? Nonne aliquando solus, aliquando vero cum duodecim pauperculis discipulis incedebat? Nonne vtebatur domo, mensa, cibis, & potibus cõmunis atq; vestimentis vilibus? Propterea ut dicit Chry. super Matth. homil 87. Pilatus debebat quærere argumenta, quibus prædicta iudæorum accusatio probari posset, vtpote si Christus exercitum conscribebat, si pecuniam ingentem conflabat, si arma, vel huiusmodi præparabat. Hoc autem non fecit Pilatus, & ideo grauiter peccauit.

Descripta ergo Iudæorum contaminatione aduersus Pilatum, sequitur timor mũdanus, qui fecit ipsum Pilatum deuiare à iustitia. Vt enim dicit Ioann. Cum audisset Pilatus hos sermones, videlicet si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, quia omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari, timore ductus magis, quàm iuris æquitate, decreuit condemnare Christũ. Et ideo adduxit foras Iesum, videlicet ad Iudæos, qui foris expectabant sententiam mortis contra ipsum. Et sedit pro tribunali, idest pro iudice, vel in sede iudiciaria, in loco qui græcè licostratos dicitur, hebraicè autẽ Galbatha. Erat autem Galbatha locus ante domum Pilati lapideo opere constructus, quem etiam pauimentũ diuersorum colorum multum decorabat. Erat autem hora quasi sexta, scilicet paulo ante duodecimam. Vbi notandum, quòd Christus sexta die mori voluit, eo q per mortem suam reparauit hominem qui sexta die factus fuerat. Item sexta hora pro homine est crucifixus, qui sexta hora peccauerat secundum Hieron. Item sexta hora quando magis feruet calor diei, crucifigi voluit, ad ostendendum, quòd ex magno feruore charita

tis pati voluerit: Pilato ergo sedente pro tribunali, nō statim præcipitauit neq; pronunciauit sententiā contra Christum, sed adhuc studuit eum liberare, forte cōscientia remordente, aut certe diabolo instigante, secundum Lodolphum, vt sic impediret humani generis redemptionem. Et ideo vt dicit Ioā. Iterum dixit Iudæis. Ecce rex vester. Tanquàm si diceret. Amodo non timeatis, quòd iste homo sic flagellatus sic vilificatus & abiectus, sic denique viribus destitutus debeat se ingerere pro rege vestro. Et ideo rogo parcite illi. Illi autem clamabant more suo, dicentes. Tolle, tolle crucifige eum. Dixit ei Pilatus. Regem vestrum crucifigam? Hoc. n. cedet vobis in maximam infamiā, Illi autem dixerunt. Non habemus regem nisi Cæsarem. Et per hæc verba iudæi renunciauerunt omni regiæ dignitati, de qua tamen olim multum gloriabantur, obligantes se & submittentes perpetuo ditioni Romani Imperij. Vnde etiam tunc non habuerunt, nec habituri sunt regē de gente sua, etiam vsque in finem seculi. Sed velint nolint vbicunq; habitant sub tributo seruiunt. Pilatus ergo videns, ꝙ erant contenti se obligare perpetuo tempore Romano Imperio, dūmodo cō dēnaret Xp̄m morti, & similiter ex altera parte timēs ne si hoc recusaret facere, accusaretur apud Cæsarē, & sic forte perderet vitam, aut saltem officium, vt dictum est, insuper volens captiuare beniuolentiam iudæorum, à quibus sperabat se leuaturum pecunias, annuit petitioni eorum. Tria ergo induxerunt Pilatum ad ferendum iudicium contra Christum, vt patet ex dictis.

Sequitur de palliata iustificatione & innocentia Pilati. Nam vt dicit Mat. qui solus de hoc loquitur. Videns Pilatus, ꝙ nihil proficeret sup. ostendendo Christi innnocentiam ad eius liberationem, sed magis tumultus fieret, populo petente eius condemnationem, accepta aqua lauit manus suas coram populo, vt sic coram ipsis innocens appareret, qui tamen coram Deo valde reus erat, dicens, Innocēs ego sum à sanguine iusti hū-

ſti huius, vos videritis, quaſi diceret ſecundū gl.interl. Ego ſum miniſter legis, veſtra vox ſanguinē fundit innocentis, & iuſti huius. Videte ergo bene quid continget vobis pro culpa quā committitis in eū. Ego.n. ſum perſona publica & legis miniſter, qui iudico ſecūdū allegata & probata. Non habeo ergo culpam in cōdēnando eum, ſed vos ſoli. Sed profectò tota aqua maris atque omnium fluuiorum mundi nō potuiſſet lauare conſcientiā Pilati à culpa mortali, quā incurrit condemnando Chriſtum ad mortem. Tū quia agebat contra conſcientiam cū ſciret ipſum innocentiſſimū, & per inuidiam à iudæis illi traditum. Tum quia de facili poterat ꝑ viā iuris repellere accuſationes eorū. Tū quia ipſemet dixerat Chriſto ſe habere poteſtatem eū dimittendi aut crucifigendi. Nota quō multi nocētes more Pilati volunt lauare manus ſuas de multis caſibus, de quibus à parte rei ſunt grauati.

Sequitur populi reſponſio cum dicitur. Reſpondēs ergo (inquit euangeliſta Matt.) vniuerſus populus, dixit, Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Quaſi diceret, Deſcendat ſuper nos, & ſuper filios noſtros tota vltio mortis eius, ſi vltio ſequi debeat: ſuper quo dicit Hierony. Optimam hæreditatem dimiſerunt filijs ſuis. Verbum optimum & ſalutiferū reſponderūt Iudæi, ſed intentione peruerſa. Volebant enim innuere Pilato nullum eſſe peccatum Chriſtū cōdemnare. Auguſtinus autē dicit, ꝙ ex malitia parentum currit adhuc uēna facinoris in filios. Refert etiam actor libri qui anima fidelis intitulatur, ꝙ ab illa die vſque in pręſens paruuli iudæorum, cum naſcuntur gerunt vnā manum ſuper caput ſanguine plenam. Refert ſimiliter de Vtino in ſuo quadrageſimali, ꝙ iudęi ſingulis annis in die Paraſceues patiuntur fluxum ſanguinis, & totaliter pallidi efficiuntur. Et hoc quoque cōmune eſt tam viris, quàm mulieribus. Simile refert quidam alius, Iudæos in omni plenilunio pati fluxū ſanguinis. Propter quod non ſunt comuniter æquè bene colorati, ſicut cæteri.

Hæc

Hæc autẽ vltio diuina de iudæis fuit olim præfigurata, & prophetata. Primo quidẽ præfigurata in fratribus Ioseph de quibus legitur Ge.41. q̄ cũ essent in Aegypto constituti in angustia amarissima, dixerunt adinuicẽ. Peccauimus in fratrẽ nostrũ videntes angustiã aĩæ eius dũ deprecaretur nos, & non audiuimus. En sanguis eius exquiritur. Secundo vero fuit prophetata in psal. vbi sic legitur. Percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis. Quod quidẽ verbũ secundũ dominũ Hugo. Card. in postilla sua super psalteriũ exponitur ad literã de iudæis. Patet ergo de Christi coronatione, pariter & iudæorum aduersus eum insultatione, de causæ eius per Pilatum defensione, & tandem de eiusdẽ ad condemnationem Christi metus causa dispositione.

Quarto Christus a Pilato ininstè condẽnatur. Et hoc propter tria, de quibus paulo ante dictũ est. Quæ autẽ fuerit forma sententiæ à Pilato latæ contra Christũ, nullus euangelistarũ cõmemorat. In euangelio tñ Nichodemi legitur, q̄ Pilatus sedens pro tribunali Christo genibus flexis humiliter ad pedes eius residente, eleuans vocẽ in eũ protulit mortis sententiam in hũc modũ, Iesu Nazareno gens tua accusauit te, q̄ volueris vsurpare regnum iudæorum in iniuriã Imperatoris Romani. Propter quod præcipio te primum flagellari secũdũ principũ nostrorum statuta. Deinde in cruce eleuari, & ibi mori. Alij autem dicunt hanc fuisse sentẽtiæ suę formã. Iesu Christe gens tua, & pontifices tui tradiderunt temihi, dicentes, quòd volueris vsurpare regnum iudæorum, cum tamen non habeant regem nisi Cæsarem. Et quia contra decreta Romanorũ imperatorum egisti, propterea ego iudico te ad subeũdam hodie mortem in monte Caluariæ in crucis patibulo. Similiter ego adiudico morti tecum duos latrones, scilicet Dismam & Gesmam. Dismam quidem ad dexterã tuam, & Gesmam ad sinistram, tu autẽ in medio suspenderis.

Queritur vtrum Pilatus peccauerit in ferendo præ-

dictam sententiã, Videtur ꝙ non. Scribitur enim extra de officio iudi. ordinarij. c. si sacerdos. Et similiter. ff. de officio præsidis. l. illicitas, ꝙ iudex debet iudicare secundũ allegata & probata. Similiter. 3. q. 7. iudicet dicitur, ꝙ iudex in loco iudicij conscientiã quã de domo portauit, debet deponere, & secundum allegata & probata procedere. In oppositum est illud uerbum Christi ad ipsum Pilatum. Qui, inquit, tradidit me tibi maius peccatum habet. Ex quo innuitur Pilatum habuisse aliquod peccatum in condemnando Christum.

Responsio, euidentissime constat Pilatũ mortaliter peccasse in proferendo sententiam mortis in Christum. Ista conclusio probatur multipliciter. Primo sic. Nullus iustus iudex debet ferre sententiam, nisi contra cõuictũ per facti euidentiam, aut contra sponte confessum, aut contra accusatum per testes fide dignos, vt patet 2. q. 1. nos in quemquam. Sic est autem quòd Christus non erat conuictus de quocunque malo facto, vt constat ex precedentibus. Similiter non est confessus quodcunque scelus. Item non fuit accusatus ꝑ testes fide dignos, immo per homines infames, & quorũ testimonia poterant de facili refelli, igitur. Secundo sic. Bonus iudex debet repellere testes propter antiquas inimicitias contra reum, seu accusatum, vt notatur 3. q. 3. testes. Constabat autẽ Pilato, ꝙ iudæi inimici mortales Christi erant, & ꝙ per inuidiã tradidissent illi Christum condemnandum ad mortem, igitur. Tertio sic. principalis accusatio Iudæorum aduersus Christum, & propter quam Pilatus adiudicauit Christum morti, vt prius patuit in forma sententiæ fuit, quia voluerat vsurpare regnum iudeæ in præiudicium Romani Imperatoris. Sed hoc prius ostensum est esse falsum, igitur Pilatus mortaliter peccauit in pronunciando sententiam.

Et ad id, quod est in oppositum dicitur, videlicet, ꝙ bonus iudex debet iudicare secundũ allegata & ꝓbata. Sic autẽ fecit Pilatus, igitur. Dicitur primo ad maiorẽ, conformiter ad Beatum Tho. 2. 2. q. 44. arti. 4. in

solu.

solu ad tertium, quòd si iudex scit aliquem esse innocentem, qui falsis testibus conuincitur, noscens, debet diligenter examinare testes, vt inueniat occasionem liberandi innoxiū, sicut Daniel fecit circa Susannam. Quis si non potest, tunc debet talem relinquere iudicandum per superiorem. Quis si commode non potest, aut quia forte non habet superiorem, tunc in illo casu non peccat, si ferat sententiam secundum allegata, & probata. Nam in illo casu Iudex non occidit innocentem, sed testes, qui ipsum asserunt nocentem. Pilatus autem non sic egit. Neque enim testes sufficienter & seorsum examinauit sicut fecit Daniel. Neque etiam ad superiorem materiam remisit, s. ad Romanū Imperatorem, ideo &c. Item ad minorem dicitur, ꝙ Pilatus bene iudicauit secundum alegata, sed tamen non secundum probata. Nam iudæi non sufficienter & iuridicè probabant, quæ allegabant, vt patet ex pręcedētibus. Igitur Pilatus mortaliter peccauit in pronunciando sententiam contra Christum, qui etiam erat iudex viuorum & mortuorum. Insuper iudex debet habere ante omnia æquitatem ante oculos, vt habetur C. de iudicijs. l. placuit Sic autem non fuit de Pilato, qui timore incurrendi indignationem Imperatoris Romani adiudicauit Christum morti, igitur. Et sic patet ad quæsitum.

Pronunciata igitur mortis sententia per Pilatū contra Christū, mox satellites Pilati volentes complacere iudæis (sicut & magister eorum) cœperunt sæuire in Christū, & insurgere sicut lupi in agnum. Eo igitur hincinde ab eis apprehenso & tento, primo exuerunt eū chlamyde coccinea, i. rubea, & purpureo vestimento quod iam adherebat carni suæ propter sanguinē iam aliqualiter coagulatū. Augu. tamen de consensu euangelistarū. lib 3. c. 9. dicit ꝙ per chalmydē coccineā siue rubeā de qua loquitur Matth. & purpureum vestimentū de quo loquitur Marcus idē intelligitur, & pro eodē capiuntur. Quia ergo dicti satellites, exuerunt Christū satis violenter & velociter, ideo per ta-

lem modũ renouauerunt corporis sui plagas, ita vt itẽ rum cruentare cœperint. Post hæc induciunt eum pro prijs vestimentis, & hoc ad iudæorum procurationem, vt sic facilius cognosci posset ab his, qui ipsum taliter prius indutum viderant. Funem quoque collo eius tanquam reo mortis apposuerunt. similiter & manus eius strictæ funibus alligauerunt. O charissimi cogita te quantus dolor inuasit corda amicorũ Christi quando audierunt sententiam mortis in eum pronunciari. Econtrario autem maledicti æmuli eius gaudebant, & manibus plaudebant dicentes. Nunc habemus intentũ nostrum pro quo tantum laborauimus. Tunc Caiphas totus exhilaratus ait. Vadat preco per oẽs vicos huius ciuitatis, & cum sonitu tubę significet omnibus latam esse sententiam à dño præside Pilato contra hunc seductorẽ Xp̃m. Quo dicto, mox cucurrit preco de platea in plateã cũ tuba resonante, dicens. Ex parte dominorum meorũ Caiphæ, & Pilati præcipitur omnibus magnis, & paruis, vt cum omni festinatione vadant ad mõtem Caluariæ visuri expeditionem, & crucifixionem illius pessimi seductoris Iesu Christi. Quo audito omnes currere cœperunt, ita vt decertarent quis primus illic perueniret.

Queri potest, vbi nam erat beata Virgo Maria cum hæc agerentur. Respondeo. in domo sororis suę Salomæ, quæ erat intra ciuitatẽ. Lata ergo sententia mortis per Pilatum contra Christum, Beatus Ioannes, qui vsque ad horam illam secutus fuerat magistrum & cognatũ suum Christum, mox cucurrit ad dictam domũ matris suæ Salomæ, in qua bene nouerat adesse piam Christi matrem cũ aliquibus deuotis mulieribus. Domum itaque intrans quasi semimortuus cecidit ad pedes Beatæ Virginis. Quem illa eleuans ait, illi. O mi charissime nepos Ioannes, vbi est nũc filius meus? vbi reliquistis eum? Quid de eo factum est? Viuit, an non? At ille męsta facie eã intuens, nec præ dolore loqui valens, mirabilia suspiria in cœlũ imittebat. Quo viso interrogauit eũ mater sua dicens. Loquere fili

mœstissime

mœstissimæ matri tuæ, & dic mihi quid factum est de nepote meo, quem tantum diligo? Ille vero tacebat præ dolore vt prius. Tandem venit Maria Magdalena quæ tota incensa igne charitatis in Christum Io. interrogauit dicens. O bone amice Ioannes dicatis mihi noua de magistro meo Iesu Christo, quia amore eius langueo. Ille itaque tandem resumptis vtcunque viribus, eleuans oculos in cœlum atque consternatis manibus cœpit loqui, dicens. Heu me miserum, cui datum est viuere vsque in hanc horam. Quare non statim natus & circuncisus mortuus sum? O quam dura & difficilis mihi erit ad transeundum dies ista? Deinde pio vultu vertens se ad Christi matrem, ait illi. O domina mea. O bona auuncula mea. O mater pietatis, vultis adhuc semel videre in terris benedictum filium vestrum? Consulo, quòd cito curratis ad montem Caluariæ, quia illic ducitur crucifigendus. Nam hac hora, me præsente, Pilatus sedens pro tribunali, tulit in eum mortis crucis sententiam. Quod audiens mater pietatis, & tacta dolore cordis intrinsecus expauit, & sic velut mortua in terram cecidit. Quam astantes de terra eleuantes, cœperunt melius quo valuerũt eam confortare.

Cum ergo hæc agerentur, venit preco ante dictam domum. Quo tuba personante Magdalena posuit faciem ad fenestram, dicens. Audiamus quæso modicum. Forte enim preco iste venit nunciare reuocatam sententiam. Facto igitur silentio, cuncti audiunt eum dicentem alta voce. Ex parte dominorum meorum Caiphæ, & Pilati &c. vt prius. O deuoti Christiani cogitate in cordibus vestris qualiter verbum illud pertransiuit cor mestissimæ matris ac cæterarum deuotarum mulierum, quæ cum ea erant. Post hæc igitur illa cũ cæteris domum egreditur, vt saltẽ adhuc semel posset videre benedictũ filium suum, atque illi dicere, vale. Cum itaq; ambularet versus portam, quæ ducit ad montem Caluariæ, vidit duos carpentatores portantes vnam grossam

crucem versus domum Pilati. Illa ergo intelligens quod in ea deberet filius suus suspendi, voluit eam saltem amplecti & osculari. Sed non fuit illi data oportunitas. Progrediendo ergo vlterius vidit fabrum vnum currentem versus dictam domum Pilati, portantem in manu sua tres grossos & terribiles clauos cum martello. Et hæc omnia augebant dolores eius. Tunc ergo in ea impleta fuit prophetia Symeonis, qui illi prędixerat, dicens. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Lucæ 2. Cum ergo cum cæteris mulieribus deuotis eam concomitantibus peruenisset ad portam ciuitatis, quæ respicit ad dictum montem Caluariæ, cœpit modicum pausare in eodem loco. Et statim vidit benedictum filium suum per alium vicum venientem, & crucem humeris suis baiulantem, hincinde circundatum multitudine militum, & ribaldorum eum trahentium, vt velocius incederet, aut certe vt sub cruce caderet: similiter coronam spineam in capite gestantem, totum sanguinolentum, grauissimo crucis pondere curuatum, grossam chordam ad modum criminosi in collo gestantem, cum qua dicti milites Pilati eum trahebant, pariter & cum quadam alia qua præcinctus erat. Insuper lanceis suis, & stimulis ferreis eum pungebant, & vrgebant, vt velocius incederet. Hæc igitur & his similia videns in filio pia mater, cecidit in terram velut mortua; Et certè prædicta sufficiebant ad vulnerandum pium, & tenerum cor ipsius. Vnde in eodem loco ad perpetuam rei memoriam constructa est ecclesia, quæ dicitur sancta Maria de spasmo: Cumque Ioannes, & cæteræ deuotæ mulieres eam eleuassent de terra, ecce pius filius eius ante eam transiens, & pio vultu eam respiciens, ait illi. Aue pia Mater. Gratias tibi ago pro eo, quod me nouem mensibus in tuo vtero portasti, natum tuo virgineo lacte lactasti, de me in ætate infantili semper sollicita fuisti, & pro eo, quod pro me tot & tantos labores assumpsisti. Nunc autem patientiam habe si sic tractor, sicut & ego patiens existo: & animaduerte, quod oportet omnia implere:

quæ in lege & prophetis scripta sunt de me. Cõsolare autẽ, quia cum surrexero à mortuis, die scilicet tertia, tibi quantocyus apparebo, & tunc tristitia tua vertetur in gaudiũ. Interim autem tibi pia mater vale facio. Ecce igitur quàm pie, & lamentabiliter obuiauit mater filio.

Sed ad ipsam seriẽ & historiam dominicæ passionis redeundo, inuenio tria notanda in ipso Christo, cum duceretur crucifigendus in montem Caluariæ.

Primum est delatio proprij patibuli. Nam vt dicit Ioannes. Ipse Christus baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum, hebraicè autem Golgotha. Vbi notandũ, quòd cum illic duceretur, factus est maximus concursus populorum, quorum nonnulli super eum plangebant & lamentabantur, vt boni. Alij autem illudebant ei, vt mali. Alij lutum & immunditias in caput & faciem eius proijciebant, vt ruffiani. Ipse autem ad omnia patientissimus erat. Sequebatur autem eum quadruplex genus turbarum. Primi erãt carnifices seu tortores Pilati, qui eum præmebant. Secundi iudæi, qui ipsum irridebant. Tertij amici, qui anxie lugebant. Quarti multi vtriusque sexus & ætatis, qui ad videndum spectaculum conuenerant. Baiulans ergo crucem sibi, ducebatur cum duobus latronibus per mediũ vrbis, vt magis confunderetur, singulis ad ostia & fores confluentibus. O bone Iesu quantam tibi verecundiam faciunt isti, qui te latronibus associant. Et quod deterius est, tibi crucẽ propriam portandam imponunt, quod alijs duobus latronibus non faciunt. Et per hoc mortaliter instruimur portare crucem pœnitentiæ proprijs humeris, neque de hoc debemus erubescere, maxime cum dicat ipse Saluator, Lucæ. 9. Si quis vult post me venire, tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.

Secundum quod legitur de Christo cum duceretur crucifigẽdus est quasi auxilij impensio. Vt enim dicit

Matthæus, exeuntes ſcilicet iudæi cum ſeruis Pilati de ciuitate Hieruſalem, inuenerunt hominem Cyreneum ſic appellatum à loco natiuitatis, & habitationis nomine Symonem, quem angariauerunt, id eſt coegerunt, vt tolleret crucem eius. Quando enim Chriſtus primo exiuit prætorium Pilati, tunc portauit crucem ſuam. Sed quia erat valde debilitatus propter grauiſſimas pœnas, quas diu portauerat, ideo iudæi non compaſſione tamen ducti, ſed ad accelerandum negocium, coegerunt dictum Symonem ad portandum crucem poſt Ieſum, id eſt poſteriorem partem ipſius crucis. Ipſe tamen Symon hoc inuitiſſime faciebat. Tum quia reputabat hoc verecundum. Tum quia diſcipulus occultus Chriſti erat, & habens duos filios in collegio ipſius, videlicet Alexandrum & Ruffum, vt dicit Marcus. Tum quia dicta crux erat valde ponderoſa, vtpote quindecim pedum in longum, & decem in tranſuerſum. Nec certe mirum ſi huiuſmodi crux erat ſic ponderoſa. Nam in ea pendebant omnia peccata totius mundi, pro quibus ſatisfaciebat Chriſtus. De arbore crucis, & vnde proceſſerit pertranſeo, quia de hoc multi multa loquuntur.

Tertium quod legitur de eodem Chriſto cum ad mortem duceretur, eſt deuotarum mulierum ſuper eum lamentatio. Vt enim refert Lucas. Sequebatur Chriſtum multa turba populi, & mulierum quæ plangebant, & lamentabantur eum, dicentes fortè, quòd fiebat ſibi grauis iniuria. Ex quo patet mulieres viris plerunque deuotiores. Nam vbi viri Chriſto inſultabant, mulieres lamentabantur. Et nota, quòd iſtæ mulieres erant forte illæ, quas Chriſtus aliquando ſanauerat, aut quibus aliquod beneficium ſiue ſibi, ſiue ſuis impenderat, Vel forte erant aliquæ honeſtæ, & deuotæ matronæ de Hieruſalem, & de locis circunadiacentibus, quæ credebant in Chriſtum, vel ad minus virum ſanctum eum arbitrabantur. Conuerſus ergo Ieſus ad eas, dixit, ſupple lamentabili voce.

li voce. O filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super vosipsas, & super filios vestros flete. Vos enim cũ cæteris peccatoribus estis occasio mortis meæ. Flete ergo super vosipsas quæ peccatrices estis, & non super me, qui sum absque piaculo. Item flete super filios vestros, qui ex odio, & inuidia hodie petierũt à Pilato vt crucifigerer. Non lamentemini ergo me moriturum, cuius velox resurrectio mortẽ soluet. Sed super vosipsas, & super filios vestros flete, & super imminenti excidio vrbis vestræ, pariter & gentis. Hic ergo prædicebat Christus vindictam mirabilem, & à seculis inauditam, quam facturi erant de gente iudæorum Titus, & Vespasianus, ideo sequitur. Quoniam ecce venient, dies in quibus dicent, supple mulieres ciuitatis Hierusalem. Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ nõ lactauerunt. Et hoc propter duo. Primo quidem, quia tales mulieres adueniente captiuitate dictæ ciuitatis erunt agiliores ad fugiendum. Secundo vero, quia non habebunt illum dolorem quem habituræ sunt illæ, quæ genuerunt, cum videbunt coram se filios suos miserabiliter mori fame aut gladio. Isti autem dies impleti sunt anno 42. a passione domini in subuersione dictæ ciuitatis. Istud etiam possumus referre ad diem iudicij, in quo multæ matres dãnabũtur, eo quod nõ correxerunt insolentias filiorum suorum, & filiarum. Et ideo respectu aliarum mulierum, illę quę non genuerunt erunt felices, eo quòd non incurrerunt huiusmodi culpam. Quæ ergo genuerunt, & filios suos debite non correxerunt, cum uiderint tunc se damnandas propter culpam negligentiæ, incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus operite nos, videlicet optando abscondi à facie domini, & iudicis, quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Quasi diceret Christus. Si ego qui sum lignũ viride faciens fructũ tanta patior, miseri peccatores, qui sunt aridi per defectum gratiæ, & bonorũ operum, quanta passuri sunt in futurũ? Vnde Grego. super Ezech. hom. 8.

Si hinc sine flagello non exijt, qui huc sine peccato venit, quomodo flagellis digni non sunt, qui huc cum peccato venerunt? Itē idem Greg. lib. 3. moral. cap 4. Quotiens, inquit, mortem saluatoris attendo, & patientiam Iob, & mortē Baptistæ considero, dico tibi ò peccator. Hinc considera quid passuri sint illi, quos Deus reprobat, si tanta passi sunt quos amat.

Notandum est autem circa textū, quod Christus exiēs de Hierusalem modicū extra portam pausasse dicitur, & hoc supra petram, quæ adhuc peregrinis ostenditur. Et tunc protulit prædicta verba mulieribus cū sequentibus. Inter quas affuit quædam, quæ Veronica dicebatur, quæ videns faciem eius tam pie tractatā propius accedens, eam lyntheo capitis sui tersit. Et ecce diuinitus in dicto lintheo facies ipsius Christi, qualis tunc erat, impressa fuisse refertur. Romę autē pretiose, & reuerenter custoditur huiusmodi imago, quæ sancta Veronica appellatur. Ibi autem olim ædificata fuerat ecclesia, quam postmodum rabies infidelium penitus euertit. Patet ergo de Christi iniusta condemnatione, & de tribus eam consequentibus.

SEPTIMA STATIO CHRISTI PATIENTIS.

Septima statio, quam fecit Christus pro nobis redimendis, & vt acquireret nobis plenariam peccatorum nostrorum remissionem, fuit in monte Caluariæ, vbi quatuor facta sunt. Nam ibi Christus durè crucifigitur, pie loquitur, vere moritur, deuote sepelitur.

Primo igitur in dicto mōte Caluariæ dure crucifigitur. Hmōi aūt crucifixio multū ordinate & quo ad multas ipsius circunstantias ab euangelistis describitur.

Primo quidem quantum ad locum, quia in monte Caluarię, vt patet ex textu Io. mōs aūt Caluariæ erat locus adiacens ciuitati Hierusalē, vbi rei puniebantur morte. Et ideo dicebatur Caluaria, quasi os nudū humani capitis, vel os denudatum pelle, & carnibus, eo quod ibi iacebant multa ossa nuda mortuorū. Ibi aūt aliqui

dicunt

dicunt Adã fuiſſe ſepultum. Sed hoc reprobat magiſter hiſtoriarũ, quia ſecundum Hieronymum fuit ſepultus in valle Ebron. Sed bene verum eſt, ꝙ ibi voluerit Abraham immolare filium ſuum, ſecundum Chryſoſto. & loco illius immolauit arietẽ, cuius caput vepribus, ideſt ſpinis inhærebat. Per quod præfigurabatur, quòd diuinitas Chriſti in ſe mortua non eſt, ſed tantũ humanitas, quæ tunc adhæſit ſpinis, quando caput Chriſti ſpinis coronatum extitit. Ex parte ergo loci dominicæ paſſionis tria elicere poſſumus. Primum eſt opprobriũ Chriſti, in hoc ſcilicet, quòd crucifixus eſt in loco in quo malefactores puniebãtur. Secundũ eſt aggregatio dolorum eiuſdem, in hoc ſcilicet, ꝙ crucifixus eſt in loco fœtidiſſimo ratione cadauerũ ibi pendentiũ, ſicut videre eſt in patibulis magnarũ ciuitatũ. Tertiũ eſt inſinuatio magni myſterij. Maluit.n.citius ibi pati Chriſtus, quã in ciuitate, aut domo, vt per hoc oſtenderet non tantũ pro iudæis, verumetiã pro omnibus vniuerſaliter, qui fuerunt, ſunt, & erunt, quantum in ipſo erat, velle pati.

Et nota, ꝙ dictus locus tũc tp̄is erat extra portã Hieruſalẽ diſtans à loco ſepulchri 50. paſſibus. Sed poſtmodũ imperator Adrianus fecit ampliare ciuitatẽ ex parte aquilonis, ex qua parte dictus locus ſituatus erat, ita vt modo tam locus crucifixionis, quàm ſepulchri dominici intra clauſurã ciuitatis exiſtat. Succeſſu autẽ tẽporis ſecundum Landolphũ ex eleemoſynis peregrinorũ ibi conſtructa eſt eccleſia magnæ longitudinis, ſeu potius duæ, tamẽ ſub eodem tecto complectente vtrunque locũ. Vnde prima eccleſia vocatur ſanctæ crucis. Secunda vero ſancti ſepulchri. Et ex hac parte eſt chorus ſphericæ ſeu rotundæ figurę. Et nota, ꝙ hic ſanctiſſimus locus inter omnia loca mundi maximã obtinet dignitatẽ, & maximam habet compunctionis virtutẽ ob memoriam dominicæ paſſionis. Propter quod ibi datur plenaria omnium peccatorum remiſſio verè contritis, & ore confeſſis. Item nota, ꝙ intra primã eccleſiam adhuc extat rupes ſexdecim gra-

dibus eleuata à superficie reliquæ terræ. Hoc est à pauimento ecclesiæ in qua quidem rupe crux saluatoris fixa fuit, atq; ibi desuper scriptum est Grecè. Hic Deus ante secula operatus est salutē in medio terræ. & sic patet de loco passionis Christi.

Secundo crucifixio Christi describitur quantū ad modū, quia nudus crucifixus est. Nam vt dicit Ioannes, milites cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, idest sine sutura, & sine petijs, sed facta cū acu sicut solent bireta, & chirothecæ de lana fieri cum acu, contexta per totum. Erat. n. ab extra quidā pānus appositus per totum dictæ tunicæ ad ipsam magis fortificandum. Et vt dicit Chryso. in palestina pauperes talibus tunicis ex multis pānis contextis induuntur. Dixerunt ergo, supple dicti milites, adinuicem. Non scindamus eam, quia supple partes nihil valerent, sed sortiamur de illa, idest sortes mittamus, cuius sit. Hic loquendum est contra ludum alearum, de quo proh dolor conscientiam paruam sibi faciunt pauci, & signanter diuites, & potentes, tam clerici quàm laici, cum tamen dicat Raymundus in summa sua, ꝙ tam illi, qui taxillos faciunt, quàm qui ipsos vendunt, mortaliter peccāt. De ludentibus aūt dicit, ꝙ si sunt clerici, peccant mortaliter quotiens ludunt, quia simpliciter illis interdicitur hmōi ludus. Quinimmo, vt non intersint ludētibus, illis districte prohibetur, vt patet extra de vita & honestate clericorū. c. clerici officia. Si autē sunt laici, si sint assueti, debent communione fidelium priuari si non destiterint. Non tamen interdicitur eis simpliciter huiusmodi ludus, quin possint ad horā in illo vacare, seruatis tamen debitis circunstantijs, &c.

Patet ergo ex dictis Christum pluribus vestibus fuisse indutū, videlicet veste inconsutili, de qua hic agitur, quæ non fuit diuisa, & quam ferunt beatā virginē manibus suis operatā fuisse, cum scilicet ipse Christus adhuc paruulus esset, quæ etiam crescebat eo crescēte,

vt dicit Landolphus. Nunc autem requiescit apud Argentolium prope Parisius, quæ palam ostenditur omnibus peregrinis. Circa quam mirabile signum apparuit. Nam cum illic deuotionis gratia se contulisset vir quidam nobilis, & furtim gladio partem ab illa præscidisset, in rabiem mox conuersus, non multo post vltimum exhalauit spiritum. Cuius sepulchrũ intra dictam ecclesiam palam ostenditur ad perpetuã rei memoriam. Insuper portiuncula dictæ tunicæ, quam absciderat, seorsum à tunica, quamuis iuxta, recondita iacet. Fuit similiter indutus veste alba ab Herode in signum derisionis. Item veste purpurea cum chlamyde coccinea idest rubea à Pilato. Et hæc sunt duo vestimenta, quæ quatuor Pilati milites inter se diuiserunt, qui proprijs manibus crucifixerunt, & occiderunt Christum. quia ergo erant pauperes, & cupidi, ideo quilibet eorum voluit habere partem suã de dictis vestimentis Christi. Et tunc fuit impleta prophetia Psalmistæ dicentis in persona Christi. Diuiserunt sibi vestimenta mea, quo ad vestem purpuream, & clamydem rubeam, & super vestem meam supple inconsutilem, miserunt sortem. Ecce quomodo ille, qui operit cœlum nubibus, nudus cruci est affixus. Quod tamen non legitur fuisse factum circa alios duos latrones. Hoc autem fecerũt circa Christum ad maius ipsius opprobrium. Verum vt nonnulli dicunt, pia mater videns filium suum nudum, mox accurrit, & velo capitis sui cooperuit verenda eius ne apparerent.

His igitur peractis pijssimus Iesus de manibus mœstissimę matris eripitur, nõ tñ absq; maximis suspirijs illius, & tunc nudus modo prædicto sup lignũ crucis quæ in terra prostrata erat durè proiectus, crudeliter expansus, & tractus strictissime ad modum pellis hinc inde extensus fuit. Fertur n. ꝙ prius fecerant foramina in crucę carpentarij. Sed quia ad dicta foramina manus, & pedes Christi pertingere non valebant, ideo funibus adhibitis dictis partibus corpus Christi

intan.

Intantum traxerunt, quòd omnes iuncturę ossiū eius dinumerari poterant, iuxta id, quod prædictum fuerat de eo in Psal. Dinumerauerunt, idest dinumerare potuerunt, omnia ossa mea. Hæc autem extensio violenta corporis Christi fuit illi valde dolorosa. vnde refert Landolphus de quadam persona deuota passionis Christi, quòd cum interrogaret dominum, quis fuisset maximus dolor quem in cruce sustinuisset, respondit, quòd fuit extensio corporis sui. Addidit quoque, ꝙ quicunque ageret gratias Christo pro illo dolore, pręstaret illi obsequium ita gratum, ac si omnia vulnera sua vnguento suauissimo deliniret. Extensis ergo neruis, venis, ac protensis ossibus, & iūcturis, affixus est Christus cruci manibus, & pedibus durissime perforatis, vtpote cum clauis grossis, & parū acutis, vt maiorem inferrent dolorem subintrando Christi manus, & pedes. Vnde cutem, & carnem, neruos, & venas, atque compages ossium suorum dissipabant. O quam libenter ipse Christus crucē ascendit, manus porrexit, & pedes extendit? O quanto amore omnia pro nobis patientissime sustinuit? O quantę voces, gemitus, & vlulatus ibi ab amicis suis, & præcipue à matre sua audiebantur? O quanta Christi patientia? O stupor, & admirabilis diuinæ pietatis dignatio? O pietatis abyssus? O charitatis incendium? O inæstimabilis amor, & dilectio? O durissimus, & inexcogitabilis Christi cruciatus? O igitur popule Christiane, caue ne tu iterato clauos crucis Christi fabrices, & manus atq; pedes illius cū illis configas. Clauos siquidē crucis Christi fabricat, q inter proximos discordias seminat. Manus vero dn̄i videtur clauis configere, qui de bonis a Deo sibi datis nō vult eleemosynas Christi pauperibus erogare. Pedes vero Christi clauis ferreis perforat, qui choreas, & spectacula potius, quàm ecclesias frequentat. Patet ergo, ꝙ Christus fuit cruci affixus ligno adhuc super terrā accūbente, in cuius rei signū hodie adoramus crucē humi prostratam. Quod cū factū fuisset, milites crucē cū Christo sursum leuauerunt. Sed

quia

quia non fuit firmiter posita in trunco,cui affigenda erat,forte procurante, & operante hoc malitia dictorũ tortorum , ideo statim cecidit cum Christo , & sic semper augetur dolores ipsius, atque suæ pijssimę matris tunc præsentis Ministri igitur festinanter eã iterum erexerunt,& firmius statuerunt. Quo facto,tunc propter pondus corporis dominici præcipua vulnera dicti corporis renouata sunt,& lacerata, fluxeruntque copiose riui sanguinis ex illis magnis scissuris, & fontibus saluatoris.

Dubitari autẽ à nonnullis solet de numero clauorũ Christi. Respondeo . circa hoc est duplex opinio . Primo est dicentiũ tantũ fuisse tres , vt refert magister in historia schola.Et ita oportet dicere vnicũ fuisse ad pedes,sic tñ,ꝙ vnus supponebatur alteri.Secunda opinio est dicentium fuisse quatuor clauos .Et hoc teste Guillelmo in Rationali diuinorum officiorum . ita quòd vterque pes seorsum fuit cruci affixus.In cuius etiã rei signũ antiquę imagines crucifixi sic depinguntur,vt in pluribus. Et horũ clauorũ vnus reuerenter recõditur in sacra capella regali palatij Parisien. ꝗ est ferme semipedalis,aut paulo plus.Et sic patet modus crucifixionis saluatoris.O igtur anima deuota hic paulisper siste, & contẽplare tantũ ac tale mysterium. Ecce.n.Abel occisus à fratre.Ecce Isac ligatus à patre Ecce serpẽs æneus in deserto exaltatus à Moyse. Ecce agnus immolatus in lege.Ecce Deus occisus ab homine.Ecce rex tuus suspẽsus ĩ stipite.Ecce pater tuus pro te moriẽs in cruce, quod vilissimũ erat adeo,vt nõ solũ,qui crucifigebatur in opprobrio haberetur , verũ etiã tota domus eius, & familia,ita vt domus eius deinceps domus crucifixi appellaretur.Hãc itaq; Xpi pietatẽ,& charitatẽ considerans Aug.in lib.suarũ meditationum ca.7.dicit sic.Quid cõmisisti dulcissime puer, vt sic iudicareris ? Quid cõmisisti amantissime iuuenis,vt sic tractareris ? Quod scęlus tuũ,quæ noxa tua, quæ causa mortis,quæ occasio tuæ damnationis?Certe ergo sũ tui plaga doloris,tuæ culpę occisionis.Ego

tuæ

tuæ mortis meritum, tuę vindictæ flagitium. Ego tuæ passionis liuor, tui cruciatus labor. O mirabilis censuræ conditio, & ineffabilis mysterij dispositio. Peccat iniquus, & punitur iustus. Delinqt reus, & vapulatur innocens. Offendit impius, & dãnatur pius. Quid meretur malus, patitur bonus. Quod ꝑpetrat seruus, exoluit dominus. Quod committit homo, sustinet Deus. Hæc ille.

Tertio describitur Christi crucifixio ex parte tituli. Vt enim dicit Io. Pilatus scripsit titulũ, & posuit super crucem. Erat autem scriptum Iesus Nazarenus rex iudæorum. Et erat scriptus Hebraicè, Græcè, & Latinè. Hunc ergo titulũ multi iudęorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Hæc in euangelio Ioann. Pro quo notandum, ꝙ mos Romanorum erat scribere causam mortis super caput illius qui crucifigebatur, vt appareret æquitas ex parte iudicis. Pilatus ergo iussit scribi in quadam tabula, Iesus Nazarenus &c. quam postea iussit affigi cũ cauilla super, crucem, vt euidentius appareret. In parte autem hoc fecit Pilatus ad maiorem iudæorum erubescentiã qui tantã crudelitatem exercuerunt in regem suum. Et nota, ꝙ in dicto titulo ponebatur Iesus tanquam proprium nomen Christi, Nazarenus propter patriam, quia, s. in Nazareth conceptus & nutritus fuerat. Rex Iudæorum propter causam mortis. Ac si diceret Pilatus Iudæo cruxifixi eũ, quia erat Rex Iudæorum. Voluit autẽ Pilatus dictum titulũ scribi in triplici lingua, vt a multis qui de diuersis regionibus tunc tẽporis venerant in Hierusalẽ, legi posset, & hoc ad maiorẽ iudæorum confusionem. Et ideo, vt dicit Io. hunc titulum cũ legissent principes sacerdotũ, dixerunt Pilato. Noli scribere Rex iudæorũ, sed quia ipse dixit. Rex sum Iudæorũ. Aperte enim videbant quod talis titulus redundabat in infamiã eorum, & maxime propter Gentiles, & extraneos qui ibi, aderant, & qui hoc reportaturi erant ad diuersas mundi partes. Propter quod voluerunt, quòd Pilatus corrigeret dictum titulum. Sed

ipse

Ipse non acquieuit eorum petitioni, quinimmo contradicit dicens, Quod scripsi, scripsi. Non enim hoc factum fuerat à casu, sed potius ex diuina dispensatione & ordinatione. Nam tunc secundū August super Ioan. operabatur diuina virtus in corde nescientis. Vnde dicit de Lyra, quòd Psal. 58. quæ incipit, Eripe me de inimicis meis Deus meus, intitulatur. Nec corripias tituli inscriptionem. Et hoc idem dicit glo. interl. Ex quo patet, quòd hoc longe ante prophetatū fuerat debere sic fieri. Vnde Augustinus vbi supra inuehit in iudæos, ita dicens, Quid loquimini insani? quid contradicitis fieri, quod mutare nullo pacto potestis? Nunquid propterea non erit verum, quia Iesus ait, Rex sum Iudæorum? & non tantum Iudæorum, immo, & Gentium.

Notandū est autē, quòd in prædicto titulo continentur quatuor dictiones, signanter, & importantes quatuor causas, seu rationes, propter quas merito debuit Pilatus Christū à morte præseruare, & absoluere, propter quas cōiter quis liberatur à morte. Primo. n. solet quis liberari à morte propter cōem vtilitatē, vt pote, qn̄ est vtilis reipublicæ. Secundo propter innocentiā, quia. s. non inuenitur in eo crimen dignū pœna. Tertio propter nobilitatē, sicut patuit de Ionatha filio Saul, 1. Reg. 14. Quarto propter affinitatē. Solet .n. in causa mortis pręstari fauor suis affinibus. Ista autē quatuor fuerunt in Christo. Primo. n. erat valde vtilis reipublicę, quia Iesus, quod interpretatur Saluator. Ipse. n. curabat ægrotos, resuscitabat mortuos, liberabat dæmoniacos, & huiusmodi. Secundo erat totus innocēs, purus, & mundus, quia Nazarenus, quod interpretatur floridus, & sine macula. Tertio erat valde nobilis, quia rex. Quarto erat affinis iudæis, à quibus secundū carnē descendit, quia iudæorū. Concluditur ergo, ꝙ Pilatus iniustè eū condēnauit, & similiter iniuste iudæi mortem eius procurauerunt.

Notandū insuper, ꝙ dictus titulus scriptus erat in quadā tabula, vt dictū est, quæ erat cauillata super cru

cem Christi. Non.n.habebat ipsa crux saluatoris partem superiorem præter dictam tabulam, sed erat ad instar signi Thau, vtpote habens lignum transuersum de palma, quod erat decem pedum. Item lignum erectum de cypresso. 15. pedum. Item habebat stipitem, siue truncum de cedro in rupe defossum, cui crux erat infixa. Itē habebat dictam tabulam de oliua, quæ erat pedis cum medio. De significatione autem huius figuræ taceo, breuitatis causa.

Quarto describitur crucifixio Christi ab euangelistis ex parte consortij, quia tunc crucifixi sunt cū eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à sinistris. Primus dictus est Dismas, secundus Gesmas, in quorū medio stabat Iesus, vt dicit Io. Sic autē procurauerunt Iudæi à Pilato fieri ad infamandum Christum, vt scilicet æstimaretur à populo particeps malefactis eorum. Ipse autem Christus alia intentione hoc permisit fieri, vt scilicet ostendere se ꝓ pctōribus pati & mori. Item vt impleret illam prophetiam Esa. 53. dicentem. Et cum iniquis reputatus est. Similiter verificatur figura illa Genes. 40. qui totus innocens reclusus fuit in carcerem cum duobus ministris domus Pharaonis, qui peccauerant in dominū suum, quorum vnus saluatus est à morte, scilicet pincerna: alter vero, videlicet pistor mortem pertulit. Sic in proposito, Christus positus est in carcere crucis inter duos latrones, quorum vnus saluatus est, scilicet Dismas: alter vero, s. Gesmas damnatus est, quia impœnitens est mortuus. De istis aūt duobus latronibus aliqui volunt dicere, quòd fuerunt cū funibus affixi crucibus suis. Vnde etiā solent sic depingi. Sed cōis opinio est, quòd fuerunt conclauati, sicut & Christus, quia sicut dicit August. super Ioannē pendentes in ligno manibus clauis ad lignū cōfixi producta, idest prolongata morte necabantur.

Quinto, crucifixio Christi describitur ex parte irrisionis, & improperij. Nam cū ipse penderet in cruce, pro miseris peccatoribus redimēdis, & saluandis, deridebatur ab eisdē peccatoribus multipliciter. Nā quā
tum

tũ poteſt trahi ex textu euangeliſtarum, quatuor erãt differentiæ hominum peruerſorum illudentium Chriſto in cruce. Sedentes, qui eum obſeruebant quando ſcilicet expiraret, aut ne euaderet, aut ne aliquis eum viuum de cruce deponeret. Secundi erant prætereuntes, qui eum blaſphemabant. Hi.n.erant ruſtici, & vulgares homines, qui circa locum crucis, & præſertim ante oculos Chriſti tranſeuntes blaſphemabant eum, forte vocantes eum incantatorem, ſeductorẽ, dæmoniacum, & huiuſmodi. Mouentes etiam capita ſua, & ſubſannantes ipſum, atque in ſignũ deriſionis, & improperij, dicentes. Vah qui deſtruis templum Dei, id eſt ſicut gloriando dixiſti, & in triduo illud reædificas. Eſt aũt vah interiectio inſultantis ſeu derideñtis & ſubſannantis. Saluum fac temetipſum deſcendens de cruce, qui ſup. tanta potes, vt dicis. Tertij erãt principes ſacerdotum pariter, & ſcribæ, i. legiſperiti, & ſeniores, i. ordinarij iudices, dicentes ad alterutrũ irridendo. Alios ſaluos fecit, i. finxit, ſeipſum non poteſt ſaluũ facere: quaſi diceret. Falſum eſt quod alios ſaluos fecerit, ex quo non poteſt ſeipſum de cruce deponere. Si filius Dei eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei. Mẽtiebantur certe, quia ipſe maiora fecit, quã do Lazarũ quatriduanum de monumento ſuſcitauit, nec tñ tunc propterea crediderunt. Item glo. or. Fraudulenta eſt inquit promiſſio veſtra o impijſſimi põtifices. Maius.n. fecit Chriſtus ſurgẽs de ſepulchro, nec tñ tunc crediditis ei. Si ergo de cruce deſcenderet, nequaquã crederetis ei. Dicit etiã eadem glo. ꝙ dęmones induxerunt iudæos ad hoc dicendũ, eo ꝙ tunc ſenſerũt virtutẽ crucis, & ſuas vires fractas. Et ita per hũc modũ voluerunt impedire redemptionẽ humani generis. O igitur ſtulti iudæi, & tardi corde ad credendũ in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ, nunquid eſt Xp̃o impoſſibile deſcendere de cruce, & de paruo ligni ſtipite, qui deſcendit de cœlorũ altitudine? Nunquid vincula eum poſſent tenere, quem cœli nõ poſſunt capere? O mira ſtultitia, ſi filius Dei eſt, impleat patris

præceptum. Si rex Israel est, non dimittat crucis sceptrum. O filij diaboli, & non Dei, pater vester diabolus vos captiuos in perpetuum teneret pariter & totũ genus humanũ, si descenderetur de cruce. Perseueret ergo vsque in finẽ, vt salui esse possitis pariter cum cæteris filijs Adam. Quarti illudentes Christo erant latrones, qui cum eo crucifixi erant. De quibus dicit Matth. quòd id ipsum improperabant ei. Marcus autem addit, quòd conuiciabantur blasphemãtes. Dicit tamen August. de consensu euangelistarum, quòd hic ponitur numerus pluralis pro singulari. Vel dic secundum Hiero. quòd primo vterque blasphemauit, sed postmodum visis signis in elementis, & rebus insensatis, vnus in ipsum credidit, & priorem negationem sequenti confessione emendauit. Cũ ergo vnus blasphemando diceret, Si tu es Christus, i. rex & messias in lege promissus, saluũ fac temetipsum, & nos, scilicet corporaliter. Iste. n. latro more multorum tm̃ sollicitus erat de salute corporis, nec penitus curabat de salute animæ: alter (inquit Lucas) increpabat eum, dicens, Neque tu times Deum, qui in eadẽ condemnatione es, scilicet mortis. Quasi diceret, Licet homines non timueris, tamen deberes timere Deum, maxime in articulo mortis, in quo nunc es constitutus. Et nos quidem iuste, in hac supple damnatione mortis sumus. Nam digna factis, scilicet supplicia recipimus, hic vero nihil mali gessit, quia peccatum non fecit. Patet ergo, quam pulchre descripta est Christi crucifixio. Et per consequens patet de primo principali.

Secundo principaliter Christus in cruce pendens pie loquitur. Ipse. n. fuit tanquã campana affixa cãpanili crucis, quæ multiplicẽ sonum dedit, & ad aures multorũ insonuit. Item ipse fuit summus legis doctor, qui sedens in cathedra crucis protulit septem pulcherrima verba.

Primum igitur verbum direxit ad matrem suam, vt enim dicit Ioan. Stabant iuxta crucẽ Iesu mater eius,

& soror

& soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ tanquam feruentiores in Christi amore. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, glo. interl. præ cæteris familiarius, videlicet Ioannem euangelistam, dixit matri suæ, Mulier ecce filius tuus. Dicit autem Landolphus in lib. de vita Christi, quòd Christus pendens in cruce habebat faciem versus occidentem, quem respiciebat, pia mater, vice versa, scilicet facie versa ad orientem, vt melius posset eum intueri. Ipsa ergo non erat ad latus crucis, vt solet depingi, sed facie ad faciem filiũ respiciebat. In dicto autẽ loco, in quo tunc stabat, nũc est capella constructa extra ecclesiã sancti sepulchri, coniuncta tamen muro dictæ ecclesiæ, vt dicit idem Landolphus: Christus ergo in cruce pendens oculo pietatis respexit matrem suam. Vnde Bernard. dicit, quòd ipse videns matrem suam stantem prope crucẽ, maiorem inde habuit dolorem, quàm de omnibus vulneribus suis. Et ideo visus est quasi illi dicere, O mulier noli flere, quia plus me cruciant lachrymæ tuæ, & dolores cordis tui, quàm omnes dolores corporis mei. Stabat ergo Maria iuxta crucem cum cæteris corpore, sed in crucem tota migrauerat mente, magis eligens cum ipso mori, quàm post eius mortem vlterius viuere. Possumus autem piè contemplari, & opinari, quòd ipsa mater pietatis stans iuxta crucem vultu mœsto, hæc dicebat in corde suo. O amantissime fili, quem de Spiritu sancto concepi, vbi est modo illud gaudiũ quod habui in tua natiuitate, quãdo, s. te adoraui in mediũ duorũ animaliũ? Profecto hmõdi gaudiũ conuersum est mihi nunc in luctum, cum te conspicio in medio duum latronum. Itẽ tunc audiui angelicos cantus dicẽtes, Gloria in altissimis Deo, nunc autẽ audio horribiles blasphemias, & opprobria iudæorum, & gentilium tibi insultantium. Item tunc à pastoribus deuotè, & reuerenter fuisti adoratus, nunc vero ab oĩbus despectus. Ecce quõ chorus versus est ĩ luctũ. Dixit ergo Iesus matri suæ, Mulier ecce filius

tuus, demonstrato scilicet Io. Ipse enim loco filij tibi obsequetur, & affectione singulari coniungetur loco mei. Ecce, inquam, filius tuus, sed non talis qualis ego, quia non de Spiritusancto conceptus, non miraculosè ex te natus, non Verus Deus, nec æterni patris consubstantialis filius, non demum naturalis tuus filius sicut ego. Sed ecce filius tuus adoptiuus, quē loco mei relinquo tibi, quia ad patrem vado. Ber. O qualis commutatio? discipulus traditur pro magistro, seruus pro domino, filius Zebedei pro filio Dei. Deinde dixit discipulo, Ecce mater tua, idest cui reuerentiam, & seruitium debes, vt filius matri. Ego enim deputo te ad illius curam, & obsequium loco mei. O quantus honor Ioanni à Christo exhibetur, cum illi mater sua commendatur? Et certe vt dicit Hier. pudicitia virginis nulli discipulorū rectius, q̄ virgini commendari potuit. Et ex illa hora accepit illam discipulus in suam. Interl. matrem, & curam, quicquid illi necessarium erat ministrando. Possunt etiam prædicta verba intelligi de Christo in ordine ad matrem suam, ita vt tūc videretur illi dicere, Mulier ecce filius tuus, s. pro humana salute in cruce ignominiosè suspensus. Insuper possunt intelligi eadem verba de quolibet deuoto famulo beatæ virginis, de quo ipse Christus videtur loqui ad matrē suā, dicens, Mulier ecce filius tuus. Et similiter videtur dicere cuilibet tali demonstrata, beata virgine. Fili ecce mater tua. Accipiamus ergo eā in matrem post Ioan. si sapiētes fuerimus, quia nil melius post Deum.

Quæritur quare Christus matrē suam dulcissimam quæ ita dulciter eū lactauit, & diligēter nutriuit, atq; tā sincere dilexit, ita dure alloquitur, vt vocet eā mulierē, & non matrem? Respondet ad hoc deuotus Ber. dicens, ꝙ non erat tunc tempus dulciter loquendi, nec matris nomen exprimendi. Crede mihi si dulcius locutus fuisset cor piæ matris crepuisset. Idem etiam dicit Ansel. Est aūt verisimile, ꝙ tunc Ioseph sponsus gratiosus virginis Mariæ mortuus esset. Alius. n. Christus al-

teri

teri nō cōdemnasset piā matrem suā, quàm viro suo si vixisset, vt habetur. 27. q. 2. si enim. Eiusdem etiam opinionis est Petrus Comestior in historia scolast.

Secundum uerbum Christi in cruce pendentis fuit illud, quod dixexit ad latronem. Nam postquam latro dexter dictus Dismas increpasset latronem sinistrum, cui nomen Gesmas, dicens illi. Neque tu times Deum &c. continuo conuersus ad Christū in toto corde suo, ait ei, Domine memento mei cum veneris in regnū tuū. Certe fides huius latronis valde magna fuit, vtpote qui nec propter acerbitatem pœnæ quā patiebatur, nec propter infirmitatē carnis, quā in Christo videbat, amisit veræ fidei confessionē, quinimmo hominē secū morientem dñm gloriæ credidit. Vnde Chrysost. hom. 33. quæ intitulatur de cruce, ꝙ latrone, de hoc latrone loquens, ait sic, O miranda huius latronis confessio, crucifixum uides, & regem prædicas: in ligno pendere cernis, & cœlorum regna meditaris. Nunquid scripturas legisti ab iniquitate non cessans? Quis te erudiuit talia dicere? Non me, inquit, lex docuit, sed sol occultans lumen suum. Vidi quidem crucifixum, sed sensi terræmotum, & propter patricidas indignantia elementa intellexi. Hæc ille. Mirabilis ergo fuit huius latronis fides, & deuotio ad Christum. Nullum. n. viderat ab eo fieri miraculum, non turbis circundatum eius doctrinam audire cupientibus, sed videbat eum cum ipso crucifixum. Insuper cernebat proprijs oculis maiores iudæorum, pariter & minores Christum subsannantes, & deridentes, & tamen ipsum veneratur vt Deum palam se illi recommendans, & dicens, Domine memento &c. Petrus ac cæteri apostoli Christū negant, & iste confitetur eum esse gloriæ dominū. Itē Greg. in moral. lib. 18. c. 25. de huius latronis conuersione sic ait, In cruce huius latronis claui ligauerāt manus atq; pedes, nihilq; in eo liberū à pęnis nisi cor, & lingua remāserant. Nihilominus inspirāte Deo totū illi obtulit, quod in se liberū inuenit. Habuit nēpe in corde suo tres virtutes, s. fidē, spem, charitatem.

Fidem quidẽ habuit, quia in regnaturũ dominum credidit, quẽ secũ pariter morientem vidit. Spem habuit, quia aditum regni Christi ab eodẽ postulauit, di. Memento &c. Charitatem quoque in morte sua viuaciter tenuit, qui fratrem & collatronem pro simili scelere moriente de iniquitate sua redarguit, & ei vitam quã non cognouerat prædicauit, dicens. Neque tu times Deũ &c. vsque ibi, hic vero nihil mali gessit. Hæc Grego. Insuper iste latro habuit veram contritionem in corde, pariter & confessionem in ore, cum ait. Nos iustè digna factis recipimus: ideo data sibi fuit a summo Pontifice Christo absolutio plenaria, videlicet à culpa & pœna, & quæ introducit in regnum cœleste, cum ait illi. Hodie mecũ eris in Paradiso. Hic tamẽ non capitur paradisus pro cœlo empyreo, vbi est locus beatorum, sed prouisione beatifica. Nam vbi Christus, ibi regnũ, sicut dicit glo. interl. Sicut vbi Papa, ibi Roma Chrysosto. autem vbi supra, super illo verbo. Hodie mecũ eris &c. dicit sic. O admiranda rerum materies, nullum ante latronẽ inuenies paradisi repromissionem meruisse, non Abraham, non Isaac, non Iacob, non Moysen, non prophetas, non denique Apostolos, sed ante omnes reperies latronem. Sed quare hoc? Certe quia crediderunt illi, sed modo diuerso. Dominum gloriæ sicut possibile fuit intuebantur. Iste autem vidit Saluatorem non super thronum regalem, non adorari in templo, non loquentem de cœlis, non per angelos disponentem, sed in pœna sociatum, & tanquam in gloria adorat. Hæc ille. Volue igitur & reuolue totam sacram scripturam, & non inuenies quempiam tam faciliter, & tam breuiter misericordiam inuenisse apud dominum. Quia sicut dicitur. 26. q. 6. si presbyter. Latro vnius momẽti pęnitẽtia meruit esse in paradiso in hora vltimæ confessionis. O q̃ pius igitur & misericors est dñs oĩbus inuocantibus eũ in veritate. O igitur pauper peccator noli desperare de venia, sed considera præsens mysterium, & attende, quia miserationes domini super omnia opera eius.

Sed

Sed dicunt multi. Non legitur, ꝙ latro iste aliquid boni prius gesserit, qui tamen finaliter maximam misericordiam apud Christum inuenit. Viuam ergo in peccatis, & perseuerabo in eis, ducens in bonis dies meos. Tandem autem conuertar ad dominum, quem spero mihi propitiaturum, sicut & huic latroni, maxime cum non sit abbreuiata manus eius. Sed audiat talis præsumptor, nō meam, sed diui Aug. sententiam, quæ recitatur de pœ. dist. 7. nullus. Licet, inquit, latro in fine veniam meruerit de omnibus peccatis suis, nō tamen dedit baptizatis peccandi, & perseuerandi in malo authoritatē. Tunc enim primo baptizatus est baptismo flaminis, quia tunc primum Christum confessus est. Hæc ille. Insuper tunc quodammodo baptizatus est baptismo fluminis. i. lachrymarum, quas verisimile est tunc ab oculis eius emanasse ex feruenti contritione. Dicit etiam Aug. quòd fuit aspersus sanguine, & aqua decurrentibus de latere Christi. Alii autem dicunt, quòd vmbra brachii dextri Christi redundauit super caput eius, & faciem, virtute cuius fuit miraculosè in fide illuminatus. Ex singulari ergo priuilegio factum est, & iste latro in fine dierum veniam obtinuerit. Priuilegia autem paucorum non faciunt legem communem, vt habetur. 35. q. 1. c. vlt.

Tertium verbum Christi morientis fuit illud quod direxit ad Deum patrē orando pro inimicis suis, dicēs illi, secundum Lucam. Pater dimitte illis. Non enim sciunt quid faciūt. Super quo dicit gl. ord. ꝙ Christus non frustra orauit, quia pro illis qui post passionē eius crediderunt, impetrauit. Nō ergo pro illis orauit, qui per inuidiam, & superbiā, quem filium Dei intellexerunt, negauerunt, & crucifixerunt. Sed pro illis qui zelum legis habentes, sed non secundū scientiam, nescierunt quid fecerunt. Erant enim inter iudæos aliqui illiterati, & simplices homines qui fuerant decepti á pōtificibus, & legis doctoribus, & tales persequebantur Christum zelo legis Dei, putantes magnum obsequiū præstare Deo in persequendo Christum, quē maiorem

seductorem

seductorem, & legis destructorem dicebant. Pro istis ergo Christus orauit, quia etiam aliquod peccatū incurrerant persequendo ipsum. Cum n. eorum ignorātia nō esset omnino innexcusabilis, maxime cū vidissent signa à Christo fieri, quæ dabant sufficiens testimonium de diuinitate ipsius, non excusabantur ex toto à peccato, sed bene à tanto. Secus aūt de maioribus, & legis doctoribus, qui nouerant prophetias, & q Christum ex odio, & inuidia persequebantur. De quibus ēt dicit B. Th. 3. par. q. 47. ar. 5. ꝙ eorum ignorantia erat quodāmodo affectata, eo ꝙ prophetijs de eo scriptis assentire noluerunt, nec etiam verbis suis, quibus se dicebat Dei filium. Insuper præsentabat eis euidentia miracula suam diuinitatem protestātia, atque ea in Beelzebub principe dæmoniorum dicebant esse facta ex odio, & inuidia, quā contra ipsum conceperant, eo ꝙ peccata eorum reprehenderet. Pro istis ergo sic male affectatis Christus non orauit, sed tantum pro simplicibus, & nescientibus scripturas. Ex quo patet, quàm grauiter peccāt viri docti, & literati quasi impugnantes veritatem agnitam. Et nota, ꝙ oratio Christi, quam tunc fecit ad patrem, fuit tantæ efficaciæ, vt dicat Hiero. quinque millia hominum audito illo verbo, Pater dimitte eis &c. ad fidem fuisse cōuersa. In prædicta ergo oratione patuit maxima Christi charitas ad hominum salutem. Propter quod Bern. in serm. huius diei, dicit sic. Vide opera Domini quæ posuit prodigia super terram. Ipse enim flagellis cæsus, spinis coronatus, clauis confixus, patibulo affixus, opprobriis saturatus, omnium tamen immemor dolorum ait, Pater dimitte eis. Hæc ille. Fecit ergo tunc Christus quod docuerat, Matth. 5. dicens, Orate pro persequentibus &c. Non obliuiscitur ergo ille amicorum suorum, qui in tali angustia constitutus nō est oblitus inimicorum. Habemus ergo exemplum remittendi quascunque offensas. Insuper & orandi pro inimicis nostris. Beata igitur Maria auditis pdictis verbis filij sui, conuertit se ad iudæos, dicens eis. O Iudæi non

non auditis pium filium meum orantem patrem suum pro vobis? Quare ergo, & vos illi non parcitis?

Quartum verbum Christi morientis fuit illud q̄d dixerit ad patrem suum dicens, Hely hely lamazabathani? hoc est, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quasi diceret, O Deus pater tantum diligis homines, q̄ pro ipsis me tradis amarissimæ morti, & derelinquis me sine auxilio liberante in manibus inimicorum meorum iudæorum. Hic ergo Christus secundum glo. ordin. vt homo loquitur, vt homo cruci figitur, vt homo turbatur. Et similiter illorum plorat miseriam, quorum suscipit naturam, secundum eandem glo. In quo facto ostendit quantum ipsi flere debent qui peccant. Non tamen intelligendum, quòd diuinitas fuerit separata ab humanitate in Christo patiente, quia quod semel assumpsit, nunquam dimisit, vt dicit Damasc. Sed sensus est, quòd humanitas conquerebatur de diuinitate nullū auxilium in tanta necessitate sibi ferente. Nā tunc dimittebatur agere, & pati secundū propria. Hoc autē fiebat ex diuina dispensatione, vt s. ipse Christus in se haberet vnde nobis mereri posset. Et nota hic secundū aliquos, quòd quāuis Christus tunc esset totaliter viribus corporis destitutus, eleuauit tamen quo potuit oculos versus cœlū orans Deū patrē incipiēs ab illo psal. Deus Deus meus respice in me, vsque ad versum illū decimi psalmi seq. In manus tuas &c. Ex quo patet, quòd est valde deuotū, & Deo acceptissimum dicere illos decē psal. ad honorē dominicæ passionis, qui etiā ad literā de ea intelliguntur, aut saltē mysticè de eadem exponi possunt, vt patet intuenti. Nam pie creditur Christum omnes illos in cruce dixisse, tñ submissa voce, præter principiū & finē, q̄ duo alta & intelligibili voce personuit.

Sequitur in textu. Quidam autem illic stantes, & audientes dicebant, Heliam vocat iste. Videamus ergo si Helias veniat ad tollendū eum. Qui autē talia dicebant, erant milites Romani, qui Christum custodiebant, quousq; expirasset. Hi. n. cum essent gentiles, nō

bene

bene capiebant linguam hebraicam. Cumque mater pietatis ſtãs iuxta crucem, hęc verba querulosa audiſſet, dixit. O fili mi, bene modo video, ꝙ eſtis derelictus ab omnibus amicis veſtris. Quia à patre, & ab apoſtolis. Ego tamen non vos derelinquam vſque in finem. Deinde conuerſa ad crucem cœpit dicere. Flecte ramos arbor alta tenſa laxa viſcera, vt ſaltem poſſim adhuc ſemel oſculari illum, quem diligit anima mea, videlicet filium meum Ieſum Chriſtum.

Moraliter. Chriſtus prædicta dicendo gerebat perſonam illorum, qui in aduerſitate credunt ſe eſſe à Deo derelictos, & de hoc ſæpe conqueruntur. Cuius tamen contrarium verum eſt, iuxta illud pſal. Cum ipſo ſum in tribulatione.

Quintum Chriſti verbum fuit illud, quod dixit pro ſeipſo, ſecundum appetitũ naturalem, videlicet Sitio. Nam ex quo captus fuerat in orto, adeo tribulatus, & anguſtiatus fuerat, atque cruorem adeo abundanter effuderat, ꝙ lingua ſua præ ſiti quaſi adhærebat palato illius. Et ideo non immerito ſi petebat potum. Sed ad ſpiritualem ſenſum iſta referendo, inuenio, quòd ipſe pius Chriſtus non incongruè conquerebatur de ſiti, quia re vera multa ſitiebat. Primo quidem liberari à pœnis huius miſeræ vitæ, & adipiſci perfectum gaudium ex parte corporis. Perfectum quidem ſuo modo. Vnde tunc dicere poterat illud Pſal. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Vbi per animam intelligitur portio inferior in Chriſto, quæ petebat tunc glorificari. Secundo ſitiebat ex parte partis rationalis pati maius ſupplicium, ſi infligi potuiſſet, & hoc totum pro noſtra ſalute. Ecce quantum dilexit nos. Tertio ſitiebat matris ſolatium, & doloris ſui temperamentum, quam cernebat ad dextram ſuam ſtare mœſtiſſimam, & in corde vulneratam, iuxta prophetiam Symeonis Luc. 2. Quarto ſitiebat vt tunc in ipſa matre ſua ſaluaretur fides Eccleſiæ. Quinto ſitiebat noſtram ſalutem propter quã patiebatur. Vnde Ber. in ſer. hu-

ius

ius dici. Domine, inquit, plus te cruciat sitis nostræ salutis, quàm crux tua. Nam de cruce siles, de siti clamas, quia omnium salutẽ affectas. Iudæi & Gentiles sitiunt sanguinem tuum te occidendo. Tu vero sitis eorum salutẽ pro eis orando, & moriendo. Sexto sitiebat nostrã cõpassionẽ, vt scilicet hodie scindamus corda nostra per cõpassionẽ suæ mortis. Nec quidem immerito, quia hodie scissum est cor eius, & latus, scissa est terra, scissum est velum templi, scissa sunt saxa. Et ideo sumus duriores omnibus prædictis, si hodie non emolliamur per compassionem suæ mortis, quam pro nobis solis pertulit. Ecce igitur quid sitiebat.

O anima deuota paulisper hic immorare, & considera rẽ admiratione dignam. Nẽpe ille hodie sitit in cruce, qui est fons iugiter manans, & cuius non deficiunt aquæ Ille hodie sitit in cruce, qui fontes facit, & imperat erumpere flumina fluere, rorem & pluuiã de cœlo cadere, mare circuire, & qui demũ vinũ & reliquos liquores nouit formare. Ille hodie sitit in cruce, qui olim produxit in deserto aquã in abondantia de petra durissima. Ille sitit hodie in terris, qui inebriat sanctos suos ab vbertate domus suæ in cœlis, torrente scilicet voluptatis potans eos Ille sitit hodie in cruce, qui oẽs sitientes inuitat ad aquas gratiarum, & virtutum omnium, dicens illud Esai. 55. Omnes sitientes venite ad aquas &c.

Hoc igitur verbum pietatis, videlicet Sitio, audiens Virgo Maria dixit sororibus suis, videlicet Mariæ Salomæ & Cleophæ O sorores meæ charissimæ, vnde poterimus habere, aut vbi poterimus inuenire aquam ad dandum filio meo, & nepoti vestro sitienti, & qui totus vritur & desiccatur? Illæ vero prę dolore tacebant. Deinde ipsa ad Iudæos conuersa, ait illis. O ingrati homines cur nõ datis filio meo potũ qui olim patribus vestris sitientibus in deserto eduxit aquã dę petra durissima? Item qui paulo ante hęc tẽpora aquam conuertit in vinum? Tandẽ conuertens se iterum ad filium suum

pleretur,noluit bibere. Alij autem dicunt, ꝙ dictum uinum fuerat factum accetosum ex ardore solis. Tūc ergo fuit impleta prophetia Dauid in psal. dicēti in persona domini. Dederunt in escā meā fel,& in siti mea potauerunt me aceto

Moraliter. Illi dant Christo uinum felle mixtum bibere, qui faciunt opera de genere bonorum cum affectu & proposito peccandi,& in peccatis perseuerādi. Vel in bonā partem exponendo, dic ꝙ illi dant Christo uinum myrrhatum, i. amarum bibere, qui ex corde gemunt peccata sua. Da exemplum de Magdalena flente ad pedes Christi, Luc. 7. O utinam multi essent tales si Christum inebriantes aquis lachrymarum compunctionis peccatorum suorum.

Sextū verbū Christi pendentis in cruce fuit illud. Consummatum est. Vt enim dicit Ioannes, cū accepisset Iesus acetū, dixit. consumatū est. Quod quidē verbum multipliciter exponi potest. Primo sic, consummatū est, supple quicquid de me scriptum erat per prophetas. Secundo sic. consummatū est, videlicet opus redēptionis humanæ. Ac si aperte diceret Christus. Feci pro hominū salute totū quod fieri debuit. Tertio sic, consummatū est, supple corpus. meum, & præ dolore consumptum. Nā nulla est in eo pars, quæ dolorem maximum non senserit. Quarto sic. consummatū est, scilicet sacramentum, & mysterium passionis meæ. Quinto sic. Consummatū est, opus supple perfectum, scilicet redēptio humani generis, secūdū, ꝙ figuratū fuerat Gen. 1. Cōpleuit Deus die sexto opus suum quod fecerat. Opus. n. Dei specialissimū & ad quod ordinantur cætera Dei opera in istis inferioribus, est genus humanum, quod completū est, & cōsummatū die sexto, i. feria sexta per Christi mortem. Sexto sic. Consummatum est, supple vetus testamentū quātum ad præcepta figuralia & cerimonialia, quæ Christi passionē præfigurabant, quia aduenięte ueritate cessat figura. Cōsummata est ergo circuncisio. Cōsummata est agni paschalis immolatio. Cōsummata est

vniuer

vniuersorum animalium, atque auium oblatio: Iam enim quæstio non erit talia offerre in sacrificium domino.

Notandum est autẽ, ꝙ cum mater pietatis audisset filium suum dicentẽ. Consummatũ est, ait illi. O fili mi, sicut modo consummata est natura tua, sic & mea, adeo ꝙ vltra respirare non valeo Deinde conuertens se ad sorores suas flentes, pariter & ad Magdalenam, & Io. dicit. Heu heu me succurrite, quia filiu meum modo mori video, nec ipsũ saltẽ tãgere valeo Iã.n. sua cõsummatio pariter & mea venit. Deinde conuertens se ad filium suum iterum dicebat. O fili mi dulcissime quid amodo faciam si superuixero? Certe melius est mihi commori tecum, quàm post te mœrore longiori consumi.

Septimum & vltimum verbum Christi morientis in cruce fuit illud, quod dixexit ad patrẽ pro seipso orãs & dicens. Pater in manus tuas cõmendo spiritũ meũ.

Hoc autẽ verbũ, quãuis valde attenuatus esset ipse Christus, tñ voce magna & alta ipsum protulit, secũdũ Lucã. Et in hoc ostendit signum magnũ suæ diuinitatis, quia naturaliter purus homo sic viribus destitutus prout ipse erat, in extremis laborans, talem vocẽ non potest emittere. Fuit ergo prædicta vox tã magna & tã valida, ꝙ vsq; in infernũ fuit audita. Insuper cœlũ pariter & terrã tremere fecit. Sic autẽ orauit Christus in extremis, vt nos instrueret cũ ad illud passagium venerimus, debere ad Deum recurrere, & suæ misericordiæ animas nostras commendare. Vnde de multis Sanctis legitur, quòd ista fuerunt eorũ vltima verba. Propter quod etiã condemnatis ad mortẽ solet tortor ante expeditionem dicere, vt dicant, In manus tuas &c.

Notandum est autẽ, ꝙ cum mater pietatis audisset prędictum verbum, Pater in manus tuas. dixit filio suo. Fili mi, patri cõmendas spiritum tuum, & ego illi & tibi cõmendo spiritum meum, quia deficio præ dolore. Fac ergo mihi hanc gratiam fili mi. Da mihi locũ

in cru-

in cruce, vt moriamur simul, dicamus quiq; ambo pariter Deo patri. Pater in manus tuas cōmendamus spiritus nostros. Quis si tibi non placet, saltē me tibi commendo, pariter & totam ecclesiam tuam. O pater sancte in manus tuas cōmendo filiū meū, pariter & tuū, qui nunc euadit manus meas. Tibi.n. multo plus attinet, q̃ mihi. ergo ipsum habe cōmendatū rogo instantius. Talia igitur dicens mater pietatis, credo, q̃ præ multitudine angustiarū quasi insensibili affecta est, & vlterius sustinere se nō valens, corruit in faciē suā per terrā. Quid aūt tunc Io. quid tunc Maria Cleophæ, & Maria Salomæ? quid tunc Maria Magdalena? quid tunc deuotæ matronæ ciuitatis Hierusalem? quid denique tunc omnes amici Christi faciebant? Certe omnes in amaritudine erant, atque consternatis manibus inconsolabiliter flebant, adeo quod præ dolore cordis sibi mutuo loqui non valebant, sicque aliquanto tempore steterunt.

Notandum est autē, quòd vt legitur in historia scholastica, diabolus in morte Christi stabat supra dextrū brachium crucis considerans an in eo aliquod ius haberet, & an aliquam maculam in eo inueniret. Et inde nō recessit quousque ipse Christus spiritum reddidit: quo expirato, diabolus videns se confusum inde recessit fraudatus à desiderio suo. Propterea dicebat ipse Christus Io. 14. Venit princeps mundi huius, & in me &c. Descendens ergo postmodū diabolus ad tartara iā inuenit ibi animā Christi clamantē, & dicētem, Attollite portas principes vestras, &c. Tandē illis ei aperire recusantibus, dicta anima virtute diuinitatis, quæ semper illi coniuncta erat, fecit aperturam regiam. Nam portas inferni tunc confregit, pariter & seras dissoluit, atque animas sanctorum patrum inde cū triumpho eduxit, inuitis omnibus dæmonibus. Ecce ergo septem verba Christi, quæ tanquam doctor in Cathedra crucis sedens, cunctis audientibus protul. Et sic patet diffuse de secundo principali.

Tertio principaliter dico, quòd Christus in cruce verè moritur. Nā postquā protulit septē verba prædicta,

mox inclinato capite emisit spiritum, vt dicit Ioan. Inclinauit ergo caput versus matrem suam quasi illi vale dicens, tanquam illi diceret. O bona & pia mater mea confortare in domino, & vale, quia ad patrē nunc vado relinquens nunc mundum miserum, in quo nunquam habui diem quietis, sed semper laborem, & dolorē. Statimq; illa sanctissima anima corpore relicto descendit in inferiores partes terræ, videlicet ad illuminandum his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedebant. O quantum tripudium tunc in limbo factum est. O quantum gaudium tunc habuerunt illi sancti patres. O quàm reuerenter, & lætè illi sanctissimæ animæ occurrerunt prophetæ, pariter & patriarchæ. Quantus etiam stupor, terror, & tremor tunc inuasit dæmones. Et nota secundum aliquos, quòd simili hora qua primus homo peccauit, secundus scilicet Christus expirauit.

Nunc ergo parumper conuertamus sermonē nostrū ad luctū, & planctū, qui factus est super morte Christi. Quēadmodū ergo in morte alicuius magni domini oēs de parentela, & familia faciunt luctū, & induūt se nigro in signū luctus, ita & Christo summo dño vniuersorū mortuo, factus est planctus magnus, qualis nō fuit ab initio neque deinceps futurus est, & hoc à multis. Primo nēpè ipsum planxit pia eius mater cooperiens faciē suā aliquo velo vel pallio, quæ manibus cancellatis corde męstissimo ad pedē crucis iacens, velut semimortua totaliter immobilis permasit. Nec certe aliud expectabat, nisi vt redderet spiritū post filium suū. Secundo ipsum planxit Ioannes euang. ꝓpe eā iacens, nec respirare valens, mente reuoluens quales, & quantos cruciatus viderat magistrū suum in diuersis locis seu stationibus pati. Tertio ipsū planxerunt sanctæ mulieres ibi astantes, vtpote auunculę eius Maria Cleophæ, & Maria Salomæ, similiter Maria Magdalenæ, & huiusmodi. Quarto ipsum planxit Centurio, & non nulli alij, qui in ipsum visis signis incipiebant credere, qui reuertentes in ciuitatē percutiebant pecto-

ra

ra sua, dicentes, Verè filius Dei erat iste? Quinto ipsum planxerunt creaturæ insensibiles sicut patuit in sole, qui tunc induit se nigro per obtenebrationem. Sexto ipsum planxerunt Angeli sancti suo modo, prout fuerat prophetatum Esa. 33. Angeli pacis amarè flebunt.

Notandũ tñ, ꝙ præ cæteris singularius ipsum planxit mater pietatis. Nã postquam stetit ferme per horã super terram ad pedem crucis quasi exanimis tãcta, tandẽ resumpto vtcunque spiritu, oculos prout valuit ad crucẽ vertens, & adhuc ibi corpus filij sui conclauatũ cernens, fecit, vt piè credi potest sequentes exclamationes, aut his similes suspirans, & dicens, O pater æternè cõpatere mecũ modo super morte vnici filij tui, & mei, O beati spiritus Angelici flete mecũ pro modulo vestro mortẽ creatoris vestri, qui vos tã decoros fecit, & in paradiso suo statim collocauit. O sol, luna, & stellę quorum omnium pulchritudinem vincebat facies decora filij mei, & quæ vos tã luminosa fecit, plangite mecum plasmatorem vestrum filiũ meũ, quẽ modo videtis extinctum. O cuncta elementa flete mecũ mortem illius, qui tam multipliciter vos ornauit: deinde conuertens se ad hæc inferiora, aiebat, O cuncti reges, principes, & nobiles venite, & flete mecũ mortẽ crudelissimã filij mei, qui erat rex regũ, & dominus dominantium, per quẽ etiã reges regnant, & iusta decernunt O diuites huius seculi flete mecũ mortẽ filij mei, in quo erant omnes thesauri sapientię & scientiæ Dei absconditi, O pauperes, & simplices flete mecum mortẽ filij mei, qui cum esset diues propter vos ditandos ægenus factus est. O virgines flete mecum mortem filij mei, qui tm̃ dilexit virginitatem, ꝙ ex me virgine nasci voluit, & tandem me virgini Ioãni commendauit. O vos mariti, & vxores flete mecum mortem filij mei, qui tantum honorauit matrimoniũ ꝙ ex me non nisi matrimonio iuncta nasci voluit. Itẽ qui in nuptijs primũ signũ fecit O vos viduę & bonæ matronæ plorate mecum mortẽ filij mei, qui consola-

tus eſt mulierẽ viduã, filium eius vnicũ, qui deferebatur mortuus ad ſepulchrum, reſuſcitando. O paruuli, & innocentes venite accurrite feſtinate, & flete mecũ mortẽ filij mei innocentiſſimi, qui dixit, Sinite paruulos venire ad me. O vniuerſi populi flete mecũ morte filij mei, qui tantum vos dilexit, ꝙ pro vobis redimendis, & ſaluandis mori voluit. Valde igitur durius eſt, qui hodie pijſſimæ matri Saluatoris non cõpatitur, neque condolet.

Notandum eſt autem, ꝙ ſicut in paſſione Saluatoris apparuit infirmitas carnis, & humanitatis ſuæ, ita decuit, vt appareret poteſtas ſuæ diuinitatis, vt crederetur Deus, & homo perfectus. Fuit ergo tunc declarata ſua diuinitas tripliciter, videlicet per ſigna mirabilia, per euidentia miracula, & per aduerſariorum teſtimonia.

Primo igitur ꝑ ſigna mirabilia, quę multa fuerunt.

Primum fuit ſolis obſcuratio. Nã eo in cruce pendente, ſol quaſi illi cõpatiens, obſcuratus eſt, ſeu eclipſatus. Quæ quidẽ eclipſis durauit horis tribus, videlicet ab hora ſexta in qua Chriſtus fuit crucifixus, vſque ad horã nonam, in qua expirauit. Quis autẽ dicit Marcus Chriſtũ hora tertia fuiſſe crucifixum, non eſt contrarium dictis Ioã. dicentis. ꝙ erat hora quaſi ſexta, qñ Pilatus eũ cõdẽnauit, qui ſenſus dicti Marci eſt, ꝙ Chriſtus crucifixus eſt hora tertia linguis iudæorũ clamantium ad Pilatum, tolle tolle crucifige eũ. Senſus verò dicti Ioã, eſt, ꝙ Chriſtus hora quaſi ſexta crucifixus eſt manibus militũ Pilati Sic. n. Aug de cõſenſu euangeliſtarũ lib. 3. c. 13. concordat Marcũ cũ Ioanne. Iſtud autẽ incidentaliter ſit dictum, quia in loco ſuo fuerat omiſſum. Tenebræ ergo contigerunt in paſſione Chriſti ad oſtendendũ, ꝙ ille moriebatur, qui erat lux mũdi, & qui illuminat ſolẽ, lunã, & ſtellas. De cauſa autẽ huiuſmodi tenebrarũ tres ſunt opiniones, quas refert de Lyra. Prima eſt Hierony. & quæ etiam ponitur in glo. or. ſuper Luca in hoc paſſu dicentis, ꝙ factæ ſunt per retractionẽ radiorum ſolis, diuina tñ vir-

tute

tute, ne aut pendentē in cruce videret ipse sol, Creatorem suū, aut ne impij blasphemātes redēptorem suum sua luce fruerentur. Secunda est Origenis, dicentis, ꝙ factæ sunt per interpositionē nubium densarum inter solē & terrā. Tertia est Dionysij in epist. ad B. Polycarpum dicentis, ꝙ factę sunt per interpositionem lunæ inter solem & terrā, sicut fit naturaliter in qualibet eclipsi solis: dicit n. ꝙ ipse ī Aegypto existēs, s. Athenis vidit hanc eclipsim illo modo causari. Vidit etiā lunā ascendentem ab oriente versus meridiem, & supponentē se soli; nihilominus ad saluandū verba Hierony. & Origenis possumus dicere, ꝙ non dicunt assertiue ita euenisse, sed ꝙ potuerit ita fieri

Quis aūt prædicta eclipsis fuerit supernaturalis, possumus ostendere ex multis. Primo quidem, quia tunc luna erat 15. Et ita sol & luna erant ex opposito aspectu. Non ergo poterat ipsa luna tam subito se mouere, & sole se supponere, nisi interuenisset miraculus. Secundo vero, quia tunc luna mansit tribus horis continuis sub sole. In eclipsi autem naturali cito transit, vt ad sensum patet. Tertio autē quia post hæc tempore imperceptibili luna rediit ad orientē sole manente in occidente. Quarto & postremo, quia dicta eclipsis fuit vniuersalis, quamuis aliqui dicant ꝙ tm̄ se extenderit sup terrā Iudæorū, ꝙ si fuisset, Dionysius in Aegypto existens, nequaquā eam vidisset. Apparuit ergo dicta eclipsis non solum in iudæa, verumetiam in Græcia & Roma, secundum Orosium. Nota quomodo Atheniensibus inquirentibus de cā dictæ eclipsis. B Dionysius inter eos philosophus nominatissimus dixit, ꝙ aut elementa mentiebantur, aut ꝙ tota machina mūdi in breui destrueretur, aut quòd Deus naturæ patiebatur. Propter quod dicti Athenienses ædificauerunt aram Deo ignoto. Nota qūo successu temporis illic declinauit B. Paulus, & quomodo inquisiuit de illo Deo ignoto. Itē quomodo ibi illuminauit Paulus cæcum, & tunc conuersus est Dionysius ad fidem.

Secundum signum diuinitatis Christi patientis fuit

fractio veli tẽpli quod tũc diuisum est in duas partes à summo vsq; ad deorsum, vt habetur Matt 27. Vbi notandum, quòd in tẽplo erat duplex velum. Primum enim erat in introitu ipsius tẽpli. Secundũ vero inter sancta, & sancta sanctorũ. Primum ergo scissum est quod erat ex præciosa materia secundũ Chryst. vtpote de purpura, bisso, & cocco, auro, & serico, atque hyacintho contextum. Et huiusmodi velum tantũ in diebus solennibus suspẽdebatur in introitu tẽpli. Eo igitur fracto, tunc secundum Iosephum auditæ sunt voces angelicę olim tẽplũ custodientes, clamantes, & dicentes adinuicẽ. Trãseamus ab his sedibus. Et nota quòd prędicta scissio veli seu ruptio declarabat manifestationẽ veritatis in morte Christi, quæ prius latuerat sub figuris veteris testamenti. Mysticè autẽ secundum gloss. interl. super Lucã. Fractio huiusmodi veli significabat apertionẽ cœli factã per mortem Christi.

Tertium signum diuinitatis Christi morientis fuit terręmotus, Tunc. n. terra mota est quasi ferre non valens dominũ suum super eã morientẽ & pendentẽ. Ps. Commouisti terram & conturbasti eam.

Quartum signum fuit petrarum scissio, Tunc n. petræ grossissimæ scissæ sunt, ostendentes pro modulo suo se cõpati morti sui creatoris. Et ecce proh dolor corda multorum hominum indeuotorũ hodie non scinduntur per cõpassionẽ, neque similiter per verã contritionem. Cum tamen dicat dominus Iohelis 2. Scindite corda vestra.

Quintum signum fuit monumentorũ apertio. Tunc enim multa monumenta aperta sunt, vt refert Matth. & hoc in signũ futuræ resurrectionis, ideo subdit idẽ Matthæus, Et multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt, non tamen ipso die mortis Christi, sed tunc primò quando ipse resurrexit, vt dicit gl. ord. Decuit enim vt Christus resurgeret primus, dicit tamen Landolphus, quòd quamprimum Christus emisit spiritum, tunc primũ monumenta aperta sunt, sed mortui inde non surrexerunt quousque Christus

primo resurrexit. Erat ergo valde nouum, & admirabile videre toto triduo huiusmodi sepulchra diuinitus aperta, & ossa intus iacētia. Christo igitur resurgente, illi pariter surrexerunt tanquam testes suę resurrectionis. ideo subdit Matthæus, & venerunt in sanctam ciuitatem, idest in Hierusalem, & apparuerunt multis propter causam prædictam. Specialiter autem apparuerunt Annæ & Caiphæ, vt scribit Nicodemus in euangelio suo, forte reprehēdentes eos de iniqua procuratione mortis Christi, asserentes, quod illis male succederet, si non pœniterent, vel similia. Quid autē de istis postea factum sit, quāuis August. relinquat sub dubio, tamen gl. ord. super Matthæ. in hoc passu, dicit, quod credendi sunt cū domino ascendente in cœlum pariter ascendisse in corpore & anima. Vbi autē steterint toto illo tempore intermedio, videlicet inter Christi resurrectionē & ascensionem, certum non habemus, nihilominus potuerunt stare inter amplissima loca maris vel etiā in Paradiso Terrestri. Inter illos autē, qui tūc surrexerunt, legitur in euangelio Nazareorum de duobus, qui mortui fuerant ante annos 40. quòd venerunt in templum, & multa, audiente populo, dixerūt ad confirmationem fidei de Christo. Et sic patet quomodo Christo passo, apparuit eius diuinitas per signa mirabilia.

Secundo eodem Christo passo apparuit eius diuinitas per euidentia miracula, inter quę fuit illuminatio Longini prius cœci. Pro quo notandū, quod vt refert Io. Christo & alijs duobus latronibus mortuis, venerūt iudæi ad Pilatum, & rogauerunt illum vt frangerētur eorū crura, vt sic citius morerētur, & non remanerent in cruce corpora sabbato, sed tollerentur, & hoc ne in cruce pendentes magnū diem sabbati fœdarent horrore sui diuturni cruciatus, vt dicit interl. Venerunt ergo milites, & primi quidē fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cū eo. Ad Iesum autē cū venissent, vt viderunt eū iam mortuum, non fregerunt eius crura. Sic. n. prophetatū fuerat, & simul præfiguratū in agno

paschali, dicente scriptura Exod. 12. Os non cõminuetis ex eo. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, vt sic certificaretur de morte eius, & continuo exiuit sanguis & aqua. Sãguis ad nostrã redẽptionẽ, aqua vero ad peccatorũ nostrorũ ablutionẽ: vbi notandũ, ꝙ huiusmodi aqua miraculosa exiuit de Christi latere, pariter, & sanguis. Cõmune .n. est, ꝙ mortuo homine statim sanguis coagulatur & induratur, nec vltra fluxibilis redditur. Dictus autẽ miles dicebatur Lõginus, qui sentiens sanguinẽ Xp̃i decurrẽtẽ per lãceã suã, cœpit apponere oculis suis, & mox perfectè illuminatus est corpore & mente, cũ tñ prius parũ videret. Ex quo patet, ꝙ in dicta lanceatione lateris Christi fuerunt tria miracula. Primũ, quia exiuit sanguis de corpore mortuo. Secundũ, quia exiuit vera aqua. Tertiũ, quia Lõginus prius quasi cęcus, tũc illuminatus est. De isto aũt Longino legitur, ꝙ postq̃ aperuit Christi latus, & visum recepit, credidit in Xpm, & postmodũ ab apostolis instructus, annis 38. monasticã vitã duxit, & deinceps in omni sanctitate vitæ, atq; salubri exemplo permanẽs, multos ad Christum conuertit. Qui tandẽ episcopatus honorem, & martyrij coronam promeruit.

Notandum est autẽ ꝙ prædicta lãceatio lateris Xp̃i fuit olim præfigurata, & prophetata. Primo quidẽ p̃figurata in Achab rege Israel, de quo legitur 3. Reg. 22. ꝙ in bello contra Syros mutato habitu percussus est sagitta inter stomachũ & pulmonẽ, & sic mortuus est vespere, & tunc finitũ est bellũ. Applicatio est fa. præter, hoc, ꝙ Achab percussus est viuens, Christus vero iã mortuus. Secundo vero fuit prophetata p Psalmistã in persona Christi dicentẽ. Quẽ tu percussisti, tu sup. pater, & hoc permissiue, persecuti sunt, videlicet impij iudæi & milites Pilati, & super dolorem vulnerũ meorũ addiderunt supp. vulnus lateris mei.

Tertio Christo passo apparuit eius diuinitas p aduersariorũ testimonia. Nã vt dicit Mat. Cẽturio & milites, qui cũ eo erãt custodiẽtes Iesum, viso terręmotu, & his, quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes. Vere filius

Dei

Dei erat iste. Hic enim Centurio gentilis erat,& præerat militibus custodientibus Christum quousque expirasset. Dicebatur autem Centurio, eo q̄ præesset centum militibus. Videns ergo signa quæ dicta sunt,& similiter, q̄ Christus cum clamore valido expirasset, qđ non nisi miraculose fieri poterat, vt dictum est, mox confessus est Christi diuinitatē, dicens. Vere filius Dei erat iste. Et hoc idem dixerunt milites, qui cum eo erant, insuper & multi iudæi. Vnde Luc. 23. dicitur, quod omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud,& videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur, supp in ciuitatem Hierusalē. Patet ergo de Christi morte, & de his quæ tunc facta sunt tam mirabilia, quàm vera miracula.

Quarto principaliter corpus Christi deuotè sepelitur. Pro quo notandum, q̄ tam iudæi, quàm ministri Pilati peractis quæ dicta sunt, recesserunt de loco crucifixionis,& ad propria redierunt. Illic tamen remansit mater pietatis cum Io.& nonnullis deuotis mulieribus. Sedebant autem omnes iuxta crucem, cogitantes quid facerent. Omnes enim simul corpus dominicū deponere nequibant, quia deerant illis vires, pariter & instrumenta. Parte autem ex altera recedere non audebant eo sic manente. Cæterum diu ibi remanere non poterant propter noctis propinquitatem. Cogitate ergo in quanta cordis angustia erant. Sed diuina dispensatione tandem factum est, vt Ioseph ab Arimathia ciuitate Iudæ, distante ab Hierusalem decem leucis, vir bonus, & discipulus Christi, occultus tamen, propter metum iudæorum, impetrata licentia à Pilato, venit ad sepeliendum corpus Christi, antequam intraret sabbatum, in quo non erat licitum talia facere. Hic enim (inquit Lucas) non consenserat cōsilio, & actibus Iudæorum. In quo apparet bonitas illius. Ideo autē dictus Ioseph petijt licentiam à Pilato tanquam à iudice sepeliendi corpus Dominicū, quia secūdū leges humanas corpora dānatorū non debent sepeliri absq; licētia iudicis. Legitur aūt in quadā historia,

vt

vt refert sępedictus pater Carthu. Landolphus, ꝙ iste Ioseph seruierat quinque annis Pilato, à quo tandem pro omni mercede petijt corpus Iesu sibi donari, & obtinuit. Venit etiam cũ eo Nichodemus, qui venerat ad Iesum nocte, vt patet Io. 3. ferens secum vnguenta prætiosa ad vngendum corpus Iesu. Cum ergo hi duo Christi discipuli venissent prope locum crucifixionis, genua flectentes odorauerunt venerabilissimum Christi corpus, quod adhuc in cruce pendebat, moxq; dispo suerunt se ad illud deponendum. Quod videns mater pietatis reuixit aliquantulum spiritus eius, & cœpit eos iuuare, prout potuit, similiter & Ioannes ac mulieres deuotæ illic astantes. Vnus ergo cœpit clauos trahere. Alius autem ne corpus in terrã caderet, brachijs cœpit ipsum sustentare. Pia autem mater brachia, ꝓut poterat sursum leuabat. Cum ergo ipsum primum tãgere potuit, caput quod pendebat, pariter & brachia trahebat supra triste pectus suum. Et ruens in amplexus & oscula non poterat satiari de dilecto suo, nec quisquam ipsam desuper corpus attrahere valebat. Prædicto igitur pretiosissimo thesauro in terram deposito, pia mater suscepit caput cum scapulis in gremio suo. Magdalena aũt pedes, quos olim vnguento perfuderat. Alij autem circunstabant flentes. Post aliquantulum igitur morulam rogauit Ioseph matrem pietatis, vt permitteret pręciosum filij sui corpus vngi atq; lintheaminibus inuolui & sepeliri. Ipsa verò piè contendebat, dicens. Nolite amici mei, nolite tam cito corpus virginem filij mei à me auferre, alias me ipsam cum eo sepelite. Illum itaque adhuc paululum mihi relinquite, vt sanctissimam eius faciem valeam contẽplari, & in ea aliquãtulũ consolari. Et hæc dicens, osculabatur nunc faciem eius, nunc manus, nũc latus, nunc pedes, atq; lachrymis suorum oculorum lauabat vulnera, & plagas illius. Deinde venit Magdalena, quę sicut viuenti lauit pedes lachrymis oculorum suorum, ita & nunc etiã abundantius quàm tunc. Deinde aspiciebat latus apertum, caput spinis coronatũ, & ex omni

parte

parte cruentatum, quæ omnia erat illi materia noui doloris, & compassionis. Consequenter venerunt duæ sorores matris pietatis, videlicet Maria Cleophæ, & Maria Salomæ, quæ similiter dicta vulnera deuotè, & simpliciter osculantes iugiter flebant. Tandem tardante hora, rogat Ioseph, pariter & Nicodemus matrem pietatis, vt sinat tam præciosum thesaurum sepeliri. At illa ab amplexibus, & osculis non cessabat; Postremo rogauit eam Ioan. vt hoc permitteret. Illa ergo considerans, quod esset à filio suo Ioanni commissa vltra contendere noluit, sed signans ac benedicens sanctissimum illud corpus permisit ipsum ab illis aptari, vt volebant. Tunc illi vnxerunt Dominicum corpus, & inuoluerunt in syndone munda, id est in lintheo lineo. qui nunc reuerenter custoditur Chamberiaci in Sabaudiæ partibus. Insuper ipsum ligauerunt alijs lintheis, scilicet sudario ad caput, & institis seu fascijs, quibus totum corpus alligabatur, atque cũ aromatibus, sicut mos est iudæis sepelire, supple venerabiles personas.

His ergo, quæ diximus peractis, oẽs genua flectunt, & corpus illud sanctissimũ adorant, Deinde de terra ipsum eleuantes cũ suspirijs, & lamẽtis inenarrabilibus deportauerunt illud ad monumentum, quod a monte Caluariæ distat passibus 50. vt prius dictum est, Mater autẽ pietatis tenebat semper caput, prout valebat, & Magdalena pedes. Reliqui vero portabant per mediũ, Erat autẽ prope locum crucifixionis ortus, & in orto monumentum nouum ipsius Ioseph sumptuose factũ, & in petra excisum, i. vno lapide secundũ quantitatẽ hominis cõcauatum, in quo nõdũ quisquã positus fuerat. Ibique quia prope erat parasceue iudæorum, sepelierunt eũ, s. reuerenter, & deuotẽ, vtpote flexis genibus, & cũ incredibilibus suspirijs. Et tũc, vt dicit Aug. Christi exequias angelorũ millia milliũ decantabant, qui oẽs illic conuenerant. Illi ergo decantat laudes, sed mater pietatis sẽper dabat gemitus, & suspiria in corde suo. Peracto igitur mysterio Dñicæ sepulturæ

Ioseph

Ioseph & Nichodemus se inclinãtes versus sepulchrũ & ipsum humiliter adorantes, inde recesserunt. Mater autem pietatis & alij qui feruentius amabant, remanserunt ibi aliquanto tempore sedentes contra sepulchrum, & clamentantes dominum. Appropinquante autem nocte dixit Ioan. matri pietatis, ꝙ expediebat inde recedere, ne portas ciuitatis clausas inuenirent. Tandem illa, prout potuit, de terra surgens, iterum genua flexit ad monumentum ipsum osculans & benedicẽs, & cæteri similiter.

De sepulchro autem dominico seu monumento fertur, ꝙ fuerit domus siue spelunca rotunda de subiacente rupe excisa. Erat enim in orto, in quo sepultus est Christus, rupes grandis, in cuius latere erat monumentum seu spelunca excisa, habens octo pedes in lõgum, in latus, & totidem in altum, cui lapis magnus appositus erat pro ostio, forte ne aliquis veniens raperet tantum thesaurum, & præsertim apostoli, aut forte ne bestiæ illic intrare possent.

Peractis igitur omnibus misterijs dominicæ passionis, & sepelitionis, tandẽ mater pietatis adiuta a Ioanne & alijs, omnes pariter cum fletu magno inde recesserunt. Cumque ambulando ad crucem adhuc stantem venissent, ibi iterum omnes genibus flexis adorauerunt dominum, pariter & crucem, dicentes. O crux aue spes vnica, hoc passionis tempore, auge pijs iustitiam, reisque dona veniam. Deinde surgentes cœperunt ambulare versus ciuitatem. Inter ambulandum autem mater pietatis sæpe retro aspiciebat, non valens obliuisci corpus filij sui. Intrantibus ergo illis ciuitatem, multi videntes eam sic męstam, sic fatigatam, sic debilitatam, vt oporteret eam deferre per subacellas, inde mouebantur ad lachrymas. Nõnullę etiam deuotæ matronæ accesserunt proprius, vt consolarentur eã, quæ etiam à lachrymis se continere non valebant. Illi quoq; vsq; ad hospitium suum comitatum tristem præbuerunt, sicut apud Christianos fieri solet à propinquis defunctorum cũ de sepultura

suo-

suorum ad propria redeunt. Tandem ergo veniens ad domum sororis suæ Mariæ Salomæ, hospitandi gratia, cum primum debuit ianuam intrare, conuertit se ad prædictas matronas quæ illam comitabantur, gratias illis agens potius signo, quàm verbo, vtpote caput inclinando versus eas. Illæ autem vice versa eidem inclinantes humiliter vale fecerunt, & ad propria redierunt plorantes, & inter se colloquentes de doloribus illius, pariter & de iniustitia manifeste facta dilecto filio suo. O quàm dura fuit matri pietatis nox secuta, & quàm longa. Vix enim persuaderi potuit à consororibus, & Ioanne modicum cibum sumere, cum tamen per totum diem illum nihil sibi sumpsisset. Noctem ergo duxit insomnem semper suspirãs, semper lamentans, semper eiulans. Interdum autem loquebatur, narrans dolores filij sui, pariter & singula, quæ circa eum à iudæis, & gentilibus ipsa præsente gesta fuerant. Item referebat pia verba quæ ipse in cruce protulerant, & quàm patiens in omnibus fuerat. Similiter quomodo eo moriente caput versus eam inclinauerat, quasi vale eidem dicens, & huiusmodi. In tali vero narratione renouabantur dolores eius, ac omnium astantium, præcipue autem Ioannis, & Magdalenæ, qui se tunc à lachrymis continere nequibant.

Sequitur postremo in euangelio Matthæi. Altera die, quæ est post parasceuem, scilicet die sabbati iam incœpta, Hoc tamen à parte rei fuit post solis occasum die parasceues. Nam apud iudæos dies sequens incipit aduesperascente sole die præcedentis. Conuenerunt principes sacerdotum, & Pharisei ad Pilatum, dicentes. Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens. Post tres dies resurgã. Ex quo modo loquẽdi patet, quòd non satis erat illis malitiosis, & flagitiosis viris Christo in vita nocuisse, atque mortem ipsius procurasse, nisi ẽt eum in fama lęderent post mortem, pariter & de ipso detraherent, vtpote vocantes eum seductorẽ. Insuper & ex maximo inuidiæ

& odij liuore nomen eius nolentes exprimere. Sequitur. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium, ne forte veniant discipuli eius, & furentur eũ, & dicant plebi, surrexit à mortuis. Et erit nouus error peior priore. Certe isti verũ prædixerunt, quãuis ignoranter, sicut & pontifex eorum Caiphas in alio proposito. Nã peior fuit infidelitas resurrectionis dominicæ in cordibus eorũ, quàm crudelitas passionis, & mortis Christi. Illis ergo de plano confitentur veritatẽ, videlicet, ꝙ fuerit error in morte Christi. Ait illis Pilatus, Habetis in custodiam. Quasi diceret. Sufficiat vobis, ꝙ in mortem eius consensi. Ite custodite sicut scitis, quia de hoc facto vltra me non intromittam. Illi autem abeuntes, accepta. s. custodia de gentilibus ex permissione Pilati, munierunt sepulchrum, s. custodia dictorum gentilium, signantes sigillis, seu anulis suis, vel etiam sigillo accepto à Pilato, lapidem, qui erat in ostio monumenti, cum custodiis illic appositis die ac nocte. Sed certe in vanum hoc fecerunt, sicut rei probauit euentus, quia non est consilium aduersus dominum.

Patet ergo deductio dominicæ passionis, quã texere volui, quàm valui conformiter ad verba quatuor euãgelistarũ, nihil scienter omittens quod conferat mysterio dictæ passionis. Nihilominus hanc longam narrationem nostram de facili restringere poterit diligens lector, superflua reijciens, & vtilia assumens. Vnde & ego ipse quandam copiosam abbreuiationem super hisce feci, quam in loco suo inter expositionem epis. annotaui, & inserui: ideo autem supra prolixitatem obseruaui, vt magis pateficeret nouellis prędicatoribus qd tenendum, & quid prædicandum circa hanc materiam, relictis multis friuolis, & apochryphis narrationibus, circa quas nonnulli tempus pro magna parte terere solent. Deprecemur igitur charissimi ipsum benedictissimũ redemp. nostrũ Iesum Christũ, vt suæ dolorosissimæ passionis nos participes efficiat. Hic quidẽ per gratiam, & illic per gloriam. Quam nobis conce. &c.

FINIS STATIONVM.

Sabbato



Equieuit Deus die septimo ab omni opere quod patrarat. Gen. 2.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. de constitutionibus principum. l.fin. quae incipit beneficium, dicit quòd beneficiũ principis est latissimè interpretandum. Casus est talis. Est aliqua domus religiosa cui tot eleemosynæ vini,& frumenti fiunt à Christi fidelibus,forte intuitu sanctæ vitæ, quæ ibi noscitur obseruari, quòd vltra sustentationem habitantium in eodẽ monasterio magna pars prædictarum oblationum superest. Quod animaduertentes ibidem domino famulantes,& huiusmodi substantiam exponunt venditioni pro subleuandis aliis necessitatibus domus. Quo cognito illi, qui leuant tributa seu vectigalia principis, aut reip. exigunt vectigalia à talibus pro huiusmodi rebus venditis, quia quãuis lex dicat clericos aut religiosos non debere aliquid soluere pro fructibus aut prouentibus suarum ecclesiarum quando talia vendũt, vt patet. C. de episcopis,& clericis. l. omnis. Item l. nulla. non tamen dicit idem de alijs bonis quæ non spectant ad reditus dictorum locorum, quinimmo aliunde proueniunt, vt in proposito. Si igitur lis super huiusmodi negotio ventiletur in iudicio, quid definiet peritus iudex? Certe dicet, & declarabit dictos religiosos nihil debere principi pro huiusmodi rebus venditis. Secus autem vbi talia emissent ad reuendendum. Nam vt dicit lex præallegata, beneficiũ principis est latissime interpretandum. Et ideo in proposito beneficium principis concessum religiosis de non soluendo vectigal,de quo dictum est prius, nõ solum se extẽdit ad fructus,& prouentus ecclesiarum prædictarum, verumetiam ad quæcunque oblata illis facta.

Moraliter. Ista lex potest congruè exponi de principe Christo, qui est rex regũ, & dominus dominantiũ.

Iste

Iste ergo princeps hesterna die, secundum ecclesiæ representationem, mortuus est pro salute populi sui. In quo quidem facto fuit quodammodo similis Curtio Romano militi, de quo refert Aug. de ciui. Dei. lib. 4. cap. 20. Item Titus Liuius lib. 7. Et similiter Valerius Maxi. lib. 5. cap. 5. quòd cum anno ab vrbe condita trecentesimo nonagesimo, terra in medio fori Romani se aperuisset, & specum horribilis profunditatis fecisset, responsum est à vatibus, quòd si Romani vellent rem suam publicam perpetuari, illud in quo plus possent, & excellerent, illi hiatui deuouerent, & ex eo ipsum implerent. Quo audito, omnium iudicio compertum est, quòd Curtius esset ille, qui cæteros excelleret. Quod cum intellexisset, armatus, & equo insidens, seipsum in illud antrum vltro immisit. Sicque respublica Romana saluata est morte vnius militis. Nã ex tunc, & deinceps non apparuit vestigium dicti hiatus. Sic in proposito per mortem Christi, & descensus eiusdem in infernum liberati sumus, & præseruati à periculo æternæ damnationis. Quis si dicas tantam indecentiam Christo non conuenire, certe immo quia vt dicit Senec. de verborum copia. Honesta turpitudo est mori pro causa bona.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Descendit primum in inferiores partes terræ. Ephe. 4. Scribitur extra de fide instrumentorũ. c. scripta. ꝙ instrumẽta non habentia testium inscriptionẽ, aut authenticũ sigillum insertũ, per quod possint probari, aut nisi per manum publicam, idest per notarium, secundum glossam facta fuerint, non videntur alicuius firmitatis. Casus est talis. Sortes contendit contra Platonem coram iudice, ratione alicuius possessionis, quã occupat Plato. Et pro omni probatione, & testimonio affert quoddã vetus registrũ siue instrumentũ, qđ videtur sibi attribuere jus, verũtamẽ in dicto registro nulli testes inueniuntur subscripti. Nec similiter ibi apparet authẽticũ sigillum appositum. Nec insuper ibi exprimitur nomen, siue signetũ cuiuscunque notarij publici Quid

igitur

igitur iuris in hoc facto, aut quam sententiam daturus est iudex peritus? Certè non dabit sententiam pro Sorte contra Platonem, quia vt dicit prædicta decretalis, quæ est Alexandri III. instrumenta non habentia testium inscriptionem, aut authenticũ sigillum insertum, &c. Modo prædictum instrumentum nullum trium prædictorum habet; igitur. &c.

Moraliter possumus exponere prædictam decretalẽ dupliciter.

Primo quidem de quolibet volente habere possessionem cœlestem, & dicente. Domine domine aperi mihi, & pone me in possessione paradisi. Cui respondebit ille æquissimus iudex Christus, Charissime si cupis habere hanc possessionem paradisi, oportet, quod probes te habere ius ad illam altero istorũ modorum. Primus est per testium depositionem. Vbi per testes intelliguntur bona opera, quæ testificantur de aliquo, quod sit dignus vita æterna, ita vt posset merito dicere illud Ioannis 5. Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me. Secundus per authenticum sigillum. per quod intelligitur gratia Spiritussancti, qua sigillantur animæ iustorum. Tertius per manum publicam notarij aut tabellionis Iesu Christi, qui dixit, Matthæ. quarto. Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cęlorum. Itẽ Marci vltimo dicit idem notarius. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Modo videat vnusquisque si apud se habeat bonos, & fideles testes, id est bona opera, vt sunt deuota ieiunia, feruentes orationes, pietatis opera, lachrymæ, suspiria, & similia. Item si habeat authenticum sigillum, id est si credat verisimiliter se esse in gratia, necne, & tunc poterit aliquo modo cognoscere se habere ius ad hæreditatem cœlestẽ, vel non. Forsan dicet peccator Christianus se habere ius ad illam, etsi non propter duo prima, saltẽ propter tertium, eo scilicet quod credit, & baptizatus est. Sed nouerit talis, quòd fides sine operibus mortua est, vt habetur Iacobi 2. Item quamuis baptis-

mus saluet sic decedentem, non tamen postea recidiuantem, saltem absque pœnitentia. Et ideo multi adulti, & peccatores habent multum timere ne patiantur repulsam à possessione hæreditatis cęlestis, pro qua nobis acquirenda Christus heri mortem dolorosissimam perpessus est, & hodie iacet in sepulchro secundum ecclesiæ vniuersalis representationem. Et sic patet de prima expositione prædictæ decretalis.

Secundo eadem decretalis potest magis ad propositum hodierni mysterij exponi de dæmonibus quantum in ipsis erat, volentibus impedire Christum, ne in suo descensu in inferiores partes terræ, id est limbum liberaret animas sanctorum patrum, quæ illic captiuè detinebantur. Multa autem instrumenta producebant ipsi dæmones contra Christum, per quæ probabant, quòd non debebat prædictos patres liberare de limbo. Primum erat, ꝙ in inferno nulla est redēptio. Secundum erat, quòd fiebat illis iniuria, in hoc scilicet, ꝙ spoliabantur præda sua. Tertium erat, quòd ipse contra communem dispositionem iuris procedebat tunc contra eos, videlicet per viam facti, & sic de multis alijs allegationibus quas peritus lector poterit supplere. Sed profecto ipse Christus tunc poterat malignis spiritibus respondere, quòd testimonia eorū atque publica instrumenta præallegata conuenientia non erant. Non quidem primū, quia infernus in quo nulla est redemptio, est locus damnatorum, qui descēderunt illic cum mortali peccato. Secus autē de limbo sanctorum patrum. Similiter secundum instrumentum nullius erat roboris. Non enim dicti patres propriè pertinebant ad prædam dæmonum, maxime cum in præsenti, per vitæ meritū semper illis restitissent. Insuper tertium instrumentum non suffragabatur ipsis dæmonibus. Ipse enim Christus habebat optimum ius super dictas animas sanctorum patrū, vtpote quas acquisierat carissimo precio, videlicet sanguine suo. Quinimmo ipsi dæmones iniustè agebant volentes eum impedire ne liberè vteretur seruis suis, præsertim

ad eorum maximam vtilitatem. Propter quod clamabat ad ipsos dæmones, dicens. Attolite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Cumque ipsi dæmones interrogassent dicentes. Quis est iste rex gloriç? continuò ait illis. Dominus fortis, & potens, dominus potens in prælio, nuperrime supple inito in monte Caluariæ contra principem huius mundi. Et ideo attolite portas, &c. Et de hoc mysterio loquitur thema sumptum ex verbis apostoli dicentis de ipso Christo, quòd hodie descendit in inferiores partes terræ.

Redit ad primam suam introductionem qua dicitur, & principis beneficium, &c.

Ecce ergo bonus, & clemens princeps, qui pro suis subditis mori dignatus est. Cuius etiam beneficiũ est latissime interpretandum, vt dicit lex prædicta.

Pro quo notandum, ꝙ huius principis triplex reperitur beneficium. Primum dicitur generale, secundum speciale, tertium specialissimum, & quodlibet tale est latissime interpretandum.

Primũ igitur beneficiũ huius prĩcipis dicitur generale. Et istud beneficium fuit effusio sui sanguinis in ara crucis pro redẽptione humani generis quantũ in ipso fuit, de quo loquẽs suis discipulis in cęna, dixit. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ, Matth. 26. Et nota ꝙ non dixit pro omnibus, sed pro multis. Pro omnibus quidẽ sufficienter effusus est Christi sanguis in remissionẽ peccatorũ. Sed efficaciter pro multis, videlicet pro prędestinatis ad gloriã. Ecce quomodo dictũ beneficium principis Christi est latissime interpretandum. Et de ista latitudine loquens Apost Ro. 8. dicit. Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro omnibus nobis tradidit illum.

Secundũ beneficium principis Christi dicitur speciale. Et istud beneficiũ est remissio peccatorũ, quod impartitur oĩbus vere contritis, & confessis. Et nota ꝙ istud beneficium est maximum, etiã maius, quàm

beneficium creationis, ſicut melius eſt uiuere per gratiã, quàm per naturam. Et ſimiliter illud beneficium eſt latiſſime interpretandum. Nam vt dicit Auguſt. lib. 84. quæſtionum. q. 11. Deus cum liberat, non partem aliquam liberat, ſed totum liberat. Item non ſolum remittit omnem culpam, verumetiam cõmutat pœnam ęternam in temporalem. Inſuper confert gratiam, & reſtituit præcedentia merita. In cuius rei ſignum figuratiue legitur Luc. 15. quod pater dixit ſeruis ſuis de filio ſuo reuertenti. Cito proferte ſtolã primam, & induite illum, &c. Ecce igitur mirabile, & inęſtimabile beneficium, quo maius in hoc mundo cogitari non poteſt.

Tertiũ beneficium principis Chriſti dicitur ſpecialisſimũ. Et iſtud eſt beneficiũ quod eo mortuo contulit ſanctis illis patribus, qui in carcere limbi detinebantur dũ eos perſonaliter, & non per locũtenẽtẽ, aut vicariũ viſitauit, atque inde eos eduxit. Quæ. n. maior humanitas in hoc mundo, quàm regem perſonaliter viſitare ſeruum ſuum in carcere obſcurisſimo detentũ, & inde educere eũ? Tunc enim Dei filius emiſit vinctos ſuos de lacu, in quo non erat aqua. Zachar. 9. Itẽ tunc venit illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedebant, vt ſcilicet dirigeret eos in viã pacis. Luc. I. Itẽ tũc populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnã. Eſa. 9. Itẽ tunc ipſe Dei filius contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit. Nonne iſta, & his ſimilia beneficia illis patribus in carcere limbi detentis à Chriſto exhibita magna fuerunt? Certe non ſolũ magna, verumetiam maxima. Sunt autem huiuſmodi beneficia latiſsime interpretanda, vtpote non ſolum collata patriarchis, & prophetis, ac cæteris patribus ſanctis, verumetiam honeſtis matribus, quas illic plures fuiſſe dubium non eſt. Illic nempe aderat Eua magnã mater noſtra, pariter & multæ ex filiabus ſuis, quales fuerunt non ambigitur, Sara, Rachel, Lya, Iudith, Heſter, Anna Samuelis mater, ſimiliter & altera Anna prophetiſſa, de qua Lucæ 2.

&

& penè infinitæ aliæ. Sed quia denominatio secundũ logicos à digniori fieri solet, ideo dictus locus potius appellatur limbus patrum, quàm matrum, quãuis vtrique sexui esset cõis. Ecce ergo quõ beneficiũ principis latissime est interpretandum, de quo ei dicitur in themate, quia compleuit Deus die septimo opus &c.

In præsenti ergo Sermone omisso euãgelio hodierno, in quo fit mentio de Christi resurrectione, de qua impertinens est hodie loqui, in Sermone tria principaliter videbuntur. Primum tanget Christi lamentationem. Secundum corporis ipsius depositionem. Tertium eiusdem in inferno operationem.

Quantum igitur ad primũ æstimandũ est verisimiliter omnes Christi amicos siue apostolos, siue discipulos qui erant numero 72. siue quoscunque alios, qui in ipsum Christum crediderant, & plus cæteris matrem suam dignissimam maximã tristitiã incurrisse ex eius morte. Nam vt dicit Lãdolphus mane sabbati stabant simul ianuis clausis mater pietatis, & aliæ Mariæ cũ Joanne afflictæ, & dolorosæ atque mœrore plenæ tanquam orbatæ patre suo, & domino, ad memoriã reuocantes singulos dolores quos die præcedenti viderant Christum tam patienter pati. Sedebant itaque simul mutuo tantũ se aspiciens cum lachrymis, & suspiriis, sicut contingere solet propinquis, & amicis eorũ qui recentissime decesserunt. Successiue autẽ veniunt discipuli Christi, qui eũ in orto turpiter reliquerant, qui adeo tristes erãt, & mœrore cõfecti, vt neq; vocẽ emittere possent pter eiulatum, & fletũ. Cumq; diu sic stetissent pariter flẽtes, tandẽ aliqua requie data à lachrymis incęperũt piè loqui de magistro suo, & de captione eius, seipsos redarguẽtes, & pectora sua tundẽtes, suspiriaq; in altũ emittẽtes de eo, quod ipsum tã turpiter dereliqssent in orto metu mortis. Specialiter Joannes seipsũ redarguebat, eo quod reliqrat syndonẽ, nudus fugiẽdo ne cũ eo caperetur, & occideretur. Et ita qlibet eorũ in se inueniebat materiã rephẽsione dignã. O igitur charissimi cogitate apud vosmetipsos in quãta an-

gustia, & amaritudine tunc erant Christi apostoli, & cæteri, qui in vita eum dilexerant, & plus cæteris pia eius mater. Interdum tamen ipsa consolationem aliquam accipiebat, cum in corde suo reuoluebat futurã eius resurrectionem, quam firma fide tenebat, & indubitata spe expectabat. Non sic autem cæteri, qui illic aderant. Vnde tenet ecclesia, quòd in ea sola remansit fides ecclesiæ tempore tridui, & specialiter per totam diem sabbati, propter quod singulariter illa dies dedicatur eidem. Vnde Aug. ad hoc propositum loquens dicit sic, Quem genuit virgo, iniuste mori dolebat, sperantes tamen, & firmiter credens ipsum secundũ promissum tertia die, morte deuicta, resurgere. In hac.n. sola interim fides ecclesiæ in triduo illo stabat. Et dũ vnusquisque vacillando hæsitabat, hæc quæ fide concepit, fidem quam semel à Deo suscepit, nunquã perdidit; speque certissima resurrectionis gloriam expectauit. Hæc ille.

Notandum est autem, ꝙ sicut mortuo Lazaro multi iudæorũ venerunt ad consolandum Magdalenam, & Martham sororem eius, vt habetur Io. 11. multa quoq; similia legimus in sacra scriptura plerosque egisse; ita pie credendum est, ꝙ multi amici Christi occulti occulte venerant ad consolãdum dictã matrem pietatis. Et huiusmodi præcipuè fuerũt Gamaliel, Nicodemus, Centurio, & similes. Similiter illi non deerant apostoli, qui pro modulo suo eam consolabantur. Idẽ etiã circa eã agebant sorores suæ, similiter Magdalena, & nõnullæ aliæ deuotæ matronæ ciuitatis Hierusalẽ. Sed quantumcunque omnes laborarent ad illius consolationẽ, ipsa tamen à lachrimis non cessabat. In cuius rei figuram, mutato tamen genere legitur Gen. 37. ꝙ cũ cuncti liberi Iacob congregati essent, vt delinirent dolorẽ eius super mortem filij Ioseph, aut saltem quẽ credebat esse mortuũ, noluit eos audire, neq; consolationem accipere, sed dixit: Fera pessima deuorauit filium meũ Ioseph. Ad propositum Ioseph est Christus, quẽ deuorauit fera pessima, i. inuidia iudæorum. Super

per cuius morte consolari nolebat mater pietatis &c. Hæc igitur est mater familias, quæ valde planxit mortem filij sui. 3.Reg.17. Hæc est illa mulier Sunamitis quæ idem egit circa filium suum defunctum.4.Reg.4. Hæc denique est illa mulier vidua ciuitatis Naym, quę sequebatur loculum, in quo deferebatur vnicus filius suus mortuus. Propter quod vehementer dolebat, & flebat. Luc.7. Et sic patet de primo.

Secundo principaliter videndũ est de corporis Christi dispositione tempore tridui, & quandiu iacuit in sepulchro, Circa quod quærunter tria.

Primo igitur quæritur cur Christus voluit tanto tẽpore corpus suum iacere in sepulchro. Ad hoc respondetur, ꝙ propter tria. Primo quidem propter figurarũ impletionem, sicut expresse patet de Iona, Vnde ipsemet Christus ad propositum loquens, Matth. 12. dicebat, quòd sicut Ionas fuit in ventre cæti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius &c. Secundo propter prophetiarum verificationem, ut est illud Oseæ 6. Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos. Vbi per duos dies secundum glo. intelligitur tempus quo iacuit corpus dominicum in sepulchro, & per tertium diem intelligitur dies resurrectionis eiusdem. Tertio propter fidei confirmationem. Si enim minori tempore iacuisset in sepulchro, posset verti in dubium an verè mortuus fuisset. Maximè cum homo propter aliquas passiones reddatur omnino insensibilis, etiam per diem naturalem, sicut patet de lethargia. Sed per nullam passionem potest homo insensibilis reddi per tempus 40. horarum, quod est tempus requietionis dominici corporis in sepulchro. Ideo restat vt credatur verè fuisse mortuus. Et quia Christus quam primum expirauit non fuit sepultus, sed tantum circa solis occasum, vt patet ex pręcedenti sermone, ideo Aug. lib.4. de Trinita. assignat 36. horas fluxisse à vespere sepulturæ vsque ad diluculũ resurrectionis. Fuit ergo Christus secũdum eum in sepulchro nocte vna tota, die vno toto, & iterum nocte vna tota.

Et sic patet ad quæsitum.

Secundo quæritur, vtrum tempore tridui fuerit diuinitas separata à Christi corpore quod iacebat in sepulchro. Ad hoc respondent theologi, ꝙ non. De hoc vide B. Th. 3. par. q. 9. art 2. & conformatur ex dictis Leonis Papæ, qui in quodam ser. sic ait. tanta est vnio Dei & hominis, vt nec supplicio posset dirimi, nec morte disiungi. Similiter Aug. contra Felicianum expresse dicit, ꝙ Christus in sepulchro carnem suam nõ deseruit. Et hæc eadem verba ponit magister sen. di. 21. tertij, vbi idem tenet. Possumus etiam ad hoc probandum seu verius persuadendum adducere aliquas rationes. Prima est liberalitas ex parte assumentis. Cum. n. Deus dat aliquod gratuitum donum alicui, illud nunquam subtrahit absque culpa possidentis, maxime cũ dicat Apost. Rom. 11. quòd sine pœnitentia sunt dona Dei. Sic est autem quòd in Christo nullum fuit peccatum, nec esse potuit. Ex quo relinquitur quòd diuinitas non fuit separata ab eius carne tempore tridui. Secunda ratio est dignitas ex parte assumpti. Nã tanta fuit dignitas in Christi carne, vt incinerari, aut corrumpi non debuerit, dicente psal. Non dabis sanctũ tuum videre corruptionem. Ergo à simili propter eiusdem carnis dignitatem non debuit ab ea diuinitas separari etiam ad horam. Tertia ratio est vtilitas ex parte assumptionis. Ideo enim voluit filius Dei vnire suã diuinitatem nostræ carni, vt procuraretur salus omnium. Quemadmodum ergo diuinitas semper fuit vnita animæ Christi, etiam ea separata à corpore, ita etiam semper mansit vnita illius corpori etiam in sepulchro quiescenti, vtpote ipsum balsamando, & odorificum reddendo ne ad corruptionem tenderet. Hæc omnia confirmantur per Damasce. lib. 3. dicentem, ꝙ Dei filius nunquam dimisit quod semel assumpsit.

Tertio quæritur vtrum diuinitas fuerit separata ab anima Christi tempore tridui. Ad hoc dubium similiter sicut ad præcedens respondẽt theologi, quod non, sicut patet expresse per magistrum sen. vbi supra. Idẽ

etiam

etiam tenet Beatus Thom. vbi supra artic. 3. Cum .n. anima dignior sit corpore, & diuinitas non fuerit separata à Christi corpore, vt prius dictum est, consequens est, ꝙ nec etiã fuit separata ab eius anima. Quamuis ergo sancta illa anima fuerit realitér separata à Christi corpore tpe tridui, alias non fuisset mortuus, semper tamen mansit vnio diuinitatis ad ipsam animã, sicut & ad carnẽ. Possumus etiam sicut prius ad hoc persuadendum adducere tres rationes. Prima sumitur ex parte Dei, cui non decebat, ꝙ ita fieret. Cum enim in incarnatione filij Dei fuerit celebratum quoddã diuinum, & supercęlestiale matrimonium, consequẽs erat, ꝙ sicut non decet virum relinquere vxorem, & præsertim pudicam & castam, ita non decuit diuinitatem relinquere animam illam sanctissimam, & gratiarũ plenam, vtpote quæ erat apotheca charismatum omnium. Secunda ratio sumitur ex parte illiusmet animæ cui hoc non congruebat. Tum quia erat pulcherrima, & dignissima creatura. Tum quia erat innocentissima. Tum quia erat beatissima. Tertia ratio sumitur ex parte sanctorum patrum in limbo conclusorum. Nam si fuisset facta huiusmodi separatio, iam non habuisset illa anima potentiam ad eripiendum illos sanctos patres, qui captiui detinebantur in prædicto limbo. Hoc autem redundasset in maximum detrimentum eorundem: igitur &c.

Secundum principaliter vidẽdum est de operatione Christi in limbo, & de his q̃ ibi egit. Sed ad maiorem declarationem huius præmittam tres suppositiones.

Prima igitur suppositio est, ꝙ nõ est qualitercunq; dubitandũ circa descẽsum Christi ad inferos. Tũ quia vnus de articulis fidei est, ꝙ Christus descendit ad inferna. Tũ quia hoc expresse dicit Paulus Eph. 4. Quod aũt, inquit, ascendit quid est, nisi quia descendit primũ ad inferiores partes terræ? glo. interli. i. ad inferos.

Secunda suppositio est, ꝙ sunt quatuor receptacula animarũ hinc exeuntiũ & cœlũ nõ ascẽdentiũ. Primũ igitur receptaculum dicitur locus dãnatorũ. Secundũ

locus purgatorij. Tertium limbus puerorum. Quartũ limbus sanctorum patrum. Primum igitur receptaculum Christus non visitauit personaliter illic descendẽdo secundum animam, eo ꝙ in inferno nulla est redẽptio, vt canit ecclesia. Item quia, vt dicit Apost. 2. Cor. 6. Nulla est conuentio lucis ad tenebras. Secundũ receptaculum similiter non visitauit Christus personaliter. Non.n. principaliter ordinabatur Christi passio, aut similiter illius in infernum descensio ad redemptionẽ animarum in purgatorio existentium, sed potius earũ quæ in limbo patrum erant, Præterea vt dicit Beatus Tho. 3. parte. q. 53. art. 8. passio Christi tunc nõ habuit maiorem efficaciam, quàm nunc habeat. Cum ergo nunc non liberentur à purgatorio nisi qui ex toto satisfecerunt, sequitur quod neque etiam tunc. Tertiũ receptaculum similiter non visitauit. Nam sicut paruuli modo decedentes absque baptismo, perpetuo priuantur cœlesti gloria, & recluduntur in loco speciali, qui dicitur limbus puerorum, ita etiam idem contingebat circa paruulos iudæorũ, qui moriebantur in circuncisi, & præsertim post diem octauum. Hos ergo nõ liberauit Christus. Quartum receptaculum quod dicitur limbus sanctorum patrum, optime visitauit personaliter Christus quãtum ad animam diuinitati vnitã, & ipsum ex toto virtute suę diuinitatis euacuauit. Hoc autem confirmatur per Aug. qui in ser. de passione domini dicit, ꝙ Christus ad inferos descendit, portas inferni, & vectes confregit, atque omnes iustos qui originali peccato astricti tenebãtur, absoluit; Nota tamẽ, ꝙ dicit Aug. qui originali peccato astricti tenebantur, subintelligendũ est pœna originalis peccati, quæ erat exclusio à cœlo, quãuis in illis sanctis patribus remissum esset ipsum originale peccatũ quantũ ad culpam.

Tertio suppositio est, ꝙ dictus limbus sanctorũ patrũ qui erat supremus respectu aliorum receptaculorũ inferni, & ad quem Christus descendit ipsum ex toto euacuando, olim dicebatur sinus Abrahæ, eo ꝙ ibi fuerit Abraham, cui primo promissa est ab eodem loco liberatio.

liberatio. Sed modo sinus Abrahæ dicitur cœlũ empyreum, quia iã est ibi Abraham personaliter quo ad animã. Ex quibus oĩbus patet, ꝙ Christus non dicitur descendisse ad inferos, nisi pro quantũ descendit ad limbum patrũ, qui dicitur inferius, capiendo dictũ terminum generaliter.

His itaque suppositis videndum est de his, quæ egit Christus in dicto loco. Inuenio ergo, quòd ibidẽ egerit tria maxima opera, quæ sunt, Humilitatis. Iocunditatis, Potestatis.

Primo igitur egit opus maximæ humilitatis. Poterat. n. illic destinare aliquem Angelum de cœlo, vel plures ad liberandum dictos sanctos patres. Da exemplum de rege, qui solet communiter mittere Præpositum domus suæ ad liberandum aliquem captiuũ. Interdum etiã per simplicem nuncium scripto mãdat vt talis liberetur, cuius edicto, aut scripto contraire non licet. ita in proposito fieri poterat, nihilominus sicut Dei filius non misit ad nos redimendos Angelũ aut hominem purum, sed venit in propria ad carcerẽ huius mundi, & hoc in parte vt nobis præberet facto & opere exemplum humilitatis, ita & propter eandem causam voluit in propria secundum animam descendere ad inferna, vt illos bonos patres inde educeret.

Secundo Christus tunc egit opus maximæ iocunditatis & lętitiæ mirabilis, vtpote illis sanctis animabus cõmunicãdo apertã visionẽ suæ diuinitatis. Et tunc repleti sunt omnes iocunditate & gaudio inestimabili, fugitque ab eis omnis dolor & tristitia. Istud tamen sane est intelligendum, videlicet pro carentia visionis diuinæ. Et procidentes adorauerunt eum humiliter per ordinẽ, videlicet secundum dignitates suas: deinde coram illo stantes cœperunt cũ ingenti exultatione dicere illi. Bene veneris ad nos ò dignissime fili Dei patris atq; redẽptor. O quæ te vicit clemẽtia, vt ferres nostra crimina, crudelẽ mortem patiens, vt nos à morte tolleres. Inferni claustra penetrans, tuos

captiuos

captiuos redimens. Surge ergo modo à mortuis uicto triumpho nobili. Insuper ibi non deerat multitudo ingens Angelorum Deum laudantium, & dicentium gloria in altissimis Deo, sæpe adiungentes, Alleluia. O igitur, quàm dulce, & quàm iocundum erat talem iubilationem audire. Tunc ergo portis inferorũ confractis, & diabolo magno alligato, accepit dominus noster Christus cum tripudio, & iubilo dictos sanctos patres ab inferis, & tenebrarum locis eos educens, & ante ipsos cum gloria & triumpho lætus præcedens, & tandem posuit eos in paradiso deliciarum, & voluptatis, qui est ad orientem in extremis maris, & hoc ad tempus breue. Nam in die Ascensionis cum eo pariter in cœlum conscenderunt, iuxta illud Dauidicum verbum in Psal. Ascendens, supple Christus in altum captiuam duxit captiuitatem.

Tertio Christus descendens in infernũ egit opus maximæ potentiæ. Tũ portas æreas, & vectes ferreos confringendo. Tũ insatiabilem homicidam satanam catenis mirabilibus in inferno alligando. Tũ tantam multitudinẽ sanctorum animarum virorũ ac mulierũ inde educendo. Vnde ad hoc propositum loquens August. in ser. huius diei dicit sic. Confestim Christo descendente siluit stridor lugentium, dirupta ceciderunt vincula damnatorum, attonitæ mentes obstupescunt tortorum, omnisque simul impia officina contremuit. Quisnã est inquiunt iste terribilis, & niueo splendore coruscus? Nunquã certe talem noster excepit tartarus. Nunquã in nostram cauernam talem euomuit mũdus. Inuasor est iste non debitor, effractor est non peccator. Iudicem videmus non supplicẽ. Pugnare venit non succumbere, eripere nõ manere. Perijt potestas illa cũctis semper formidata populis. Nullus sub sede nostra captiuus palpitat, sed quod est gemendũ insultat. Nulli iam resonant eiulatus, omnis gementiũ obmutuit gemitus. Mox igitur Christus in ipsos crudeles pœnarum ministros aciẽ dirigit, atque implacabiles turmas framea diuina concidit. Tristes

igitur diuturnoque squalore lugentes turbæ populiq; vexati concurrũt, & ad pedes Saluatoris sui volutãtur dicentes. Redemisti nos cruce tua, eripe mortuos morte tua. Dum hic es absolue reos, dum ascenderis defende tuos. Dum hic es vniuersa claustra soluantur, dum ascenderis non claudantur. Post auditas igitur preces, post compositas leges, post demersos alta fossa voraginis tortores, iudex noster ab inferris laureatus exiuit, sed & læta cũ principe suo omnis beatorum turba processit. Recedat igitur ad stadium suũ triumphator iterum uiuus, vt nouerit omnis mundus, quia redijt ab inferis dominus Christus. Hæc August. vbi supra.

Notandũ ergo ꝙ tunc multæ figuræ pariter & prophetiæ impletæ sunt. Nã tunc verus Sanson moriens hostilẽ exercitum prostrauit, & agnus sine macula in sanguine testamenti, sui de lacu in quo non erat aqua vinctos eduxit. Tunc Angelus Loth cum suis de Sodoma eripuit, & nepharios igne sulphureo inuoluit. Tunc Angelus Aegyptũ deuastauit, & filios Israel inde liberauit. Cum ergo fortis armatus custodiret atriũ suum, idest limbũ, Christus fortior superueniens atrium suũm intrauit, & ipsum per cruce suã demergens alligauit. Istud Bananias olim in figura demonstrauit, qui ad Leonẽ in cisternã intrans, cũ virgo sua ipsum prostrauit. 1. Paralip. 11. Sic Christus intrauit in infernũ ad diabolum, & per virtutẽ sanctæ crucis suę prostrauit ipsum. Per fotissimum etiã Sansonem Christus fortissimus designatur, à quo infernalis Leo, idest diabolus superatur, & potentia sua priuatur, & tunc homo est liberatus de captiuitate diabolica, quæ olim fuit per captiuitatem Aegyptiacam præfigurata. Similiter filij Israel oppressi in Aegypto â Pharaone clamauerunt ad dominum pro sua liberatione, & misertus dominus liberauit eos de captiuitate, & dura seruitute, ita & sancti patres à principe tenebrarũ detenti, clamauerunt ad ipsum dominum pro sua liberatione,

tione,& misertus illorum inde adduxit eos. Sed quid putas indicibilis & inexcogitabilis amaritudinis, atque inconsolabilis doloris, immo æternæ dānationis accidit remanentibus in igne inextinguili, verme immortali, tenebra palpabili, morte infinibili? Heu vę illis miseris, quibus datum est hoc experiri. Extractis ergo sctīs illis patrib. de loco tenebrarū, eos eduxit Xps cum exultatione mirabili ī paradisum voluptatis, vt dictum est. Et facta cum eis ibi aliqua mora, & similiter cum Helia & Enoch ipsum recognoscentibus, & exultantibus dixit eis, quia tempus esset vt iret ad excitandum & reassumendum suū corpus dignissimū. Qui omnes procidentes adorauerunt eum, rogantes, vt cito rediret, quia corpus suum gloriosissimum videre plurimum affectabant. Patet ergo quid Christus in limbo egerit. Non ergo in vanum illic descendit. Ipsum itaque humiliter deprecemur, vt tandē nos participes efficiat illius sanctæ multitudinis, & gloriosæ societatis, quam inde eduxit, & quam secum cęlum ascendens pariter sursum vexit, vbi in æterna gloria permanet. Quam nobis ipse idem concedere dignetur. Qui &c.

IN DIE SANCTO PASCHAE SER. I.



Aria Magdalenæ, & Maria Iacobi & Salomæ emerunt aromata. Mar. 16.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS .ff. ad legem Rhodiā de iactu.l. deprecatio allegās iurisconsultū Volusiū metianū. Et similiter. C. de quadrienij præscriptione.l. bene a Zenone. dicit, ꝙ Imperator est dn̄s totius mundi. Sic tn̄ est dn̄s totius mūdi, ꝙ non rerū singulariū, vt dicit quidā gl. Vel dic, ꝙ est dn̄s omniū rerū tanq̄ director aut cōseruator. Vel forte q̄a in casu extremę necessitatis potest accipere, & exponere bona subditorū ꝓ vtilitate reipublicæ, pōt poni casus de facili

cili,& præsertim de Impe. Federico patre moderni imperatoris, cui nomen est Maximiliano. Hic.n.cũ de nouo ingrederetur aliquã ciuitatem imperij,& illi offerrentur munera, solitus erat respõdere offerentibus,& dicere, grates de nostro. Ecce quomodo reputabat se dominu omnium rerum subditorum suorum.

Moraliter. Summus imperator respectu cuius reges terræ non sunt nisi reguli & vasalli, est dominus noster Iesus Christus, in cuius rei signum eo nato reges orientales venerunt cum muneribus adorare eũ. Matth. 2. quasi facto,& opere protestantes se vasallos illius. Nam ille fecerũt homagiũ de corporibus suis, quia adorauerunt eum. Item de rebus suis & bonis, quia obtulerunt ei munera prætiosa, videlicet aurũ, thus,& myrrham. De isto Imperatore cõstituendo loquebatur Ps. cũ dicebat Deo patri. Da imperiũ tuũ puero tuo. Hujus etiã Imperatoris tanta est potestas, ꝙ vt dicitur Matth. 8. Venti & mare obediunt ei. Fuit aũt iste Imperator in principio imperij sui, i. in hac vita valde pauper, adeo ꝙ non habebat vbi caput suũ reclĩnaret, vt habetur vbi supra. Post resurrectionẽ tñ suã acquisiuit maximũ dominiũ,& imperiũ super multa. Primo quidẽ super infernũ, carceratos illius soluẽdo, & captiuos inde liberando. Secundo vero super oẽs dæmones, illorũ potestatẽ alligando. Tertio super mortẽ, de illa gloriose per suã resurrectionẽ triũphãdo. Quarto super custodes sepulchri, illos inde exiens exterrendo. Quinto super cœlũ ipsum aperiẽdo. Ecce quã mirabilis, & quàm vniuersalis fuit huius Imperatoris potestas, ita vt diceret Matt. 28. Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Qui ergo ante passionem dicebat Pilato, regnũ suũ non esse de hoc mundo, post passionẽ, hoc est in sua iocunda resurrectione, factus est dominus totius mundi. Bene ergo de potestate, quã resurgendo accipit iste gloriosus Imperator super omnẽ creaturã, & signanter suo imperio rebellantẽ, loquitur psal. dicẽs Exurgat Deus & dissipentur inimici eius. Pro quo notandũ, ꝙ dictus

Psalmus

Psalmus saltē quo ad suum principiū recte exponi potest ad literam de Christi resurrectione, de qua secutæ sunt tres maximæ vtilitates, siue tria maxima bona, quæ in dicto Psalmo tanguntur, quæ sunt, Confutatio aduersariorum Exultatio deuotorum, Laus vniuersalis omnium

Primo igitur in prædicto Psalmo tangitur confutatio aduersariorū, cum dicitur. Exurgat Deus & dissipētur inimici eius, vsq; ibi. Et iusti æpulentur. Pro quo notādū quòd Christus habuit quatuor genera aduersariorū. Primi fuerunt iudæi, qui mortem eius procurauerunt & linguis suis eum occiderunt. Secundi fuerūt milites Romani, qui sepulchrum custodierunt. Tertij dæmones, qui in cor Iudæ traditionē magistri sui immiserunt, Quarti peccatores, qui gratię eius restiterunt. Eo igitur à mortuis hodie resurgente, Primi aduersarij, s. iudæi dissipati sunt. Non quidē statim, sed post 42. annos. Nā cū tanto tēpore eos expectasset ad pœnitentiā Christus, videns eorum obstinationē, finaliter dissipauit eos per Titum & Vespasianum, pariter & ciuitatem eorum per prædictos destruxit. Nēpe tūc multi peierunt fame, alij gladio, alij seipsos necauerūt, alij pretio venditi sunt, & hincinde dispersi. Bene ergo ista præuidens in spiritu prophetico Psal. ait Exurgat Deus id est exurget Deus, quo supple exurgente dissipentur id est dissipabuntur inimici eius, s. iudæi. Et notanter dicitur Exurgat Deus potius quā exurgat homo, quia etsi sola humanitas in Christo de per se ceciderit in cruce per mortē, quia tamē non potuit à mortuis resurgere se, sed solū virtute diuinitatis cui vnita erat, ideo dicitur. Exurgat Deus. Secundi aduersarij Christi, scilicet milites custodientes sepulchrū dominicū, ne scilicet discipuli furarētur corpus magistri sui ipso Christo resurgente similiter dissipati sunt. De quibus etiam potest intelligi quod subditur. Et fugiāt qui oderūt eum à facie eius. Hoc aūt fuit qñ p̄ timore Angeli reuoluentis lapide ab ostio monumenti, cuius etiā aspectus erat sicut fulgur, & vestimēta sicut nix exterriti

territi sunt custodes & facti sunt velut mortui. Tandē autem surgentes è terra fugerunt in ciuitatem Hierusalem, & nunciauerunt principibus sacerdotum omnia, quæ facta fuerant, vt habetur Matt. 28. Bene ergo dicit Psal. Exurgat Deus, & fugiant, qui oderunt eum à facie eius. Non est tamen intelligendum, q dicti custodes viderint Christum resurgentem, sed quòd signo sensibili hoc perceperunt, vtpote per terræmotū. Item per lapidis reuolutionem subitam absque manibus hominum. Item per angelicum fulgorem. Tertij aduersarij Christi scilicet dæmones; eo resurgente, subito euanuerunt. Et de talibus subdit Psal. vbi supra, di. Sicut deficit fumus, deficiant, idest deficient. Modus autem quo deficit fumus exiens de camino, est, quòd ad modicum ventum hincinde dispergitur, & totaliter euanescit ab oculis hominum. Ita in proposito Christo resurgente, dæmones sentientes se victos fugerunt à facie eius, secundū q ipsemet Christus prædixerat Io 12. di. Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Item de hoc longe ante prophetatum fuerat, videlicet Abacuch 3. Egredietur diabolus ante pedes eius. Quarti aduersarij Christi sunt peccata. Nam, vt habetur. 2. Cor. 6. Non est participatio iustitiæ cum iniquitate, neque societas luci ad tenebras, neque conuentio Christi ad Belial. Ecce quomodo peccata aduersantur Christo. Sed eo resurgente in corde veri pœnitentis per gratiam, totaliter dissipantur, & exterminantur, atque subito defluūt. Et hoc est, quod subdit psal. vbi supra, dicens. Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Pereūt enim peccatores à facie Dei, hoc est ad præsentiam gratiæ eius, sed vtiliter, quia quo ad culpam, & in eo, q peccatores sunt, pereunt, qui tñ per gratiam viuere incipiunt. Vult ergo dicere Psal. q sicut cera fluit, & resoluitur ad pręsentiā ignis materialis, ita ēt peccata fluunt, & resoluuntur ad pręsentiā Dei, & ignis charitatis. Patet ergo, quàm mirabiliter cōfutati sunt oēs aduersarij Xpi eo resurgēte à mortuis, siue resurgēte spūaliter in corde pęnitentis.

 Secundo

Secuudo in dicto psal.tangitur aliud bonum consequens Christi resurrectionem, quod est exultatio deuotoru Christi fidelium, cum subditur. Et iusti æpulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. Tria ergo tangit, & dicit Psal. Primo.n. insinat, qui sunt digni sacra communione, & participatione corporis, & sanguinis Dñi, cùm dicit, Iusti epulentur. Non.n. debent peccatores in hoc sanctissimo die Paschæ æpulari in mensa dñi. Quinimmo, qui manducat supp. corpus Christi, & bibit eius sanguinem indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, vt habetur 1. Cor. 11. Propterea idem Apo. in epistola hodier. quæ scribitur 1. Cor. 5. nos admonet ad dignè accedendum ad altaris sacramentum, concludens, itaque epulemur non in fermēto malitæ, & nequitiæ, seu in azymis synceritatis, & veritatis. Ac si aperte diceret. Nullus pręsumat accedere ad mensam Dñi cū fermento peccati, seu cū azymis gratiæ, charitatis, humilitatis, & huiusmodi. Ecce quare dicit Psal. vbi supra. Iusti epulentur. Secundo idem Psal. insinuat modū, quē debent iusti obseruare cum accedere volunt ad mensam altaris, cum subdit, & exultent in conspectu Dei. Et notanter dicit in cōspectu Dei, potius, q̃ in conspectu hominū. Non. n. hodie incūbit Christi fidelibus exultare seu gaudere in cōspectu hominū, sicut pleriq; facere solent, & præsertim post cœnā euntes ad prata virētia, & huiusmodi multas insolentias facientes, & iā Christum in Galileā mittentes. Exultandum ergo tantum est in conspectu Dei, & hoc propter reuerentiā dñicæ Resurrectionis, Luc. 15. Gaudere, & lætari oportebat, quia frater tuus mortuus erat, & reuixit: perierat sup. Christus per mortē in æstimatione eum crucifigentiū, sed profectus inuentus est, & ideo gaudendū est. Tertio idem Psal. insinuat, quid sentire debent ad mēsam altaris accedentes, cum subdit di. & delectentur in lætitia, Eccles. 9. Comede in lætitia, supp. spirituali, panē tuum, hoc est Christi corpus, & bibe cum gaudio vinū tuū, i. sanguinē ipsius. Sed forsan dices, Hodie per Dei gratiam

tiam

riam comedi cum lætitia panē meū, id est Christi, corpus. Sed vinum, i. eius sanguinē non bibi. Sed attende, ꝙ cum Xpi corpus nunc gloriosè regnans in cęlo nō sit absque eius sanguine, nec econuerso, consequens est dicere, ꝙ comedēdo Christi corpus, etiā simul bibistis eius sanguinem, etsi non vi sacramenti, tamen per naturalem, & inseparabilem concomitantiam.

Tertio in prædicto ps. tangitur aliud bonum, quod debet sequi ad dominicam resurrectionē. & illud est laus vniuersalis omnium Christi fidelium, ideo subditur ibidē. Cantate, psalmum dicite nomini eius. Primum dirigitur ad viros ecclesiasticos, qui hodie & diebus sequentib. debent cantare Deo laudem in ecclesia de tanta, & tam iocunda resurrectione Iesu Christi. Secundum dirigitur ad laicos, qui debent psalmum, siue psalmos, si quos sciunt dicere ad honorē dictæ resurrectionis. Qui verò psalmum nesciunt saltem peregrinari debent, loca sacra his diebus visitantes, ideo subditur. Iter facite ei, id est peregrinamini, sup. ad honorem illius, qui ascendit super occasum, id est super mortem, gloriose de sepulchro exeundo, & resurgendo. Quis si quis quærat quod est nomen ascendentis super occasum, i. triumphantis de morte. Rñdet Ps. ꝙ dñs est nomen illi. Non autē dicit dominus talis vel talis loci, sed dñs sine addito, quia ipse est dominus vniuersorū. Iste est ergo magnus ille Imperator, de quo potest intelligi lex prędicta, ꝙ est dominns totius mundi. De cuius etiam gloriosa resurrectione agitur in præsenti euangelio.

SECVNDA INTRODVCTIO DE EPISTOLA.

Expurg. te ve. us fermentum 1. *Cor* 7.] Scribitur extra de hæreticis. c. excommunicamus, ꝙ infamis est inhabilis ad oēm dignitatē, & ad omne officium. Similiter scribitur de regulis iur. lib. 6. ꝙ infamibus portæ non patent dignitatum. Casus est talis, Sortes conuincitur peierasse solēniter coram iudice aut falsum scienter dedisse testimonium, aut aliquid aliud fecisse, vnde reputatur qs infamis scđm iura. Postmodū petit poni

in aliquo officio publico, vtpote quòd sit iudex, aduocatus, procurator, aut simile. Quid iuris in hoc casu? Certe non est admitendus ad aliquod prædictorũ officiorũ, quia vt dicit Inno. ca. I I I. in dicta decretali. Infamis est inhabilis ad oẽm dignitatem, & ad omne officiũ publicum. Ad idem est quod scribitur in maiori vol. 3. q 6. infamis. vbi dicitur, ꝙ infamis nec aduocatus, nec procurator esse potest. Idẽ etiã habetur dist. 71. c. tantis Daniel, vbi ponitur casus de quodam Ep̃o inhonestam vitam ducente, de quo mandat Papa quod perdat suam dignitatem pastoralem.

Moraliter. Nullus est tam infamis quo ad ecclesiam aut forum ciuilem, quantum peccator apud Deum, & ecclesiam triuphantem. Et ideo quilibet talis est inhabilis ad dignitatem cęleste, vbi homines assumũtur ad ordines angelorum. Item est inhabilis ad dignitatem quæ acquiritur per gratiam in præsenti. Item est inhabilis ad illã excellentissimam dignitatem, quæ hodie confertur deuotis Christianis in perceptione Sacramẽti altaris. Qui ergo cupit dignè ad mensam altaris accedere, abijciat à se infamiã peccati per cordis verã contritionẽ, & apertã oris confessionem. Sic. n. facere nos admonet Apost. in epist. hodierna, dicens, Expurgate vetus fermentum, i. antiqua & inueterata peccata, & consuetudines vestras pessimas, vt sitis noua cõspersio, i. puri & mundi in conscientia.

Pro Eadem Die Paschae De Euang.

Surrexit sicut dixit. Mar. vlt] Scribitur extra de pactis. c. qualiter, ꝙ studiosè agẽdũ est, vt ea q̃ ꝓmittũtur, opere cõpleãtur. Casus est talis. Sortes promisit Bertæ, ꝙ ducet eã in vxorẽ, & nullã aliã p̃ter eã. Postmodũ vult contrahere cũ quadã alia. Quo audito, Berta facit eum citari corã Officiali, allegans promissionẽ sibi factam. Quam si Sortes confiteatur, statim iudex dabit sententiam contra eum, quia vt dicit Grego. I X. in dicta decretali, ea quæ promittuntur, opere impleri debent.

Mo-

Moraliter possumus prædictam decretalem expone re dupliciter.

Primo quidem de quolibet vero pœnitente, piè enim credo, quòd omnes præsentes in hoc sermone tanquã memores suæ salutis promiserint tã Deo, q̃ cõ fessoribus suis, quòd amodo cauebunt sibi offensa Dei quantum patitur humana fragilitas, & status vitæ præ sentis: Item quòd satisfacient de commissis delictis. Similiter ꝙ fideliter implebunt, quæ distinxerunt la bia sua coram confessoribus suis, tã de pœnitentijs il lis impositis, quàm de restitutionibus, & reconciliatio nibus cum his quos verbo aut facto offenderunt, siue scandalizauerunt, quàm etiã deuotis per eos factis, & sic de alijs, ità vt merito quilibet Christianus dicere possit cũ Ps. Quæ procedunt de labijs meis, non faciã irrita. Ecce quomodo illa, quæ promittuntur ore, sunt implenda opere.

Secundo prædicta decretalis potest exponi magis ad propositũ diei p̄sentis, videlicet de resurrectione Chri sti. Olim.n. Deus promiserat per ora prophetarũ suo rum fideliũ loquens, ꝙ deberet incarnari, nasci, mori, & resurgere tertia die à mortuis, quinimmo ipse idem hõ factus dixerat discipulis suis secreto illud Matt. 20. Ecce ascendimus Hierosolymã, & filius hominis trade tur principibus sacerdotum, & scribis, & condemna bunt eum morte. Tandẽ sequitur. Et tertia die resur get. Hodie autem hanc promissionẽ efficaciter imple uit, quia surrexit sicut dixit, prout locutus est angelus mulieribus venientibus ad monumentũ, prout testatur euangelium hodiernum.

In hoc igitur euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet De sanctarum mulierum deuotione in principo euangelij. De angelica stupenda appari tione. ibi Et introeuntes &c. De apostolorum tristium consolatione. ibi, Sed ite &c.

Primò igitur fit mentio &c. Nã vt refert Marcus in præsenti euang. ipsa die resurrectionis Christi tres Ma riæ, videlicet Maria Magdalenę, Maria Iacobi. i. ma-

ter Iacobi minoris, quæ Maria Cleophæ appellatur, & Maria Salomæ, idest filia Salomæ, qui fuerit tertius maritus Beatæ Annæ. Emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Ecce pia sanctarum harum mulierum ad Christum deuotio. Quem enim in vita dilexerant, vtpote eum sequentes, de facultatibus suis eidem ministrantes, etiam mortuum dilexerunt, & ad sibi pro posse obsequendum se præparauerunt. Et illud est contra multos, qui alios non diligunt nisi quandiu sibi vtiles, & proficuos esse credunt. Quibus mortuis aut in aduersitate constitutis, non memorantur eorum amplius. Et hoc ad maximam ingratitudinem pertinet. Bene ergo loquebatur Ouidius lib. de tristibus, cum aiebat. Donec eris fœlix, multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila, solus eris. Econtrario autem de vero amico prouerb. 17. dicitur, & omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur. Sic enim egerunt tres amici. Iob circa eundem tribulatum, & angustiatum. De quibus legitur Iob. 2. quòd audita morte filiorum, & filiarum eius, venerunt pariter ad consolandum eum.

Moraliter istæ tres Mariæ designãt tres partes pœnitentiæ, quæ sunt cordis cõtritio, oris cõfessio, & operis satisfactio. Istę aũt tres Mariæ vngunt benedictũ Iesum, quia mitigant eius iram, & misericordiam ipsius simul prouocãt erga pauperes peccatores. Recte ergo dicit Virg. in buccolicis, q̃ numero Deus impari gaudet. Cõgruè aũt prædictæ tres partes pœnitentiæ vocantur Mariæ, eo q̃ debent esse valde amaræ. Et primo quidẽ de contritione patet per illud Thren. 2. Magna est velut mare contritio tua. Mare aũt amarũ est, sic & contritio amara esse debet. Secundo vero de cõfessione idem patet per illud Iob. 10. loquar in amaritudine animæ meæ. Tertio aũt de satisfactione patet idem per illud Apo. 18. Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date ei &c.

Sequitur in textũ. Et valde mane vna sabbatorũ, i.

prima die post sabbatum, quæ apud nos dominica dicitur, vt dicit glo. interl. veniunt ad monumentum orto iam sole.

Sed circa ipsius dominicæ resurrectionis mysterium videtur esse multiplex dissonantia inter quatuor euangelistas, vno dicente vno modo, & alio aliter. Quam quidem dissonantiam ad consonantiā reducere oportet, prout ipse dominus resurgens dabit.

Prima igitur dissonantia respicit tempus ipsius dominicæ resurrectionis. Matth. n. dicit mulieres venisse ad monumentum vespere. Nā c. 28. de hoc loquens ait. Vespere aūt sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalena, & altera Maria videre sepulchrum. Marcus vero in hodierno euangelio dicit eas venisse valde mane ad monumentum. Vespere autem, & mane venisse non cohæret.

Hanc autem dissonantiam soluit August. de consensu euangelistarum lib. 3. cap 24. dicens, quòd dictę mulieres secundum Matthæum dicuntur venisse vespere sabbati, dispositiue, siue præparatiue. Nam tunc licetet eis tunc operari, eo quòd claudebatur magnus dies festus iudæorum, qui incipiebat à vespera præcedente, & similiter terminabatur in vesperam sequentem, emerunt aromata ex quibus, confecerunt vnguenta ad vngendum corpus domini. Et per talem dispositionem, seu præparationem dicit Matthæus eas venisse vespere ad dominicum sepulchrum, quæ tamen non nisi mane lucente peruenerunt, vt dicit Marcus. Aliam autem solutionem dat idem August. ibidem dicens, quòd vespere sabbati apud Matthæum non debet accipi pro prima parte noctis, siue pro initio noctis, sed ꝓ ipsa nocte, in cuius noctis fine venerunt dictæ mulieres ad monumentum. Tantum ergo valet in proposito vespere sabbati, sicut nocte sabbati, id est nocte, quæ sequitur diem sabbati. Et quòd ita debeat accipi vespere sabbati in proposito, probat idem Augu. ex verbis ipsiusmet Matthæi dicentis. Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati Satis. n. constat quòd

ipsum initium noctis non lucescit in prima sabbati, i. post primam diem sequentem sabbatum, sed tantũ ipsa nox, quæ luce incipit terminari. Et sic patet, ꝙ non est dissonãtia, neque contrarietas realis inter Matthæũ & Marcum, quinimmo vterque verũ dixit, & eundem sensum habuit.

Secunda dissonantia videtur esse inter Marcũ, & Ioannem circa idem. Nam Marcus in pręsenti euangelio dicit mulieres ad monumentum dominicum orto iã sole. Ioannes autem dicit eas venisse cum adhuc tenebræ essent, vt patet Io. 20.

Sed hanc dissonantiam, & verbalem contrarietatem dissoluens idem August. vbi supra dicit, quod sol dicitur oriri dupliciter Primo quidẽ perfecte, cũ scilicet aperte videtur surgere ab oriente. Secundo vero imperfecte, quando scilicet cœlum à parte orientis incipit albescere, quod non fit nisi solis orientis vicinitate, quod auroram vocamus. Aurora autem cũ aliquid habeat de claritate solis, & aliquid de obscuritate noctis, potest vocari tenebræ, sicut eam in proposito vocat Ioannes. Item similiter potest vocari ortus solis, & sic hic eam Marcus appellat. Patet ergo, quòd nulla est dissonantia inter Marcum, & Ioannem Potest insuper dici, quòd dictæ mulieres exierunt de ciuitate cum adhuc tenebræ essent, quia valde mane, vt dicit Marcus. Sed quia cum quadam honesta grauitate incedebant, contra morem multarum mulierum ad peregrinationes euntium, potius æstimo causa solatii corporalis, aut alias, quàm gratia salutis animarum suarum. Ideo non mirum si dictæ sanctæ & deuotæ mulieres venerunt ad monumentum orto iam sole. Insuper aduertendum circa easdem, quòd cum vnà pergerent ad dictũ monumentum visitandum, reuocabant in via ad memoriam singulas pœnas, & afflictiones pij magistri sui. Vnde & in omnibus locis, in quibus speciale aliquid passus fuerat, ibi pausabant aliquanto tẽpore, genua deuote in terram flectentes, atque cũ magnis suspirijs, & lamentationibus

adin-

adinuicem dicentes quo ad primum locum. Hic obuiauimus ei cum cruce super collum, quando pia mater eius semimortua facta est. Deinde paululum procedentes dixerunt. Hic vertit se ad mulieres Hierusalem dicens illis. Filiæ Hierusalem nolite flere super me, &c. Consequenter vlterius incedentes dixerunt. Hic fatigatus crucem deposuit, & super isto lapide parum se appodiauit. Item hic fuit, vbi Iudæi crudeliter cum impulerunt, vt velocius ambularet. Et nota quòd in singulis locis pausabant, vt dictum est, & cum lachrymis terram osculabantur. Demum ad montem Caluariæ peruenientes, & crucem adhuc sursum erectam videntes, quasi torrentes deducebant lachrymas ab oculis suis. O cum quanto dolore huiusmodi crucē tunc amplexatæ sunt. O quot suspiria, & ciulatus tunc emiserunt. O quàm deuotè eam osculatæ sunt, dicentes. O crux aue spes vnica. O crux benedicta, in qua pependit saluator mundi. O prætiosum lignum in quo triumphauit rex angelorum, & hominum. Deinde surgentes, versus monumentum ire cœperunt. Non mirum ergo si iam ortus esset sol, cum ad huiusmodi monumentum venerunt, ex quo in via toties pausauerunt. Et sic patet non esse dissonantiam inter Marcum, & Ioannem.

Tertia dissonantia videtur esse inter euangelistas quo ad numerū deuotarū mulierū ad monumetū Xp̄i venientiū. Nam Ioannes non facit mentionē nisi de vna, videlicet de Magdalena. Dicit.n sic. 20. c. Vna sabbati, scilicet prima sabbati, Maria Magdalenę venit mane cum adhuc tenebræ essent ad monumentum. Matthæus autem facit mentionem de duabus, sic dicens. Vespere sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalenę, & altera Maria videre sepulchrum. Mat. 35. Marcus vero in præsenti euangelio facit mentionē de tribus, vt iam patuit. Lucas autem facit mentionem de pluribus, quàm de tribus. Nam 24 capitulo dicit, quòd vna sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum mulieres portantes, quæ parauerant

aromata.

aromata. Postea vero exprimit nomina corũ, di. Erat aũt Maria Magdalena, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cęteræ, quæ cũ eis erãt quæ venerũt ad apostolos nũciãtes hæc, s. q̃ viderant: & audierant in sepulchro dñico.

Sed hęc verbalis dissonantia faciliter solui potest, dicendo, ꝙ Ioan. qui tñ facit mentionem de vna muliere, videlicet de Magd. nõ ꝓpterea negat duas aut plures fuisse, nec similiter Mat. qui tantum facit mentionem de duabus, nec similiter Marc. qui tantum facit mentionem de tribus. Numerus. n. singularis non excludit pluralem, nisi addatur dictio exclusiua. Qui. n. dicit Sortem esse in ecclesia, non propterea excludit quoscunque alios. Nec similiter numerus minor excludit maiorem, nisi illud addatur. Item, potest dici, quòd frequenter vnus euangelista supplet, quod alius, vel alij breuitatis gratia omiserant.

Quarta dissonãtia inter euãgelistas videtur esse quo ad apparitionẽ angelicã. Nã Mat. dicit angelum lapidem ab ostio monumenti reuoluisse, & super eum sedisse, & sic à mulieribus visum fuisse. Marcus autẽ in hodierno euangelio dicit mulieres in monumentũ introisse, & ibi iuuenẽ, idest angelum in forma iuuenis à dextris sepulchri sedentẽ vidisse. Quomodo ergo ista duo simul stare possunt in veritate, scilicet, ꝙ idẽ angelus simul, & semel ab eisdẽ mulieribus fuerit visus intra monumentũ, & extra monumẽtũ? Insuper Matth. & Marcus loquuntur tantum de vno Angelo. Lucas vero, & Io. asserunt duos apparuisse, vnum quidẽ ad caput, aliũ vero ad pedes. Hoc. n. expresse dicit Io. Et ita videtur aliqualis dissonantia inter euangelistas.

Sed hanc verbalẽ dissonantiã soluit August. de consensu euangelistarũ vbi supra dicens quo ad primũ, ꝙ potuit fieri, quòd angelus aperiens monumẽtũ dñi, reuoluerit lapidẽ, qui claudebat ipsum monumentũ intra dictũ monumenti. Maxime cum ipsum monumentũ esset aliquantulũ spaciosũ ad intra, & cõcauũ, vtpote înter cõtinẽs dñicũ sepulchrũ. Quo quidẽ lapide reuoluto, tũc sup eũ sedit angelus, vt dicit Mat. Ex quo patet

ꝙ di-

ꝙ dictus angelus simul erat intus, & extra. Intus quidē quo ad monumentum. Extra autē quo ad sepulchrum. Potest etiam dici, vt dicit ipse Aug. vbi supra duos angelos ibi apparuisse. Vnum quidem sedentem super reuolutum lapidem, de quo meminit Matthæus, tacens de alio apparente à dextris sepulchri in veste candida, de quo Marcus meminit, tacens de primo. Ex quo patet nullam esse inter Matthæum, & Marcum dissonantiam. Quo autem ad aliud, videlicet quo ad angelicā apparitionem, in quo videntur dissonare Matt. & Mar. à Luca & Ioanne, sic eos concordat Aug. vbi supra, videlicet de cōsensu euang. lib. 3. c. 24. dicens, ꝙ illi duo angeli visi à mulieribus, vt commemorat Lucas, commemorati sunt sigillatim à Matthęo, & Marco, vno quidem loquente de vno, & alio de alio, vt prius patuit. Vel ponendo, quòd fuerit idem angelus quem commemorat Matthæus & Marcus, vt dicit alia opinio, tūc oportet dicere tres Angelos ibi apparuisse. Vnum quidem sedentem super lapidem secundū Mathæum, & hoc à dextris sepulchri secūdū Mar. Deinde alios duos stantes, vnum quidē ad caput, alium autē ad pedes, qui similia verba dixerūt mulieribus in virtute, sicut prior angelus. Ille enim dixit, Scio quòd Iesum quæritis Nazarenū crucifixū. Rusurrexit non est hic. Iste autē dixerunt. Quid quæritis viuentē cum mortuis? Nō est hic, sed surrexit. Similia ergo hi duo angeli dixerunt mulieribus cū priori ad exhortandū animum earū, & ædificandum fidem, vt dicit Aug. Sed forsan dices iterū esse dissonantiam inter Lucam, & Ioannem. Nam Lucas describit prædictos duos angelos stantes. Io. autem sedentes. Sed ad hoc dicit idem August. vbi supra, ꝙ neque plene sedebant, neque similiter plene stabant. Sed taliter surrexerunt ad aduentum sanctarū mulierum, vt etiam stantes viderentur. Patet ergo nullā esse realem dissonantiam inter quatuor euangelistas circa mysteriū dominicæ Resurrectionis, si recte intelligantur, & diligente habeant interpretem. Et hoc quidē non immerito, quia vt dicit Aug. ad Hier. epist. 9. scribens.

scribens. Si ad scripturas sanctas admissa fuerint velut officiosa mēdacia, nihil in eis remanebit auctoritatis.

Moraliter circa illud prædictum verbum præsentis euangelij. Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum: notandum, ꝙ per monumentum intelligitur memoria mortis. Vnde monumentum secundu Aug. lib. de cura pro mortuis agenda, dicitur quasi monens mentem. Illi ergo valde mane veniunt ad monumentum, qui tempestiue, & quā primum incipiūt habere plenum rationis vsum, recogitant se morituros, & ponunt iugiter mortem coram oculis suis, vt sic facilius retrahantur à peccatis suis. Propter quod scriptura vnumquemque admonet, dicens Eccl. 7. Memorare nouissima tua, & in &c. Item Hier. 3. par. epist. suarum, epist. 85. Non facile, inquit, in peccata labitur, qui se cogitat moriturum, & Deum sibi fore iudicem non ignorat. Sed dices, inquit Sen. ad Lucillum epis. 1. molestum esse mortē ante oculos semper habere. Sed noueris, inquit, quoniam tam seni ante oculos debet esse, quàm iuueni. Nota quomodo antiquitus quā primū quis creabatur in imperatorem, lapidarius ad hoc deputatus ad eū accedebat, illi offerens varia genera lapidum marmoreorum vt eligeret de quo genere vellet sibi sepulchrū ædificari. Hoc aūt, vt arbitror, fiebat, vt sic Imperator semper haberet mortis memoriam. Fertur ēt de Ludouico XI. huius nominis quondā Rege Franciæ, ꝙ vita comite fecerit sibi fabricari sepulchrū apud ecclesiam diuæ Mariæ de Clerio, ad qđ interdum intrabat, & ibi aliquantulum quiescebat. Hac reor de causa, vt recognosceret se moriturum. Bonum est ergo valde mane venire ad monumentum.

Sequitur in tex. Et dicebant adinuicē. s. prędictæ mulieres. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Erat quippe magnus valde. De quo ēt fertur, ꝙ vix poterat moueri à 20. hominibus. Sed mirum est quod prædictæ mulieres ita audacter venerunt ad monumentū, & quod non timebant ibidem inuenire milites custodientes sepulchrum. Item mirum est, ꝙ non

timebant ibidem inuenire milites cũstodientes sepulchrum. Item mirum est, q nō timebant infringere sigillum Pilati, quod fuerat illic appositum. Respōdeo, certe vis amoris ad magistrum suũ Christũ non sinebat eas de talibus cogitare. Nam amor modũ nescit. Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem, s. ministerio angelico. Et nota, q hic est quæstio de lapide qui claudebat non sepulchrum, sed ostium monumenti, super quem reuolutum angelus sedit, vt dicit Matt. Hic possem multa dicere de reuolutione lapidis, tam in sensu mystico, quàm morali, quæ breuitatis causa pertranseo. Et sic patet de primo.

Secundo principaliter in præsenti euãgelio fit mentio de mirabili, & stupenda apparitione angelica, cum subditur. Et introeuntes in monumentum. glo. interli. idest in domum rotundam, quæ erat excisa in petra, viderunt iuuenem, idest angelum in specie iuuenis, qui potius apparuit in tali specie, quàm in specie & forma senis, vt ostenderet iocundam, & floridam ætatem, in qua resurgent iusti in die iudicij, sedentem in dextris, glo. ord. ad meridianam partem loci illius, in quo positum fuerat corpus Iesu. Corpus enim Christi in sepulchro iacens supinum, habebat caput ad occasum, & pedes ad orientem secundum Lãdolphum. Ex quo tempore, inquit, consuetudo excreuit Christianorum ad hanc similitudinem corpora defunctorum sepelire. Ex prædictis infertur, quòd corpus Christi in sepulchro iacens habebat dextram versus austrum. Sequitur. Coopertum stola candida, idest alba candente propter gaudium resurrectionis, & obstupuerũt, supple prædictæ sanctæ mulieres, & hoc præ admiratione tantæ visionis. Quia vt habetur Matth. 28. erat aspectus illius angeli sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix.

Moraliter, in stola cãdida apparuit tunc angelus ad designandũ puritatem vitæ, quã post baptismũ quisq; debet obseruare, & similiter post spirituale resurrectionem à morte culpæ. Vnde can. 5. dicit anima deuota.

Expoliaui

Expoliaui me tunica mea, deponendo scilicet veterem hominem cum actibus suis, quare induar illam? Quasi diceret, Non expedit redire ad vomitum. Ideo sequitur, Laui pedes meos, i. affectus, & desideria cordis mei, quomodo inquinabo illos? id est, nō expedit hoc facere. Da exemplum de paruulo, qui rediens de vico totus lutosus vsque ad zonam, mundatur quidem per matrem, sed cum minis, & terroribus de eo vapulando si illic redierit. Sic in proposito.

Sequitur in textu, Qui dixit illis, s. angelus mulieribus. Nolite expauescere, ecce angelica consulatio. Circa quod notandu, ꝙ in hoc cognoscitur bonus angelus a malo, quia bonus angelus in principio terret ex suo fulgore, in medio confortat ex sua allocutione, in fine lætificat ex immissa consolatione. Malus autem angelus econuerso in principio terret ex sua horribili voce, in medio decipit ex sua fallaci promissione, & in fine contristat ex subsecuta deceptione. Iesum quæritis, non qualemcunque, sed Nazarenum crucifixum. Quæstio est, quare angelus addidit crucifixum Respondeo. Vt ostenderet fidelibus non tantū debere gaudere istis diebus de dominica resurrectione, quinetiam ad memoriam sæpe reuocent dolorosam eius passionem & mortem, dicente scriptura Eccle. 11. In die bonorum non immemor sis malorū. hinc est quòd istis sanctis diebus paschalibus ecclesia sæpe recolit dominicam passionem cum iocunda ipsius resurrectione, vt videre est in officio ecclesiastico. Surrexit non est hic, Greg. hom. 21. Non est hic per præsentiam carnis, qui nusquam deest per præsentiam maiestatis. Ecce locus vbi posuerunt eū. Adhuc enim in sepulchro erant lintheamina, & sudarium in sinum, ꝙ ibi fuerat Dominus. Sic etiam in multis claustris quæ sunt quasi sepulchra, reperiuntur lintheamina, & sudarium, id est habitus exterior religionis, quamuis non semper secundum formam regulæ, & secundum traditionem antiquorum patrum. Ibi tamen non reperitur dominus, quia inde surrexit propter malam, & disso-

dissolutam vitam inhabitantium ibi. Ideo Angelus dicit mulieribus, i. personis zelosi, vt vadant ad discipulos Christi, & ad Petrum, idest ad maiores ecclesiæ Prælatos, etiam vsque ad Papam, si opus fuerit, & dicant eis, vt apponant remedium in nomine Domini, quia plerunque in talibus monumentis, & locis simul ruunt muri, & mores.

Quæritur circa præcedētia, quare Christus in sepulchro reliquit lintheamina, & sudarium. Quare autem ita sit, patet per textum Ioan. 20. vbi dicitur, ꝙ cum Petrus introisset in monumentum, vidit lintheamina posita, & sudarium quod fuerat super caput Iesu non cū lintheaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum, id est bene plicatum.


Responsio, ita factum est duplici de causa. Prima est vt ostenderet Christum veraciter resurrexisse ad statū gloriæ consummatæ, ad quam quicūque peruenit corpore & anima, nō vltra indiget terrenis, & caducis vestimentis, maxime cū sufficiēter induatur vestibus gloriæ. In cuius rei signū dum Helias deportaretur in paradisum terrestrē, reliquit pallium suū seruo suo Heliseo. 4. Reg. 2. Si ergo ita sit, ꝙ habitantes in paradiso terrestri non egeant vestibus terrenis, quanto magis habitātes in paradiso cœlesti? Et si dicatur verecundū esse videre hominē nudum, negatur, præsertim in cœlo vbi nullus est aspectus inordinatus, nec esse potest. Si. n. primi parentes quādiu steterunt in statu innocētię, non erubuerūt videre se nudos, quanto minus erubesunt beati in cœlo cū post generalē resurrectionem mutuo se conspicient nudos? Secunda causa est moralis, vt. s. ostenderet Christus, ꝙ spiritualiter resuscitati à morte culpæ, debeant omnino relinquere veterem hominem cū omnibus actibus suis vt habetur Ephe 4. Practica istud de assuetis ad aliqua vitia tam carnalia, quàm spiritualia. Et nota, ꝙ lintheamen quo inuolutū fuit corpus Christi in sepulchro, nunc requiescit honorifice apud Chamberiacum Sabaudiæ oppidum. In cuius rei signum dum deplicatur, in eo videtur lineamenta

ſunt videlicet quo ad Deū, & quo ad homines. Et illud eſt contra multos, qui poſt paſcha habent eccleſiaſticos etiam proprios curatos, & confeſſores in deriſum, dicentes, poſt Paſcha murenulas ſiue Lampredas, & ſacerdotes eſſe cordatos. Secundo vt illi conferret audaciam redeundi ad conſortium aliorum apoſtolorum. Nam vt dicit glo. ordinaria ſuper Marc. allegans venerabilem Bedam. Niſi angelus Petrum nominatim exprimeret, quo magiſtrum ſuum ter negauerat, inter diſcipulos venire non auderet.

Tertium dubium eſt, quare angelus non conſtituit diem certum quo ad Chriſti apparitionem ſicut cōſtituit locum certum dicens, mulieribus, quod dicerent diſcipulis eius, quod præcederet eos in Galilæam, & quod ibi eum viderent. Reſponſio. Ad inſinuandum quod corpus glorificatum eſt extra tempus, non autem extra locum. Vnde tempus poſt hanc vitam perit, iuxta illud Apocalipſ. 10. Tempus non erit vltra. Locus autem non perit.

Miſtice notandum, ꝙ Galilæa tranſmigratio interpretatur: per hoc ergo, ꝙ Dominus in Galilæa videndus erat, deſignatur, ꝙ ſoli illi eum videbunt facie ad faciem, qui migrant de vitijs ad virtutes, & de bono in melius. Vnde poſtquam Pſ. dixiſſet de iuſtis, ibunt de virtute in virtutem, mox ſubiunxit dicens, Videbitur Deus Deorum in Sion, i. in cœlo. Ambulemus ergo chariſſimi poſt Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, imitantes eius veſtigia in præſenti, vt tandem poſſimus eſſe participes ſuæ reſurrectionis glorioſæ, & ipſum nude & clare videre in cœleſti gloria. Quam nobis concedat &c.

PASCHAE, IN QVO DEDVCITVR EVANGELIUM, sed aliter quàm in praecedenti sermone.



Aria Magdalenæ & Maria Iacobi & Salomæ emerunt aromata. &c. Mar. 16.

LEX IMPERIALIS. ff. de legibus .l. princeps. allegans iurisc. Vlpianũ, dicit ꝙ princeps legibus solutus est. Casus est talis. In aliqua ciuitate statuitur lex, siue edictum, ne post horã vnã noctis aliquis vagetur ꝑ ciuitatẽ, saltem absq; causa vrgente, aut absque lumine. Alias quicunq; fuerit deprehensus, detrudetur in carcerem, sicut fieri solet Parisius propter abusus, & insolentias cõpescendas. Accidit autem regem esse præsentẽ Parisius, ex cuius consensu forte factum est prædictum edictũ, qui post prædictã horam vagatur per ciuitatẽ absque lumine. Nunquid ergo sic inuentus à clientibus noctis retrudetur in carcerem more aliorum? Certe non, quia vt dicit lex præallegata, princeps legibus solutus est.

Ad propositũ de mysterio Resurrectionis, princeps summus est Christus, qui est princeps regum terræ, vt habetur Apo. 1. Qui etiã de potestate sua loquens Matth 28. dicit sic, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: De eiusdem etiam dominio olim propheta uerat Ps. dicens, Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque &c. Hic itaque princeps quandiu vixit in hac mortali vita, voluit per omnia fratribus assimilari, & legem in omnibus obseruare. Vnde & quandoque dicebat se non venisse vt legẽ solueret, sed vt adimpleret Matt. 5. Nihilominus post suam gloriosam Resurrectionem bene voluit vti potestate sua, & auctoritate, ostendendo, ꝙ realiter non erat legibus subditus.

Pro quo notãdum, ꝙ triplex est lex, cui subijciuntur cæteri homines præter Christum.

Prima

Prima est, quæ dicit corpora humana post mortem debere corrumpi & incinerari. Et hanc legem statuit dominus post lapsum primi parentis, dicens, Puluis es, & in puluerem reuerteris, Gen. 3. Sed ab hac lege solutus fuit princeps noster Christus, cuius corpus etsi morti subiacuit, non tamen corruptioni seu incinerationi. Et hoc quidem ex specialissimo priuilegio, de quo in Psal. Non dabis sanctum tuum, corpus sup. videre corruptionem. Et certe non decebat tam sanctum tabernaculum diuinitatis, & quod ab ea tanquam balsamo repletum fuerat, vt in puluerem more aliorum corporũ reuerteretur, quin potius debuit quadam singulari prærogatiua insigniri, & cito per resurrectionem reparari.

Secunda lex est, quæ dicit, humana corpora non reparanda ante generalem omnium resurrectionem, de qua scribitur Iob 19. in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea. Sed ab hac lege similiter fuit solutus prĩceps noster Christus. Non. n. decebat vt ipse differet suã gloriosam resurrectionem vsque ad illam generalem, quæ futura est, & communis omnibus bonis, & malis, & quæ fiet in fine seculi. Et hoc propter tria, siue ex parte trium.

Primo quidem ex parte sui. Nam viuendo & patiendo meruerat accelerationem resurrectionis sui corporis, aliàs dicere potuisset illud Ps. Quæ vtilitas in sanguine meo. i. vtilitatem assecutus sum vltra cœteros homines moriendo in cruce, dum descendo corruptionem, i. si oporteat corpus meum more aliorum corrũpi, & non glorificari ante corpora cæterorum electorum, tunc nullum aduantagium habeo vltra cæteros homines. Nunquid confitebitur tibi puluis? quasi diceret, Nũquid impulueratio, & incineratio corporis mei si tñ cõtigerit illud incinerari, erit materia & occasio cęteris te laudandi, & magnificandi? q. d. non: aut nunquid dicta incineratio annunciabit veritatem tuam? qua supp promisisti mihi tertia die resuscitari corpus meum? q. d. nõ: quia ergo Deus pater resuscitauit filiũ

ſuum Chriſtum tertia die, ideo ipſe Chriſtus de tanto beneficio magnificas eū ait. Audiuit dominus; ſupp. pater planctu meū ſuper tarditate reſurrectionis corporis mei, & miſertus eſt mei, ipſum corpus meū cito reſuſcitando, & miſerias ab eo propellendo, dn̄s ſup. pater factus eſt adiutor meus, i. in mea reſurrectione, & inferni ſpoliatione. deinde de tanto beneficio gratias agens Chriſtus Deo patri, & ſe conuertens ad illū. ait. O pater mi certe non conuertiſti planctum meū in gaudiu mihi. Quaſi diceret. cōuertiſti plactū quo me plangebant apoſtoli, & mulieres atq; cęteri credētes, in gaudiū, ſecundū, ꝙ illis promiſerā Io. 16. dicens vos contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiū. Sequitur. Concidiſti, tu inquam pater in reſurrectione mea, ſaccum meū, i. copus meum. Huiuſmodi. n. ſaccus fuerat ſciſſus in multis locis in paſſione, videlicet in pedibus, manibus, latere, capite, & quaſi per totū in flagellatione, ſed concidit ipſum Deus pater ipſum re integrando, etiam pulchrius, quàm prius in ſua glorioſa reſurrectione, Nec tantu, inquit Chriſtus patri, concidiſti ſaccum meum in reſurrectione mea, verumetiā tunc circundediſti me lætitia, ſupple in educēdo ſanctos patres de limbo, & illos mecum in cœlum deducē do, quod eſt mihi materiæ magnæ lætitiæ. Iſtud autē tu pater mihi feciſti, vt cantet tibi gloria mea, i. vt gloria reſurrectionis meæ ſit cauſa quare tibi cantetur ab eccleſia te ſuper hoc laudante, vt non compungar, i. vltra non ſentiam dolorem alicuius paſſionis. Ro. . Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Demū Chriſtus concludens dicit ſe pro his omnibus laudaturū Deū patrē di. Dn̄e Deus meus in æternū confitebor tibi, i. laudabo te. Ecce quare non decebat Chriſtū differre ſuam reſurrectionem vſque in finem ſeculi ex parte ſui.

Secundo hoc idem non decebat ex parte noſtri. Tū primo, quia niſi ipſe primum reſurrexiſſet, nō ſperaſſemus nos reſurrecturos. Modo aūt quia credimus eū reſurrexiſſe, cōſequēter ſperamus nos reſurrecturos. Hic

Pau-

Paulus 1.Cor.15.ait Si Christus prædicat, quòd resurrexit à mortuis,quomodo quidā dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorū nō est? Tum secundo,quia cū credamus ipsum Christum verum Deum. & hominem perfectum, falsa fuisset fides nostra saltē ex parte humanitatis ipsius,si non cito surrexisset. Vnde idē Apost.vbi supra.Si inquit Christus non surrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides nostra. Tū tertio quia iā regnans gloriosè in cęlo ét in corpore & anima,ex hoc nos magis inflāmat ad amorē cœlestiū,& ad desiderium eorū,potius, q̄ si sola eius aīa ibi coronaretur, & corpus in sepulchro remansisset.

Tertio hoc idē non decebat ex parte iudæorum, & cæterorū aduersariorū fidei Christianæ. Tales nempe irrisissent Christianos colentes pro vero Deo omnipotenti illū,cuius corpus more aliorum putrefactum & incineratum fuisset, tanquam nō potuisset Christus ipsum resuscitare virtute suæ diuinitatis. Patet ergo quomodo Christus conueniēter accelerauit suā resurrectionem ante generalem omnium resurrectionem.

Tertia lex est, quæ dicit mortē amicorū diu lugendā.Et de hac lege scribitur Ecclesi.22. Super mortuum plora,deficit.n.lux eius.De hoc autē luctu legam habemus historiā Gen.vlt.vbi legitur,q̄ vniuersa Aegyptus fleuit mortē Iacob 70.diebus.Item Nom. 20.legitur,q̄ filij Israel fleuerunt mortē Aaron. 20.diebus.Similiter Deut.34.legitur,q̄ idē fleuerunt mortē Moysi 30.diebus.Rursum legitur 1 Mach.9.q̄ omnis populus fleuit mortē Iudæ Machabæi fletu magno, atque diebus multis.Sed ab hac lege fuit solutus princeps noster Iesus Christus,cuius mortē fleuerūt mater, Maria Magdalena,apostoli,ac cæteri eius amici breui tpe.q̄a solū p triduū. Nā ab hora mortis suæ vsq; in horā resurrectionis eiusdē Aug.nō assignat nisi ferme 40.horas.Quibus expletis, oēs pdicti gauisi sunt,aliq̄ citius,aliq̄ tardius, prout illis innotuit ipsa resurrectio. Quāuis ergo scd̄m ecclesiæ repsentatonē priceps noster Xp̄s mortem obierit fere sexta præcedente, hodie

tamen nos inuitat ob reuerentiam suæ gloriosissimæ resurrectionis ad gaudium, & spiritualem exultationem atque lætitiam, sæpe in officio hodierno, & diebus sequentibus repetendo illud verbum, Psal. Hæc dies, quam fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea. Item vt habetur Eccl. 3. Omnia tempus habent, tēpus flendi, tempus ridendi. Primum refertur ad dies præteritos. Secundum ad hanc diem omni lætitia plenam. Huic etiam verbo alludit illud Ps Ad vesperum sup. diei passionis Dominicæ, demorabitur fletus, & ad matutinum, scilicet resurrectionis dominicæ, lætitia. In cuius etiam figuram dixit pater filio suo seniori ſ. Gaudere, & æpulari oportebat, quia frater tuus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est, Luc. 15. Merito ergo debent deuoti Christiani hodie gaudere in domino ob reuerentiam resurrectionis eiusdē, qui diebus precedentibus defleuerunt amaro animo piam, & dolorosam ipsius mortem. Et ad hoc faciendū etiā nos admonent aues cœli. sicut sequens exemplum insinuat. Legitur enim in speculo exemplorū dist. 9. exēplo centesimo sexagesimo primo, quòd cum quidam Anglicus ex deuotione perrexisset in terrā sanctā, accidit, vt ī hebdomada sancta visitaret loca sancta, ī qbus Xps legitur aliquid insigne fecisse. Cumque sic deambulando transisset per quoddam nemus pulcherrimū, & vidisset ibi super ramos arborum aues pulcherrimas tanquam mortuas, interrogauit quendam saracenum, qui eū deducebat, quid hoc significaret. Cui ille. Certifico, inquit, tibi, ꝙ per totū annum in isto nemore est maxima copia auium suauiter modulantium. Sed in hebdomada Passionis, quæ Christus magnus Deus vester mortuus est, omnes vidētur quasi mortuę. At vero in dominica sequente quā vos Christiani appellatis die resurrectionis ipsius, oēs reincipiunt miro, & inaudito modo cantare, & quasi specialiter iubilare ob reuerentiā resurrectionis ipsius. O si aues creaturæ irrationales sic cōpatiuntur morti sui creatoris, & cōgaudent atque congratulantur pro modulo suo

suæ

suæ iocundissimæ resurrectioni, quãto magis nos, qui sumus creaturæ rationales, & Christi sanguine redempti, debemus compati eidem Christo morienti, & congaudere eidẽ gloriose à mortuis resurgenti? Ad quod etiam nos admonet ma er nostra ecclesia di. Hæc dies quam fecit dominus exultemus, &c.

Ob reuerentiam ergo præsentis solennitatis, quam pro sui magnitudine Greg. homi. 21. vocát solennitatem solennitatum, decreui cum Dei adiutorio secundo exponere præsens euangelium, sed sub alio stilo, quàm in pręcedenti sermone. Notandum ergo, ꝙ tres sanctæ illæ mulieres, quæ leguntur hodie venisse ad dominicum monumentum, vt vngerent benedictum corpus ipsius Christi, non venerunt solæ, sed habuerunt in suo comitatu sex pulcherrimas domicellas ipsi Christo acceptissimas, & quę tanguntur in hodierno euangelio. Hæ ergo fuerunt honesta societas, Aequitas, Prompta voluntas, Diligentia, Pia conferentia, Constantia.

Prima igitur domicella concomitans dictas mulieres vocatur honesta societas. quia Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Salomæ. O quàm honesta societas. Non enim secum adduxerunt mulieres mundanas, & vanas, cum ipsæ religiosæ, & honestæ essent.

Moraliter. Per hoc instruimur amare, & sequi sanctã societatẽ, & vitare prauam, quia vt dicit Psal. Cũ sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. propter quod Seneca ad Lucillum epist. 5. dat salubre cõsilium dicens, Conuersare cum his, qui te meliorem facturi sunt. Et poeta Cato. Cũ bonis ambula. Qui. n. bonã sequitur societatẽ, videt in alijs morũ honestatẽ. Audit etiam frequenter salutarem doctrinam, ex quibus multũ allicitur ęos imitari. Vnde Amb. lib de bono mortis c. 9 Qui inquit, bono adhæret, assumit inde quod bonum est. Propter quod legitur in vitas patrum de quodam nouiter ad pęnitentiã conuerso, qui interrogabat abbatem Pisonem, dicẽs. Quid facio animę meæ, quia insensibilis facta est? Ad quẽ pater, Vade

 inquit

inquit,& iungere homini timens Deum. Et cum illi inhæseris,doceberis, & tu timere Deum. Econtrario autem multum obest saluti sequi malos. sicut enim conuersans cum leprosis aut quibuscunque morbo cōtagioso infectis mille contra vnum tandem talis afficitur,ita in proposito. Vnde Hiero.3. par. episto. suarum episto.85. Plusquam,inquit, impossibile puto virum diutius in bonis permanere operibus, qui mala assidua conuersatione vtitur. Hoc patuit in principe apostolorum Petro, postquam ingressus est domū pontificis Caiphæ,Matth.26 Hoc etiam patuit in Dina filia Iacob,postquam sociauit se mulieribus Chananeorum Gen.34 O quot religiosi,& clerici, seculares, & laici mali effecti sunt ex frequentatione malorum. O quot suspensi,quot miserabiliter interempti, quot denique damnati extiterunt ex frequentatione peruersorum,& iniquorum? O quot puellæ hac occasione stupratæ fuerunt,& castæ mulieres.tandem hac occasione publicæ meretrices factæ sunt? Hortor igitur vos, qui hodie suscepistis veneratissimum altaris sacramētum,vt amodo vitetis malos,& sequamini bonos, exēplum sumentes in illis sanctis mulieribus,de quibus legitur in præsenti euangelio.

Secunda domicella comitatū tenens prædictis sanctis mulieribus dicitur æquitas iustitiæ,quia emerunt aromata,s.ex propria substantia, & non de rapina,aut de iniustè qualitercunque acquisitis.Fecerūt ergo iuxta sapientis consilium Prouerb.3.dicentis, Honora dominū de tua substantia Istud autem est contra multos, qui multa offerunt ecclesijs,& pijs locis,qui prius per fraudes, & vias obliquas acquisierant, credentes per talē modū placare Dei iram. Contra quos scribitur Prouerb.21.Hostię impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere Et Eccl.34.Qui offert sacrificium ex substantia pauperū,quasi qui victimat filiū in conspectu patris sui.Tales ergo in hoc Deo displicent vnde sibi falso existimant placere. Et vnde errore decepti sperant se consecuturum cœleste premium,indefectibiliter

ctibiliter assequuntur æternum supplicium. In cuius etiam rei signū legitur Leuit. 10. quòd egressus ignis à domino deuorauit duos filios Aaron, quia scilicet offerebant ei ignem alienum. O quantum istud ponderare habent publici vsurarij, & raptores populi, quorum multi malunt eleemosynas facere, quàm aliena restituere. Cum tamen dicat Augu. quòd non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum.

Tertia domicella dicitur prompta voluntas bene operandi, quæ notatur cum dicitur, vt venientes vngerent Iesum. Non enim dicitur, quòd istæ sanctæ mulieres fuerint à quocunque monitæ seu inuitatæ, aut tractæ ad hoc tam sanctum, & pium opus faciendum. Proprio ergo motu venerunt ad sepulchrum Domini, vt vngerent corpus ipsius. Et per hoc moraliter instruimur spontaneè seruire domino, siue pœnitentiam agendo, siue eleemosinas faciendo, siue quodcunque bonum opus peragendo. Vnde Psal. Voluntarie, inquit, domino sacrifica tibi. & Aposto. 2. Corint. 8. Si voluntas prompta est, accepta est. O vtinam istud bene notarent illi, qui non confitentur in quadragesima nisi quando vident, quòd non possunt commodè vlterius retrocedere. Neque etiam in infirmitate, nisi quando vident, aut ab alijs audiunt, quòd factum est de vita eorum. Nec similiter restituunt aliena, nisi quando moriuntur. Tales ergo sunt similes Antiocho qui non quæsiuit dominum nisi quando primum sensit in suo corpore inexplicabiles cruciatus, & dolores indicibiles, vt patet 2. Macha 9. Propterea pulchrè loquitur ad propositum B. Ambr. super psal. Beati immaculati, dicens. Plurimum refert vtrum ex voluntate facias quod placeat, an ex necessitate. Denique voluntarius minister habet premium, coactus dispensat obsequium. & Apost. 1. Corinth. 9. Si volens euangelizauero, mercedem habeo. Si autem inuitus dispensatio mihi tradita est.

Quarta domicella dicitur solers diligentia, quæ notatur cum dicitur, Et valde mane vna sabbatorum veniunt

niunt ad monumentum orto iam sole, i. luce solis ali-quantulum apparente. Non .n. poterant citius venire, aut propter defectum luci, aut forte quia portæ ciuitatis Hierusalem nondum apertæ erant. Et per hoc moraliter instruimur quantocyus facere bonum quod semel decreuimus nos facturos,& hoc propter temporis incertitudinem, opportunitatis inæqualitatem, propositi mutabilitatem Iac.4. Ecce nunc qui dicitis, hodie aut crastino ibimus in ciuitatem illam, & mercabimur,& lucrum faciemus, quod ignoratis quid in crastinam sit: vnde in figuram huius legitur Matth.25. de fatuis virginibus, quòd quia nimis tardauerunt parare se ad veniendum ad nuptias, ideo quoniam postea intrare voluerunt, permissæ non fuerunt. Sed dixit illis sponsus, Nescio vos.] Istud summopere notare debent illi quibus prioribus diebus in confessione imposita sunt aliqua opera de genere bonorũ in satisfactionem pro commissis delictis siue talia sint eleemosynæ, siue peregrinationes, siue ieiunia, aut orationes. Hæc .n. quantocyus explenda sunt. Quia vt dicit regula iuris lib.6. Mora sua cuilibet est nociua. Forte .n. ille qui ad talia obligatur, nunquam habebit meliorem opportunitatem, dicente poeta Ouid. lib. de remediis. Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Item Sen de verborum copia. Quotidie est deterior posterior dies. Quandiu ergo pœnitens æstimat se esse in gratia, debet pœnitentiã implere, ne forte postmodum in peccatum relapsus contingat eã facere. Quis vbi ita fecerit, nouerit quidem se satisfacere ecclesiæ, sed nõ Deo, quia Deus non tenet se pro contento nisi is qui eũ offendit satisfaciat illi in gratia,& charitate, secundũ cõmunem doctrinã B. Tho. in 4. sen. Sed de hoc alias. Attendat ergo pœnitens ad hoc, & studeat quantocyus de eo satisfacere, vt ipsi Deo placeãt opera illius. Hinc scriptura pœnitentem admonet, Ecc.11. dicẽs, Mane semina semen tuũ. Et nota quòd dicit mane, i. cito. Sequitur. Et vespere non cesset manus tua. In quibus verbis monemur perseuerare in operibus bonis,& sanctis

vsque

vsque in finem vitæ. Nō sufficit ergo bene facere istis diebus paschalibus nisi etiam perseueremus consequēter, & proficiamus continue de bono in melius. Non simus ergo de numero illorum, qui pro die Paschæ dicunt gloria patri, & pro die sequenti, & filio, & pro tertia die, & Spirituisancto. Pro cæteris autem diebus dicunt, Sicut erat in principio.

Quinta domicella dicitur pia conferentia, quæ notatur, cum subditur. Et dicebant adinuicem, sup. sanctæ illæ mulieres. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Ecce de qua materia tractabat fragile, & indoctum genus mulierum. Non ergo more multorū ambulantium loquebantur de vanis, non in malum de proximis, non de vitiis.

Moraliter ergo exemplo harum mulierum instruimur cum ambulamus ædificare nos mutuo, & loqui de his quæ Dei sunt, & quæ ad salutem, & ædificationē proximorum prosunt. Sic. n. præcipit nobis loquēdum ipse dominus, Deut. 6. Vide textum ibidem. Sic etiam egerunt illi duo discipuli Christi euntes in Emaus in ipsa die resurrectionis loquentes adinuicem de omnibus quæ acciderant circa ipsum Christum in die passionis Luc. 24. Et ideo meruerunt videre Christum resuscitatum à mortuis. Si. n. de omni verbo otioso reddituri sumus rationem, vt habetur Matt. 12. quāto magis de verbis malis, ex quibus & Deus offenditur, & sæpe proximus scandalizatur? Propterea Apost. Eph. 4. salubriter nos admonet, dicens. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed vt inquit Greg. super Ezech. hom. 11. cum loqui volumus, pensare debemus quid loquamur, cui loquamur, quando loquamur, qualiter loquamur, quantū loquamur. Quis si, inquit, vnum horum defuerit locutio apta non erit.

Sexta, & vltima domicella pedissequa dictarū sanctarum mulierum, dicitur animi constantia, quia introeuntes in monumentum. Valde ergo constantes, & fortes fuerūt, vtpote quas nec sexus fragilitas retraxit ab incepto proposito sancto, nec horror corporis mortui

quod

rum, tum propter præsentiam angelorum. Vnde Gregorius in suo dialogo. lib. . . in fine, dicit, quòd vbi sancti martyres in suis corporibus iacent non dubiū est, quod multa valeant signa monstrare, sicut, & faciunt, & pura mente quærentibus innumera miracula ostendunt. Hæc ille

Secūda domicella inuenta à mulieribus in monumēto dñico dicitur pauor, quia vt dicit euangelista, obstupuerunt, videlicet ex tā insolita visione angeli Nec quidē mirum, quia vt habetur Matt. 28. erat aspectus eis sicut fulgur. Heu si sanctæ illæ mulieres ostupuerunt ex visione boni angeli, quàm terribiliter obstupescere credendi sunt miseri peccatores in mortis articulo ex horrenda visione, & præsentia dæmonum? Nā tunc quilibet peccator merito dicere poterit illud Ps. Timor, & tremor venerunt super me.

Moraliter. hic instruuntur pudicæ, & castæ mulieres semper obstupescere ex insolita viri alterius, quàm sui præsentia, etiam quantūcunque bonus, deuotus, & sanctus appareat: hoc autē specialiter tangit pudicas, & honestas virgines, vnde Bernar. super missus est, ser. 3. super illo verbo, Turbata est in sermone eius, dicit, ꝙ, verè virgines sem per sunt pauidæ, & nunquā securæ, etiā, inquit, tuta debent pertimescere, ac quicquid nouū aut subitum fuerit ortum, suspectas habēt insidias & totum contra se æstimant machinatum. Et per oppositum signum impudicitiæ, & incontinentiæ in muliere est inuerecundia.

Tertia domicella reperta, vbi supra, dicitur benigna consolatio, quia nolite expauescere, inquit angelus mulieribus, obstupentibus ex eius aspectu Nā quāuis angelus bonus alicui apparens primo ipsum terreat ex suo fulgore, siue alias, statim tñ ipsum consolatur, vt dictū est in præcedenti sermone. Hoc autem non solum potest probari ex præsenti historia, verumetiam ex multis alijs passibus sacræ scripturæ. Scribitur enim Luc. 1. ꝙ cū angelus Gabriel apparuisset Zachariæ in tēplo nuncians ei suam vxorem concepturam

Ioan.

Io. Baptistam, statim conturbatus est, & timor irruit super eum. Quem mox consolatus est ipse Gabriel dicēs. Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua &c. Similiter in eodem capitulo habetur, ꝙ ad salutationem eiusdem Gabrielis turbata est Beata virgo Maria. Eam autem statim consolatus est idem Gabriel, dicens. Ne timeas Maria &c. Item Luc. 2. legitur, quòd pastores ad vocem angeli nunciantis illis Christi natiuitatē, timuerūt timore magno. Quos confortans idem angelus ait. Nolite timere, ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum &c. Patet ergo intentum.

Quarta domicella reperta in loco prædicto dicitur occultorū reuelatio. Hæc autē domicella designatur in illis verbis angeli ad prędictas mulieres, cū ait. Scio ꝙ Iesum queritis Nazarenū crucifixū. Sed vnde hoc sciuit angelus? Respondeo. ex diuina reuelatione, aut forte à superiori angelo. Potuit etiā fieri, vt hoc cognouerit in verbo, in quo omnia relucent. Sed queri potest cur dominus tunc illis mulieribus nō apparuit, sicut postea, quando, s. tenuerunt pedes eius, vt habetur Matt. 28. Respondeo, propter duo. Primo quidem quia sic querebant ipsum sine lumine fidei. Et hoc euidenter innuitur Io. 20. vbi dicitur, ꝙ venerūt ad monumētū cum adhuc tenebræ essent. Iesum ergo tunc nō inuenerunt, quia male ipsum quærebant, videlicet cū tenebris infidelitatis. Non enim credebant ipsum resurrexisse. Qui ergo vult Christū inuenire, ipsum querat cum fidei lumine, quia accedentem ad Deum oportet credere. Heb. 11. Secundo vero, quia secundū Beatum Tho. 3. part. q. 55 art. 2. Christi resurrectio debuit primo per angelos hominibus nunciari, maxime cum dicat Dionysius. 4. c. cœlestis hierarchię, ꝙ ea quæ super homines sunt, debeant per angelos hominibus nunciari, Deo sic ordinante & volente, vt sic obseruetur ordo inter angelos Deo propinquiores, & nos magis ab eo distantes. Quæ enim à Deo sunt ordinata, sunt, vt inquit Apost. Rom. 13.

Quin-

Quinta domicella inuēta vbi supra dicitur veritas. Hæc autem domicella exprimitur in illis verbis angeli dicentis mulieribus. Surrexit, non est hic. Nec solum hæc veritas patet ex testimonio huius angeli, verumetiam aliquando duo hoc idem testificati sunt. Hoc autem patuit in illis duobus, quos vidit Magdalena intra monumentum, quorum vnus erat ad caput, & alius ad pedes, qui dixerunt ei. Mulier quid ploras? Io. 20. Fuit & alius, qui hoc idem testificatus est, videlicet ille qui aperuit sepulchrū, de quo meminit Matth. 28. dicens. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & sedit super eū. Erat autem aspectus eius sicut fulgur &c. Cum autem dicti angeli essent, consequens est credere eos non potuisse peccare, nec potuisse tunc mentiri, sed omnimodam veritatem dixisse.

Notandum est autem, ꝙ prædicta veritas non solum patet ex testimonio angelorum, verumetiam testimonin sanctorum hominum tā apostolorū, quàm martyrum &c. Et primo quidē si interrogentur apostoli super hac veritate, indubie nobis respōdebunt, & dicent. Surrexit. Nam testimonium huius veritatis fecerunt multa miracula, vtpote imperando dęmonibus, vt recederent ab humanis corporibus per virtutē illius q suspensus fuit in ipsa cruce pro hominū salute, pariter & resurrexit à mortuis. Idē dic quo ad surdos, claudos, mutos, & huiusmodi. Et hoc est quod dicitur Act. 4. videlicet quod virtute magna reddebāt apostoli testimoniū resurrectionis Iesu Christi. Item interrogati super prædicta veritate respondebunt, & dicent, ꝙ indubie surrexit. Nam & illis apparuit frequenter post suam resurrectionem Aliquando quidem vni soli, vtpote Petro, iuxta illud Luc. 24. Surrexit dominus verè, & apparuit Simoni. Aliquando vero duobus, vt illis duobus discipulis euntibus in Emaus, de quibus vbi supra. Aliquando autem pluribus, vtpote septem discipulis piscantibus in mari Galileæ. Ioan. 21. Aliquando decem,

cem, vt patet Ioan. 20. Aliquādo vndecim, vt patet ibidem. Et similiter Marc. vlt. legitur, quòd post dies 40. à resurrectione recumbentibus vndecim apostolis apparuit, illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderant. Item Act. 10. dixit de eo Petrus. Hunc suscitauit, Deus sup. pater tertia die, & dedit ei manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis qui manducauimus, & bibimus cum illo postquam resurrexit à mortuis. postremo de hoc reddens testimonium Paulus. 1. Corinth. 15. dicit sic. Tradidi vobis in primis, & quod accepi, supple à Deo reuelante, quoniā Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundū scripturas, & qa uisus est Cephæ, & post hoc undecim, deinde uisus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multis manent usque adhuc, quidā aūt dormierunt, deinde uisus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanquā abortipo uisus est & mihi. Patet ergo quàm multiplex testimoniū dominicæ resurrectionis dederunt apostoli. Quis aūt auderet dicere illos fuisse mentitos, qui confirmati erant uirtute ex alto?

Deinde veniamus ad martyres, & confessores, & interrogemus eos, quid sentiāt de Christi resurrectione. Et profecto omnes vna voce respondebunt, & dicent. Surrexit. Et quidem de martyribus vnicū sufficiat testimonium quod est B. Stephani. Nam cum hic lapidaretur, suspexit in cœlū, & ait. Ecce video cœlos apertos, & Iesum stantē à dextris virtutis Dei, Act. 7. de cōfessoribus aūt multæ extant famosæ & veridicæ historiæ. Prima est de Ioseph ab Arimathia, qui eundē Christum prius sepulturæ tradiderat cum probo illo viro Nichodemo. Nam vt legitur in euangelio eiusdē Nichodemi, pōtifices iudæorum audientes quòd isti duo multum honorifice sepelissent Christi corpus, iusserūt eos capi, vt post Pascha occiderentur. Quo audito Nichode-

chodemus abscondit se, Ioseph autẽ comprehensus est, & in teterrimũ carcerem reclusus. Sed in ipsa nocte resurrectionis dominicæ circa diluculũ eidem apparuit Christus, dicens: Quia occasione sepulturæ meæ charo meus hic detineris, ideo veni liberare te. Exi ergo carcerem, & liber abeas; sicq; factũ est. Principes autem iudæorum, qui meditabantur inania circa ipsum, de fraudati sunt à desiderio suo. Nam cum mane facto pro eo misissent ad carcerẽ, minime ibidem inuentus est. Sed cum fieret super hoc altercatio, atq; custos carceris falso inculparetur, subito affuit quidam homo veniens de arimathia asserens illum obuium habuisse & propriam ciuitatem repetiuisse. Legitur etiam in eodem euang. Nichodemi, aliàs Nazareorum, de duobus hominibus, qui ante annos 4. mortem obierant qui tamen in ipsa die resurrectionis Christi venerunt cunctis videntibus in ciuitatem Hierusalẽ: demũ intrantes tẽplum coram multitudine affirmauerunt de Christo, ꝙ ipse esset verus filius Dei, & quòd ipsi inique egissent procurantes eius mortem apud Pilatum. Item ꝙ veraciter resurrexisset à mortuis. Legitur denique de quodã monacho habitante ĩ monasterio sancti Laurentij extra muros ciuitatis Romanæ, quòd cum semel ipsa die dominicæ resurrectionis in contemplatione positus hæsitaret intra se plurimum, quonã pacto ipse Christus exire potuisset sepulchrum clausum, subito conspexit coram se cingulum suum non ruptum, nec proprio vinculo solutũ. Voxque desuper ad eum facta est, dicens, quòd tanta facilitate exiuit Christus de sepulchro clauso, sicut cingulum suum integrum à circunferentia corporis sui. Patet ergo quàm bene & multipliciter elucidata est veritas dominicę resurrectionis.

Sexta & vltima domicella à mulieribus deuotis inuenta in monumento dñico dicitur Iussio Angelica. Hæc aũt domicella exprimitur, cũ p̃dictis mulieribus dixit Angelus. Ite dicite discipulis eius & Petro, q̃a pręcedet vos in Ga. Ibi. eũ &c. Ex quibus verbis patet quod

non solum voluit angelus nunciare dictis mulieribus Christi resurrectionem, verũetiã per eas voluit ipsam innotescere suis discipulis, specialius autem Petro, cuius solius nomẽ expressit. Et per hoc moraliter instrui mur libenter alijs impartiri, ea quę nouimus, dũmodo cedant ad Dei honorẽ, & proximorum ædificationem. Vnde. Sen. li. de quatuor virtutibus. Quæ nosti, sine ar rogantia postulanti impartiaris. Per idẽ etiã instruimur libenter suscipere instructionẽ ab his, qui nobis inferiores reputamus, vtpote dominus à seruo, magister à discipulo, vir ab vxore. Contingit enim inferiores quandoq; potius illuminari à Deo, quàm superiores, & maiores, Vnde & Christus ad patrẽ loquẽs, Matt. 11. dicebat abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et de hoc historiam habe mus Luc. 2. in pastoribus, quibus per Angelos prius in notuit mysterium dominicę natiuitatis, quàm sapientibus iudęorum. Vnde in figurã huius legitur Numeri 22. quod asina cui insedebat Balaam prius vidit Ange lum domini in via constitutum, & iter ei diuertentẽ, qnàm ipse Balaam. Taliter ergo credamus mysterium gloriosę resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, quã diu in hoc mortali copore viuimus, vt ipsum cernere valeamus in forma gloriosa in cœlesti patria, quàm nobis concedat, qui in Trinitate perfecta. &c.

EFRIA SECVNDA PASCHAE.



VO ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castel lum nomine Emaus. Luc. 24.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. ad legem Iuliam maiestatis, lege qui statuas, allegans iurisconsultum Venule, dicit, ꝙ destruens statuam seu imaginem terreni Imperatoris capitali sententia puniendus est. Casus est talis. Est aliquis in hac ciuitate magnus aduersa

rius

rius regis,& regni,qui tamen ignoratur esse talis. Talis ergo noctis silentio venit ad publica loca ciuitatis in quibus solent affigi arma,& scutū principis, quæ inde auferēs,pedibus cōculcat,& frangit minutatim, & hoc totum in contumeliam, & vituperium principis.Si ergo postmodū talis excessus veniat in publicū, siue ad notitiā principis, qua pœna plectendus est talis truphator? Certe ad hoc respondet lex imperialis quod debet perdere caput.

Moraliter imperator summus est Deus,cuius imperium sine fine permanet. Huius autem Imperatoris extat in homine triplex imago,secundum Be. Tho. 1. part quæst.93.art.4.videlicet creationis,recreationis, glorificationis.Prima quidem imago huius Imperatoris reperitur in omnibus hominibus tā bonis, quàm malis.Quod enim scribitur de primo parente Gen. 1. ꝙ scilicet Deus formauit hominē ad imaginē,& similitudinem suam, consequenter intelligitur de quolibet homine.Secunda vero imago, quæ est per gratiā, solū in iustis reperitur.Et de hac imagine potest intelligi illud Ps.Veruntamē in imagine pertransit homo. Et bene dicitur pertrāsit, quia reuera,qui semel habet gratiæ imaginē, non semper in illa permanet,sed frequenter peccādo pertransit de imagine gratiæ ad imaginem culpę,& de imagine Dei ad imaginem diaboli. Ps.Homo cum in honore esset, scilicet in se habendo imaginem gratiæ Dei, non intellexit supp. magnum Dei donum & beneficium.Et ideo peccando comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.Ecce imago diaboli.Tertia autem imago reperitur solū in Beatis. De qua potest intelligi illud verbum Apostoli.2.Co.3. Nos reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem. A claritate inquam gratiæ, ad claritatem gloriæ. Ex quo patet quòd nullus potest transformari in futurum in imaginem gloriæ, qui non fuerit prius in præsenti transformatus in imaginem gratiæ.

Ad propositum igitur descendentes dicimus, quòd nullus potest destruere in homine primam imaginem Dei, quæ est in eo per c eatio nem, maximè cum attendatur secundum memoriam intellectum, & voluntatẽ, quæ tria sunt indelebilia in homine, nihilominus potest huiusmodi imago deturpari & multu vitiari per culpam, & hoc valde displicet Deo, prout pulchre ostẽdit. B. August. ser. 3 dominicæ. 22. post Trinitatem exponens illud verbũ Christi Matt. 22. Cuius est imago hæc. vbi dat talem similitudinem. Si inquit in tabula lignea, vel lapidea faceres imaginem tuam, & postmodum aliquis impudens homo vellet illam imaginẽ aut lapidibus frangere, aut aliquibus sordibus maculare, velim scire si contra eũ non moueretur animus tuus? Rogo te si imaginẽ pictam in tabula mortua sic zelaueris, putas qualem iniuriam patitur Deus quando in nobis imago sua per luxuriã sordidatur. Et ideo si nobis non parcimus propter nosmetipsos, parcamus nobis vel propter imaginẽ Dei, ad quam facti sumus. Hæc il.

Tertiam imaginem (quæ attenditur penes claritatẽ gloriæ) sicut nullus destruere potest, ita nec vitiare aliqua macula peccati, & hoc propter conditionẽ loci & status. Quod si fiat instantia de malis angelis, instantia nulla est. Nam etsi fuerint creati in cœlo, & in gratia, nunquam tamen fuit in eis imago gloriæ. Talis enim imago gloriæ non est absque visione diuinæ essentiæ, quæ malis angelis nunquam communicata fuit. Aliàs nunquam peccassent, nec peccare potuissent.

Secundam vero imaginẽ quæ vocatur recreationis, & quæ attenditur in homine per gratiam & charitatẽ, destruere potest homo & vitiare. Destruere quidem demeritoriè mortaliter peccando, Vitiare vero venialem culpam incurrendo, quia etsi veniale peccatum gratiam non tollat, nihilominus nitorem illius impedit. Et quantum ad hoc dico hominem venialiter peccãtem vitiare imaginem gratiæ in se ipso. Quicunque

cunque ergo destruxerit huiusmodi imaginē gratiæ, mortaliter peccando, disperdet illum Deus & capitali sententia plectetur, videlicet per æternam damnationem. Qui vero tantum vitiauerit illam per venialem culpam, vapulauit quidem, sed non peribit. O popule Christiane quero à te, si hodie veniret Soldanus ad hanc ciuitatem, & intrans singulas ecclesias, ipsas turpissime prophanaret, vtpote proijciendo ad canes venerabilissimum altaris Sacramentum deinde igne cremando imaginem crucifixi, & beatæ Virginis, ac cæterorum Sanctorum; insuper auferret aurum & argentum atque lapides prætiosos desuper ossa Sanctorum, & dicta ossa proijceret in puteum aut cloacam: postremo in singulis ecclesijs & altaribus statueret suum nephandum idolum, & huiusmodi. nunquid hæc videndo vehementer doleres, & abundanter fleres, etiam facto insurgendo pro posse tuo contra huiusmodi nepharium virum & suos, non obstante periculo mortis? Certe credo de multis deuotis Christianis, quòd sic facerent. Et quòd nunc multi de vobis dicunt in cordibus suis iam habere in præparatione animi ita velle agere pro fide vnius solius Dei: peius quodammodo facitis cum post Pascha reditis ad vomitum. Etsi non quantum ad substantiam facti, tamen propter ingratitudinem vestram peius facitis. Nam redeundo ad vomitum prophanatis templum Dei, quod intra vos est. Insuper imaginē gratiæ, Dei demeritoriè deponitis de medio huiusmodi tēpli Dei, & ibi ponitis abominandum idolum diaboli, idest peccatum. Nonne ergo redeundo ad peccata vestra priora grauiter offenditis Deum, & digni estis maximo supplicio, vtpote tanquam proditores domini vestri, ac regis Iesu Christi? Miramini ergo si sepe post Pascha contingunt variæ ægritudines, vtpote pestilentiæ, febres, & similia? Insuper gelu super vites, pruina super arbores, & huiusmodi. Certe hæc sæpe contingunt iusto Dei iudicio in vltionem eorū, qui forte indignè cōmunicauerunt in die sancto

Paschæ,aut qui forte mox post Pascha ad vomitum re deūt. Vnde Ps. de talibus.loquens ait. Adhuc escæ erāt in ore ipsorum.& ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum,id est ecclesiasticos,qui ex oblationibus Christi fidelium sibi factis in Quadrag.ratione administrationis sacramentorū impinguati fuerant,& diuites facti. Nolite ergo charissimi,nolite imaginem gratiæ Dei in vobis peccando destruere. Sed potius attendite quid dicat scriptura.Prouerb.27.Qui custos est domini sui glorificabitur. Dicamus ergo huic ac tanto domino quem hesterna die in mensa altaris suscepimus illud,quod ei dixerūt illi duo discipuli eius euntes in Emaus, videlicet Mane nobiscum domine:

SECVNDA INTRODVCTIO.

Tu solus peregrinus es in Hierusalem.Luc. 24.Scribitur extra de clericis peregrinantibus.c.vnico, quod incipit Conquerente.ꝙ nullus debet occupare res peregrinorum,eo ꝙ sunt sub protectione Papæ. Casus est talis. Sortes vadit Romam gratia visitandi limina apostolorum Petri & Pauli.Item propter indulgentias stationū vrbis Romæ. Cum autē venit ad aspes,inuadunt eū prædones bonis suis eum spoliantes. Vel forsan hoc agunt armigeri, dicentes dictum peregrinum esse de dominio aduersariorū, Propter quod dicunt se habere iustum titulum eum bonis suis spoliandi. Quid igitur iuris in hoc facto? Certe in vtroque casu spoliantes dictum peregrinum iniuste agunt, quia vt dicit Celestinus III. in dicta decretali, nullus debet occupare res peregrinorum, eo ꝙ sunt sub protectione Papæ.Ad idem est q̄d scribitur in maiori volumine. 14.q.3. si quis Romipetas, ibi enim Papa Calistus excommunicat tales.

Moraliter vita nostra nō est aliud quàm peregrinatio ad cœlū.Et hoc quo ad bonos.Quia de multis certū est ꝙ peregrinantur ad infernum. De numero ergo peregrinantium ad cęlum erat patriarcha ille sanctissimus Abrahā,de quo legitur Gen.12. ꝙ ipse descendit

in

in Aegyptũ,vt peregrinaretur ibi.Item de numero talium erat Isaac de quo legitur Gen.26. quòd dominus dixit ad eum. Quiesce in terra,quã dixero tibi, & peregrinare in ea,eroque tecum,& benedicã tibi . Similiter de numero talium erat Iacob, de quo legitur Gen.47.quòd cũ rex Aegypti interrogasset eum quot annos haberet,ait illi,dies peregrinationis vitæ meæ centum tringinta sunt.Insuper de numero talium peregrinorum tendentium versus cœlum erat ipse propheta Dauid, qui de seipso loquens, dicebat ad dominum. Aduena ego sum apud te,& peregrinus sicut omnes patres mei. Omnes ergo tales peregrini sunt sub protectione Papæ, id est domini nostri Iesu Christi, qui etiã peregrinatus est in mundo isto 33. annorum spatio, vtpote cum fuit delatus ą parentibus in templum post 40.dies à natiuitate sua . Item cum fuit delatus in Aegyptum. Item cum post mortem Herodis redijt inde, & venit Nazareth. Item cum post baptismum suum euangelizare cœpit regnum Dei per Iudæam, & Galilęam . Tandem peregrinatus est in montẽ Caluariæ,& de monte Caluariæ in limbũ quantum ad animam . Demũ de limbo peregrinata est anima eius ad sepulchrum, vbi inuento proprio corpore diuinitus reunita est eidẽ per mirificam resurrectionem,prout testatur Lucas in euangelio hodierno, cũ refert dicens . Surrexit dominus verè,& apparuit Simoni.Sed quid sibi vult, quòd nullus debet occupare res peregrinorũ, prout testatur decretalis præallegata ? Certè per res peregrinorum intelliguntur gratia, virtutes,dona, & merita electorũ, & omnium Christi fideliũ , quæ acquisierunt per totam quadragesimam ieiunando,orando,eleemosynas largiendo , prædicationes audiendo,ecclesias , & loca sacra frequentando . Itẽ confitendo,& ad mensam altaris in die sancto Paschæ deuotè accedendo.Hæc.n. bona sunt thesauri animæ , quos depredari nititur diabolus statim post Paschæ , trahens pęnitentes ad reciduũ quantum potest.Sed quale remediũ ?Certe aliud non video præ-

ter refugium ad illum potentissimum peregrinum Iesum Christum, de quo dicitur in themate. Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & nescis ea, quæ facta sunt his diebus.

In præsenti ergo euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet.

De duorum discipulorum circa Christi resurrectionem dubietate, in principio euangelij.

De ipso Christo in specie peregrini illis apparente, ibi. Et factum, est dum fabularentur. De eodē Christo euidenti signo se illis manifestante ibi. Et aperti sunt oculi eorum.

Primo igitur fit mentio, &c. Nam refert Lucas, qui solus loquitur de mysterio euangelij præsentis, præter pauca, quæ ponit Marcus, quod ipsa die resurrectionis Christi duo ex discipulis eius ibant in quoddam castellum, id est in quandam villulam prope Hierusalem, vtpote ad quatuor fermè leucas, nomine Emaus. Isti autem duo Christi discipuli fuerunt Cleophas, vt hic exprimitur, & Lucas, qui ex humilitate voluit subticere nomen suum in euangelio, quod scripsit. Mos enim scriptorum sacræ scripturæ, vt plurimum, est subticere nomen suum, sicut patet de Ioanne euangelista, qui quotiens de seipso loquitur in euangelio suo, subticet nomen suum, vocans se discipulum quem diligebat Iesus, vt patet eiusdem decimotertio Item decimonono. Item vigesimo. Item vigesimoprimo. In hoc ergo increpandi sunt illi, qui gloriam propriā potius, quàm Dei quærentes intitulant libellos proprijs nominibus, quamuis interdum minimè se editos Secus autem de illis, qui hoc faciunt ad debitum finem, vtpote ad sui status honorem, vel vt in talibus libris legentes, & qualemcunque fructum inde haurientes orent pro ipsis. Sed ad propositū redeuntes notandum, quod Ambrosius super Lucam, dicit illum discipulum, cuius in præsenti euangelio subticetur fuisse Aamon filium Ruffi, qui fuit vnus de discipulis Christi. Sed ad hoc

hoc dici potest, quod Ambrosius magis locutus est opinatiuè, quàm diffinitiuè, maxime cum Gregorius in prologo moralium. capitulo secundo, dicat expresse hunc fuisse Lucam. Et hoc etiam communiter dicunt postillatores. Sequitur in textu. Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus, quæ acciderāt, supple circa Christum, vtpote quomodo fuerat à Iuda proditoriè traditus, ab apostolis turpiter derelictus, à Petro mendaciter negatus, à Caipha illusus, ad præceptum & sententiam Pilati flagellatus, spinis coronatus, & tandem crudelissime crucifixus. Sic & nos quotiens in comitatu, & societate multorum ambulamus, debemus loqui de diuinis, & spiritualibus, & de his, quæ possunt auditores ædificare. Iuxta illud. 1. Petri quarto. Si quis loquitur quasi sermones Dei. Mos enim deuotarum personarum est in via conferre de aliquibus bonis ad releuandum laborem itineris, vt in præcedenti sermone dictum est. Est etiam alia ratio, quia scilicet Christus promisit, quod vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine suo, in medio eorum stabit: Matthæi. decimooctauo. Et quia prædicti duo discipuli euntes in Emaus loquebantur de Christo, & de omnibus his, quæ circa ipsum acciderant in sua passione, ideo associauit se eis.

Circa autem hanc primam partem sacrosancti euāgelij præsentis, possunt moueri aliqua pulcherrima dubia.

Primum igitur dubium est, quare Christus ipsa die resurrectionis voluit tam crebro apparere. Vt enim colligitur ex sacris euangelijs quinquies apparuit ipso die, diuersis tamen personis. Primo quidem soli Magdalenæ, vt patet Ioann. 20. Secundo vero illi cum alijs mulieribus, videlicet Maria Cleophæ, & Salomæ. Matthæi vigesimooctauo. Tertio autem Petro, iuxta illud Lucæ vigesimoquarto. Surrexit dn̄s vere, & apparuit Simoni. Quarto denique duobus discipulis euntibus in Emaus, vt hic dicitur. Quinto, &

postre-

poſtremo decē apoſtolis abſente Thoma, vt habetur Ioan.20. Reſpondetur igitur ad dubiū, quòd propter duo voluit tā frequenter tunc apparere. Primo quidē ad diſcipulorū, & amicorum ſuorum conſolationē, qui valde triſtabantur de morte ſua. Ioann. 20. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino. Secundo vero ad fidē in cordibus eorum plantandam, & radicandam. Fecit enim ſicut bonus hortolanus, qui ſæpe infundit aquam ad radicem nouellæ plantulæ, vt capiat radices, &c.

Secundum dubium eſt, vbi morabatur Chriſtus toto illo tempore intermedio á reſurrectione ſua vſque ad diem aſcenſionis. Ad hoc dicit B. Tho. 3. par. q. 55. articulo 3. in ſo. ad ſecundum, quòd incognitū eſt quibus in locis illo tempore intermedio corporaliter habitaret, cum hoc ſcriptura non tradat, & in omni loco ſit dominatio eius. Hæc ille. Dicunt tamen nonnulli, & hoc ſatis probabile eſt, quòd habitabat in paradiſo terreſtri cum Helia, & Enoch. Hic enim locus magis congruit corpori glorioſo propter ſui nobilitatē, & loci temperamentū, quàm cætera loca huius mundi. Vnde locus delitiarum vocatur. Nec; huic obſtant crebræ, & ſubitæ apparitiones eiuſdem Chriſti, quæ (vt dicunt aliqui) non potuiſſent tam frequenter fieri ſi ibi ſtetiſſet Chriſtus, præſertim propter nimiam diſtantiam. Nam paradiſus terreſtris eſt in extrema parte orientis. Hieruſalem autem in medio terræ habitabilis. Iuxta illud Abacuch 3. Operatus eſt ſalutem in medio terræ. Quis autē hoc non impediat, patet ſic. Cum enim corpus glorioſum ſit improportionabiliter velocioris motus nō glorioſo, ſi corpus Abacuch non glorioſum vna tamen cū anima fuerit tranſlatum à Iudæa in Babylonem, vt patet Daniel. 14. quanto magis corpus Chriſti glorioſum, & diuinitati hypoſtaticæ vnitum potuit in tempore quaſi imperceptibili moueri de paradiſo terreſtri in Iudæam, & de Iudæa aut Galilęa iterū illic? Si n. repromittatur animabus electorum poſt generalem reſurrectionē ple-

num

num,& perfectum dominium ſupra corpus, ita vt dicat Aug. lib. 22. de ciuita. Dei cap. 30. quòd tunc vbi velit eſſe ſpiritus, ibi protinus erit & corpus, quanto magis huiuſmodi dominum habuit anima Chriſti ſupra ſuum corpus poſt glorioſam reſurrectionem ſuam? Inſuper in tali motu conſideranda eſt virtus diuinitatis mouentis ipſum corpus tanquam illi vnitæ hypoſtaticæ. Relinquitur ergo, quòd velociſſime moueri potuit.

Tertium dubium eſt, quare Chriſtus poſt ſuã reſurrectionẽ non conuerſabatur continue cum ſuis apoſtolis, & amicis, ſicut prius. Nã etſi ſcribatur de eo Act. 1. ꝙ probauit veritatem ſuæ reſurrectionis per dies 40. apparẽs ſuis apoſtolis, hoc tñ fuit per interualla, & nõ per ſingulos dies. In cuius rei ſignũ dicitur, Io. 20. ꝙ poſt dies octo apparuit eiſdẽ apoſtolis præſente Thoma. Reſpondeo. Hoc fecit Chriſtus propter duo. Primũ eſt ex parte ſui: vt. ſ. oſtenderet ſe reſurrexiſſe ad aliũ ſtatum, & ad aliã vitam glorioſam, & immortalẽ longe differentẽ à priori eius vita mortali. Et ideo eius aſſidua conuerſatio non debebat à cætero eſſe cũ hominibus mortalibus. Hinc Luc. 24. dixit Angelus mulieribus quærentibus dñm in ſepulchro. Quid, inquit, quæritis viuentẽ cum mortuis? Viuentẽ inquam vita immortali. Conuerſatio autem continua cum apoſtolis poſt reſurrectionẽ, potuiſſet eos ducere in errorẽ, vt ſcilicet ad ſimilẽ vitam eum reſurrexiſſe crederẽt, quã prius habuerat, vt dicit Beatus Tho. 3. par. q. 55. ar. 3. in ſo. ad primum. Secundum quare hòc fecit, eſt ex parte noſtra, vt ſcilicet oſtenderet ſpiritualiter reſuſcitatos, videlicet à morte culpæ non debere conuerſari paſſim, & indifferenter cũ mortuis ſpiritualiter per peccatũ, quia vt habetur in Pſal. Cũ peruerſo peruerteris. Cõſideremus quantus erat Petrus, qui tamen propter conſortiũ peruerſorum adeo turpiter cecidit, vt ter magiſtrũ ſuũ negauerit. Quanto magis ergo pueri poſſunt nouiter reſuſcitati per gratiã ex conſortio prauorũ hominũ? Sed de hoc ſatis prius dictum eſt.

Quartum

Quartum dubium est, cur Christus primo apparuit Mariæ Magdalenæ. Nam vt habetur Marc. 16. Surgens Iesus mane prima sabbati primo apparuit Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dæmonia. Illa autem vadens nunciauit eis, qui cum eo erant, lugentibus. s. discipuli, qui non crediderunt ei. Respondeo, hoc fecit Christus propter duo. Primum est ex parte ipsius Magdalenæ, vt scilicet ostendatur cunctis meritum, & virtus suæ constantiæ, & perseuerantiæ, quæ tanta fuit, vt recedentibus discipulis, scilicet Petro & Ioanne à monumento dominico ipsa non recesserit, vt patet Ioan. 20. Item quia plus feruebat in amore Christi. Vnde canit ecclesia de ea. Surgentem cum victoria Iesum videt ab inferis, prima meretur gaudia, quæ &c. Secundum est ex parte nostra, vt scilicet ostenderet pœnitentes non debere despici ab his, qui se iustos existimant, etiam quantumcunque huiusmodi pœnitentes prius peccauerint, sicut neque ipse hanc pœnitentem, prius tamen grauissimam peccatricem despexit, quinimmo benegnissimè ad se reuertentem suscepit. Hinc scriptura Ecclesia. 8. ait. Ne despicias hominem auertentem se à peccato suo, neque improperes ei. Memento quoniam omnes in correctione sumus. Legitur enim de quadam superba moniali virgine quæ solita erat dicere, quòd non vellet esse in cœlesti gloria, sicut Magdalena, quæ ibi erat absque virginitatis aureola. Ipsa autem præsumebat se eam habituram, & iam ea dignam. Sed non multo post facta est publica meretrix. Et sic patet ad dubia, & per consequens de primo principali.

Secundo principaliter in pręsenti euangelio fit mētio de Christo sub velamine peregrini prædictis duobus discipulis apparente, cum subditur. Et factum est dum fabularentur, id est dum loquerentur cum quadā dubitatione. Nam fabulari in proposito est loqui cum dubitatione. & secum quererent, i mutuo se interrogarent. Nam quàm primum fuerunt extra portam ciui*tatis*

uitatis Hierusalem, Cleophas cœpit interrogare sociũ suum Lucam, dicens. Socie quid tibi videtur de magistro nostro nuperrime suspenso in cruce in illo monte? Digito forte ostendens montẽ Caluariæ. Cui Lucas. Certe nescio quid certitudinaliter de eo dicere. Nam eo viuente cũ viderem eum miracula facientẽ, vtpote cœcos illuminando, leprosos mundando, dæmoniacos liberando, mortuos resuscitando, & similia innumera opera faciendo credebam firmiter ipsum esse verum Deũ, & Dei patris filium. Modo autem non ita credo. Tum primo quia si fuisset verus, & naturalis Dei patris filius, ipse Deus pater nunquam permisisset eũ sic turpiter tractari, & ignominiosè mori in cruce, tanquã fuisset vilissimus homo, & grauissimus peccator. Tum secundo, quia in orto orauit patrem suũ, vt non moreretur, nec tamen fuit exauditus. Si autem fuisset verus filius Dei, indubie pater exaudiuisset eũ. Tum tertio, quia in cruce conquerebatur de Deo patre, ꝙ dereliquisset eũ, dicens, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me. Propter hæc ergo, & his similia vltra non credo eũ esse verũ Deũ. Fuit tamen, iudicio meo, homo bonus, iustus, & sanctus. Nunquã.n. vidi in eo quicquã mali, ex quo cœpi cũ eo conuersari. Et alter. Certe idẽ sentio tecũ. Sed quid dicis ad instãtiã de miraculis q̃ fecit? Nonne ẽt audisti eũ q̃nq; iudæis dicentẽ. Opera quæ ego facio, ipsa testimoniũ perhibent de me. s. ꝙ sim verus Deus. Ad quẽ Lucas. O socie nescis quia prophetæ fecerunt miracula multa, qui tamen fuerunt puri homines. Miracula ergo non arguunt eũ fuisse Dei filiũ. Cui Cleophas. Certe prophetæ signa fecerunt deprecando, sed magister noster imperando, vt patuit in suscitationẽ adolescẽtis. Lu 7. Item Lazari. Io. 11. & ideo non est simile de eo, & de prophetis. Tunc Lucas ait. Video, quia bene loqueris. Sed quid dicis ad rõnes meas prius adductas? Ad quẽ Cleophas. Certe fortes sunt, sed tamen solubiles. Ad primam enim, inquit, dici posset quod quia fuerat de eo prophetatum, ꝙ morte turpissima debebat condemnari.

demnari, vt habetur Sapien. 2. ideo hoc non arguit eum non fuisse Deum. necesse enim erat scripturas impleri, quæ de eo scriptæ erant. Ad secundam posset dici, quòd quia homo verus erat, ideo naturaliter refugiebat mortem, quam tamen summe affectabat secundum rationis iudicium, & secundum quod erat volita à patre. Ad tertiam similiter posset dici, quòd secundum appetitum naturalem conquerebatur se esse à Deo patre derelictum, pro quanto non expellebat ab eo mortem, quam secundum huiusmodi appetitum refugiebat. Nec propterea sequitur, ꝙ diuinitas fuerit ab eo separata, aut ꝙ Deus pater realiter dereliquerit eum. His igitur solutionibus auditis, dicit Lucas. Certe socie mi video, ꝙ bene, & eleganter respōdeas ad rationes meas. Ecce ergo quomodo prædicti duo discipuli Christi fabulabantur adinuicem, & qualem conferentiam inter se habebant. Patet ergo quātum prodest bona societas in via. Nam vt dicit psalm. Dies diei eructat verbum, i d est bonus homo instruit alium de salutaribus, & diuinis. Et per oppositum de mala societate potest intelligi id quod subditur. Et nox nocti indicat scientiam, idest malus sua conuersatione, & praua instructione facit alium malum, & indicat sibi male agere.

Sequitur in textu. Ipse Iesus appropinquans, s. dictis discipulis inter fabulantibus, & secum quærentibus, hoc est mutuo se interrogantibus, ibat cum illis. O quàm bona societas habere Iesum secum. Difficulter ergo in via errare poterant prædicti discipuli, quando illum qui est via, secum habebant. Voluit autem Christus se associare illis propter duo. Primo quidē, vt fidem resurrectionis suæ cordibus eorum infunderet, vt dicit gl. or. Secūdo vero, vt promissionē suā impleret: ipse enim priusquam pateretur, dixerat. Matt. 18. Vbi duo vel tres congregati fuerint &c. Oculi autem eorū tenebantur, i. impediebantur ne eum agnoscerent. Nā vt dicit Augu. de consensu euangelistarum. lib. 3. cap. 25. opere, & arte dæmonis, Christo tamen permitten-

te ceciderat quidam humor super oculos eorum, quo impediebantur ne Christum in propria effigie viderent, quamuis in se nullo modo immutatus esset. Et istud impedimentum oculorum vocatur ludificatio, quæ est à diabolo effectiuè, & à Deo permissiuè, & per talem modum solent quandoque ludificari oculi intuentium ioculatores ac mimos, vt non perpendant fallacias eorum, & aliter iudicēt quàm sit à parte rei. Quod grande peccatum est. Moraliter nota si vis quomodo diabolus impedit oculos interiores multorum, vt non possint recte videre. Vide de hoc supra fer. 4. post quartam do.

Sequitur in textu. Et ait illis. Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes? Eos autē interrogat, non vt sciat qui nihil ignorat, sed vt ex responsione eorū argumentum, & occasionē eos instruendi sumat. Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, ait illi. Tu solus peregrinus es &c. Ac si diceret. Mirabile est, ꝙ te peregrinū latent q̄ cæteri peregrini sciunt, qui ad diem festum venerunt. Quibus ille ait. Quæ? Certe ipse bene omnia nouerat, ēt ad pœnam sui corporis. Et dixerūt. De Iesu Nazareno &c. In quibus verbis notat Cleophas multa. Primum est Christi excellētia, & dignitas. ibi. Qui fuit vir propheta, potēs in opere, & sermone corā Deo, & hominibus. Secundū eum principū legis inuidia, & malignitas, ibi. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes, & principes &c. Tertium est propria, & sui socii culpa, & infidelitas ibi. Nos autē sperabamus &c. Quasi diceret Cleophas, Vsque modo frustra sperauimus eius resurrectionē, & ꝙ ipse deberet liberare Israel à duplici seruitute, videlicet à tēporali seruitute Romanorū, & spirituali dæmonum atque vitiorū. Sed vltra non speramus, quia iā tertia dies est hodie, ꝙ hæc facta sunt, videlicet ꝙ mortuus est, nec tamen adhuc apparuit nobis. Quartū est dominicę resurrectionis veritas, ibi. Sed & mulieres quædam &c. Item ibi. Et abierunt quidā ex nostris ad monumentum &c. Ecce duplex testimoniū dominicæ

resurre-

resurrectionis.s.mulierum, & virorum .s. Io. & Petri. Cui tamen non plene adhærebant prædicti duo discipuli Christi. Sed totum ad nostram vtilitatem, sicut de dubitatione Thomæ loquitur Gregorius.

Postquam ergo Christus patienter audiuit, & ad longum quid sentirent prædicti discipuli de veritate suæ resurrectionis, consequenter exprobrauit incredulitatem illorum, & duriam cordis, dicens. O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ, sup. de morte, & resurrectione magistri vestri Christi. Et incipiens à Moyse, qui fuit excellentissimus prophetarum, & omnibus prophetis interpretabatur illis, i. exponebat in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Et nota, ꝙ in tali expositione scripturarum Christus triuit totum tempus quo deinceps simul ambulauerunt quousque peruenerunt prope hospitiū in Emaus. O igitur quam intenti erant illi audire tā mirabilem doctorem de scripturis sanctis, quæ de magistro suo loquebantur, tam clare, & euidenter disserentem? O quam silenter eum audiebant. O quàm mellіflua eloquia Christi eos supra se rapiebant? O quales nutus nunc digitis, nunc manibus, nunc brachijs, nunc oculis, nunc facie, nunc capite, nunc totius corporis tenore, ad profundas, & theologas Christi expositiones, & sententias illi faciebant? Dicebant autem interdum adinuicem. Nunquam certè homo sic locutus est, sicut loquitur homo iste. O quàm similis est magistro nostro Christo in doctrina & voce. Differt tamen habitu. Et verè, inquiebat Cleophas, nisi esse varietas habitus, ego dicerem eum esse magistrum nostrum. Nullo modo ergo Cleophas, & Lucas fatigabantur aut attediabantur in via, quia vt dicit Sene. de verborum copia. Comes facundus in via pro vehiculo est.

Notandum ergo, ꝙ Christus talia vel similia verba dicebat prædictis duobus discipulis inter ambulandū cum eis. Dicite mihi quid designat, quòd Sanson hora noctis surrexit de ciuitate Gazam, in qua diligenter

ter custodiebatur, inuitis custodibus? nisi q magister vester Christus deberet exire de sepulchro diluculo, non obstante custodia militum? Quid etiam significat, q Ionas fuit tribus diebus in ventre ceti, & postmodū viuus, & incolumis proiectus est tertio die ad littus maris? nisi q magister vester deberet tertio die post mortem suam exire resurgendo de sepulchro. Insuper quid significare volebat, quòd Daniel exiuit de lacu leonum illæsus, nisi, q magister vester Christus debebat ab inferis redire, & resurgere gloriosus? Ecce quomodo interpretabatur illis figuras, quæ de eius passione, & resurrectione scriptæ erant.

Deinde, inquit Christus, ad prophetias veniamus. Quid, inquit, uolut sibi illa verba Psalmistę. Tu cognouisti sessionē meā, & resurrectionem meam. Nisi quòd sicut Deus pater voluerat pati filiū suū in cruce, ità dignaretur eū à mortuis resurgere? Itē nonne aperte idem Psal. prophetauit de magistri vestri resurrectione, cum in eius persona loquebatur ad patrē, dicens: Non derelinques animā meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionē. Notas mihi fecisti vias vitę supple à mortuis me resuscitando. Itē nonne aperte idem Psal. de hoc prophetabat, cum dicebat Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderūt eū, s. custodes sepulchri, à facie eius. Expone, vt supra. Itē alibi cū aiebat in persona eiusdem magistri vestri, Refloruit caro mea, & ex volūtate mea cōfitebor ei, s. Deo patri, laudando nomen sanctum eius de tanto beneficio. Itē legatis illud capitulū Esa. 53. Itē illud Hier. 11 & ibi reperietis, q̄ aperte loquitur vterque propheta de passione, & resurrectione magistri vestri. Ecce quō Christus interpretabatur dictis discipulis prophetias loquētes de eius passione, & resurrectione, quibus auditis fuerūt firmiores in fide prædictæ resurrectionis. Et quia Christus quē peregrinū æstimabant, eos tā bn̄ consolatus fuerat, ideo eū rogauerunt vt cū eis diuerteret ad hospitiū, dicēs. Mane nobiscum dn̄e, qm̄ aduesperascit, & iā, &c. Hoc et forte fecerunt,

vt peramplius poſſent audire eum de prædictis diſſerentem, quia libentiſſime talia audiebant.

Sed quia hodie plerique ſolent peregrinari, & viſitare loca ſancta, ideo conformiter ad aliud verbũ euãgelij præſentis. Tu ſolus peregrinus es, &c. aliquid pro ædificatione noſtra diſſerendum eſt de peregrinatione noſtra verſus Hieruſalẽ cœleſtẽ. Eſt igitur homo in mũdo iſto ſicut in loco peregrinationis tendẽs verſus ciuitatẽ Hieruſalem cœleſtem, dicente Pſal. Aduena ego ſum apud te, ſup. Deus meus, & peregrinus ſicut omnes patres mei. Et ideo, qui vult tutè, & ſalubriter peregrinari in cœlum, debet obſeruare omnes bonas conditiones peregrinãtium ad loca ſancta, quę multæ ſunt.

Prima conditio eorum eſt, ꝙ parum ſe onerant, tam in victum, quàm in veſtitu. Sed ſufficit eis habere neceſſaria. Tales eſſe debent peregrini paradiſi, 1. Timoth. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. Et nota, quòd non dicit apoſtolus. Habentes granaria aut magna horrea, ſeu profunda cellaria, ſed alimenta. Nec ſimiliter dicit habentes duplices veſtes foderatas, & ſimplices, caudatas, & ſuperfluas, prętioſas, & ſumptuoſas, ſed quibus tegamur. Sufficit ergo vero peregrino cœli, & qui aſpirat illuc ire, habere victum, & veſtitum, quia ſicut longa, & ſuꝑflua veſtis impedit peregrinum ne diligenter ambulet, aut ſimiliter nimia oneratio cibi aut potus, ita in propoſito, quo ad temporalia, &c. O vtinam iſta bene notarent auari, & vſurarij, ſimoniaci, & poſſidẽtes plura beneficia, &c.

Secunda conditio peregrinorũ huius mundi eſt, ꝙ plurima tolerant. Oportet .n. velint nolint eos multa incõmoda tolerare. Interdũ calorem, interdum frigus, interdũ famẽ & ſitim, interdum debilitatem, & huiuſmodi. Inſuper interdũ ſpoliantur, verberantur, iniuriantur, & in his omnibus neceſſe eſt eos patientiã habere propter Deũ. Sic peregrini cœli habent multa pati in præſenti, dicente Apoſto. Act. 14. Per

multas

multas tribulationes oportet, &c. Insuper solent in præsenti bonos,& Dei veros famulos persequi, nunc verbis, nunc factis. Maiores etiam comedunt minores, & diuites atque vsurarij excoriant pauperes. Sed quale remedium? Certe patientia talibus est necessaria, quia scriptū. Luc. 21. In patientia vestra poss.a.ue. Debent ergo facere de necessitate virtutem, expectando Dei iudicium. psal. Expecta dominum, interim viriliter age, confortetur, &c.

Tertia conditio bonorū peregrinorū est, quod iter suū continuant. Si.n. in qualibet ciuitate, aut bono hospitio sisterent per hebdomadā. si in quolibet amœno prato aut fonte suauissimo, si sub qualibet frondosa arbore tēpore æstiuo pausarent, nunquam peregrinationis terminū attingerent. Sic peregrini cœli debent iter bonæ vitæ semel incæptū diligenter continuare, aliàs si circa delectationes carnis,& mundi vellēt passim insistere, nunquā ad cœlū peruenirēt. Multa ergo debent nos pertransire tanquā non videamus, aut non audiamus. Sic.n. consulit Petrus, di. Obsecro vos tanquā aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animā. 1. Pet. 2.

Quarta conditio peregrinorū est, ꝙ patriam suam affectant,& de ea sæpe cogitant, atque de domo,& familia. Sic & peregrini cœli summe affectant peruenire ad patriā cœlestē,& ad domū patris sui cœlestis, sæpe de his, quæ in cœlo aguntur cogitantes, & de amicis suis angelis atq; cæteris Sanctis. Et talis peregrinus erat Dauid, qui dicebat ad dnm. Quā dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū, concupiscit, & deficit anima mea in atria dn̄i. Et alibi. Quis dabit mihi pēnas sicut colūbæ? & volabo, sup. in cœlum, & requiescā, scilicet in monte sancto Dei. Interim autē ecce elongaui fugiens, supp. mundū,& occasiones peccandi,& mansi in solitudine, vitando consortia prauorum, ibique expectabā eum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, idest à torpore,& tempestate, idest superbia.


Quinta conditio peregrinorū est, qđ malas societa-

tes quantum possunt vitant, & hoc propter pericula, quæ inde sequi possent. Sic & peregrini cœli vitant consortia malorum quantum possunt, ne similes efficiantur. Nam cum peruerso peruertitur omnis homo, vt ait Psal. Nisi forte fuerit multũ perfectus. Hinc Cato. Cum bonis ambula. Sed profectò sunt plerique qui præeligunt sequi malas societates, & cum multis dannari, quàm bonas, & cum paucis saluari. Et ad hoc propositum facit exemplum illius regis pagani, qui cum iam haberet pedem vnum intra fontem, vt baptizaretur, cępit inquirere an plures essent saluari, q̃ dãnati. Cui cũ respondissent, quòd multo plures essent dãnati, & quòd ad paradisum non ibant pro maiori parte nisi pauperes, & debiles: ad infernũ autem pro maiori parte ibant reges, & principes, diuites & nobiles. respondisse fertur, dicens. Certe, inquit, malo cum multis nobilibus damnari, quàm cũ paucis rusticis saluari. Nunc autem bene experitur, quantum illi prosit magna societas nobiliũ in inferno, &c. Patent ergo bonæ conditiones peregrinorum. Et per consequens patet de secundo principali.

Tertio principaliter in præsenti euang. fit mentio de Christo euidenti signo prædictis duobus discipulis se manifestante, cũ subditur. Factum est dũ recũberet cũ illis Christus, accepit panem, & benedixit, ac fregit, porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, qui supp. prius erant clausi modo prædicto, & cognouerunt eũ supp. in fractione panis. Sed quomodo hoc? Certe in modo, & forma frangendi, & benedicendi panẽ. Frangendi quidẽ, quia sine cultello diuisit panẽ solis manibus melius, quàm alius cũ cultello. Benedicendi vero, quia verisimile est, quòd fecerit signũ crucis super panẽ. Et in hoc instruxit nos nunquam debere ad mensam accedere, aut quicquã cibi, seu potus gustare, nisi primũ præmissa benedictione. Et quia hoc neglexit facere quædã monialis, ideo in eam intrauit diabolus. vt refert Gre. in suo dialo. lib. 1. Sed quis est iste panis, ĩ cuius fractione cognoscitur Christus? Certe mysticè

est panis sacræ scripturæ, quæ cum auditoribus exponitur, tunc panis frangitur. Sequitur. Et ipse euanuit ab oculis eorum, scilicet subtrahendo ab eis suam præsentiam corporalem, vt in mentibus eorum inciperet apparere gloriæ suæ resurrectionis, vt dicit gl. ord. Dicit autem Albertus, q hæc omnia facta sunt in Emaus in domo quæ erat ipsius Cleophæ. Qui postmodum in odium prædicti beneficij præstiti Christo in eadem domo, à iudæis crudeliter est occisus, & sic martyrio coronatus. Cætera patent faciliter. Superest igitur vt firmè credamus articulum dominicæ resurrectionis, qua tenus ipsum gloriosè regnantem videre possimus in cœlis. Præstante illo, qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat Amen.

FERIA TERTIA PASCHAE.



STETIT *Iesus in medio discipulorum suorum &c. Luc. 24.*

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. de ædilitio ædic. l. quæritur. allegans iurisconsultum Vlpianum, dicit, quòd remittentibus actiones suas, non est regressus dādus. Casus est talis. Petrus & Paulus litigant corā iudice, forte ratione alicuius possessionis magnæ, consumentes substantiā suā in aduocatis, procuratoribus, in instrumentis, & huiusmodi. Tandē ergo medio virorū proborum de facto eorum se intromittentiū Petrus facit apunctuamentū cum Paulo de quo se tenet pro cōtēto, renūcians processui, & omni iuri suo si quod habet, etiā per publicum instrumentū. Quo facto, nō multò post forte medio aliquorū adulatorū dicentiū Petro fecisse magnam stultitiam in sic apunctuando, vult redire ad actionem suam, & iterum litigare corā priori iudice. Quod si ita fecerit & alter ostenderit p publicū instrumētum conuentionē inter eos factam, quid re-

spondebit peritus iudex? Certe dicet, ꝙ Petrus in vanũ vexat Paulũ, eo quòd lex imperialis, dicit, ꝙ remittentibus actiones suas non est regressus dandus. Ista lex ciuilis est conformis legi siue regulæ ecclesiasticę dicenti. Quod semel placuit. amplius displicere non potest. De reg. iur. lib. 6.

Moraliter. Ista lex potest tripliciter exponi.

Primo, quidẽ de diuina iustitia in ordine ad peccatorẽ, super quẽ habet optimum ius perdendi eum æternaliter. Quod quidem ius registratum est Ezec. 18. cũ dicitur, Anima quæ pecca. &c. Nihilominus per pœnitentiam, & sacramentalẽ confessionem reconciliatur peccator Deo, fitque inter eos apunctuamentũ optimum, & ad magnã vtilitatem ipsius peccatoris, etiã præsentibus ad hoc angelis Dei, & de hoc plurimum gaudentibus, vt habetur Matt. 15. Virtute autem talis apunctuamenti diuina iustitia libere, & de plano cedit iuri suo, ꝙ habebat prius super ipsum peccatorem. & illi renunciat, dans illi publicũ instrumentũ, quod registratum est vbi supra, vbi dicit diuina iustitia, in quacunque hora ingemuerit peccator omniũ, &c. Ecce quomodo remittentibus actiones suas, &c.

Secundo prædicta lex potest exponi econuerso, videlicet de peccatore in ordine ad Deum. Cum enim quis peccat mortaliter, mouet litem, & processum quodammodo contra Deum, quod continuat quandiu in peccato perseuerat. Veruntamen remittit actionẽ suam, & processum, si ita expediat loqui, quando redit ad eum per veram pœnitentiam, ita vt sint vnum, vt habetur Io. 17 Caueat ergo homo ne postmodum redeat ad actionem priorem per recidiuum, quia nihil periculosius, nihilque Deo abominabilius, quàm ad vomitum redire. Nam per hoc Deus efficitur difficilior ad indulgendum, diabolus fortior ad inuadendum, & homo debilior ad resurgendum.

Tertio prędicta lex potest exponi de illis, qui aliquãdo vixerunt in dissensione, & rixa, intantũ, quod libenter vidissent aduersarios suos mortuos. Tandẽ autem

Deo

Deo propitio, & forte cooperante discreto confessore aut pastore in hoc festo Paschæ fecerunt inter se pacē non fictam, non palliatam, non simulatam, more multorum, sed veram, realem, & ex corde etiam sibi mutuo remittentes actiones suas, i. iniurias, & quascunque offensas sibi illatas mutuo, & hoc propter Deū. Caueāt ergo tales à cætero velint redire ad priores actiones, lites, & discordias, quia vt dicit lex prædicta, remittentibus actiones suas, non est regressus dandus. Habeant ergo inter se pacem bonam, & illam mutuo foueant. Ad quod etiam faciendum nos omnes hortatur Christus in præsenti euag. qui apparens suis discipulis salutauit eos verbis pacificis, dicens, Pax vobis.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Pax vobis. Luc. 24.] Scribitur extra de treuga, & pace. c. treugas, ꝙ treugas frangens postquam fuerit ter monitus, si non satisfecerit est excommunicatus. Casus est talis. Rex Franciæ facit treugas cum rege Angliæ vsque ad præfixum tempus. Quo quidem tempore pendente, dictus rex Angliæ forte consilio militum suorum quærentium viuere de præda facienda per Franciam, frangit dictas treugas. Quæritur qua pœna est plectendus dictus rex? Certe est primo monendus terna monitione, vt cesset: insuper, vt satisfaciat de omni damno illato parti aduersæ. Cuius si nolit obedire, tunc est excommunicandus, vt dicit Alex. III. per prædictam decretalem. Ad idem est, quod scribitur in maiori volumine. distin. 90. per totum. Item. 24. q. vlt. illi. vbi expressè dicitur, quòd frangentes treugas sunt excommunicandi.

Moraliter. Notandum, ꝙ homines se habent in triplici differentia quo ad Deum. Primi. n. sunt qui habēt continuū bellum contra eum, vt sunt infideles, hæretici, & obstinati peccatores. Tales nēpe peccando bellum gerūt aduersus patrem suum cœlestem, aduersus supremū dñm suum, & aduersus summum benefactorē suum. Sed audiāt tales quid dicat Psal. ad dominū. Dissipa, inquit, gentes quæ bella volunt sup. insurgēdo

contra dominũ suum benefactorẽ, & patrẽ Deum. Secundi sunt, qui opposito modo continuã pacẽ cũ Deo habent, vt sunt iusti & perfecti. Et tales sunt in paruo numero. Tertij verò sunt, qui faciunt treugas cũ Deo. Tregua enim est securitas præstita rebus & personis, discordia nondum finita, vt patet 24. c. vult illi. O quot sunt in paschate facientes treugas exterius, & apparenter cum inimicis suis, in quorum cordibus discordia nondum finita est. De quibus potest merito intelligi illud Ps. Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autẽ in cordibus eorum. Similiter multi faciunt treugas cum Deo in Paschate, promittentes emendare vitam suam, sed sępe cito frangunt huiusmodi treugas redeundo ad pristina peccata, per quę impugnant Dei bonitatem, misericordiam, & gratiam. Et ideo tales excõmunicabuntur à Deo, & tandẽ priuabuntur societate angelorum & hominum iustorum. Neque similiter pmittetur eis in fine dierum suorum ingredi ecclesiam triumphantem. Quinimmo detrudentur cum mille dęmonibus in inferno. Nolite igitur charissimi tantum facere treugas cũ Deo, sed potius veram continuam pacem. Quis si feceritis, scitote quòd ipse dominus ex parte sua non mouebit contra vos bellum, maximè cum summe diligat & optet pacem. Hoc autem in effectu hodie ostendit, cum salutauit discipulos suos verbis pacificis, dicens, Pax vobis.

In præsenti ergo euang. de tribus principaliter fit mentio, videlicet, De Christi apparitione. In principio euãgelij. De apostolorũ dubitatione. ibi. Conturbati verò &c. De resurrectionis manifestatione. ibi. Palpate & videte &c.

Primo igitur fit mentio de Christi apparitione. Pro quo notandũ, ꝙ apparitio ista Xpi de qua loquitur euangelium præsens, non fuit facta hodie, sed ipso die resurrectionis Christi, qui tũc quinquies apparuisse legitur, vt prius dictũ est. Vt ergo refert Lucas, cũ illi duo discipuli Christi, de quibus heri dictũ fuit, redijssent in Hierusalẽ, ibique inuenissent vndecim congregatos, &

eos qui cum ipsis erant, illisq; narrassent quæ gesta erant in via cũ irent in Emaus, & quo cognouissent dominum in fractione panis, adhuc illis loquentibus subito stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis, Pax vobis.

1 Sed videtur esse aliqualis repugnantia inter Lucam & Io. quo ad huiusmodi apparitionē. Lucas. n. refert ꝙ Cleophas & socius suus, qui est ipsemet Lucas, inuenerunt vndecim congregatos, de quorum numero erat Thomas. Qui cum loquerentur de gestis in via, tunc subito apparuit Christus. Ex quo patet Thomā fuisse præsentem, aliàs nō fuissent vndecim. Et tamen Io. 20. dicitur, ꝙ Tho. non erat cum alijs apostolis quando venit Iesus. Respondeo ad hoc potest dupliciter dici. Primo quidem, ꝙ inter aduentum prædictorum duorũ discipulorum & Christi apparitionem fuit aliqua morula, in qua aliqua occasione accepta, vel forte ex diuina ordinatione & dispensatione Thomas recessit à cōsortio aliorũ apostolorum: & tunc apparuit illis Christus. Sed postquàm euanuit ab oculis eorũ, tunc Thomas redijt ad consortiũ ipsorum, & tunc superuenerunt prædicti duo discipuli, qui inuenerunt vndecim congregatos. Secundo potest dici, ꝙ præter Thomā adhuc poterant esse vndecim apostoli in vnum congregati. Forte enim aliqua occasione superuenerat ibi Matthias. Hic. n. etsi esset de nu. 72 discipulorum, iam tamē erat apostolus secundum Dei præscientiam & præordinationem, sicut rei probauit euentus.

Queritur iuxta illud, Stetit Iesus, cur potius describitur Christus stetisse in medio discipulorum suorum, postquā resurrexit à mortuis, q̃ sedisse. Respondeo, ad insinuandũ, ꝙ resurrexerat ad statum gloriæ, vtpote tunc habens corpus non ponderosum, & graue, quod egeret quiete, sed agile & leue. Ante. n. passionē cũ haberet corpus graue, & per consequēs fatigabile legitur quandoq; sedisse, vt patet Matt 5. vbi dicitur in monte sedisse, & turbas sedens docuisse, dicens illis, Beati pauperes &c. Item legitur Io. 6. quòd cum voluisset

pascere turbas cum sequentes ex quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus, subijt in montem, & ibi sedebat cum discipulis suis. Item Mar. 4. legitur sedens in naui docuisse turbas, q̄ erant in littore maris. Similiter Luc. 4. legitur, quòd cum venisset in Nazareth, & intrasset in synagogam, oblatusque illi fuisset liber, statim ipsum plicatū reddidit ministro, qui illum eidem tradiderat, & cœpit sedere, docens populum. Ecce quō Christus sępe legitur sedisse cum adhuc mortalis esset, & hoc forte ad refocillādū corporeas vires, q̄ in eo interdum, sicut & in alijs hominibus, fatigabantur. Et de hoc est textus expressus Ioann. 4. vbi de eo sic dicitur, Iesus fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem, id est super os putei. At vero post resurrectionem, quia corpus eius gloriosum erat, & per consequens leue & agile stetisse inuenitur in hoc mundo, nunquam autē sedisse. Quod si quis obijciat, ꝙ sedet ad dexterā Dei patris in cœlo, ad hoc dicunt communiter doctores, ꝙ pro tanto dicitur illic sedere, vt denotetur maxima quies illius habitationis.

Queritur quare Christus salutās suos discipulos his verbis, Pax vobis, non addidit aliquod verbū alicuius tēporis. Respondeo, ad denotandū, ꝙ paratus est oī tēpore nobis pacem suam dare, quā semper nobis offert dī. Pax vobis. Si. n. apposuisset verbū præteriti temporis, vtpote dicendo, Pax fuit vobis, videri potuisset, ꝙ iamodo apostoli passuri essent continuum bellū. Si aūt apposuisset verbum præsentis tēporis dicēdo, Pax est vobis, videri potuisset quòd pacē æternitatis discipulis suis dare non decreuisset. Si vero apposuisset verbū futuri tēporis, vtpote dicēdo, Pax erit vobis, videri potuisset aliquibus opus non esse in præsenti pacē habere, sed pacē pectoris, & gratię in pręsenti procurare. Et ideo sine quocūq; verbo dixit, Pax vobis, vt ostēderet pacē omni tēpore nobis necessariā, & præsertim loquēdo de pace pectoris, vt tandē valeamus habere pacē æternitatis, quæ est sine tēpore. Vel dic, ꝙ ideo nō addidit Christus verbū, cū dixit, Pax vobis, ad denotandum

ꝙ quantũ in nobis eſt, pacem debemus habere ad oẽs Si.n.apposuiſſet verbum præteriti temporis, poſſet videri aliquibus ſufficere ad ſalutem ſi in præteritũ habuerunt pacem ad proximos ſuos. Quod ſi apposuiſſet verbum præſentis tẽporis videri poſſet ſufficere ad ſalutem hodie pacem ad alios habere. & cras bellum. Si autem apposuiſſet verbum futuri tẽporis, dixiſſent nõ nulli licitum fore hodie lites habere, & proponere velle in poſterũ pacẽ habere. Propter hæc ergo nullũ verbum appoſuit, vt oſtenderet nos omni tempore ad pacem teneri & obligari quantum in nobis eſt.

Et quãuis multa in laudem pacis dixerim in magno roſario. ſer. 48. q intitulatur de roſa pacis, nihilominus iudicaui indignũ trãſire præſens euangeliũ, & de pace ſermonem non habere. Tria ergo notabimus de pace, ſecundum tres literas huius nominis pax. Et hæc ſunt, Procuratio, Affectio, Chriſti acceptio.

Primo igitur videndum eſt de procuratione pacis, & quomodo poteſt haberi. Pro quo notandum, ꝙ ſunt tria per quæ principaliter poteſt pax procurari & haberi.

Primo nempe pax tẽporalis procuratur, & tandẽ habetur recte ſe habendo ad Deum, vtpote mandata eius obſeruando, & mundũ à peccato ſe cuſtodiendo. De primo in Pſ. Pax multa diligentibus legẽ tuam. Hanc etiam pacem ipſemet dominus promittit cuſtodientibus legẽ ſuã. Leu. 26. dicens. Si mandata mea ſeruaueritis dabo pacẽ in finibus veſtris. Dormietis, & non erit q exter. &c. De ſecũdo ſcribitur Iob. 8. Si mũdus & rectus inceſſeris, ſtatim peccatũ reddet Deus habitaculũ iuſtitiæ tuæ. Et ideo quandiu Adã habuit pacẽ cũ Deo nihil ei nocuit, nec nocere potuit. Sed quãprimũ mãdatũ eius prꝫteriuit, & pacẽ fregit, creaturꝫ inferiores cꝫperunt inſurgere contra eũ, & ſibi rebelles exiſtere. Quandiu ergo homines habent pacem interius cũ Deo, conſequenter habẽt pacem exterius cũ proximis ſuis. Cum vero peccando inſurgunt contra Deũ, etiã iuſto Dei iudicio, cꝫterꝫ creaturꝫ armant ſe cõtra eos.

Sap. 5.

Sap. 5. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Et de hoc historiam habemus in filijs Israel, de quibus dicit Aug de ci. Dei. lib. 16. c. 4 : ꝙ temporibus Iudicũ, sicut se habebāt & peccata populi, & misericordia Dei, alternauerunt prospera, & aduersa bellorum. Vnde in libris Iudicum, Regũ, Paralipomenon, & Machabæorum, frequenter legitur, ꝙ vbi filij Israel custodiebant præcepta Domini, tuebatur eos, & fruebatur pace ex omni parte. Cum verò idololatriæ, aut alijs grauibus vitijs vacabant, quasi in vltionem Dominus suscitabat contra eos aduersarios, qui eos expugnabant. Ista etiā alternatio vsque hodie perseuerat in mundo isto. Nā vt dicit Hier. tertia par. epistolarum suarum epist 64. ad Heliodorum episcopũ scribens, cum sentimus Deũ offensum, nec placamus eum, nostris peccatis barbari fortes sunt. Nostris vitijs Romanus superatur exercitus. Infelices nos qui enim displicemus Deo, vt per rabiem barbarorum illius ira in nos desæuiat. Hæc ille. Ad idem est illud decretum reuertimini 16. quæstio. 1. Sed, proh dolor, ingruente bello, quærimus quidem quandoque pacem ore, sed impugnamus eam opere. In hoc similes regi Acham, de quo legitur 2. Paralipom. 18 ꝙ tempore angustiæ suæ auxit contemptum contra Dominum Deum suum.

Secundo pax procuratur iustitiam obseruando, & defectuosus puniendo. In cuius rei signum dicit Psal. ꝙ iustitia, & pax osculatæ sunt, i. se inuicem concomitantur, vnde August. super psal. exponens prædictum passum dicit sic, Fac iustitiam, & habebis pacem. Si non amaueris iustitiam, non habebis pacem. Sunt enim duæ sorores iustitia, & pax, se mutuo osculantes, ita vt qui fecerit iustitiam, inueniat pacem iustitiam osculantem. Et post pauca. Audi ò homo quid tibi dicit pax. O homo quare tu litigas cũ sorore mea iustitia? Ipsa.n. dicit tibi, Ne fureris, & non audis. Nō adulteres, & nō audis Non falsum testimoniũ dices aduersus proximum tuum, & non facis. Ecce qũo inimicus,

&

& aduersarius es amicę, & sororis meę iustitię, inquit, pax homini. Quid igitur me quæris quæ sum amica iustitiæ? Quemcunque certe inuenero inimicū, & aduersarium amicæ, & sororis meæ iustitiæ; ad illum nō accedo. Deinde ibidem concludit pulchrum verbum idem Aug dicens, Vis ergo ô homo inuenire pacem? fac iustitiā. Ad hoc autem propositum facit historia quā refert commentator pragmaticæ sanctionis super prologum eundem, Roberto Francorum rege, filio Hugonis Capeti. Hic enim cum semel oraret in ecclesia S. Crucis Aurelianen. pro pace, & prosperitate regni sui, imago Crucifixi sibi respondisse fertur, quòd non haberet pacem in regno suo, donec blasphemias, & publica crimina, quæ erant in regno suo extirpasset. Ecce quomodo defectus iustitiæ impedit bonum pacis. Et per oppositum patet, quomodo procuratur pax cū administratur iustitia, & punitur delicta saltē notoria. Videmus .n. in humana politia quod superior Iudex, aut suprema curia parlamenti non solet punire delicta populi, vbi iudex inferior, & ordinarius facit debitum suum. Sic enim statuunt leges Imperiales, vt patet. C. de pedaneis iudicibus. l. placet. Sed vbi iudex ordinarius, & inferior negligit facere judicium, & iustitiam, aut vbi casus est multum execrabilis, & enormis, tunc debet iudex superior euocare causam coram se, & de illa judicium ferre, vt notatur vbi supra. Prædicta autē lex est conformis sacro canoni, vt patet extra de foro com. c. si clericus, vbi dicitur, ꝙ propter negligentiam iudicis secularis potestas, & lis deuoluitur ad ecclesiasticum iudicē. Ita in proposito, vbi iudices tam ecclesiastici, quàm seculares puniūt malefactores sufficienter, tunc Deus aliud non facit iudiciū. Vbi vero hoc negliguntur tunc Deus tanquā supremus iudex vocat litem ad se, & facit sæpe iudicium, & iustitiam in terra de malefactoribus, ponendo etiam iudices inferiores in grauissima emenda. Hoc autem quotiēs dominus immittit bella, pestilentias, famē, solis ardorē, imbrē excedentē, & similia infortunia, per quæ flagellat

gellat

gellat, & punit tam malefactores quàm negligentes prælatos, iudices, & quosque superiores culpam habẽtes in supradictis.

Tertio pax procuratur orationibus, ieiuniis, eleemosynis, & operibus sanctis. Vnde in lętaniis Sanctorum oramus dicentes. Vt pacem nobis dones, te rogamus audi nos. Item frequenter cum timetur bellum, aut iam instat, solent fieri in ecclesia publicæ processiones. Interdum deferuntur sacræ reliquiæ luminaribus accensis. Clerici induuntur cappis sericis, populus sequitur gemens, & in cœlum lamentans, nudis pedibus quandoque incedens. Qui autem præeunt clerici cantant lachrymosis, & lugubrious vocibus, dicentes. Tua est potentia, tuum regnum domine, tu es super omnes gentes. Da pacem Domine in diebus nostris. Deinde subditur versus, Creator omnium Deus &c. Subsequitur versiculus. Fiat pax in vir. &c. Demum additur collecta. Deus à quo san. &c. Ecce quomodo procuratur pax apud Deum. Propter quod in ecclesijs parochialibus per singulas dominicas solet pax commendari populo, & orationes speciales pro hac causa tunc fieri. Ista autem consuetudo laudabilis introducta forte est propter verbum apostoli, 1. Timoth. 2. qui vult orationes ab ecclesia pro pace fieri. Hoc autem fit rationabiliter. Nam cum pax sit speciale Dei donum, quæ etiam non nisi ab eo dari potest, dicente. Ecclesia in collecta. Da domine seruis tuis illã, quam mundus dare non potest pacem, consequens est, vt ipsam ab eodem summo domino petamus, & impetremus, fundendo ad Deum deuotas preces. Nam vt dicebat rex ille Iosaphat. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum residui habemus, vt oculos nostros dirigamus ad ipsum dominum, vt habetur 3. Reg. 20. Similiter ieiunia, peregrinationes, eleemosynæ, & cætera spiritualia atque corporalia exercitia, iusta, & sancta multum valent ad impetrandum pacem. Patet ergo quomodo pax procurari potest.

Secundo principaliter videndũ est de affectione pacis.

cis. Omnes .n. cuiuscunque etiam status, conditionis, sexus, aut ætatis existant, debent affectare, & desiderare pacem. Pro quo notandum, ꝙ in humana politia triplex est differentia hominum. Nam quidam sunt nobiles, quidam ecclesiastici, quidam agriculturæ dediti. Et hi omnes debent toto corde pacem affectare, & bellum odire per quod tollitur ipsa pax.

Primo igitur nobiles, & abundantes in seculo, & qui obtinent diuitias, debent summoperè pacē affectare. Nam tales tēpore pacis viuunt in magna fœlicitate. Cū vxoribus.n. suis habitāt securi, proles procreant, diuitias suas augent, venationi, & volatui vacant, atque solatia sua prout libet amplexantur. Sed quid illis accidit tempore belli? Certe oportet eos sumere arma supra dorsum, & cum illis sæpe dormire propter timores nocturnos. Item oportet eos ire ad seruitium principis, & frequenter proprijs stipendijs militare. Sub diuo ad ardorem solis, aut tempore gelido velint nolint habitare, famē, & sitim atque penuriam multam perferre, & huiusmodi incommoda multa. Quandoque ēt ab aduersariis siue in bello, siue in proprio solo capiūtur, & ad magnam ransonem ponuntur, ex cuius solutione depauperantur. Insuper domus, & castra eorum ab aduersariis quandoq; ad terram prosternuntur, terræ, & possessiones præscribuntur. Interdum crudeli morte interimuntur, redditus à subditis eis non soluuntur. Hæc, & multa his similia patiuntur nobiles tempore belli. Nonne ergo tibi videtur, ꝙ debēt multum affectare pacem, quæ liberat eos à tantis? Ex quo ergo hæc ita se habent, vnde ergo est, ꝙ nobiles, & potentes, & signanter illi qui sunt de familia regum ac principum, non persuadent eis facere pacem cum aduersariis suis. Certe huius ratio est, quia vt communiter dicitur, nunquā melius piscatur, quàm in aqua turbida. Multi ergo domestici regū ac principū citius persuadēt bellum, quàm pacem, vt manuteneantur in officiis suis, & rapinas more solito perpetrare valeāt. Et tales frequēter per suas adulationes potius obtinēt

gratiam

gratiam apud principes, quam hi qui paci studẽt. Vnde in huius rei signum refert August. lib. 4. de ciuitate Dei. c. 16 ꝙ olim Romani recipiebant intra vrbem multos Deos, quorum officium erat impellere homines ad bellum, & inquietudinem. Deam autem quietis, & pacis, quæ dicebatur Dea quieta, noluerunt intra vrbem recipere, sed ipsam extra portam, vbi ædẽ suam habebat, stare fecerunt. Nec inter Deos publicos vrbis, id est qui curam reipublicæ habuerunt, eam recipere voluerunt. Sic & hodie tantum illi in curijs principum cor ad bella gerentium sunt bene venti, & auditi, qui illius applaudunt, & bellare consulunt. Qui autem quæ paci sunt consulunt, de curijs eorum eijciuntur, ipsisque interdum dicitur. Vadatis ad domum vestram quousque mandauerimus pro vobis, &c.

Secundo, ecclesiastici summopere affectare pacem debent, & in suis orationibus eã iugiter à dño postulare, attendentes, ꝙ non nisi pacis tẽpore bene colitur Deus. Nã insurgente bello ecclesiæ spoliantur, prophanantur, polluuntur, cremantur, ad terrã deijciuntur, diuina in eis non soluuntur, ecclesiastici, qui de decimis, & oblationibus suorum beneficiorũ viuere consueuerant, mendicare cõpelluntur, monasteria rebus, & personis spoliantur, sanctimoniales stuprantur, & penè infinita alia mala tã contra ecclesias, & loca sacra, q̃ in personas ecclesiasticas, & religiosas perpetrãtur. Vnde ad propositũ põt intelligi illud Ps. Deus venerunt gẽtes, i. homines infames, & rebus bellicis dediti, in hæreditatẽ tuã, in ecclesia. Sed quid fecerunt? Certe polluerunt templum sanctum tuum, &c. Nunquid ergo toto cordis affectu debent desiderare viri ecclesiastici pacem? Certe ita, quia ex illa pendent penè infinita bona, quæ per bella impediuntur. Nam ruinæ ecclesiarum, atque sacrorum locorũ, quas fecerũt bella, restaurantur in melius adueniente pacis tempore. Nec quidem mirum cum etiam legamus paganos, & idololatras pacis tempore similia fecisse priscis temporibus

poribus circa templa deorum suorum. Refert enim Titus Liuius lib. 1. decados primæ, de Numa secundo rege Romanæ vrbis, qui successit Romulo, quod fuerit totus pacificus, bellicisque rebus animum non dederit. Propter quod cultui deorum se totum deuouit, illi sacra instituens pro varietate eorum, sacerdotes suos cuique deorum præficiens, stipendia illis de ærario publico statuens. Propter quod vbi supra subdit Titus Liuius de eodem, & prædecessore suo, videlicet Romulo dicens, quod ambo reges auxere ciuitatem Romanam. Ille bello, hic pace. Quorum primus septem, & triginta regnauit annos, alter vero scilicet Numa tres, & quadraginta. Hæc ille.

Tertio agricolæ, & rustici summopere debent amare, & desiderare pacē, vt saltem releuentur ab infinitis grauaminibus, oppressionibus, rapinis, incēdijs, & huiusmodi malis, quibus succūbūt ingruente bello. Nā inualescente bello, milites hincinde discurrūt, & sub velamine tuitionis pauperes agricolas excoriant, auferentes ab eis vitæ necessaria. Insuper tunc tributa ī immēsum augentur, quæ pauperes habent soluere. aut patriā relinquere. Parte ex altera ab aduersarijs grauiora patiuntur, cū ab eis inuaduntur, & fortiores existunt, adeo, vt oporteat pauperes agricolas ī speluncis & in cauernis terræ latitare. Inuenti aūt frequenter captiuantur, & ad ransonē illi importabilē ponuntur. Et quousque illā soluerint. cōpedibus, & manicis ferreis alligantur, & more vrsorū flagellantur, atque sine misericordia tractantur. Nonne ergo pauperes agricolæ debent multū pacē affectare? Certe ita. Patet ergo, quod oēs status debent pacem affectare, & desiderare.

Tertio pricipaliter vidēdū, ē q̄ mirabiliter pax sit Xpo accepta, & grata. Hoc aūt possumus ꝑsuadere ex parte triplicis pacis, videlicet tēporalis, internalis, æternalis. Primo qdē ex parte pacis tpalis. Nā in signū, quod ipso Xp̄s multū pacē diligit, nasci pacis tpe elegit, videlicet sub Octau. Au. sub quo facta ē pax p vniuersū orbē. Nā Romani à cōstōne vrbis, vsq; ad tpa pdicti ī pa-

toris bellicis rebus fuere assidue occupati, præter tempus illud, quo regnauit Numa, vt dictũ est. Vnde huius beneficij gratia ipsi Romani tempore dicti Octauiani construxerunt templum, quod appellauerunt templũ Pacis. Item idem Christus voluit nasci hora pacis, videlicet hora noctis mediæ, in qua omnia sunt quieta, & tranquilla. Sap. 18. Cum quietum silentium continerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus domine exiliens de cœlo a regalibu s sedibus venit. Item ipse idem voluit in suo ortu pacem per angelos nunciari in terris, sc͠dm illud Luc. 2. Facta est cum angelo multitudo cœlestis militiæ cantantium, & dicentium, Gloria in altissimis Deo & in terra, &c. Et breuiter Christus tantum amauit pacem, ꝙ vt dicit Aug. ad fratres in eremo. ser. 28. qui intitulatur in cœna domini, ipse pacem annunciari in ortu suo angelis præcepit, pacem apostolis sæpe nunciauit, pacem hominibus prædicare præcepit, pacem pro testimonio apostolis reliquit, pacem in cruce pendens postulauit Hæc ille. Nunc etiam in cœlo gloriosè regnans non cessat nobis pacẽ offerre. Et quod maximę clementiæ signum est, postquàm nostris exigentibus demeritis irritatus Deus bellis flagellat populum suum, tandem pacem restituit, & liberat suos à priori tribulatione, & seruitute. De hoc historia notissima est de filijs Israel, quos misericordia interueniente liberauit de Aegyptiaca seruitute, pariter & postmodũ de Babylonica. In hunc etiam modum pijssimus Deus liberauit Normaniam, pariter & Aquitaniam de manu Anglorum. In cuius rei signum legitur in chronica regum Francię, ꝙ cum dicti Angli totã Aquitaniã occupassent annis 140. tandem dn̄s misertus liliorũ Franciæ, dictã Aquitaniam liberauit à iugo, & seruitute ipsorum Anglorum tp̄e Caroli VII. regis Franciæ. Vnde tunc visa est in cęlo, sole sereno, crux candida super ciuitatem Baionensem. Quo signo viso, arbitrati sunt ciues se diuinitus admoneri parere Carolo Francorum regi, attendentes, ꝙ dictus rex ferat in vexillo

crucem

crucem candidã. Ecce quàm grata, & accepta sit Deo pax temporalis.

Secundo possumus ostendere, q̃ grata sit Christo pax ex parte pacis internalis. Ipse.n. tm̃ amat pacem interiorem cordis, q nullibi vult habitare nisi vbi eã inuenerit. Et quidem iustè, qm̃ de eo scriptum est in ps. In pace factus est locus eius. Hinc Aug. epist. 111. ad Iulianum Comitem scribens, ait. Qui amplectitur pacem in mentis suæ hospitio, mansionem præparat Christo. Si igitur volumus habere Christum nobiscum in consciẽtia per gratiam, opus est primum habere pacem in ea. Ille autem habet pacem in conscientia, qui nullius est conscius peccati, facta debita diligentia, & quem non perturbant huius mundi aduersa, &c.

Tertio possumus idem propositum persuadere ex parte pacis æternalis, & cœlestialis. Satis.n. cõstat nullum posse habere dictam pacem æternalem, qui in discordia, & rixa viuit. In cuius rei signum refert Greg. in moral. lib. 21. c. 14. q mos fuit apud veteres, vt ad portas ciuitatũ sederent seniores, qui certantium iurgia iudiciaria examinatione discernerent, quatenus vrbem minime intrarent discordes, in qua cõcorditer viuere oportebat. Vnde, & per prophetam Amos 5. dicit dominus, Constituite iudicium in porta. Hæc ille. Quãdiu ergo sumus in via, in hac valle miseriæ, simus consentientes aduersarijs nostris, i. habeamus pacem cum omnibus, etiam cum inimicis nostris, ne forte in articulo mortis tradat nos iudex Christus ministro, i. sathanæ, & per eum mittamur in carcerem inferni. Hic.n. est finis, & retributio litigantium, & rixantium in præsenti, vt innuitur Marc. 5 Finis autem, & retributio pacem inter se habentium, est pax illa cęlestialis, quæ finem nescit. Patet ergo descriptio pacis secundum tres literas ipsius nominis pax. Et per consequens patet diffuse de primo principali.

Secundo principaliter in præsenti ęuangelio fit mẽtio de apostolorũ dubitatione. Nam vt refert Lucas, cum Christus benigne salutasset suos apostolos, dicens

illis. Pax vobis. Ego sum, nolite timere. nihilominus illi conturbati, & conterriti, quodam. s. naturali horrore quo viui horrent mortuos, existimabant præ terrore se spiritum videre. Vt. n. dicit hic gl. or. discipuli nouerant Christum verum hominem fuisse: Sed postquã mortuus fuit, non credebant tertia die verã carnem de sepulchro posse resurgere, propter quod putabant se spiritum videre, quem emiserat Christus in sua passione, tunc autem illis apparere in assumpto aereo corpore. Petrus tamen putabat ipsum veraciter resurrexisse, quia illi iam apparuerat. Nihilominus nesciebat virtutem gloriosæ resurrectionis, videlicet, quòd corpus gloriosum posset intrare domum ianuis clausis.

Sed contra illud verbũ. Conturbati vero, & conterriti, posset instari per illud Io. 20. Gauisi sunt discipuli viso domino. Quomodo ergo potest stare, ꝙ apostoli fuerint conturbati, & conterriti, ex quo fuerunt gauisi, maxime cũ sit quæstio de eadem apparitione apud Io. & Lucã. Respondet ad hoc dñs Hugo Card. ꝙ primo fuerunt conturbati, & conterriti ex tali apparitione, sed postmodũ cõsolati ex verbis Christi apertè manifestantis eis veritatẽ suæ resurrectionis. Et de hoc loquitur Ioã. dicens Gauisi sunt discipuli, &c. Et ꝑ hoc insinuatur, ꝙ apparitiones diuinæ aut angelicæ, quamuis primũ terreãt, statim tñ consolationem spiritualẽ afferunt. Apparitiones autem diabolicæ similiter primum terrent, sed in fine decipiunt, & contristant, vt prius dictum est, videlicet in die Paschæ.

Quæri potest circa huiusmodi Christi apparitiones quõ, s. indutus apparebat. Satis. n. verisimile est, ꝙ non apparebat nudus. Respondet ad hoc Lãdolphus in libro de vita Christi, ꝙ quãuis tunc vestibus non indigeret Christus, maxime cum corpus gloriosum haberet, apparuit tñ in veste albissima, sicut & angelus, qui apparuit mulieribus in monumento indutus stola candida, describitur Mar. 16. Potius autem sic indutus apparuit, q̃ aliter in signum iocunditatis, & lętitiæ.

Sequitur

Sequitur in textu. Quid, inquit illis Iesus, turbati estis & cogitationes ascendunt in corda vestra? Sic autem loquitur eis Christus, vt auferet ab ipsis errorem, quo existimabant se spiritum videre.

Moraliter. Notandum conformiter ad gl. ord. ꝙ duplices sunt cogitationes, videlicet malæ & bonæ. Malæ. n. admodum malæ herbæ ascendunt in corda, & vsque ad thronos angelorum atque summæ maiestatis fętidum & abominabilem odorem emittunt. Cogitationes vero bonæ è diuerso de sursum descendũt, quia à Deo inspirante, quia vt habetur Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum. Et re uera loquendo de malis cogitationibus posset merito queri hodie à multis Christianis, qui istis diebus prioribus fuerunt confessi & sacramento altaris administrati, & qui tot signa deuotionis exterius ostenderunt. Quid turbati estis & cogitationes ascendũt in corda vestra? Iã enim multi incipiunt redire ad vanitatęs seculi, & multas leuitates operantes circa iuuenculas puellas, sicut plerunque contingere solet in multis peregrinationibus, viagijs, & visitationibus parentum, & amicorum, & huiusmodi. Alij autẽ quodam forte timore potius mundano, quàm diuino ducti adhuc talia exercere non audent. Iam tamen incipiunt de talibus cogitare, & forte proponunt ad vomitum, habita oportunitate, redire. Et tales sunt similes candelæ de recenti extinctæ, quæ etsi exterius non ardeat, emittit tamen fumum fœtidissimum, qui adeo periculosus est, vt etiã qñq; procuret abortum in muliere prægnante, vt dicit Pli. in naturali hist. li 7. c 7. Sic & fumus prauæ cogitationis præsertim si affuerit consensus verus, vel interprætatiuus suffocat & extinguit fętũ gratiæ Dei, & totius boni desiderij atq; omnis sanctæ cogitationes in ventre conscientiæ existentis. Sicut ergo mulier pregnãs habet summopere vitare prædictũ fumũ ne fętus suus inde suffocetur, ita in ꝑposito deuoti Catholici q̃ istis diebus prioribus & sanctissimis conceperũt gratiã. Spi-

ritusſancti, atq; propoſitum melioris vitæ in cordibus ſuis, debent cum omni diligentia vitare prauas cogitationes, quæ ſeparant à Deo, & quæ fœtum ſpiritualem iam in ventre conſcientiæ formatũ, ſuffocant. Propter quod nos omnes admonet Apo. 1. Theſſ 5. di. Spiritum nolite extinguere. Sed, proh dolor, multi ſunt hodie ſimiles candelæ recenter extinctæ, in hoc. ſ. ꝙ ſicut huiuſmodi candela de facili, & ad modicum flatum reaccenditur, ita & multorum cogitationes prauæ poſt Paſcha ad modicum ventum tentationis, & modica occaſione data reaccenduntur & inflãmantur etiã ardentius, quàm prius. Tales etiam ſunt ſimiles vepribus, vrticis, tribulis, & multis alijs malis herbis, quę in hyeme videntur totaliter mortuę, eo ꝙ exterius in eis nullum apparet veſtigium vitæ, ſed redeunte ſolis feruorę in vere, mox incipiunt pullulare, & reuiuiſcere, etiam interdum abundantius, q̃ prius. Applicatio eſt facilis.

Notandem eſt aũt, ꝙ huiuſmodi cogitationes malæ aliqñ aſcẽdunt vſq; in corda, aliqñ aũt minus. Tunc aũt aſcendunt vſq; ad corda, qñ p̃betur illis conſenſus exp̃ſſus verus, vel interpretatiuus. Quo facto ſunt mortales, & ſignãter qñ verſantur circa materiã de ſe mortalem. Sed tunc minus aſcẽdũt qñ ſunt ſubreptitiæ, momentaneæ, imperfectæ, incõpletæ, vtpote præuenientes plenum rõnis iudicium Et tunc ſunt tm̃ veniales, etiam quantũcunq; ferantur circa materiã de ſe mortaliter malã. Et ad hoc perſuadendũ dat exẽplum Aug. ſer 2 dñicæ 25. poſt Trinitatẽ de illo, qui apprehendit carbones ignitos, quos ſi cito ꝓiecerit, nihil, aut parũ illi nocebunt, ſi verò diutius eos tenere voluerit, ſine graui vulnere non tranſibit. Applicatio eſt facilis ex dictis. Cauete ergo chariſſimi propter Deũ, ne permittatis à cætero cogitationes aſcendere in corda veſtra, ideſt vſq; ad cõſensũ rõnis, ſed potius eas pellite lõge à vobis. Audite quæſo, quid dicat moralis ille Chry. ſuper Mat. ho. 43. Filias, inquit, virgines diligenter obſeruant parentes, ne corrũpantur. Animam verò noſtrã q̃ his nobis præſtantior eſt, an ꝑmittere deturpari mille

le spurcissimis cogitationibus debeamus. Absit &c.

Tertio principaliter in præsenti euang. fit mētio de resurrectionis Christi aperta manifestatione, cum subditur, Videte manus meas &c. Circa quod notandū, ꝙ eam manifestauit ipsemet Christus in hodierno euāg. suis apostolis per sensum visus, tactus, & gustus. Visus quidem, cū inquit. Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Hoc autem dixit propter cicatrices vulnerum, quas in suis manibus & pedibus post suam resurrectionem retinuerat. Et hoc in parte vt sic euidētius probaret dictam resurrectionem. Secundo sensu tactus, cum subdit illis, dicens, Palpate, & videte, quia spiritus &c. Probauit ergo Christus sufficienter veritatē suæ resurrectionis. Primo quidem ostendendo se habere verum corpus, & non fantasticum, cum ait, Palpate. Secundo verò ostendendo se habere verū corpus humanum, cum subdit, & videte. Nam per talem modum ostendit illis verā effigiē corporis humani. Tertio autē ostendendo se habere idem corpus numero, quod prius habuerat in hoc, s. quod ostendit discipulis suis cicatrices vulnerum suorum. Quarto denique ostendendo se habere corpus gloriosum, in hoc. s. ꝙ intrauit ad discipulos suos ianuis clausis, vt habetur Io. 20. Tertio autem probauit Christus veritatem suę resurrectionis per sensum gustus, vnde sequitur in textu. Adhuc illis non credentibus, & admirantibus præ gaudio dixit eis, Habetis aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, cuius forte aliam partem ipsimet manducauerant ad maiorē rei confirmationē, & fauū mellis. Et cū manducasset coram eis, s. ad maiorē certitudinē, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos, Hæc sunt verba quæ &c. Circa hoc aūt notandū secundū gl. or. ꝙ tunc Christus manducauit non necessitate, sed potestate. Aliter. n. absorbet aquā terra sitiens, & aliter radius solis calens. Illa indigentia, iste potentia.

Queritur vtrū Christus tunc veraciter comederit, Videtur ꝙ non: corpus. n. gloriosum cibo non indiget. Sic est aūt ꝙ corpus Christi tūc erat gloriosum, igitur,

Ad dubiũ respondet B. Tho. quodlib. 3. art. 5. dicens, Christum veraciter & realiter sic comedisse, vtpote cibum masticando, & masticatum deglutiendo, nihilominus dictus cibus non fuit in eius naturam conuersus, sicut in nobis pro isto statu accidit, eo ꝙ tunc erat extra statũ generationis & corruptionis. Quid autem factum sit de illo cibo, dicit idem doctor, ꝙ fuit imperceptibiliter solutus in præiacentem materiam. Da exẽplum de gutta aquæ proiecta in fornacem ardentem quæ impercepitibiliter euaporatur.

Mysticè Christus fuit piscis natans in aquis huius mundi annis 33. Postmodum cum rete proditionis captus & ligatus in horto. Tandem assatus super craticulam crucis, supposito igne vehementis doloris, de quo Thren. 1 O vos oẽs qui &c. Nihilominus iste piscis sic assatus, in sua resurrectione mutatus est in fauũ mellis, & hoc propter iocunditatem & suauitatem dictę resurrectionis. Vel dic ꝙ fauus mellis, q vulgariter dicitur mel in petra, est diuinitas in humanitate. Iste autem fauus mellis offertur nobis in mensa altaris. Partem igitur piscis assi & fauum mellis ille offert Christo, qui firmiter credit ipsum passum & resuscitatum.

Moraliter illi offerunt Christo partẽ piscis assi, qui corpus suum atterunt ieiunijs, disciplinis, abstinentijs & peregrinationibus sanctis. Fauum verò mellis illis eidem offerunt, qui vacant contemplationi, deuotioni, & orationi. Vnusquisq; ergo in se habet quid Christo offerre possit, iuxta illud Ps. In me sunt Deus vota tua quæ reddam tibi. Cætera quæ habentur in euangelio pertranseo, quia expositione magna non indigent. Deprecemur ergo charissimi Dominum nostrum Iesum Christum, vt det nobis gratiam sic assandi corpus nostrum in præsenti bonis operibus inhærendo, vt tandem possimus gustare fauum mellis, ipso in cœlis fruendo. Quod nobis concedat qui in Trinitate &c.



Anifestauit se iterum Iesus discipulis suis ad mare &c. Io. 21.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. ff. de de pignoratitia actione. l. elegāter. § q reprobos, allegans iurisc. Vlpianum dicit, q̄ reprobata pecunia non liberat soluentē. Casus est talis. Sortes cōuenit cū Platone de aliqua mercantia. & fidē dedit illi, q̄ soluet sibi summā debitā certo die inter eos præfixo. Cum ergo uenisset dies determinatus, Sortes offert Platoni pecuniā quæ nō habet cursum in patria illa, quinimmo publicè est declamata. Plato aūt propter prædictā causam renuit dictam pecuniam. Econtrario autē dicit Sortes, q̄ nō dabit aliam, quia talem pro bona recepit. Si igitur hęc lis ventilet ur in iudicio, quid pronunciabit iustus, & peritus iudex? Certe dicet, Sortes debere soluere Platonem in alia moneta, quæ. s. habet cursum suū in ipsa patria. Et hoc conformiter ad legem præallegatam dicentem, q̄ reprobata pecunia non liberat soluentē.

Moraliter ista lex potest tripliciter exponi.

Primo quidem de damnatis, qui contraxerunt cum Deo maxima debita male viuendo in præsenti. Qui cum experiuntur mirabiles & horribiles cruciatus inferni, libenter liberarent se à prædictis debitis, si possent, & hoc pœnam soluendo in inferno, prout innuitur Sapien. 5. vbi dicitur, quòd intra se pœnitentiam agent, & præ angustia spiritus gement. Sed quoniam pœna quam ibi patiuntur, est velut corrupta & reprobata pecunia coram oculis diuinę maiestatis, ideo quantūcunq; diu, aut grauiter ibidē puniātur, nunquā tamen inde liberabuntur, quia vt canit ecclesia, In inferno nulla est redēptio. Nullus ergo, si sapiens fuerit, expectet satisfacere pro delictis suis quousque ibi fuerit, eo quòd pœna quam ibi patietur in nullo sibi proderit, quia reputabitur tanq̄ pecunia reprobata

probata maxime cum in peccato soluatur,& inuitissimè. Secus autem de pecunia,i. de pœna qua se liberāt existentes in purgatorio. Illa.n.aliquid habet de volūtario. Insuper exsoluitur in gratia & charitate. Et ideo non est pecunia reprobata,sed potius approbata, quia illam approbat & acceptat Deus ad liberationem prædictarum animarum in toto,vel in parte.

Secundo prædicta lex potest exponi de simoniacis, vsurarijs,raptoribus,& similibus, qui de iniuste acquisitis interdum faciunt largas eleemosynas,& multa exponunt q̄ñq; in pios vsus,credētes talibus medijs redimere peccata sua,& se liberare à periculo æternæ dānationis. Sed nouerint tales, ꝙ cū huiusmodi pecunia sit reprobata,eo ꝙ iniustè acquisita, neminem liberat à dānatione æterna. Sed debet restitui danti, seu illi cuius est,prçter pecuniam simoniacè acceptam, quæ nec est dantis,nec recipientis, sed magis debet in pios vsus exponi. Hinc Eccl 34. scribitur, dona iniquorū,i. de iniquo data,non probat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum,i. in bonis quæ offerunt ecclesijs seu hospitalibus de iniuste acquisitis. Nec in multitudine sacrificiorum,i. missaruma, ut hmōi propitiabitur peccatis eorum. Quia qui offert sacrificium ex substantia pauperum,quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Ex quibus verbis patet,ꝙ tales magis prouocant Deum contra se,quàm pro se. Et vnde contendunt placare Deum,plusquam prius ipsum irritāt. Vnde Aug li. de vita Christi. Melius,inquit, est te non facere eleemosynā,quàm vt vnum vestias, plurimos vestitos denudare. Illam ergo eleemosynam Deus approbat,quæ de iustis laboribus ministratur, sicut scriptū est. Honora dn̄m de tua substantia. Et post pauca. Illam eleemosynam reprobat Deus, quæ de lachrymis præstatur alienis. Quid.n.prodest si te benedicat vnus vnde plures maledicunt? Nonne Deus habet vnde pascat pauperes suos, nisi tu aliena diripias? Hæc ille. Ecce ergo q̄uo reproba pecunia nō liberat soluentem.

Tertio p̄dicta lex potest exponi de satisfaciente in

pecca-

peccato mortali.Elemosyna.n. est quædã pecunia qua redimuntnr peccata,prout fuit consultum Nabuchodonosor,Dañ.4.Similiter ieiunium, & oratio,atque peregrinatio.Sed hmõi pecunia tunc est electa, & de missa quando fit in gratia. Tunc autem reprobata quãdo fit in peccato mortali.Reprobata,inquam,quia illam nõ acceptat Deus ad vitam æternam. Et ideo hmõi pecunia,id est opus de genere bonorum,in peccato mortali factum, non liberat soluentem, saltem in foro Dei, quamuis bene in foro ecclesiæ.Non.n. acceptat Deus opus de genere bonorum ad pœnæ debitæ remissionẽ, nisi fiat in gratia,& charitate,& hoc secundũ cõem doctrinã B.Th.in 4.sent. Et ideo,qui satisfactionem implet in mortali peccato,nihil diminuit de pęna sibi debita in foro Dei.Sed velit nolit oportebit,ꝙ illam ex integro sustineat in inferno si sic decesserit.Ex quo patet,ꝙ taliter satisfaciens,s.in mortali peccato nihil ꝓ tunc lucratur de per se quo ad Deum,siue quo ad præmium æternum,nisi forte de peraccidens,vtpote vitando nouam transgressionem,quam incurreret in nõ implendo ecclesiæ præceptum.Hoc aũt figuratiuè innuitur in præsenti euang.vbi legitur,ꝙ apostoli laborãtes in piscatura ꝑ totã noctem nihil prendiderũt. Vbi ꝑ noctem intelligitur status mortalis peccati.Studeãt ergo pœnitentes quãtocyus, & quãdiu lucet in eis lumen gratiæ,adimplere pęnitentias in sacramẽtali cõfessione sibi impositas,ne cito redeunte nocte peccati laborent ieiunando,peregrinando, & hmõi opera bona faciendo,& tamen nihil capiant in præsenti de merito essentiali, nec in futuro de præmio æternali, vt innuitur in præsenti euangelio,vt dictum est.

SECVNDA INTRODVCTIO.

Vado piscari. Io. vlt.] Scribitur extra de iureiurando. c.sicut,& infra,ꝙ si aliquod iuramentum fuerit factũ inter duos homines de assensu vtriusque:tunc eũ non ligat,q. præstitit,dũmodo ille cui præstitum fuerat,seruare negligit. Casus est talis.Aliquis iuuenis gallãdus promisit alicui filiæ,ꝙ ducet eam in vxorẽ,& illa simi

liter

liter promisit contrahere cum eo. Post hæc ad suasionem parentum ille contraxit cum quadam alia, quæ forte affert sibi plurima bona. Quid post hæc factura est dicta puella? Nonne manebit innupta? Aut nūquid licebit sibi contrauenire promissioni suæ? Certe ipsa est à absoluta promissione sua, quia vt dicit Innocen. III. per prædictam decretalem, si aliquod iuramentum fuerit factum inter duos &c. Hinc inoleuit prouerbium tale. Frangenti fidem, fides frangatur eidem.

Moraliter. Christus in istis sanctissimis diebus promisit omnibus verè pœnitentibus gratiam in præsenti. & gloriam in futuro, dummodo perseuerent in bono proposito, & caueant sibi à reciduo. Et de hac promissione scribitur Matt. 4. Pœnitentiam agite: appropinquabit regnum cœlorum. Similiter ipsi pœnitentes promiserunt eidem Christo nunquā redire ad peccatū, & ꝙ ammodo erunt præceptis suis obedientes. Vbi ergo contrauenerint promissioni suæ mortaliter peccādo, tunc nullo pacto tenetur idem Christus illis dare vitam æternam. Quis si allegent promissionem per ipsum illis factam, tunc poterit eis respondere conformiter ad illā regulam iuris. lib. 6. ꝙ frustra sibi fidē quis postulat ab eo seruari, cui fidem à se præstitā seruare recusat. Hoc igitur attendāt illi, qui diebus quadragesimalibus, pariter & paschalibus visi sunt fecisse pactum cum Deo de percipienda hæreditate cœlesti per bona opera quæ gesserunt, pro quibus ipse dominus secundum præsentem iustitiā decreuerat illis dare, quod optabant, sed postmodum reciduando in priora delicta priuant se iure suo. Nec similiter illis tenetur dominus propter fidem factam. Et tales recte designantur per Petrum redeuntem ad piscationem suam, prout insinuatur in hodierno euangelio, cum dixit aliis discipulis, qui secum erant: Vado piscari.

In hoc igitur euangelio de tribus principaliter fit mentio, videlicet, De discipulorū Christi honesta occupatione. In principio euāgelij. De miraculosa eiusdem

dem Christi operatione, ibi. Mane facto &c. De resurrectionis ipsius Christi euidenti manifestatione, ibi. Dominus est.

Primo igitur fit mentio &c. Pro quo notandū, ꝙ vt refert Io. in præsenti euangelio, discipuli Christi numero septē post resurrectionem magistri sui descenderunt ad mare tyberiadis, piscandi gratia. Vnde ad maiorem rei futuræ confirmationem aliquorū nomina hic exprimuntur. Duorū autem nomina subticentur, qui forte erant de numero 72. discipulorū. Propterea autem tacentur eorum nomina, eo quod nō erant tantæ dignitatis aut authoritatis, sicut alij, qui erant apostoli Christi, Petrum verò primū nominat euangelista, eo quod caput esset cæterorum. Hunc etiam Simonē Petrum vocat, eo quod Simon fuit eius primum nomē. Petrus autem erat nomen sibi à Christo de nouo impositum, cum scilicet dixit ei, Tu es Petrus, Matt. 16. Quando autem hæc apparitio facta fuerit, certum non habemus. Petrus ergo tanquam supremus inter alios discipulos, qui cum eo erant, dixit, Vado piscari. Dicūt ei, Venimus & nos tecum. Exierunt, sup. de loco habitationis, non tamen de cœnaculo illo, in quo post Christi mortem se recluserant. Iam enim inde exierant sedata aliquantulum formidine iudæorum, & dispersi erant hincinde, & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt. Hoc autem diuina dispensatione factum est, vt. s. miraculum sequens maius appareret. Sed vnde habuerunt nauem? Respondeo, Forte ab aliquo amicorum suorum. Et nota, ꝙ isti discipuli Christi post passionem redierunt ad piscationē propter imminentem necessitatem. Nam ante passionem magistri sui populus dabat illis sufficientia alimenta in fauorem Christi, sed non post, & hoc propter maiores iudæorum, qui detrahebant Christo mortuo, & per consequens ipsis inquam discipulis illius. Et ideo incumbebat illis operari ad vitæ sustentationem.

Sed videtur, ꝙ apostoli Christi non debuerint post vocationem suā ad apostolatum, ad piscationem redi-

re, maxime cum audiſſent prius magiſtrum ſuũ dicentem Luc. 9. ꝙ nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Ad hoc reſpondet Greg. in homil. hodier. di. ꝙ negotium quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, ẽt poſt conuerſionem repetere culpa non fuit. Nam piſcatorem Petrũ, Matthæum vero thelonearium ſcimus. Poſt conuerſionem ſuam Petrus ad piſcationẽ rediјt, Matthæus autem ad theloneі negocium non rediјt. Quia aliud eſt victum per piſcationẽ quærere, aliud theloneі lucris pecunias augere. Deinde ſubdit idẽ Greg. dicens. Sunt. n. pleraq; negotia, quæ ſine peccato exhiberi, aut vix, aut nullatenus poſſunt. Quæ ergo ad peccatũ implicant, ad hęc neceſſe eſt, vt poſt conuerſionẽ animus non recurrat. Hæc ille. Patet ergo, ꝙ perfectis non eſt peccatũ repetere negotium quod ante ſine peccato exercuerunt, vt notatur de pœn. diſt. 5. negotium. Qui ergo ante clericatum didicerunt aliquam artem honeſtam, & quæ ſine tumultũ, aut ſcãdalo exerceri poteſt, vt eſt ars ſcribendi, libros religandi, organa cõponendi, & ſimilia, poſtmodum poſſunt illã exercere, dummodo non cauſa auaritiæ hoc agant, ſed potius vt ociũ vitent, & forte, vt victum, & veſtitum ſibi honeſte acquirant. Multo .n. melius eſt clericis tẽpore, & loco circa talia ſe occupare, dũmodo non dimittant diuina, quàm omnino ocio vacari, & hincinde vagari, ſicut plerique clerici facere ſolent. Qui. n. non ſe exercet in aliquo honeſto exercitio, ſtatim repletur multis fantaſijs, illuſionibus, & prauis cogitationibus, cooperante ſeminatore zizaniorum diabolo. Propter quod Apoſt. interdũ manibus proprijs laborabat, ſecundum quod de ſeipſo loquens Act. 2. aiebat. Ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ: Nam vt habetur Act. 18 Erat artis ſcenofactoriæ, ideſt faciendi chordas. Quam quidem artem didicerat ex quo ad fidem conuerſus fuerat. In qua quidem arte interdum ſe occupabat, vt habetur ibidem. In quo quidem facto patet honeſta occupatio Pauli, atque ingẽs humilitas.

humilitas. Mira. n. humilitas, vt doctor gentium, & vas electionis tam abiectæ arti operam daret. Et multi de infima plebe religionē intrantes dedignantur exercere priorem artem. Patet ergo ad dubium, & ad dictum Christi dicitur, ꝙ ille proprie dicitur respicere retro, qui totaliter redit ad statum pristinum, relicto meliori: hoc autem non fecerunt Christi apostoli ad piscationem redeuntes post Christi resurrectionem, vt satis constat, ideo in hoc non peccauerunt.

Dubitari autem potest, cur Christus non aliunde prouidit suis discipulis de necessarijs ad vitā, vt opus non esset eos ad piscationem redire, maxime autem cum prius fecisset de hoc illis promissionem, Matt. 6. di. Nolite soliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur. Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia &c. Respondeo, vtique poterat de talibus illis prouidere si voluisset, etiam absque labore eorundē, vtpote qui dat escam omni carni, & pullis coruorum inuocantibus eum. Sed quia non est paratus semper facere miraculum, quia neque expedit, sed de communi lege relinquit res in suo tristi naturali, insuper ipse dedit hominibus industriam comparandi sibi vitę necessaria, ideo noluit suis discipulis pro tunc aliter prouidere, quàm per proprium laborē. Et per hoc reprobatur negligentia, siue arrogantia nonnullorum religiosorum, ac monialium, quibus interdum graue videtur si interdum ocio dato à diuinis, oporteat tales occupari obedientia maiorum suorum, siue ex statuto regulæ, aut constitutionis in operibus manualibus, siue in officijs exterioribus domus; ita vt interdum cum murmure dicant se non venisse ad religionem, vt facerent vilia, & seruilia opera. Sed illis respondendum est ex verbis Apostoli 2. Thess. 3. dicentis. Qui non operatur, non manducet. etiā in verbis prædictis non prohibet omnem solicitudinē circa temporalia comparanda, sed tantum superfluam quæ est apparens argumētum auaritiæ, & cupiditatis, quæ etiam suffocat spiritū gratiæ,

& dæ-

& deuotionis. Secus autem de solicitudine temperata, quæ pertinet ad humanam prouidentiā, & necessitatem: quàm præsumptuosa autem sit stultitia eorum qui nolunt tempore, & loco operari, dicentes se ad cōtemplationem electos, sequens insinuat historia. Legitur. n. in vitas patrum, ꝙ quidam eremita venit ad patrem Siluanum in monte Sinay, qui videns fratres operari manibus, fuit inde scandalizatus, dicens illis. Quare operamini escam quæ perit? Nonne Mariam optimam partem elegit? Hoc ergo cū intellexisset pater Siluanus, iussit illi codicem dari, & in camerā recludi, in qua nulla esca erat, vt ibi legeret, & meditaretur quantum vellet. Sero ergo facto ille expectabat si quis eum vocaret ad sumendum cibum. Videns ergo, ꝙ nullus eum vocaret, cœpit clamare, & interrogare si fratres cœnam fecissent. Et audito ꝙ sic, mox cœpit murmurare, ꝙ non fuisset vocatus. Tandem ad eum veniens pater Siluanus, ait illi. Frater tu es spiritualis homo non indigens escis nostris. Nos aūt, quia carnales sumus, manducamus, & bibimus. Quo audito cœpit pœnitere, & veniam petere de sua stultitia, & præsumptione. Ad quem pater. Vides fili, quia necessaria est Martha Mariæ: similiter legitur vbi supra de quodam alio, qui dicebatur frater Ioannes breuis staturæ, ꝙ dixerit fratri suo seniori. Volo esse, sicut angeli, qui nihil aliud faciunt nisi Deo vacare. Iuit ergo in desertum, ibique mansit per hebdomadam vnā absque cibo, & potu: post hæc cœpit grauiter esurire. Videns ergo, ꝙ nihil haberet ad manducandum, rediit ad fratrem suū, pulsans ad eius ostiū, & dicens: aperi fratri tuo Ioanni breui staturæ. Ad quam ille. Frater meus Ioannes angelus factus est, nec vltra inter homines conuersatur. Et ideo cibo, & potu vltra nō indiget. Cūq; alter affirmaret se esse fratrem Ioannē, ille tn̄ dimisit illū per totam noctē vsque mane. Tandē aperiens illi ostiū dixit ei. Si homo es, certe opus habes operari, vt pascaris. Nullus ergo miretur si discipuli Christi redierunt ad piscationem post Christi gloriosam resurrectio-

rectionem. Et sic patet de primo principali.

Secundo principaliter in præsenti euangelio fit mẽtio de periculosa operatione in captura piscium. Nã vt dicit euangelista. Mane facto, stetit Iesus in littore. In signum, quòd afflictis, & laborantibus assistit Iesus, vt dicit Chrysost. Non tamen mox se ostendit talibus Christus. In cuius rei signum subditur, ꝙ non cognouerunt discipuli, quia Iesus est, in qua specie apparuit illis Iesus? Respondet de Lyra verisimile esse, ꝙ in specie mercatoris, quasi volentis aliquid emere ab eis. Propter quod interrogauit eos, dicens. Pueri nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei. Non dixit eis. Mittite in dexterã nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Ex quo patet; vt dicit idem de Lyra, ꝙ illi pisces fuerunt miraculosè adducti intra retia. Vel fortè fuerãt virtute diuina de nouo formati, qa tota nocte illic piscati fuerant discipuli, qui tamen nihil inuenerant: quia ergo illi fuerunt Christo obedientes, ideo ex sua obedientia mirabilẽ fructũ sunt secuti. Ex quo patet, quantũ valeat obediẽtia apud Deum, & maxime quando est prompta.

Mysticè per istos piscatores significantur prædicatores, iuxta illud Mat. 4. Venite post me, inquit Christus ad Petrum, & Andreã, & faciam vos fieri piscatores hominum. Quis autem hic dicitur de discipulis Christi, quòd tota nocte laborantes nihil prendiderunt, designat, quòd prædicatores diuini verbi sine Christi speciali assistentia nihil proficiunt in lucrandis animabus, iuxta illud Ioann 15. Sine me nihil potestis facere. Quo præsente, & assistente multus fructus sequitur. Prædicta tamen multitudo piscium designat specialiter multitudinem credentium in primitiua ecclesia per prædicationem apostolorum, ipso tamen Christo semper specialiter cooperante vnde Marc. vlt. dicitur, quòd apostoli profecti prædicauerunt vbique, domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.

Moraliter. Piscatores sunt moderni prædicatores, pisces sunt peccatores inter aquas delitiarum huius seculi existentes. Rete verbum Dei. Dextera nauigij sunt bona spiritualia. Sinistra vero sunt temporalia. Illi ergo, qui prædicant ad sinistram nauigij, i. propter temporalia, vel propter vanam gloriam, parum fructū faciunt in animabus, & paucos aut nullos peccatores Christo lucrifaciunt. Secus autem de illis, qui in suis prædicationibus quærunt principaliter Dei laudem, & animarum salutem. Tales enim sunt boni piscatores, quales etiam quærit Christus. Nec quidem mirum, quia vt habetur Prouer. 4. Vias, quæ à dextris sunt nouit, id est approbat dominus. Peruersæ autem sunt, quæ à sinistris sunt.

Quæri pōt vnde proueniat, ꝙ moderni piscatores verbi Dei nō capiunt tot pisces, i. animas, sicut primitiui. Respōsio. huius defectus duplex est causa. Prima est ex parte pisciū. Secunda aūt ex parte piscatorum.

Ex parte q̄dē pisciū triplex est causa huius defectus.

Prima est claritas aquæ. Cum .n. aqua fluuialis est multū clara, non bene piscatur in ea, ꝙ pisces de facili perpendunt retia, & ideo cito fugiunt. Sic difficile est hodie capere in sermone viros literatos, & sapientes huius mundi, quia aut non veniunt ad sermones forte existimantes se satis doctos, aut si à casu illis cōueniant, tñ qñque ibi dormitant, aut cachinantur, vel cito recedunt, & præsertim cū vident se reprehendi, & tangi à prædicatoribus quātūcunq; etiā hoc discrete fiat. Et in hoc sunt quodāmodo similes scribis, & pharisæis, quibus cū dixisset Christus. Qui sine pecato est vestrum, primus in adulteram mittat lapidē, vnus post alium exibant incipientes à senioribus, Io. 8.

Secunda causa est limositas ipsius aquæ. Quando .n. aqua habet multū de limo, seu luto in fundo, tūc ibi se abscondunt pisces, vt non capiantur. Per lutū designatur luxuria, in qua se inuoluunt viri lubrici vsq; ad aures, ita vt non possint à cætero audire increpationes prædicatorum, quia vt habetur 1. Corinth. 2.

anima-

animalis homo non percipit, quæ sunt spiritus Dei.

Tertia causa est frequens motio, & percussio aquæ. Nam in illo casu pisces quamprimum sentiunt motũ aquæ, mox fugiunt. Sic in magnis ciuitatibus pauci capiuntur pisces cum reti prædicationis, & hoc propter nimiam assuefactionem audiendi verbum. Nã ex hoc aliqui indurantur, quod est pessimum signum. Alij autem venire dedignantur. Alij vero, etsi veniant, parum tamen proficiunt, quia plerunque aut dormiunt, aut non attendunt, quæ dicuntur.

Ex parte autem piscatorum triplex est causa cur non bene piscantur animas.

Prima est inexperientia piscandi. Et istud concernit viros illiteratos, qui se intromittunt de officio prædicationis. Habent.n. forte aliquos sermones sibi familiares & faciles, sed quia non plene intelligunt, quæ legunt, ideo frequenter asserunt vera pro falsis, & falsa pro veris, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Et tales maledicuntur à domino, vt patet Ezech. 5. Male ergo agunt prælati Ecclesiæ, qui forte causa lucri dant mandata, & licentiam prædicandi nescio quibusdam viris absque literis, sicut frequenter contingit in declamatione indulgentiarum, & huiusmodi. Inconsultè etiam agunt aliqui prælati religionum mendicantium, qui mittunt ad tam sanctum opus fratres minus doctos, & probatos, dicentes, ꝙ oportet viuere. Viuere vtiq; oportet, sed non per indebita media, quæ cedere possunt in periculum animarum.

Secunda causa est ineptitudo instrumẽti. Qui.n. vellet piscari magnos pisces cum reti tenui, & debili cum quo solet piscari pisciculi, valde inepte piscaretur: qa posset de facili rumpere totũ, & exire. Aut qui vellet econtra piscari paruos pisces cũ magno, & largo reti, similiter inepte piscaretur eo, ꝙ faciliter possent transire, & abire: ita in proposito aliter piscandi sunt docti & aliter indocti. Aliter peccantes ex passione aut humana fragilitate, & aliter obstinati, & ex certa sciẽtia peccantes. Aliter clerici, & religiosi, & aliter laici. Ali-

ter maiores,& prælati,& aliter mediocres aut inferio res,& subditi. Qui ergo vult bene piscari in prędicatio ne, debet taliter coaptare materiā suā, vt oibus prosit, dicēte Au. in suo pasto. c. 24. ꝙ pro qualitate audiētiū, debet formari sermo doctorum, vt singulis congruat.

Tertia causa est materiæ, seu escæ indecentia. Qui. n. vellet capere certos pisces, apponens hamo carnes putridas, nihil aut parum proficeret. Sic ille, qui vult bene piscari in prædicatione, bonā debet habere escā, .i. materiam, vtpote allegādo sacram scripturam,& di cta sacrorum doctorum, interdum etiam bonas histo rias,& exempla, iuxta materiam subiectam, eo ꝙ plus mouent corda auditorum,& signanter simpliciū, exē pla quā verba. Propter quod Marcus Varro in epistola ad Atheniensem auditorem, dicit, ꝙ euidentissimū do cendi genus est subditio exemplorum. Qui verò in p̄dicatione curiosa adducit, vt demulceat aures populi, vtpote leges aut dicta poetarum, siue falsa scienter assumendo, hic piscatur cum carnibus putridis, & ideo paucos aut nullos capit. Ecce ergo multiplex ratio cur moderni prædicatores non tantum proficiunt, nec tot lucrifaciunt peccatores, & animas Christo, sicut qui eos præcesserunt.

Tertio principaliter in præsenti euangelio fit men tio de Christi resuscitati certa,& euidenti manifesta tione. Nam cum Io. vidisset tam grande, & stupendum miraculum in subita captura tot,& tantorum pisciū, dixit Petro. Dn̄s est. Et certe recte de Christo dixit Io. dominus est. Nam qui pauloante forma serui indutus erat, in sua omnipotenti,& gloriosa resurrectione for mam domini assumpserat. Mat. 28. Data est mihi om nis potestas in cœlo,& in terra. Item congrue Ioannes vocat eum dominum sine addito, dicens. Dominus est, quia reuera est dominus vniuersorum, & quæ supra cęlos sunt, & quæ sub terra, & quæ super terrā. Psal. Omnia subiecisti sub pedibus, &c.

Notandnm est aūt, ꝙ dn̄s varijs modis etymologiza tur, vtpote dās manus, dās minas, dans munus. Ipse igi

tur

tur Christus valde congrue dicitur dominus. Nam dedit manus in ægrotorũ curatione. Lu. 4. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Item dedit minas, & terrores obstinatis peccatoribus Mat. 23. dicens. O serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Et Luc. 13. Nisi penitentiam habueritis, omnes peribitis. Item dedit munus in spiritussancti missione. Act. 2. Repleti sunt omnes spiritusancto, & cœperunt loqui uarijs linguis. Nunc etiam iste magnus dominus, & rex magnus super omnes Deos operatur continue tria prædicta in nobis. Pimo. n. dat nobis in tẽporaliũ largitione, Psal. Aperis tu manũ tuã, & imples omne animal benedictione. Secundo vero dat nobis minas de futura damnatione, casu quo nõ emendauerimus vitam nostram, Psal. Nisi conuersi fueritis, gladiũ suum vibrauit, &c. Tertio autem dat munus in peccatorum remissionem. 1. Io. 1. Si confiteamur peccata nostra, fidelis, & iustus est Christus, vt remittat illa, & emundet nos ab omni iniquitate. Ecce igitur qualis, & quantus dominus est Iesus Christus.

Sequitur in textu. Simon Petrus cum audisset, quia dominus est, tunica succinxit se. Hoc autem fecit vt decentius accederet ad Christum. Erat enim nudus, id est parum indutus, vt exponit de Lyra, & hoc vt esset expeditior ad opus piscationis, & misit se in mare, supple committẽs se domino. Et in hoc apparuit feruor charitatis Petri ad magistrum suum. Dicunt autẽ aliqui Petrum venisse ad Christum super aquas natãdo. Sed probabilius est eum venisse super aquas ambulando. Sic enim fecisse, & venisse alias legitur Matth. 14. Nec in hoc tentauit dominum, quia verisimile est cũ hoc fecisse ex speciali instinctu spiritussancti. Vel dic ꝙ tunc tam ardens fuit in Christi amore, ꝙ non deliberauit de modo veniendi ad eum. Alij autem discipuli nauigio venerunt ad terram, & ad Christum, vt dicit euangelista.

Moraliter. Per Petrum venientem ad Christũ mittendo se in mare possunt intelligi veri penitentes, qui

per aquas lachrymarum, quæ amaræ sunt, quia de peccatis veniunt ad Christum. Sic.n.ad eum peruenit ipsemet Petrus, cum scilicet post ternam negationem fleuit amare. Luc.22. Sic etiam ad eũ venit Maria Magdalenæ, cum, s.cœpit rigare pedes eius lachrymis suis, Luc 7. Et breuiter quotquot peccatores aut peccatrices ad Christum venerunt non nisi per mare amaræ contritionis venerunt. Paruuli autẽ per aquã dulcem ad eundem perueniunt, cũ n.s. post baptismum cœlos ascendunt, dicente eodem Christo Matth.19. Sinite paruulos venire ad me, talium enim est, &c.

Sequitur in textu. Vt ergo descenderunt in terrã, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Dicit autem dominus Hugo Card. ꝙ hæc tria ibi miraculosè facta sunt, & hoc semper ad maiorem manifestationem virtutis Christi, & suæ resurrectionis. Dixitque illis Iesus, Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. Ascendit ergo Simon Petus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus 153. Et cum tanti essent, non est scissum rete Et per hoc præfigurabatur, ꝙ discipuli Christi piscaturi erant reges, & principes & eos attracturi intra nauem ecclesiæ militãtis. Patet aũt ex his omnibus ibi fuisse multiplex miraculum. Primum fuit circa capturam tot ac tantorum pisciũ. Secundum fuit circa ipsum instrumentum, quia non est scissum rete, cum tamen merito scindi debuisset. Tertium circa Petrum venientem ad Christum ambulando super aquas. Quartũ circa prunas positas, & pręparatas. Quintum circa piscem illis superpositum prædicto modo. Sextum circa panem ibidem etiam miraculosè allatũ, aut de nouo formatum. Hæc.n. omnia operatus est vnus atq; idẽ Dominus Iesus Christus. His ergo prælibatis dixit Iesus discipulis suis, venite prãdete. O dulcis inuitatio, ò magnificũ conuiuiũ, ò suaues delitiæ, ò bñdictæ huius cõuiuij reliquiæ, ò sancta societas, ò Xpi pietas, ò iocũda, & lęta manifestatio Et nemo discũbentiũ audebat interrogare eũ tu quis es. Scientes, qa dñs est. Nã vt dicit gl. or. tanta erã t eui-

dentia

dentia ueritatis ꝙ Iesus erat, ꝙ nullus eorum audebat non solum hoc negare, sed nec dubitare, & per consequens neque interrogare. Et venit Iesus & accepit panem & dabat eis, & piscem similiter. Dicunt autem aliqui postilatores, ꝙ tunc Christus comedit cum illis septē discipulis, pariter & bibit. O igitur quàm diligēter, & q̃ fixe prædicti discipuli tunc intuebantur desiderabilem, & iocundissimam faciem Christi? O quantū tunc exultabant in cordibus suis. O quàm silenter & reuerenter in ipsum aspiciebant. Interdum etiā mutuo se intuebantur, & amplis nutibus stupebant. Refert aūt Landolphus in lib. de vita Christi, ꝙ de ciuitate Bethsayda ad vnam leucā contra orientem est locus vbi tūc stetit Iesus in litore, cuius etiā adhuc vestigia ostenduntur in lapide. Et inde non ad medietatem iactus lapidis est locus vbi discipuli viderunt prunas & piscem superpositum & panem. Tandē aūt euangelista subiungit in fine euang. dicens, Hoc iam tertio manistatus est Iesus discipulis suis cū resurrexisset a mortuis. Quod quidem verbum debet intelligi non quātū ad numerum apparitionū, sed quantum ad dies, vt dicit interl. Nā primus dies, quo apparuit Christus, fuit dies suæ resurrectionis. Secundus post dies octo. Tertius vero hodierna die. Quotus autem fuerit iste dies à resurrectione dominica, nescitur.

Mystice manifestatus est Christus tribus diebus. Primus dies, fuit lex naturæ. Tūc.n. Xp̄s manifestatus est patriarchis sub figuris. Tunc.n. apparuit Adę qn̄ dixit, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea Gene.2. Itē tunc apparuit Noe in fabricatione archę Gene.6. Itē Abrahæ in immolatione filij sui Isaac, eiusdē 22. Item Iacob in scala, eiusdem 28. & hmōi. Secundus dies fuit lex scripta. Tunc etiā apparuit Christus prophetis sub reuelationibus, & promissionibus. Nam tunc apparuit Dauid qn̄ dixit ei Dominus. De fructu ventris tui ponā super &c. Itē Salomoni, qn̄ in cāticis introducit verba spōsi Christi ad spōsam suā ecclesiā. Item Esa. cum ait. Paruulus natus est nobis & fil. &c

eiusdem 9. Item Hieremiæ cum ait, Nouum faciet dominus super terram mulier &c. eiusdem 31. Tertius dies fuit lex gratiæ. Et tunc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, Baruch 3. Ipsum ergo viderunt oculi iudæorum, quibus grauis erat ad videndū, eo ꝙ reprehenderet vitia eorum. Item tunc ipsum viderunt oculi Gentilium, vt patuit in tribus regibus Orietalibus Mat. 2. Item tunc viderunt discipuli docētem, & miracula facientem Matt. 13. Beati oculi, qui vidēt q̄ vos videtis. Superest aūt dies quartus, i. gloriæ, in quo manifestabitur oculis electorū clarè & nudè, qui modo apparet enigmaticè, & vmbraticè, & signanter in sacramento altaris, Ioan. 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum. Diligamus ergo eum charissimi in præsenti, vt tandem dignetur manifestare seipsum nobis in futuro, videlicet in gloria cœlesti. Quam nobis concedat, qui in Trinitate perfecta &c.

DOMINICA IN OCTAVIS PASCHAE.



Vm sero factum esset die illa vna sabbatorum &c. Io. 20.

PRIMA INTRODVCTIO.

LEX IMPERIALIS. C. de pactis. l. pacta nouissima, dicit, ꝙ pacta nouissima obseruari debere æquitas postulat. Casus est talis. Sunt in hac ciuitate duo mercatores, quorum vnus debet alteri centum aureos, quos indubiè ꝓmisit illi soluere in termino sancti Ioan. Et de hoc fecit sibi publicum instrumētum, seu recognitionem. Appropinquante ergo dicto termino, debitor præuenit creditorem suum rogās, vt dignetur prolongare suum terminum vsque ad proximum festū omnium Sanctorum. Annuit ille, & hoc in præsentia plurium testium. Sed non multò post aliqua occasione data, vel accepta, creditor vult eum cogere

gere ad sibi satisfaciendum in primo termino, qui est festum Io. Alio autem renuente hoc facere, quia forte non potest, facit creditor ipsum conueniri coram iudice. Audita igitur vtraque parte, quid debet pronunciare iustus iudex, & peritus? Certe debet dicere creditori quòd habeat patientiam vsque ad secundum terminum, eo quod in vltima conuentione sic conuenit cum eo. Modo vt dicit lex præallegata, pacta nouissima obseruari debere &c.

Moraliter peccator interdum facit duplex pactum. Primum cum diabolo peccando. Secundum cum Christo pœnitendo. Primum est cum damno. Secundum cum lucro. Primum ante quadragesimam, lasciuam & miserabilem vitam ducendo. Secundum in quadragesima ieiunando, orãdo, eleemosynas largiendo, & per sacramentalem confessionem se Christo & ecclesiæ reconciliando. De primo pacto scribitur Esa. 28. Percussimus, inquiunt peccatores, fœdus cum morte, id est cum diabolo, qui est horribilis vt mors, immo horribilior, & cum inferno fecimus pactum, nos scilicet obligando per peccatum damnationi perpetuæ. At verò præsumendum est de populo Christiano, ꝙ dereliquerit pactum cũ diabolo prius initum, & fecerit in pręcedẽti quadragesima & pręsertim in istis sanctissimis diebus prioribus pactum nouum cũ rege regum Iesu Xp̃o, & hoc per verã, & integram confessionem sacramentalem. In cuius rei testimoniũ simul cum eo æpulati sunt in die sancto Paschæ super mensam altaris. Solent enim principes huius seculi cũ faciunt pactũ & fędus pacis, simul comedere, & quandoque etiã sacramentum altaris pariter suscipere, ita vt quandoque, qui eos cõmunicat, sacram hostiam diuidat, & cuilibet partem vnam tribuat. Sic & Christi fideles in die sancto Paschę simul æpulati sunt cũ Xp̃o in mensa altaris, carnem eius, & sanguinẽ prætiosum sumentes, in signum maximæ reconciliationis, & pacis perpetuæ. Vnde tunc visus est Christus illis dixisse illud. Gen. 9. Statuam pactum meum vobiscum.

Huiusmodi ergo pactum quia nouissimum est, & sanctũ, atque ad maximam vtilitatẽ nostrã factum, diligẽtissimè obseruandum est à nobis, nullaque occasione per nos infringendum. Ex parte autẽ ipsius Christi nũquam in perpetuum infringetur. In cuius rei signum legitur, ꝙ olim apud orientales mos erat, ꝙ quotiẽs volebant facere pactum perpetuum, tunc comedebãt sal, in signũ, ꝙ sicut sal est incorruptibile, sic & pactũ sanctum, & honestum debet inuiolabiliter ꝑpetuo obseruari, huiusmoui est in proposito.

Similiter apud Romanos olim talis erat consuetudo, prout refert Valer. lib. 2. de institutis antiquis, ꝙ vbi pactum ineundum erat inter duos principes, tunc pariter ascendebant quendam montem, & adducebatur vnus agnus, qui coram eis occidebatur, & postmodum membratim hinc inde dispergebatur, in signum, ꝙ sic fieret de corpore illius, qui primus inter eos pactũ dissolueret. Ita in proposito in reconciliatione nostra apud Deum patrem, contra quem prius peccando gesseramus grande bellum, occisus est in monte Caluariæ ille agnus, qui est sine macula Iesus Christus, de quo Io. 1 dicitur. Ecce Agnus Dei. Cuius etiam sanguis hincinde dispersus fuit. Comminatur autẽ nobis diuina iustitia excoriationẽ, & horribile exterminiũ casu quo violauerimus istud pactum. Ideo caueamus nobis ne recidiuemus in priora peccatá, ne s. incidamus in manus Dei viuentis. Sed, proh dolor, his non obstantibus, maxima pars Christianorum post Pascha statim infringit hmõi pactum, cũ ad vomitum redit. Ita vt merito conqueratur dñs dicens illud Ezec. 44. Dissoluistis pactũ meũ in oĩbus sceleribus vestris, i. redeundo ad priora peccata vestra. Legitur. n. 4. Reg. 24. ꝙ pactũ pacis quod fecerat Ioachim rex Iuda cũ Nabuchodonosor rege Babylonis promittẽs illi fidelitatẽ tãquã vasallus eius, ad minus ꝑseuerauerit triẽnio vt habetur ibidẽ. Quo violato, pessimè illi successit. Sed pactũ quod ineunt Christiani cum supremo Dño Iesu Christo in paschate, vix perseuerat triduo. Nã vt

primo

primo dicebamus, in die sancto Paschæ multi videtur cãtare,& dicere. Gloria patri,die sequẽtĩ, & filio, die tertio,& Spirituisancto. Sed postmodũ cantat alta voce,Sicut erat in principio,& nunc,sup nobis sit,& semper,& in secula &c. Vnde pp violationem huius fœderis,dñs ad iracundiã cõcitatus frequenter post Pascha quasi in vltionẽ scelerum immittit varias ægritudines sup humanas creaturas.Itẽ intemperantiã aeris super arbores,& vites. Item bella, & seditiones inter principes, & hmõi. Vnde Ps. Adhuc escæ erant in ore ipsorũ, .i. quasi adhuc videbantur habere sacramentũ altaris in ore,& ira Dei ascendit sup eos,s. pp prædicta. Quale igitur remediũ ad euadendũ hmõi iram Dei? Certe aliud non video,nisi,vt pactum cũ Deo initum, & confessoribus nostris promissum obseruemus, prout dicit lex præall. quæ ẽt canonizatur. extra de pactis. c.pactiones. Hoc .n. certissimũ est, ꝙ nisi ipsa pacta primũ rumpantur ex parte nostra, non rumpentur ex parte Christi,maxime cũ non sit Deus belli,sed pacis. In cuius rei testimonium post suã resurrectionem apparens suis discipulis salutauit eos verbis pacificis dicens, Pax vobis,prout dicitur in præsenti euangelio.

SECVNDA INTRODVCTIO EX EPIST.

Natum est ex Deo. 1. *Io.* 5.] Scribitur extra de homicidio voluntario.cap.si aliquis, ꝙ si aliquis causa explẽdæ libidinis vel odij meditatione homini vel mulieri aliquid fecerit,vel aliquid ad potandum dederit, vt non possit generare aut concipere, vel nasci soboles, talis debet reputari tanquam homicida. Super quo dicit glo. quòd talis est habendus tanquam homicida quantum ad pœnam legalem. Casus est talis. Est aliquis miles,qui statim contracto matrimonio vocatur à principe seu capitaneo suo causa belli gerendi, in quo quidẽ bello moratur p annũ aut supra. Tedet aut vxorẽ suam, ꝙ tm̃ tardat redire Propter, ꝙ cõmisce-tur cũ extraneo,à quo concepit fœtum. Quod illa sentiens,& honori suo plusquã saluti animæ suæ consulere volens,aduocat ad se vetulam maquerelam, inqui-

rens

rens quonam pacto poterit euacuare fructũ vteri sui. Vetula autẽ tanquam experta consulit vt sumat talem vel talem potum, aut aliud simile. Quo fit vt extinguatur, & euacuetur fœtus iã animatus. Quæritur in hoc casu, quẽ reatum incurrat prædicta mulier? Certe ad hoc rñdet prædicta decretalis, ꝙ talis mulier est rea homicidij. Ad idẽ est quod scribitur in maiori volum. 32. quæstio. 2. quod vero. vbi dicitur, quòd ille est homicida qui aborsum viuentis animæ procurat. Secus aũt esset, vt dicit textus, si fœtus non esset animatus. Eadem etiam sententia habet 2.q.4. consuluisti.

Moraliter. Totiens concipiunt tam viri, quàm mulieres, quotiens incipiunt habere aliquod bonum, & sanctum propositum siue de confitendo, siue de peregrinando, siue de eleemosyna danda, aut restitutione facienda. Parturiunt autem quando ipsum deuotum propositum demandant executioni. Hoc totum tamẽ est à Deo. Propter quod tales meritò dicere possunt illud Esa. 26. A facie tua domine concepimus, & quasi parturiuimus spiritum salutis, idest propositum bonum, & & opus sanctum. Similiter ad idem propositum potest intelligi illud Matt. 1. Quod in ea, s. conscientia munda natum est, de Spiritusancto est. Quemadmodum ergo scienter extinguens fœtum animatum iudicatur homicida, secundum iura, ita etiam quicunque extinguit bonum propositum iam conceptum, & formatum in corde suo, reputatur tanquam homicida apud Deum. Hoc igitur diligenter attendant illi Christiani, qui prioribus diebus conceperant emendare vitam suam: sed timeo ne multi eorum iam extinxerint dictum fœtum per superuenientes tentationes. Cum tamen clamet ad quoslibet tales Apo. 1. Thess. 5. dicens. Spiritum nolite extinguere, id est nolite suffocare in vobis propositum melioris vitæ. Cuius rationem assignat Ioan. in epistola hodierna, cum de tali proposito dicit, quòd natum est ex Deo.

SECVNDA INTRODVCTIO EX EVANG.

Infer digitum tuum. Io. 20.] Scribitur extra de cõditionibus

nibus appositis.c.per tuas,ꝙ probatio dubia non facit fidẽ. Casus est talis. Sortes est suspectus de adulterio cum Bertha. Vterque negat factum, sicut fieri solet. Super hoc autem adducunt testes, vno dicente quod vidit eos colloquentes, & corridentes simul. Alio dicente, ꝙ vidit frequenter ipsum virum ingredi domum dictæ Berthæ, & econuerso. Alio asserente, ꝙ vidit donaria quæ ipsa Bertha iactabat se recepisse ab ipso Sorte, & sic de alijs depositionibus. Quæritur quid facturus est peritus iudex in tali casu, an scilicet debeat condemnare Sortem tanquam adulterum? Certe non, quia vt dicit decretalis præallegata, probatio dubia non facit fidem, Modo constat, quòd omnes probationes adductæ sunt dubię: igitur &c.

Moraliter. Christus volens probare suæ resurrectionis veritatem non adduxit probationes dubias, sed certas, firmas, & securas. Vnde act.1. dicitur, quòd præbuit seipsum viuum apostolis suis post passionem suam in multis argumentis, per dies 40. apparens eis, & loquens de regno Dei. Probauit ergo suam resurrectionem multipliciter, quia in multis argumentis. Primo quidem per sensum auditus loquendo discipulis suis, & ad interrogata respõdendo, sicut patet: vbi supra, vbi legitur, ꝙ cum discipuli interrogassent eum dicentes: Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel, continuo respondit eis, di. Non est vestrũ nosse tempora &c. Secundo per sensum gustus quando comedit cũ eis, prout legitur in eodem capitulo, cum dicitur. Et conuescens. De eo etiam dicit Petrus Act.10. Nos, inquit, manducauimus, & bibimus cum illo postquã resurrexit à mortuis. Tertio ꝑ sensum visus, quia visibiliter apparuit eis. Vnde Io. 20. dicitur, quod gauisi sunt discipuli viso domĩno. Item Luc. 24. legitur ꝙ apparens eisdẽ discipulis, ait illis. Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Quarto per sensum tactus, vt patet Luc.24. cum ait discipulis suis de veritate suæ resurrectionis dubitantibus. Palpate, inquit, & videte, quia spiritus carnem &c. Similiter

ter de hac probatione agitur in euangelio hodierno, vbi legitur, ꝙ post dies octo à sua resurrectione apparens eisdem discipulis præsente Thoma, & dixit eidem, Infer digitum tuum huc &c.

In hoc igitur euangelio de tribus principaliter fit mentio videlicet, De Christi gloriosa apparitione. In principio euangelij. De Thome pertinaci obstinatione. Ibi. Nisi videro &c. De eiusdem ad fidem reductione. Ibi Infer digitum &c.

Primo igitur fit mentio &c. Pro quo notandum, ꝙ vt refert Io. in pſenti euãgelio, ipsa die resurrectionis Christi sero facto apparuit idẽ Christus discipulis suis absente Thoma salutãs eos & dicẽs, Pax vobis. Describit aũt Ioannes hanc domini apparitionem quantũ ad multa Primo quidẽ quantum ad tempus, quia cũ sero esset. Secundo vero quantum ad modum, quia cum fores essent clausæ propter metũ iudæorum, vbi &c. Tertio autẽ quantum ad gratiosam salutationẽ, quia dixit eis, Pax vobis. Quarto quantũ ad resurrectionis probationẽ, quia ostendit eis manus, & latus. Quinto quantũ ad officij commissionẽ, quia sicut misit me pater, & ego mitto vos. Sexto, & vltimo quantum ad beneficij immensi liberam collationem, quia accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata &c.

Primo itaque describit euangelista Christi resurrectionem quantum ad tempus, cum ait. Cum sero esset die illo, s. dominicæ resurrectionis, vt dicit interl. Nã vt dicit hic gloss. ord. quinquies legitur apparuisse Christus ipso die resurrectionis. Sed de hoc prius dictum est vna sabbatorum, i. prima die post sabbatnm. Pro quo notandum, quòd aliter nominant dies Hebræi, aliter Pagani, aliter Christiani. Nam iudæi nominant dies secundum ordinem, quẽ habent ad sabbatũ, vtpote dicendo prima sabbati, i. prima dies sequẽs sabbatum. Secunda sabbati, i. secunda dies sequens sabbatum, & sic de aliis. Hoc autem faciunt propter reuerentiam sabbati, in quo requieuit Deus ab omni opere quod patrarat, i. quod perfecerat vel compleuerat.

nerat. Pagani autem nominant dies à planetis. Vnde apud eos prima dies dicitur dies solis. Secunda dies lunæ, & sic de alijs vsque ad diem sabbati, quem appellant diem Saturni. Causa autem cur sic nominãt dies est, quia dicunt quemlibet planetam dominari in die suo, vtpote solẽ in die dominico, lunam die sequenti, & huiusmodi. Et ideo propter talem dominium appellant ipsos dies nomine planetarum, crẽdentes aliquid numinis esse in ipsis planetis, immo aliqui crediderũt eos esse Deos, vt patet Sap. 13. Vnde secundum Isidorũ dies dñr à diis, quia prædictis diis sunt attributi. Christiani vero saltem clerici nominant dies per ferias, vtpote dicendo, feria 2. feria 3. & sic de alijs. Primæ tamẽ feriæ nomen dominicæ appropriatum est, & hoc propter honorẽ dominicæ resurrectionis. Et similiter septimę feriæ nomen sabbati appropriatum est, & hoc propter quietem dominici corporis in sepulchro. Sic .n. ordinauit Syluester Papa, per hoc volens retrahere Christianos à iudaizatione, & gentilium errore. Prædicti ergo dies dicuntur feriæ secundum Christianos à fundo, secundũ Papiam, quod est loqui, quia in qualibet die operis sui locutus est Deus, & dixit. Fiat lux, vel simile. Vel dicuntur feriæ à feriari, quod est vacare siue cessare secundum eundẽ Papiam, quod cõuenit cuilibet dies, quia cessandum est omni die cum mutatione nominis planetæ à fatuitatibus gentilium circa planetas. Hæc autem dicta sunt, & allegata propter illud verbum præsentis euangelij, vna sabbatorum.

Secundo describit euangelista Christi resurrectionem quantum ad modum, cũ subditur, & fores essent clausæ. Nam vt dicit interl. moli corpori cui cõiuncta erat diuinitas, ostia clausa nõ obstiterunt, sicut & natus fuerat de virgine claustris pudoris remanẽtibus intactis. Vtrum autẽ corpus gloriosum habeat, ꝙ possit simul esse cũ alio corpore, quia gloriosum est, dicit B. Th. 3. par. q. 54. art. 1. in sol. ad primũ, ꝙ non, sed tantũ diuina virtute, & cũ quodam nouo miraculo. Causa autem cur huiusmodi fores essent clausæ, vbi erãt di-

ſcipuli congregati, declaratur cum ſubditur, propter metum iudæorum. Nondum enim erant apoſtoli confirmati virtute ex alto. Et ideo nõ mirũ ſi timebant furorem iudæorum, cũ diſcipuli Chriſti eſſent, quẽ ſummo odio proſecuti fuerant huiuſmodi iudæi. Sed ne quis reputet impoſſibile Chriſtum ad diſcipulos intraſſe ianuis clauſis, in medium afferamus hiſtoriam, quam narrat Valerius lib. 2. ti. de miraculis. vbi refert ꝙ cum dij quos Eneas de Troia ſecum attulerat, & in Lauinio Italiæ vrbe collocauerat, fuiſſent tranſlati ab Aſcanio eius filio ad Albam pariter Italiæ vrbem, quã ipſe coſtruxerat, abſque humano auxilio redierunt in priſtinam ciuitatem. Et quia, inquit Valerius, id humana manufactum exiſtimari poterat, iterum relati Albam voluntatem ſuam altero trãſitu ſignificauerũt. Vt autem dicit commentator Valerij, locus in quo fuerant reconditi prædicti dij apud Albam munitiſſimus erat. Quo non obſtante, nocte ſequenti foribus maxime clauſis, neq; læſis vlla ex parte parietibus, aut tectis inuenti ſunt apud Lauinium ſuper priſca ſedilia. Hæc ibi. Si ergo arte dæmonis (quia conſtat ꝙ non à Deo miraculoſe) prædicti dij tranſlati ſunt de ciuitate in ciuitatem, quis ſanæ mentis dubitare poterit Chriſtum verum Deum & hominem non potuiſſe intrare ad diſcipulos ianuis clauſis? Et certe hoc non ſolũ potuit, verum etiam fecit, vtpote cui nulla maſſa obſiſtere poteſt.

Tertio deſcribit euangeliſta iocũdam Chriſti ſalutationem, quia dixit diſcipulis ſuis, in medio eorum ſtans, pax vobis.

Moraliter. Chriſtus in medio diſcipulorum ſtans, & pacem illis dans, deſignat prælatum in medio ouium ſuarum habitantem Per cuius pręſentiam fouetur pax inter ſubditos, qui forte per eius abſentiam viuunt in rixa, & diſcordia mirabili, & terribili. Nunc murmurãtes contra ſeinuicem, nunc contra huiuſmodi prælatũ abſentem, atq; eius officiarios. Et breuiter nunquã poteſt eſſe vera pax in domo clauſtrali aut collegiali, niſi

prælatus fuerit in medio. Quod non solum intelligi debet quantum ad præsentiam corporalem, verumetiã quantum ad iustitiæ æquitate, ad hunc, s. sensum, q̃ nõ plus inclinetur ad vnã parte, q̃ ad aliam. Da exemplũ de colũna domus, quæ nunquã bene, & firmiter sustinet ædificium aut domum, nisi fuerit in medio. Si.n. fuerit ad vnum angulum, aut adhærens vni parieti domus, statim totum corruet: ita in proposito.

Quarto describit euangelista resurrectionis Christi probationem, cum subdit, Et cũ hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus, in quibus, s. partibus ad sananda corda dubitantium sunt seruata vestigia vulnerum, vt dicit gl. inter. Nota tñ, vt dicit Beda sup Lucam, q̃ nõ ex impotentia curandi cicatrices Christus seruauit, sed vt in perpetuum victoriæ circunferat triumphũ: dicit etiam Aug. lib. 22. de ciu. Dei c. 22 q̃ fortasis in illo regno in corporibus martyrum videbimus vulnerum cicatrices q̃ ipsi p Christi nomine ptulerunt. Nec tñ deformitas erit in eis, sed potius dignitas, & q̃dam pulchritudo fulgebit. Vnde de eodem Xp̃o dicit B. Th. vbi supra ar. 4 in sol. ad primum, q̃ nunc in locis vulnerum ipsius apparet quidam specialis splendor. Sunt autem multæ rationes, pp quas voluit ipse Christus seruare cicatrices in suo corpore post gloriosam ipsius resurrectionem, quas, quia cões sunt, pertransfeo.

Quinto describit euangelista Xp̃i resurrectionẽ quãtum ad bñficij immensi liberam collationem, quia insufflauit, & dixit eis. Accipite Spiritum sanctũ, quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retẽta sunt. Vt aũt dicit hic gl. or. à cęlo datur Spiritus sanctus, vt diligatur Deus. Itẽ in terra datur idẽ spiritus, vt diligatur pximus. Et nota, q̃ p hoc quod Christus primo dixit apostolis. Accipite Spiritum sanctum: deinde subiunxit, quorũ remiseritis pec &c. voluit innuere, q̃ nullus est idoneus minister sacramẽti pęnitentię, q nõ habuerit Spũm sanctum p gratiam, & bona vitam. Et pseitim q ducit viam scandalosam, & impudicã, minime ẽ idoneus minister huius sacramẽ

ti. Procul tamē à nobis sit error dicentiū, nullum sacerdotem posse obsoluere quēcunq; pęnitentem, nisi ipse absoluens fuerit in gratia. Aliàs si in mortali existens absoluere nitatur, nihil facit, vt isti dicunt. Nos autem dicimus, ꝙ malus sacerdos quādiu toleratur ab ecclesia, absoluere pōt, dūmodo habeat materiam subiectam, vt notatur 1. q. 1. ita sit. Et huius rō est, quia non meritis ministri, sed virtute Spiritus sancti remittuntur peccata, vt habetur vbi supra c. vt euidenter. Deus.n. est principalis actor in remittendo peccata, iuxta illud Esa. 44. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Sacerdos autē tm̄ ministerialiter operatur. Et ideo tantum valet sacramentum à malo ministro datum, dummodo non sit ab ecclesia præcisus, sicut cum datur à bono ministro.

Sexto describit euangelista Christi resurrectionem quatū ad officium commissionem. Nam tunc cōmisit Xp̄s discipulis suis officiū maximę vtilitatis, & necessitatis, dicens illis: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, Mar. vlt. Illi vero ꝓfecti p̄dicauerūt vbiq; dn̄o cooperāte, & sermonē &c. Et sic patet de primo pricip.

Secundo principaliter in p̄senti euang. fit mentio de ꝑtinaci Thomæ infidelitate, & obstinatione. Vt.n. dicit euāgelista, Thomas nō erat cū eis.s. cæteris apostolis, qn̄ venit Iesus. Hoc tn̄ non à casu, sed diuina dispensatione factū est, vt dicit gl. or. Defuit ergo Thomas, & audita non credidit, vn̄ palpandum se ei p̄buit dn̄s, q̄a eius dubitatione, & facta sibi ꝓbatione nulli relinquitur iā locus dubitādi. Patet ergo ex hoc textu q̄ malū est recedere à cōsortio bonorū: quia.n. Thomas non fuit cū fratribus, iō non vidit dn̄m, nisi quā primum ad sanctā congregationem est regressus. Propterea legitur in dial. Greg. lib. 2. de quodam discipulo B. Benedicti, qui noluit in monasterio ꝑmanere. Cūque vir Dei Benedictus sæpe eum moneret ad p̄seuerantiā cū alijs fratribus, illeq; nollet eū audire, tandē pater sanctus contra eū iratus iussit vt recederet. Qui mox vt monasteriū exiuit, inuenit draconem cōtra se,

aperto ore eum deuorare volentem. Quod ille cernes, & tremens, cepit magnis clamoribus dicere. Succurrite fratres, succurrite: quia draco iste vult me deuorare. At illi accurrentes draconem minime inuenerunt. Nihilominus monachum trepidantem atque palpitantem ad monasteriū reduxerunt, qui statim promisit se nunquam à monasterio recessurū. Quod & factū est. Ecce vt prediximus, quod malum est à sancta societate separari. Et per oppositum, quod bonum sit & salubre cum bonis habitare. Refert etiā Plin. in naturali hist. li. 10. c. 23. quod intitulatur de gruibus, & ciconijs, quod cum ciconiae volunt transmeare de regione calida in frigidā, tunc conueniunt in quadā maxima planitie, quae est in Asia. Sed quae nouissima venit ab alijs in poena laceratur. Si ergo aues vltionem faciunt de consodalibus negligentibus aliarum sequi societatē, nō mirum si hic redarguitur Thomas, qui tarde veniens ad coapostolorum collegium sanctum, noluit credere fratribus narrantibus Xpi resurrectionem. Nam cum eo redeunte dixissent illi alij apostoli: Vidimus dnm, ait illis. Nisi videro fixurā clauorū in manibus eius, & mittā digitū meū in locū clauorū. & mittā manū meā i latus eius, nō credā. Ecce nimia Thomę ptinacia, ifidelitas, & obstinatio.

Sed quaeritur cur dns pmisit Thomā de sua resurrectione dubitare. Ad hoc rndet Greg. in hodierna ho. quae est 29. in ordine hom. suarum, dicens, quod hoc permisit dominus pp nos, vt, s. essemus de hmōi resurrectione securiores, per hoc, s. quod ipse Thomas dubitans vidit Xpo apparente loca clauorū. Vnde ibidē ait ipse Gre. Minus, inquit, mihi Maria Magdalenae praestitit, quę citius credidit, quam Thomas, qui diu dubitauit. Ille etenim dubitando vulnerum cicatrices tetigit, & de nostro pectore dubitationis vulnus amputauit. Haec ille.

Quęritur aūt circa hoc, vtrum Thomas dicendo, Nisi videro fixurā cla. &c. mortaliter peccauerit. Videtur quod nō, immo, quod in tarde credendo, & in difficultate faciendo circa Christi resurrectionem bene, & prudēter egerit. Dicit. n. scriptura Eccl. 19. quod qui cito credit, leuis

est corde. Et Io. in sua prima cano. c. 4. dicit, Probate si spiritus ex Deo sint, & nolite omni spiritui credere. Confirmatur, quia Eua vituperatur, & reprobatur, eo ꝙ cito credidit serpenti, Gen. 3 In oppositum arguitur, quia Christus in præsenti euangelio reprehendit ipsum Thomam de sua incredulitate: igitur.

Responsio, Thomas sic discredendo, & difficultando circa Christi resurrectionem mortaliter peccauit, vt annotaui in ser. de eodem in aduentu, de secretis secretorum. Hoc autem patet sic. Qui n. non credit q̃bus credere debet, qñ credere debet, & q̃uo credere debet, talis mortaliter peccat. Sic autem fuit de Thoma in proposito. Primo quidem non credidit quibus credere debuit, videlicet fratribus suis apostolis dicentibus illi, Vidimus dominum: cum tamen essent fide digni, & homines boni testimonij. Si. n. testimoniũ duorum vel trium debet recipi, & haberi pro vero, vt patet Deu. 19. ergo à fortiori testimonium decem hominum proborum, pro vero recipiendum est. Insuper eandem resurrectionem eidem Thomæ affirmabat virgo Maria, quæ, vt pie creditur, dicebat eidem O charissime Thoma estote securus, ꝙ filius meus magister vester Christus resurrexit à mortuis. Iam. n. mihi apparuit. Rogo vos pro salute vestra, vt ita credatis. Scitis enim q̃uo ipse hoc vobis, & fratribus vestris apostolis prędixerat Mat 20. dices. Ecce ascendimus Hierosolymã, & filius, &c. Sequitur, & die tertia resurget. Deinde venit ad eum Maria Magdalenę, similiter Maria Cleophæ, & Salomæ auunculæ Xpi, quæ idem affirmabant. Similiter hoc idẽ illi attestabantur Lucas. & Cleophas, quibus Christus apparuerat in Emaus. Cum igitur oẽs hi testes essent fide digni, debuit illis credere Thomas. Hoc autẽ non fecit: igitur mortaliter peccauit. Scđo non credidit qñ credere debuit. Quãuis. n. primus motus infidelitatis sit tñ venialis, & hoc propter imperfectionẽ actus, nullus tamen sanæ mentis diceret, ꝙ infidelitas in qua quis permanet per spatium octo dierũ, non sit mortalis. Sic aũt fuit de infidelitate Thomæ, vt

patet

patet ex textu euangelij præsentis,igitur,&c. Vnde si in illo tempore intermedio Thomas decessisset,indubie damnatus fuisset. Tertio non credidit quomodo credere debuit Nam cum fides sit de inuisibilibus, & non apparentibus turpiter errauit Thomas, de credendis experientiam habere voluit,di: Nisi video,&c In super præsumptuosa locutio Thomæ auxit peccatum eius. Ioannes enim Bapti.quo maior inter natos mulierum nemo surrexit, & qui in vtero sanctificatus fuerat,qui etiam Christum digito ostenderat, non audebat tangere sanctum Deum verticem, cũ debuit Christum baptizare,sed clamabat cum tremore, sanctifica me Saluator. Thomas autem peccato pollutus præsumebat se dignum tangere Christi corpus gloriosum, quod adhuc mortale formidabat Ioan. tangere, dicẽs. Nisi mittam digitum meum in locnm clauorum, & manum in latus,non credam. O præsumptuosa elatio, ò infidelis,& iniqua locutio, ò malitiosa, & pertinax obstinatio. Patet ergo, quam grauiter peccauerit Thomas,&c. Ad authoritates autẽ in oppositnm potest de facili responderi.

Tertio principaliter in præsenti etiã fit mentio de Thomæ ad fidem reductione. Nã Christus cui semper est cura de salute populi sui, intelligens in quanto periculo æternæ,s. damnationis esset pauper discipulus eius Thomas,qui eius verã resurrectionẽ credere nolebat,attendens etiã tot,& tantas præces, quæ pro eo fiebant à collegio apostolorũ,& sanctarũ mulierũ,tandẽ misertus est illius. Et ideo post dies octo cum iterũ essent discipuli intus, & Thomas cum eis,venit Iesus ianuis clausis,& stetit in medio,& dixit. Pax vobis. Hæc aũt duplex Xpi apparitio fuit præfigurata Ge.8. vbi legitur, ꝙ post diluuiũ Noe misit colũbã de arca vt sciret si iã cessassent aquæ super terrã, Quæ cũ nõ inueniret vbi requiesceret pes eius,tandẽ reuersa est ad eum in arcã. Post dies ergo octo iterũ emisit columbam de arca, quæ ad eum rediji ad vesperam portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo, per quod intellexit

Noe q iam cessassent aquæ super terram. Ad propositũ columba est Christus. archa Noe est domus, in qua manebant discipuli Christi clausi post eius resurrectionem propter metum iudæorum. Diluuium est tribulatio illa marabilis quàm passus est Christus in passione sua; columba ergo bis rediit ad arcã quandoquidẽ Christus post suã resurrectionem bis ingressus est domũ, in qua manebant clausi apostoli. Primo quidem in die resurrectionis absente Thoma. Secũdo vero post dies octo, hoc est hodie præsente Thoma. Ramus autem oliuę folia virentia habẽs, quẽ gerebat columba in ore suo, significat illã iocundã, & gratiosam salutationẽ, quã Christus gessit in ore suo sancto, qñ dixit suis apostolis, Pax vobis, Sequitur in textu. Deinde dixit Thomę. Infer digitũ tuũ huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meũ, & noli esse incredulus: sed fidelis. Ecce quantam solicitudinẽ gerit Xp̃s de salute hominũ, qui pro solius Thomæ salute dignatus, est iterum tã mirabiliter apparere, & eum de salute sua tam studiose admonere. Respondit ergo ei Thomas, & dixit ei. Dominus meus & Deus meus. In q̃bus quidem verbis cõfessus est Thomas Christi humanitatẽ, quia dñs meus: pariter & diuinitatẽ, q̃a Deus meus. Potuit ergo tunc dicere B. Th. illud Ps. Credidi ꝑpter q locutus sum, supp. dicendo Dominus meus & Deus meus, Cui Xp̃s. Quia vidisti me Thoma credidisti, gl. interl. Quia vidisti me hoĩem, credidisti me esse verũ Deum. Et nota, vt dicit gl. ord. q Xp̃s nõ dixit Thomæ quia, tetigisti me, sed quia vidisti me, quia forsan Thomas non fuit ausus tangere Christi carnem gloriosam, sed aspiciendo tantum credidit. Potuit etiã fieri vt tangendo crederet, vt dicit eadẽ gl. Sed quod horum verius sit insinuat B. Th. 3. par. q. 5 ;. artic. 10. in sol. ad secũdũ dicẽs, q Thomas nõ solũ vidit vulnera Christi, verumetiã ea tetigit, Et hoc cõfirmat ex verbis Leonis Papæ dicẽtis, q sufficiebat Thomæ ad fidẽ propriã vidisse dicta vulnera. Sed nobis operatus est vt tangeret quem videbat. Quod si dicatur q aperturæ vul-


nerũ in corpore Christi contrariantur integritati corporis eius gloriosi. Respondet idẽ doctor vbi supra, dicens, ꝙ illa apertio vulnerum quãuis sit cum quadam solutione continuitatis, totum tamen hoc recompẽsatur per maiorẽ decorẽ gloriæ, ita vt corpus ipsum nõ sit minus integrum, sed magis perfectum. Hæc ille.

Queritur cur Christus post suam resurrectionẽ permiserit se à Thoma tangi, & quod maius est, ipsum ad hoc inuitauerit, dicens. Infer digitum tuũ huc, qui tñ Magdalenã ex singulari deuotione pedes suos tangere volentem non permisit, sed prohibuit, dicens illi. Noli me tangere, Io. 20. Responsio. Hoc fecit ad insinuandũ non esse tutum virum quantuncunq; sanctum & castũ ꝑmittere se tangi à muliere quãtæcũq; sanctitatis, & honestatis. Nã vt solitus erat dicere magister Iordanus quondã generalis ord. fratrum pręd. prout recitatur in lib. qui intitulatur vitas fratrum ordinis prædicatorũ. Pluuia in se bona est, & munda, & similiter terra, & tñ ex ambarum mutua coniunctione generatur, & fit lutum vile. Sic in proposito. Vnde satis ad propositum refert Greg. in suo dial. lib. 4. de quodã honesto sacerdote orientali, q duxit vxorẽ, quã tamen diligebat ut sororẽ, sicque permanserunt in vera continentia annis 4. Cum ergo tandem ille morti appropinquaret, dicta vxor volens scire si iam expirasset, aurem ad faciẽ eius siue nares apposuit, vt sic sciret si adhuc spiraret. Quod ille sentiens tenui voce dixit illi. recede à me mulier, adhuc igniculus viuit. Tolle ergo palcam. Exemplo ergo tam Christi, q̃ sancti viri huius discant domini sacerdotes, atque cæteri extra vinculum matrimonij existentes mulieres non tangere, nec similiter ꝑmittere se tangi ab eis. Audiat quoque Apo. 1. Cor. 7. dicentem bonum esse mulierẽ non tangere. Tandem in fine euãgelij concludit Christus, dicẽs futuris Christianis. Beati qui non viderunt, me supple gloriose resuscitatum, siue cœlos ascendentem, & crediderunt, sup prædicta. Nos ergo moderni Christiani, qui firma fide credimus Christum gloriose resuscitatũ sumus beati. Pos


sumus quoq; ad dominum dicere illud Ps. Deus auribus nostris audiuimus, supp. narrationē resurrectionis tuæ, quia vt habetur Ro. 10 Fides est ex auditu Patres nostri, i. apostoli nunciauerunt nobis, siue verbo, siue scripto, opus quod operatus es in diebus eorum scilicet mirificam resurrectionem tuam, & in diebus antiquis, idest in primitiua ecclesia.

Sed huic verbo videtur oppositum illud eiusdem Christi verbum Luc. 10. vbi loquitur iudæis dicens. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Respondeo: verbum quod habetur in Luca, intelligitur de visione Christi in statu mortalitatis, cuius visio & præsentia fuit multum desiderata à sanctis patribus veteris testamenti. Verbum autem præsentis euang. intelligitur de eodem Christo iam resuscitato ad immortalitatis statum, cuius visio corporalis & sensibilis non debet desiderari à Christianis, ne per hoc diminuatur fidei meritum. Sufficit ergo: & necessarium est ad salutem credere ꝙ Christus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi vltra non dominabitur, vt habetur Ro. 6. Sed gloriosè, & sine fine regnat cum patre & Spiritussancto in cœlesti gloria. Ad quam nos perducere dignetur ipse idem qui in Trinitate perfecta viuit & regnat. Amen. Deo gratias.

FINIS.



INDEX RERVM MEMORABILIVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.


BBAS vnus non potest pluribus monasterij præsidere. fol. 23 .a
Abraham quomodo & in q: bus sit imitandus 29.a
Absoluendi auctoritas resi det i sum̃o Põtifice 402 .b
Absoluendi modus 4 4.a
Absoluendi potestas residet in Deo 402.a
Absoluendo impositio manus sacerdotis est necessaria. fol. 404.b
Absolutio sacramẽtalis qualis debet esse 424 a
Absolutionis beneficium eod.b
Acceptio personarum 76.b
Accessus cẽturionis ad Christum præfigurabat Gentiles ad Christi fidem accessuros 17.a
Accusatus de aliquo crimine vtrũ semper teneatur fateri veritatem 75.a
Actuũ humanorum triplex est differentia 26 b
Adam quomodo pdidit hæreditatem suam 158.a
Adiuratus in iudicio debet veritatem dicere 268.b
Admonet Deus peccatores multipliciter 187 a
Adolescentibus mortuus designat peccatorem 276.b
Aduersitas est materia exercendæ virtutis 263.
ĩ Aduersitate multis se credũt esse derelictos 47 .b
Aduersariorum quatuor genera Xp̃s habuit 4 96 b
Aduocati duplicis curiæ folio 3 8
Adulationis culpa 65 b
Adulterium duplex 65.a
Altercatio inter discipulos de primatu 1 0.a & b
Ambulantes debent confabulari de Deo 510.a
Ambulando debemus loqui de diuinis & non de friuolis 518.a
Amici veri 499.b
Amisso liberorum 275.a
Amor carnalis parentum & consanguineorum 130.a
Ancillæ tres reuocauerunt filium prodigum 62.b
Angustia & amaritudo apostolorum post passionem Christi 91.a & b
Anima peccatrix tot in se habet dæmonia, quod peccata mortalia 102.a
Animãtia ferocissima triplicis

plicia 148.b
Animæ in purgatorio existẽtes sunt desolatæ 269.a
Animabus defunctorũ vtrũ ꝓsit ꝙ honorifice sepeliãtur cadauera earũ. 272.a
Annuncianda ď aduẽtu Christi tria sunt. 365.a
Angeli assistunt locis sacris. folio 510 b
Angeli assistunt morti bonorum 144 a & b.
Angeli boni custodiũt nos in quadruplici statu 44.a
Angeli boni locum dant malis 46.b
Angelusbonus quõ discernitur à malo 503.b
Apparuit Deus frequenter propter duo 518.b
Apparuit Xp̃s apostolis Thoma p̃sente ꝑ duo. f. eo.
Appellãdi tẽpus aliq̃bus datur,& aliquibus nõ.111.a
Appellatio de diuina iustitia ad misericordiam 109.b
Aqua multiplex 310.b
Arma armis repellere licet. folio 36.a
Accẽsus coactus & ꝑ violentiã coxitus nõ valet 302.b
Asinæ Xp̃i sunt boni. 364.b
Asinę diaboli sũt mali eod.
Asinæ triplex cõditio. 372.a
Aspidis astutia 172.a
Audacia militum quæ laudanda 340 a
Circa auditionẽ verbi Dei hominesh abẽt quadrup. 299.b
Ad augmentatiõ delicti sequitur augmentatio pœnæ. 80.b
Augmentum meriti & gratiæ 103.b
Auari diuitias cõgregantes sunt stulti 11.b.12.a
Beneficiũ ecclesiasticũ duplex 124.b
Circa bellũ corporale se habent homines in triplici differentia 229.a & b
Circa bellũ spirituale se habẽt hoĩes in triplici differentia folio eodem
Beneficiũ quis perdit propter ingratitudinẽ 148.b
Beneficiũ Xp̃i triplex f.490.a
Benignitas Dei patris erga iudæos fuit triplex 152.b
Bethania humanã mentem designat 271.b
Bethaniam sæpe viuificauit Christus 280.b
Bona dñi multiplicia 147.a
Chananea veniẽs ad Christum multas secum assumpsit virtutes 105 b
Cadauera associare vtrũ sit proficuum 274.b
Canes plura significãt 106.b
Canum venaticorũ multitudo est eiicienda.fo.eod.b
Caput vngendũ est.10.a & b
in Carcere peccati esse 53.b
Castri custodes 175.a & b

Casus

Casus homicidij 221.a
Catelli sunt doctores ecclesiæ 107.b
Catelli sunt mēdicātes f.e.b
Cathedra duplex 120.b
Cœcitas corporalis causatur multipliciter 266.b
Cœcitas spiritualis causatur multipliciter 2 7.a
Cœcitas tribus modis potest curari fol.eod.
Cœcus significat genus humanum 265.b
Cœcus significat quemlibet peccatorem 266.a
Cœcum illuminando fecit Christus lutum ex sputo propter tria 265.a
Vñ est, ꝙ aliq nascātur cęci, rō quadruplex. 262.a & b
Cœlum clauditur 181.b
Cēturio à cētū dicitur. 14.b
Centurio veniens ad dñm adduxit secum quatuor dominas 15.a & b
Charitas est habenda omni oranti 10 .a
Circuncidēdi nosmetipsos modus ponitur 258.a & b
Circūcisio spūalis 76.a & b
Ciues ecclesiæ militantis. folio 202 b
Ciuitas duplex 201 b
Ciuitas est ecclesia triumphans 202.b
Ciuitas multiplex, & quælibet habet iura sua 56.b
Clamare aliquē faciūt tria folio 101.b
Charitas Christi apparet sex rationibus 351.b
Clementia decet principē. 98.a
Clerici impudici 245.a
Clerici mollib. vestiti. 141.a
Clerici ꝓhibēdi ab impetratiōe bñficiorū sunt ī quadruplici differētia. 243.a
Cogitationes ascendunt vsque ad corda 531.b
Cogitationes humanę pñt dupliciter cognosci. 172.b
Cogitationes sunt duplices. 531.a
Colligere Christum in paupere 53.a
Communione sacra digni. 498.a & b
Concubina designat mortalem culpam 221.b
Confessor debet sibi confitenti imponere aliquam satisfactionem puta ieiunium &c. 228.b
Conformari debent homines moribus aliorum bonorum 241.a
Congregatio quæ fit in nomine domini, valet ad multa 192.a
Congregatio sancta ad multa valet folio eod.
Consanguine ecclesiastici intrant per portam sanguinis 84.a
Consanguineorum Christi,

&

& prælatorum conditio 316 b
Consilium aduersus Iesum 343.a
Consilium diuinum euitare volentes, in ipsum incidunt. 344.b
Consolantes Mariam super morte filij sui. 401.a
Consuetudo inhumandi cadauera 237.a
Cõsuetudines puerisæ. 37.b
Contumacia triplex 287.b
Contumax potest esse aliqs iudicio humano tripliciter 287 b
Contumax potest esse aliqs iudicio diuino tripliciter 288.a
Cooperire Christum in paupere 53 a
Cordis contritio 166.a
Correctio fraterna qualiter est facienda 189.a
In correctione fraterna modus adhibendus ibi.b
Corripere potest quis aliũ dupliciter 227.b
Credere nosipsos aliis indifferenter non debemus 248.b
Nullus debet credere diabolo quantumcunque vera dicat 208.b
Credendum non est de faci li alicui dicenti se à Deo missum 64 a
Crimen alicuius quatuor modis probatur 90.b
Crimen ibi puniendum est, vbi commissum est. 137.a
In causa criminali non admittitur procurator, sed oportet personaliter respondere 261.a
Culpa mortalis 2;1.b
Curat Christus infirmos variis modis 207.a
Curtij Rom.historia. 438.b

Debitores domini qui sint. 338.a
Dedicationem, Christiani, iudæi, & idololatræ celebrant 322. a
Defigurantes se 94.b
Delinquentes secundum ordinem charitatis debent sic corrigi 88.b
Dæmon ponit discordias inter fratres 134.b
Dæmones assunt in obitu peccatorum 145
Dæmonum oppositio in liberatione patrum 489 b
Deprecantium dominũ tria sunt genera 13.a
Descensus Christi ad inferos 193.a
Desertum mundum significat multis rationibus. 41.b
Desidia, & negligentia prælatorum ecclesiæ condẽnatur 17.b
Desolatorum, & tristium

tria sunt genera 269.a
Desolatis, & tristibus est cō sulendum eod.b
Deus dupliciter iudicat causas ante eū delatas. 170.b
Deus est totus clemēs 99.a
Deus in secundo aduentu manifeste veniet 51.b
Dextrum,& sinistrum habet Deus 100.b
Diabolus alta petit 44.a
Diabolus est immissor malarū cogitationum 398.b
Diabolus interdum se gerit pro episcopo signanter super peccatores, & malos 296.b
Diabolus ī triplici loco aggressus est Christū 41.b
Diabolus per sacrā scripturam volens aliquē tentare, illum per eandē oportet superare. 36.b
Diabolus relinquit hominē tentare qui ei resistit 46.a
Diabolus sacra scriptura se armat 36.b
Dies aliter nominant Hebræi, aliter pagani,& aliter Christiani 455.a
Dies nouissimus potest tripliciter accipi 310.b
Differre resurrectionē suā non debuit Christus propter tria 506.a
Diligit plus cui plus dimittitur triplici de causa. 328.b
Disputatio solemnis inter Christum,& doctores iudæorum 289.b
Disputauerunt aliqui de Christo ante suam incarnationem tripliciter. 250.a
Disputauerūt aliq de Christo post eius incarnationem tripliciter 250.b
Discipulum Christi esse, magnum est 74.a
Discipulorum Christi trepidatio 30.b
Discussio causæ donationis reproborum. 55.b
Diuitias Christi luce clarius fuit multipliciter probata. 91.a
Diuites aguntur de multis. 139.b
Diuites debent curam gerere de pauperibus 334.b
Diuites huius seculi pauperes ad se vocare debent 330.q
Diuites in vita ista pauperibus præferuntur 138.a
Diuites medio pauperū regnum cœleste adipiscuntur. folio eodem.
Diuitum auarorū nomina non scribuntur in libro vitæ eodem.a
Doctores legis voluerunt Christum ducere ad duplicem metam 293.a
Doctrina Christi 181.a

Domi-

Dominus libenter hospitatur in domibus vere obedientium 280.b
Dominus omnipotens in suis operibus 102.b
Dominus variis modis ethymologizatur 38.b
Domini sunt similes seruis quo ad quatuor 15.b
Dominorum duplex genus. 14.a
Dorsum eccles. fuerũt apo. 31.b
Dubia sunt in meliorẽ partem interpretanda 251.b
In dubijs tutior via est eligenda 30.a
Dulcedine cœlesti gustata vilescunt infima 96.a

Ecclesia ab aliquibus fit domus orationis. 62.b
Ecclesia ab aliqbus fit quasi dominium proprium eorum fol.eod.
Ecclesia fit ab aliqbus quasi prostibulum fol.eo.a
Ecclesia fit ab aliquibus tãquam spelunca latronũ fol.eo.a
Ecclesia duplex 232.a
Ecclesia in casu potest implorare auxilium brachij secularis 100.a
Ecclesia materialis dicitur ciuitas Dei 57.a
Ecclesiam persequentes cõfundentur in inferno. 3::.a
Aedificantes palatia reprobantur 16.a
Electi designantur per oues 50.b
Eleemosyna est à diuitibus largienda 1::.a
Eleemosynã largitionibus retributio 38.b
Eleemosynas facientes de iniuste acquisitis 533.b
Episcopatum olim desiderans martyrium desiderabat 125.b
Error antiquus fuit, quod omnis infirmitas, pœna, aut corporalis defectus ex peccato procederet. 262.a
Euangelium attente est audiendum 115.a
Exaltare, & eleuare Christum debemus tripliciter 117.a
Excessus triplex 95.a
Excesserunt iudæi in duobus aduersus Christum 255.a
Excommunicatio nullo modo timenda est in vno casu. 191.b
Excommunicatio valde est timenda fo.eo.
Excõmunicatus apud Deũ & ecclesiam 3:0.a
Exẽplum ad cognoscendum sua peccata ponitur 226.a

Exempti

Exempti à diœcesano puniri non debent 37.b
Aestimatur quis plus in solo alieno, quam in suo. 181.b
Exultatio patrum de aduentu Christi ad limbum. 494.b

FAciem conscientiæ lauare 11.a
Famuli Cardinalium intrãt quædam porticum Romanam 84.b
Febricitãtes instruuntur recurrere ad Deum 205.a
Febrium differentia multiplex eod.b
Fœlicitas huius seculi perducit ad æternam miseriam 146.a
Festum tabernaculorum. 252.a
Fides Centurionis 16.b
Fides est semper habenda 405.a
Fidem faciunt in vno iudicio, facta in alio 329.b
in Fide dubium 182.b
Filius amittit hæreditatem paternam propter multa 157.b
Filius prodigus à patre recipitur tripliciter 166.b
Filius prodigus significat Christum 160.b
Filij crudeles, & inhumani ad parentibus 199.a
Filij diaboli 75.a
Filij facti diuites tenentur alere parentes 193.b
Filij illegitimi nõ sunt promouendi ad sacros ordines 94.b
Filij infideles parentibus. 220.a
Filij multi pessime, & inhumanissime se habent ad parentes suos 198.b
Filij regni qui dicantur. 19. b
Filiorũ duo genera 195.a
Filiis inhonorantibus parentes taxantur pœna. 199.b
Figurant se aliqui 94.b
Finis hominis est dubius. 70.b
Fiscus quis sit 278.a
Flagellat dominus homines multis de causis 262.a
Flere filij mortem dupliciter contingit 275.b
Forus duplex 178.a
Fortis armatus, idest diabolus, pugnat in campo huius mundi contra homines tripliciter 175.a
Fratres Christi 70.a
Fructus cordis multiplex, folio 154.a
Fructus operis multiplex eod.
Fructus oris multiplex eod.
Fugam Christus iniuit propter tria 313.a

Pro Fure in actu furti occi so non est orandũ 3 9.b

Gallus gallinaceus, si portatur ad forũ, sicut peccator ad infernum. 273.b
Generatio triplex 66.b
Genus suum aliqui non cognoscere fingunt 76.a
Gladius ecclesiæ triplex. folio 2 8.a
Gloria cœlestialis 28.a
Gloria in hoc mundo non est quærenda 93 a
Gloriantes de nobilitate sua veniunt vituperandi 7 b
Granum cum palea 47 a
Granum frumenti Christus folio 377.b
per Gulam diues tripliciter peccauit 141.a

Habitat Dominus per gratiam cum obediētibus 63.b
Habitus duplex 212.a
Habitus non facit monachum, sed professio regularis 22.b
Helias missus fuit ad viduā folio 182 b
Hæreditas cœlestis est habēda multis modis 48 a
Hæreditas paradisi 1 8.a
Hæreditate calesti priuamur propter culpā. 157.b
Hæredem aut filium se asserens, probare debet. 320.a
Hęretici putāt corpus Christi fantasma esse 34.b
Herodes tres sic vocati. 34.b
Herodes Christum iniuste iudicauit
Hyems qd designat 3 2.a
Homo est in hoc mundo, sicut nauis transiēs. 2 .b
Homo est in libero arbitrio folio 81.b
Homo tu qui es 116.a
Homines cadunt per culpā cum perdunt gratiā. 97.b
Homines se habent in triplici differentia quo ad Deum 524.a
Hominum peccatorum duo genera 72.b
Honorare parētes debemus honorare duplici 198.a
Honorari debent tria genera hominum 3 7.a
Honor debitus parentibus. folio 198.b
Honores debent gradatim deferri 127 b
Hospitalarij quomodo se debent habere in hospitio Dei 143.a

Ieiunare non valenti bus duplex necessitas requiritur. 9.b
Ieiunare non valentes debēt petere licentiā à suo supe-

superiore 7.b
Ieiunandi modus debitus 10.a
Ieiunãdi modus indebitus à Christo dissuadetur 9 b
Vtrum aliquis possit ieiunare pro alio 8.b
Ieiunio quadragesimali, q sint obligati fol.eod b
Ignis æterni quatuor conditiones 55 a
Ignis præcedet diem iudicij, folio 51.b
Ignorantia ficta neminem excusat 52.b
Ignorantia triplex, folio eodem 52.b
Illegitimi non debent succedere parentibus 73.a
Imago Christi exiat triplex in homine 514.a
Impartiri alij debemus ea, quę nouimus, dũmodo sint ad Dei honorẽ 513.b
Incircuncisorum differentia, folio 258.a
Infideles in multi sunt similes canibus 155.b
Infideles sunt in duplici differentia 106.b
Infirmitas animę sicut ęgritudo est multiplex 403.b
Infirmitas duplex 28:.a
Inimici sunt diligendi 24.a
Inimicos diligere debemus pp sex rõnes fol. eod b
Iniuria psonę illata aliqñ redundat in Deum 255.b
Iniurię sunt triplices 256.a
Circa iniurias homo potest se tripliciter hẽre 302.a
Iniuriantes se mutuo tenẽtur reconciliari 26.
Innocentia Christi pfectissima 298.a
Instrumentum publicũ designat humanam conscientiam 289.a
Intentio sinistra cauenda est, folio 27.b.
Intrantes paradisum 114.a
Inuenitur Christus faciliter ĩ loco claustrali 310.a
Ioannes nunciauit Mariæ Xpm esse iudicatũ 566.b
Hypocrytæ. 10.a
Ira est piculosissima bestia, folio 184.b
Irreuerentia præsbyterorũ ad altare accedẽtium redarguitur. 196.b
Iudæi non sunt cogendi ad fidem 80.b
Iudæi quare appellauerũt Christũ Samaritanũ 117.a
Iudæi qũo amiserũt hæreditatem cęlestem 154.a
Iudæi sunt digni maiori dãnatione Niniuitis quadrupli cõsideratiõe 57.b
Iudæorum multi in Christum crediderunt 306.b.
Iudex existens in peccato mortali, vtrũ possit aliũ iudicare 217.a
Iudicabit Deus ĩ forma hu-

mana. 50.a
Iudicātes facile de ꝓximis suis vituperantur. 259.a
Iudicium generale celebrabitur propter tres rationes, folio 50.a
Iudicium generale qñ celebrabitur 48.b
Iudicium, quod debemus habere de altaris sacramento 258.b
In iudicio discutiũtur causę & merita electorum 52.a
Iudicium duplex 178.a
Iurisdictionẽ Christi euadere non possumus 279.b
Iuste deprecantibus nihil debet denegari 13.a
Iusti pro peccatoribus orantes aliquando difficiliter exaudiuntur 104.a

LAborantes in extremis fortissime impugnantur a diabolo 40.a
Lamentationes animę peccatricis 390.b
Lamentationes ecclesię militantis 392.a
Lamentationes, quæ cantantur in tenebris, quid significent 389.b
Languentiũ multitudo multitudinẽ designat animarum in purgatorio existentium 87.b
Lapides in panes conuertere folio 43.a
non Lauant aliqui manus nec os, nec cor. 198.a
Laudare bñ, & male 108.b
Laus mundana fol. eod.
Lazarus mortuus significat peccatorem 386.a
Legatus à latere Christus est folio 370.a
Lepra superueniens soluit sponsalia 179.a
Lex triplex 505.b
Lex tripliciter exponitur 378.b
Legis Xp̄ianorũ mala obseruatio ponitur 256.b
Libertas triplex 75.b
Ligatur anima in peccatis per tria 362.b
Loca sacra sunt frequentāda folio 241.b
Loculos Christus commisit Iudæ quadruplici ratione 375.a
Locutionis duplicis differentia 311.b
Lucifer dicitur vnus 136.b.
Luciferi eminentia 157.b
Lucis naturalis proprietates, folio 290.a

MAlũ petere, & mala petere differunt 278 b
A malorum consortio an possit se quis rationabiliter sequestrare 314.a
Magdalena an fuerit peccatrix publica 331.b
Magdalena nouem literas habet 339.a
Magdalena ꝑ q̃ peccauerat, per

per hæc satisfecit 336.a
Magdalenæ primo Xps apparuit ꝓpter duo 518.b
Maior natu debet diuidere, minor eligere 159.b
Manifestatio peccatorũ occultorum 226.a
Manifestationem distulit Xps rõne duplici 317.b
Maquerelæ extrahentes filium à domo patris sunt tres 161.b
Mare galileę mundum designat 223.a
Martha ministrauit in cęna duplici ratione 363.a
Mater bona 104.a
Mater plus diligit filium, quàm pater 275.a
Mater Christi 70.b
Matres, quid solent filijs suis optare 131.a
Medicus multiplex 186.a
Medici non cões pauperibus, sed solum diuitibus sunt reprehẽsibiles. 36.a
Mercator Christus 186.a
Mercatores auari de tẽplo cœlesti eijcientur 60.b
Mercenarij abundantes panibus 163.a
Meridies significat illo, q ĩ iuuẽtute moriũtur 19.a
Migrantes de vitijs ad virtutes soli Deum videbũt, folio 505.a
Milites duplices 167.b
Militia duplex fol. eod.
Militia hominis 36.b
Militia spũalis duplex 129.b
Ministri Pilati occiderunt Christũ tripliciter 153.a
Miraculum triplex 539.b
Mirantur multi de prędicatoribus, sed nõ induunt hominem nouum 253.b
Monumentũ, mortis memoriam significat 502.b
Mori in peccato 113.b
Mors nobis incerta quo ad tria 317.b
Mors triplex 144.b
Mortis memoria 286.a
Mortis spiritualis dies quatuor 284.a
Mortalis culpa multa mala ĩ homine operatur 231.a
Mulier adultera est peccatrix anima 224.b
Mulier quatuor hẽt retrahẽtia eã ab adulterio, eod.a
Mulieres castæ dẽnt obstupescere ex insolita visione viri alieni, & nõ sui 511.a
Mulieres cõius audiunt verbum Dei quàm viri 69.a
Mulieres flendo sanantur a tristitia 275
Mulieres fucatæ 10.a
Mulieres non operãtes die sabbati post prandiũ dicuntur iudaizare 197.b
Mulieres peccant circa cultum vestium 149.a
Mulieribus, quare prius fuerit resurrectio significata

ta, quàm viris 504 b
Multiplicatio panū significat prædicationē 238.b
Multis generibus hominū dicitur, quare trāsgredimini traditiōes, &c. 197.a
Mundus præsens 69 a
Maxima pars mūdi omittit corrigere delinquentes propter triplicem rōnem omnino friuolam 190.a
Qui sūt de hoc mūdo 115.

NAaman leprosus significat peccatorem quēlibet 18;.b
Naamā lauatur aqua p quē designatur pctōr fol. eod.
Nauis est aīa humana 32.b
Nauis est corpus humanum folio eod a
Nauis ecclesiam significat, quæ à quatuor ventis multas concussiones patitur, folio 31.a
Negligentia iudæorum circa verbum Dei 68.a
Nobiles huius seculi designantur per principes iudæorum 308.a
Nobilium, & potentum filii intrant per porticum regiam 83.b
Nominati intrant per porticum Parisianam 85.a
Nullus sine dispensatione potest habere plures præbendas 232.b

OCulis multa mala committuntur 264.b
Opera Christi ipsum esse Deum probabant duplici ratione 325.a
Opera pietatis sunt Deo valde accepta, qđ patet multiplici ratione 54.a
Opibus misericordiæ vacare hominibus, est salubre, fol. eod.
ex Opere nostro bono gloriā Dei petere debemus, & non nostram 27 a
Operans recte post Christū dicere potest; gloriam meā non quero 302.b
Oratio multorū similis est simiæ 46.b
Orōnis perseuerantia. 103.b
ex Oratione clamosa multa mala nascuntur 28.b
Orationes deuotius fiunt in ecclesia, quàm alibi 60.b
Orandum est cum silentio, & non cum clamore 28.b
Ordinationis hmanę sanctæ approbatio 103.a
Origo fontis Syloe 265.b
Oris confessio 165.b
Oues Christi nos eē cognoscimus duplici signo 326a

PActum duplex interdū facit peccator 541.a
Pactum faciētes pro ingressi religioni sunt in quadruplici differentia 246a
Panis duplex Christianis necessa-

cessarius 43.a
Panis filiorum 107.a
Panis multiplex 51.b
Panis sacræ scripturæ 523.a
Panes quinque 235.b
Paralyticus est homo in peccato mortali. 17.b
Paralyticus significat peccatorē multis vitijs oppressum 88.b
Parentum differentia triplex 139.b
Parentibus obsequi debemus, folio 194.a
Paruuli aliquando à Deo flagellantur ad emendationem parentum 160.b
Pascha est triplex 397.a
Passio Christi aperuit cęlū folio 414.a
Passio Christi designatur quo ad quatuor 214.a
Passio Christi legitur quadruplici ratione 383.b
Passio Xp̄i fuit maxima, qđ probatur rationibus 393.a
Passio Christi fuit nobis necessaria 411.a
Passio Christi frequenter re recitatur ꝓptertria 130.a
Passio Christi placauit iram patris 412.b
Passio Christi tollit peccata mundi 413.a
Pastor differt à mercenario folio 164.a
Passus ēXp̄s ꝑ multa 383.b
à quibus passus est Christus folio 363.b
qn̄ passus est Christus 385.a
quo passus est Christus 384.a
Patientia est necessaria orātibus 105.b
Patiētia Xp̄i magna 303.b
Patientiā se non posse seruare multi dicunt 301.b
Pati nos oportet in præsenti, si volumus gaudere in futuro 231.a
in Hierusalem Christus pati voluit 386.a
Pax & iustitia sunt sorores folio 526.b
Pax quantum Christo sit accepta & grata 59.a
Pax triplex 528.a
Pax tribus medijs procuratur 526.a
Pacis affectio 528.a
Pauperes in hoc mūdo semper Christus esse voluit ꝓpter tria 376.b
Pauperes meliores cōditionis sunt q̄ diuites 138.b
Pauperū nomina sunt scripta in cęlis 138.a
Pauperes simplices, & idiotæ sequuntur Christum & prædicatores eius 271.a
Peccator est mutus, cęcus, surdus, & à dæmone possessus 171.a
Peccator per confessionem lotus & per gratiā illuminatus non cognoscitur vltra à diabolis 268.a

Peccatores alios suo malo exēplo incedentes 99.b
in Peccatorum suscitatione multa concurrunt 277.b
Peccatorum conditio triplex 361.a
Peccatorum quatuor genera 284.a
Pctōrum [duo] genera 356.a
Peccans mortaliter obligat se pœnæ ęternæ 5.a
Peccatum Adæ fuit grauissimum 412.a
Pecatum est carcer diaboli 401.a
Peccatum faciens, seruus est peccati 77.b
Peccatum grauius 119.b
Peccatum mortalede legitimis illegitimos facit 73.a
Peccatū mortale nō dimittitur nisi prius confessum fuerit 107.a
Pcm̄ veniale vitandū 514.b
Peccato commisso recurrendum est ad lumen gratiæ 291.b
Peccata debent tenere suos actores 259.b
Peccata nostra punire debemus 5.b
Pecunia reprobata 542.a
Pœna duplex 136.a
pœna triplex 260.a
Pœna vnius est metus aliorum 135.b
Pœnitentia est velut quędā religio sancta 203.a
Pœnitētiæ imposito qualis debet esse 406.b
Pęnitētię tres partes 499.b
Pnīam paruam iniungere tria nos mouent 123.b
Pęnitentes oppūgnātur specialiter à diabolo 39.b
Pęnitentes veri per Petrum significantur 539.a
Peregrinus transiens p viā excommunicatorū licite petere aut emere potest vitæ necessaria ab excōmunicatis 215.b
Peregrinātium cōditiones bonæ 521.
Perseuerantia est habenda Deū postulantibus 106.a
Perseuerandum est in operibus bonis 510.a
Perseuerandū esse probatur multipliciter eod.b
Personarum gloriantium triplex differentia 76.a
Petunt multi à Domino aliqua, qui tamen repulsam patiuntur 153.a
Petenda à dn̄o septē 352.a
Petentes à dn̄o multa & nō obtinente sunt in triplici differentia 278.a
Petrus agnoscens, fidem significat 92.a
Piratæ infernales 29.b
Piscatores prædicatores significant 538.a
ad Piscationē discipuli Chri sti post resurrectionē reuersi

uersi sunt 535.a
Piscina baptismum præfigurauit 83.a
Piscina designat sacramentum pœnitentiæ 86.b
Piscina probatica 82.a
Piscis assi pars offertur Christo 532.a
Piscis assus significat Christum eod.b
Philateriā dilatant Christiani 124.a
in Politia humana tria sunt genera hominum
Porticus quinque sunt modi, quibus ingreditur regnum cœleste 83.b
Potestas à patre Christo collata est mutiplex 353.b
Potestas Christi est libera. folio 308.b
Potus multiplex 52.b
Præbendarum genus duplex, folio 252 a
Præbēdæ nunc dicuntur emendæ 132.a
Præceptum de correctione fraterna quomodo & quādo obligat 189.a
Prædicātes quare nō ita cōuertunt populum modernis temporibu:, sicut tempore elapso 537.b
Prælati ecclesiastici 97 a
Prælati de patrimonio crucifixi ditati t 143.
Prelati & clerici irascētes aduersus pdicatores 185.a
Prælati grauius puniūt peccantes in cerimonias, q̃ in legem Dei 195.b
Prælati leges quas condunt obseruare debent 82.a
Prelati mali nō imitā. 121.a
Prælatorū culpa multiplex folio eod.b
Prælatis etiā dyscolis est obediendum 122.a
Prælaturā apetere cōtingit aliquē dupliciter 125.a
Prælaturā ascendentes quadrupliciter se habere possunt 318.b
Præsumptio triplex 344.a
ex Pæsumptione violenta fertur sententia 312.b
Principes iudæorū designāt maiores dæmones 307.a
Princeps legibus solutus est folio 505.b
Princeps triplex 98.a
in Principe nostro Iesu tria fuerunt 99.a
Probāt multa simul collecta quæ seorsum non probarent, fol. 321.a
Probationes debent esse luce clariores 90.a
Proditorē recepit Christus in apostolū pp tria 376.a
Propositum melioris vitæ folio 165.b
Prouinciæ triplices 46.b
Proximus occultè peccās ē occulte corrigēdus 188.a
Proximus quis sit 15.5

Pueri conditiones 235.b
Punićtes se inpræsenti prudenter agunt 137.b
Punitio iudæorum Christũ crucifigentium & suorũ posteriorum 464.b
Puritas vitę 5 3.a
QVadragesima est quasi vigilia 6.b
Quare Christus passus est, folio 383.a
Quando querēdus est Deus folio 113.a
Qũo quærendus est Deus. folio eod.
Vbi querēdus est Deus f.eo.
Querela sedabatur prudenter inter Romanos 135.b
Quęstio quis grauius pecat adulterãdo, vir aut mulier folio 223.b
Quomodo accedere ad Christum debemus 15.a
Quomodo debemus ire ad Christum 285.a
Quotiens peccamus, spirituale in temporale commutamus 240.b
Quod est magis satisfactorium ieiuniũ, oratio, aut elemosyna 7.b
RAmi portãtur dominica in ramis tribus de causis 366.b
Rectores dãtur à Deo secũdum merita populi 120.b
ad refectionem spiritualem se habent homines quadrupliciter
Regnũ cęlorũ, quare aufertur ab aliquibus. 156 b
Regnũ in se diuisum quomodo desolatur 173.a
Regnũ quadruplex fol. eod.
Reges, & principes cæteris dẽnt eẽ clemẽtiores. 99.a
Regina Saba p̄figurabat ecclesiam de gentibus congregandam 68.b
Religiosi gloriantes de propria sapia sua, & volentes supportari in his, quæ religionis sunt 77.a
Religiosæ difformatæ 76.b
Reprobi designantur per hędos 50.b &. 51.a
Renunciantem iuri suo ad illud redire non posse trĩpliciter exponitur 380.a
Requirendus est Deus per fidem 109.b
Resistendi diabolo modus folio 175.a
post Resurrectionẽ Xp̃s acquisiuit multa dñia 496.a
Resuscitanti à morte culpæ debent relinquere veterem hominem 503.b
Retrahentes aliquẽ a religione grauiter peccant, folio 68.b
Reuelat Deus sententiã multorum 113.b
Ritus ecclesiæ ĩ cerimonijs & cantu quandoq; nõ obseruatur

seruatur pluribus de causis. 381.b
Sancti quanti meriti sint apud Deum ostēditur. folio 103.a
Salomæ errauit tripliciter in petendo 131.a
Saluari volentes quales debeant esse 139.a
Samaritanæ argumenta cōtra Christum 215.b
Samaritanæ dictū adeo id exponitur fol. eod. a
Satisfactiōe volūtaria 116.a
Scripturas Christus interpretatus est peregrinis 521.a
Secreta quælibet sunt reuelanda 129.a
Sedes apostolica finale iudicium significat 47.b
Snīa contra Christū lata iniusta triplici rōne. 347.a
Sententiatio discusorum, & examinatorum 55.b
Sæuitia, & auaritia iudæorū aduersus Christū 303.b
Sepeliendi opus laudandū est 274.b
Sequentiū Christum multiplex est differentia. folio 233.b
In Sermone . Dei debemus manere tripliciter 73.b
Seruorū duplex genus 14.a
Simplices, & idiotæ literatis sunt deuotiores 53.b
Simplices facilius literatis conuertuntur ad Christū folio 259.b
Simoniaci per portam auream intrant 83.b
Sobrietatē sectandam aliq obligantur specialiter, aliqui specialius, aliq specialissimè 213.b
Socio mortuo soluitur societas, exponitur 38?.b
Societas malorum vitanda est 300.a
Sol dicitur oriri dupliciter 500.b
Solis occasus significat Christi passionem 207.b
Soluitur aīa p tria 363.b
Spes est habenda à veniam petente 1?5.a
Spiritus immundus eiectus à triplici lege 69.a
Spiritus procellarum. 236.a
Status clericorum, & ecclesiasticorum 57.b
Status nō est tam perfectus, quem sæpe non perturbet diabolus 39.b
Status religionis 56.a
Stetisse Iesus cur dicitur in medio discipulorū. 525.a
Superbia iudæorum vana. 77 a
Tabernæ inhonestæ, 252.b
Templum diaboli 249.a
Templū prius aggredi oportet, quàm alia loca 60.b
Templum representat regnū cœleste 242.a

De

De templo bis Christus ementes, & vendentes eicit 61.a
a Templo cœlesti eijciuntur quatuor genera hominum 2.2.b
Tentat homines diabolus plus in quadragesima q̃ alijs temporibus 170.a
Tentat nos diabolus vbiq;, & omni in tempore 39.a
Tentatio cui non consentitur, nullum peccatũ esse censetur 40.b
Tentationes diaboli ĩ principio sunt debiles 45.b
Tempus præsens est tẽpus miserendi 223.b
Tãto tempus sanctius, quãto diaboluspugnat acrius folio 230.b
Tempore breui Christus in hoc mundo voluit manere 308.b
Temporalia pro spiritualibus commutari non possunt 205.a
Tenebrę quare cantantur p vniuersam ecclesiã 288.b
Testes in die iudicij quales. folio 222.b
Testamenta adimplere negligentes veniunt puniẽ[illegible] 220.b
Testamenta exequi negligentes vocantur homicidæ, & sacrilegi eo.
Thesaurizandum est in cœlo 11.b
ad Thesaurizandum in cœlo tria nos debent inducere. 12.a
Timor humanus est postponendus, maxime quando agitur de Dei honore. folio 510.b
Transfiguratus est Christus propter tria 93.a
Transfigurantes se 65.a
Transfigurari debemus tripliciter 84.a
Transfiguratio filiorũ Adã triplex 313.b
Trepidantes veritatem non fatentur 268.b
Tres ciuitates significant tres partes pœnitentiæ. folio 38.a
Tribulatio requiritur ad salutem 134.a
Tributum diabolo multi soluunt 14.a & b
Triplex ambitiosorum iniquitas 44.b
Triplicem patrẽ habemus. folio 352.a
A triplici patre homo debet quærere clarificari eo.b
Treuga quid sit 524.b
VEndentes officia merè spiritualia expellendi sunt de ecclesia 93.a
Veniunt ab oriente ad dñm qui moriuntur in tenera ætate 19.a
Verbum Dei est diligenter

audiendum 177.b
Verbum istud euangelij, s. alij laborauerunt, & in labores eorum introistis, exponitur multipliciter. folio 210.a
Verbi diuini vtilitas triplex folio 73.b
Venter beatę Mariæ dicitur beatus propter tria 177.a
Veritas contemnitur audiri 460.b
Veritas triplex 34.b
Veritatem cognoscere multi nolunt eod.
Vestimenta quid significēt. folio 366.b
Vexari homines à dæmonibus dominus permittit multis rationibus 1:2.a
Vidua significat ecclesiam militantem 276.b
Vigilia prima noctis significat timorem gehennæ. folio 34.a
Vigiliæ diuitis Epulonis cū tribus lectionibus 145.b
Vigiliæ quatuor 33.a
Vigiliæ quatuor noctis significant quatuor mundi status fol. eod b
Vilescunt infima dulcedine cælesti gustata 96.b
Vinea domini 150.a
Vineæ cultus 151.a
Vir quidam sepeliuit viginti vxores 217.b
Visitare Christum in paupere 53.a
Vita nostra est peregrinatio ad cœlum 515.b
Vita præsens est quasi vigilia 6.a
Vita præsens quid est 112.a
Volens videre Christum in cœlo glorificatum debet habere tres conditiones. folio 92.b
Volūtas vltima impleri debet 341.b
Vtrum sit licitum decedenti petere, vt post mortem reuelet statum suū 261.a
Vtrū liceat gaudere de morte alterius 283.a
Xp̄s à discipulis derelinquitur 471.b
Xp̄s agonizauit, & quid sit agonia 424.a
Xp̄s ab Herode grauiter illuditur, & à quibus illuditur 456.a
Xp̄s ab Herode interrogatur, & quibus sermonibus folio 454.a
Xp̄s à Iuda traditur, & quis sit Iudas 426.b
Xp̄s à militibus traditur. folio 430.b
Xp̄s ad passionem sponte vadit 309.a
xp̄s crucem suam portauit. folio 468.a
xp̄s crucifigitur tripliciter. folio 129.b
xp̄s conuenienter se nominat

nat lucem mundi 290 a
xp̄s dedit nobis exemplum perfectæ charitatis 400.a
xp̄s dedit exemplum humilitatis fol.eod.
xp̄s dedit exemplum integræ prauitatis 440.b
xp̄s falſe accuſatur 449.b
xp̄s fecit quinque ante inſtitutionē ſacramenti altaris, quæ nos facere debemus 399.a
xp̄s filius fabri 58.b
xps fuit illuſus tripliciter. folio 123 b
xp̄s fuit quintupliciter illuſus,& quomodo illuditur folio 440.b
xp̄s fuit tripliciter flagellatus 129 b
xp̄s habuit tria refugia in mundo 209 b
xp̄s Hieruſalē intrauit multiplici de cauſa 58.b
xp̄s in baptiſmo affiauit animas noſtras 179.a
xp̄i in cruce pendentis irriſiones 474 a
xp̄s in cruce pendens melliflua verba loquutus eſt. folio 494.b
xp̄s in limbo egit tria maxima opera 494.a
xp̄s in medio diſcipulorum ſignificat prælatū 544 b
crucifigitur xp̄s in monte Caluariæ 469.b
xp̄s in orto capi voluit. folio 421.a
xp̄s in ſepulchro iacuit multis de cauſis 492.a
xp̄s manifeſtatus eſt tribus diebus 540.a
xp̄s maximus eſt medicus. folio 297.a
xp̄s noluit facere miracula in Nazareth 179.b
xp̄s orauit imminente paſſione 420.b
xp̄s orauit patrem 350.a
xp̄s orauit ter patrem ſuum pro tribus 421.b
xp̄s paralyticū die ſabbati curauit propter tria 89.b
xp̄s reſuſcitās mortuos multis de cauſis 277.a
xp̄s curauit ſeruum Centurionis tribus modis 20.b
xp̄s ſua oratione docuit nos tria à Deo poſtulare. folio 423.b
xp̄s ſuam reſurrectionē probauit multipliciter 543.a
xp̄s ſe ſociauit peregrinis propter duo 519.b
xp̄s ſudauit ſanguinem. folio 424.a
xp̄s tribus modis ſanat quēlibet peccatorem 20. b
xp̄i titulus multa continet. folio 493.a
xp̄s in cruce verè moritur. folio 481.b
xp̄i ſepultura 485.a
xp̄iani grauius ſunt puniēdi Ni-

di Niniuitis. 68.a
xp̃iani mali grauius cæteris peccant multiplici ratione. 66.a a
xp̃iani quomodo amittnnt hæreditatem 158.b
xp̃ianorum disparitas. folio 22.b
ZElus bonus 247.b
Zelus domus Dei debet vnumquemque nostrum comedere 248.b
circa Zelũ Dñi se hñt hoies in triplici differẽtia. f.c.b
Zelotypus Dei fol.co.b

FINIS.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz. Aaaa.

Omnes sunt quaterniones.

VENETIIS, Apud Gratiosum Perchacinum.
M. D. LXXVIII.

